

**SÁNCHEZ, Juan**

Ioannis Sanchez... **Selectae & practicae disputationes de rebus in administratione Sacramentorum, praesertim eucharistiae & poenitentiae, passim occurrentibus : accessit tractatus de ieiunio, cui subiicitur in calce disputatio de dubia impotentia circa mat. -- Lugduni : Sumpt. Haered. Gabr. Boissat & Laurentij Anisson, 1643**

[16], 414, [88] p., a-e4, A-Z4, 2A-2Z4, 3A-3Q4, 3R3 ; Fol.

**Selectae & practicae disputationes de rebus in administratione Sacramentorum, praesertim eucharistiae & ponitentiae, passim ocurentibus. -- Port. a dos tintas con marca de imp . -- Antep . -- Texto a dos col., con apostillas marginales**

**1. Sacramentos 2. Sakramentuak I. Título**


**R-5590 An. ms. en h. de guarda. -- Enc. perg.**

Al Sr. Jefe de la Oficina de Correos de la Ciudad de México  
del Sr. Jefe de la Oficina de Correos de la Ciudad de México  
Remitiendo las Cartas a Guadalupe y a San Juan  
para el Sr. Jefe de la Oficina de Correos de la Ciudad de México

R. S. S. O. P.



IOANNIS  
SANCHEZ  
SELECTA  
DE  
SACRAMENTIS.



IOANNIS  
SANCHEZ  
ABV-LENSIS,

DOCTORIS THEOLOGI, IVRIS

VTRIUSQUE PERITI, REGII CAPELLANI

in Regali Conuentu Incarnat. Mantuæ Carpentanæ,

necnon Examinatoris pro Concionibus

& Confessionibus,

Selectæ & Practicæ Disputationes

DE REBUS IN ADMINISTRATIONE

Sacramentorum, præsertim Eucharistia & Pœnitentiæ,  
passim occurrentibus.

ACCESSIT TRACTATUS DE IEIUNIO,

cui subiicitur in eadē Disputatio de dubia impotentia  
circa Matrimonium.

CVM INDICE COPIOSO, CONCLVSIONES, RATIONESQVE

Summæ instar complectenti.

OPVS CONFESSARIIS ET POENITENTIBVS OMNINO

necessarium; Episcopis, Inquisitoribus, Parochis, Regularibus,  
Iudicibus & Aduocatis admodum vtile.



LVGDVNI,

Sumpt. Hæred. Gabr. Boissat, & Laurentij Anisson.

M. DC. XLIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.





ILLVSTR<sup>MO</sup>. REVEREND<sup>MO</sup>QVE D.  
D. PETRO DE VILLARS,  
ARCHIEPISCOPO ET COMITI  
VIENNENSI,  
GALLIARVM PRIMATVM  
PRIMATI MAXIMO, IN VIENNENSI  
septémque aliis Prouincijs vices Summi Pontificis  
gerenti, & vtriusque Regij Consistorij  
Consiliario.



VEREBAMVS iamdiu quàm studiosissimè ab hac Librariâ nostrâ operâ, officinâque munusculum aliquod, ANTISTES SAPIENTISSIME, vigiliantâ tuâ, curâque pastorali eximiâ non indignum; quo simul constare tibi ac ciuibus etiam nostris meritò posset, Viennenses esse nos, id est, deuotione, obseruantiaque singulari tuos. Scrutabamur in eum finem iamdudum, excutiebamûsque grauissimorum Authorum scrinia; quorum huc ad nos scripta lucem affectantia mittebantur, vt, si quid in eis, tui præcipuè nominis splendore, limatissimique luce iudicij dignandum inueniri posset, id tibi maximè typis nostris elaboratum, donatum, dicatûmque, nostræ in te pietatis, ac venerationis testimonium ederetur in lucem. Venerunt nuper nostras in manus IOANNIS SANCHEZ Abulensis Doctõris Theologi selectæ, & practicæ Disputationes de Sacramentis; quas, vt à viris in hoc genere doctissimis tanti fieri cognouimus, quantum argumenti dignitas, necessitâsque postulant, & scholastici genij subtilitas, ac disputandi methodus ad vsum hunc forensem secretorum conscientiaë tribunalium mirificè temperatæ, hoc tempore flagitant, non dubitauimus, quin gratæ tibi, acceptæque essent,

essent, si cum Authoris sui nomine doctrinâ, methodoque commendabili, nostra etiam ut tuorum clientum nomina, obsequiisque deuotissimi obsides affectus iisdem tibi à typis, præloque detulissent. Sine commendatione nostrâ, vel cuiusquam, vno oculorum coniectu in summa Disputationum istarum capita, quæ tua est perspicacia, satis intelliges ipse pretium muneris, in quo nihil agnosces nostrum nisi iudicium probum, delectumque bene meriti: nam quod in manus venerit nostras, sicut ille olim tripus aureus in Milesiorum piscatorum retia fortunæ cuiusdam fuit gratia, quod sapientissimo, meritissimoque Præsuli à nobis deferatur, ut ille idem Oraculi suffragio destinatus sapientum principi, id verò est certi consilij, iudicijque nostri. Neque enim possumus ignorare plurimorum iam annorum felicitatem, quam sibi patria meritò gratulatur continuatâ quatuor Pontificum serie è clarissima Villariorum gente, quibus ut sacrorum Patribus præscam illam *Vienna Sancta* famam calamitosissimis temporibus & instaurauit, & retinet. Nam quis in illa Hæreseon tam procellosâ nocte, cæcisque tenebris, quibus tot vbique iactatæ, vexatæque sunt Ecclesiæ, Viennensem hanc tuam aut omnino seruasset intactam, aut cum cœpisset erroribus agitari, quamprimùm tutam tranquillamque in stationem recepisset, nisi illi duo patrum tui doctrinâ fidèque præstantissimi sedissent ad clauum? Quis eandem postea retinuit ne morum colluie, licentiæque inquinaretur hæreses consequutâ, nisi ille singulari morum sanctitate suis omnibus castissimè viuendi norma PETRVS DE VILLARS? cuius hodièque suauissima memoria tot impressis maximarum virtutum vestigiis in superstitum pectoribus viuunt, atque, ut sperare licet, egregijs ingenij, doctrinæ, eloquentiæ monimentis perennabit: tradidit ille sapientissimo fratri HIERONYMO DE VILLARS, multis ante obitum annis, præclarissimè constitutam Viennensem Ecclesiam, quæ illi olim *Senatoria Vienna* gloriam minimè inuideret, recuperatâ, Pontificis sui vigilantia, sanctitate, quâ sub Mamertis & Alcimis insigni famâ floruerat. Ita præclare constitutam iisdem artibus augere cum fratre instituit. Atque vtinam Hieronymi patrum tui diuinam mentem, & magnanimum pectus pedes sequi potuissent, quamquam, si magno authori simili pedum morbo laboranti credimus, ipsa etiam bella mente potius capitisque consilio, quàm pedibus geruntur imperatoriis; vtinam tamen HIERONYMI DE VILLARS valentissimum animum, par corporis valetudo sequi potuisset, fraternam ille facundiam æquasset manu, & præclara saluberrimâque Petri consilia, animi præsentia, corporisque roborasset. Sed in eiusmodi sæpè malis, quæ Sapientibus *adiáφεια* sunt, maximâ bona prouidentia dirigente, velut ex occasione nascuntur.

tur. Prouidum Hieronymi patruī pectus, quæ de te successore consilia agitarat, morbis vrgentibus exequi maturauit; vt deriuatis in te Pastoralis muneris curis in tua dignitate fidèque velut iam toto propè onere leuatus conquiesceret: ita te rem sacram administrante suauissimos spei suæ fructus pluribus ante discessum annis percepit. Ex illo tu tempore in patruarum virtutum velut hæreditatem & fundum gloriæ ingressus sic eas auges cumulasque tuis, vt dubium sit, plus ne illi tibi tantis virtutum ornamentis, & stimulis præstiterint ad solidam gloriam, an tu illis earumdem virtutum æmulatione, amplius ornamentorum adicias ad decus, & memoriam sempiternam. Non ibimus longius in rei testatissimæ argumenta. Illud vnum dicemus, insistere te magnâ animi inductione eam viam, quæ ad publicum Ecclesiæ tibi creditæ decus, ad proprium singularum illius partium commodum certissima, breuissimâque est, atque adeò tibi tutissima, & ad id quod moliris efficacissima; à qua tamen, hoc æuo tam multi vel sponte declinant Duces Deo militantes, vel negotiis impliciti sæcularibus aberrant inuiti. Ea est via Exemplorum, quæ tuis obiicit Præsentia, & Præsentia inculcat assiduitas. Nulla tibi diuerticula nisi populo vtilia, & reficiendo tuo spiritui necessaria comparata in illum tam laudabilem, tamque necessarium sacrorum Antistiti secessum, instructâque loco tranquillissimo bibliothecâ, vbi tua studia fatiget non inanis illa nihil ignorandi curiositas, sed veræ istius sapientiæ gustus, & in vnum intentus appetitus colligat, atque ad Dei vnus gloriam, & tuorum solidam vtilitatem tibi quàm fructuosissimè formet. Accipies igitur illo animo, quo optimos quosque Authores sumere soles in manus & complecti sinu, additissimorum tibi clientum munusculum hæc Disputationes IOANNIS SANCHEZ selectas, quas cum aliquo, ex istis tuæ bibliothecæ forulis collocaris, clientum ipsorum Vienneusium nomina exilia neque operosa nomenclatura molesta in aliquo memoriæ tuæ angulo, quæ viua est bibliotheca, inscripta viuere tanquam tibi deuotissima patieris. Vale.

*Tua Dominationi addictissimi*

LAVRENTIVS ANISSON, &c.



# LECTORI.

**P**LVIMA tanquam peccata confessioni subiicere pœnitentes, quæ crimina minimè sunt, sed plerunque virtutes, per longam experientiam sum meditatus: quem sanè defectum à Confessariis de eo non aduertentibus oriri conspicuum est; huic mederi insudavi, Confessarios instruendo, quæ crimina sint, vel minus ex illis quæ communiter pœnitentes confitentur; hos quoque docendo quæ in confessione refecare debeant tanquam inutilia, ne ipsis Confessariis molesta reddatur. Causa sanè non mediocris ponderis; nam si molestia viretur, & Confessariorum à confessionibus auscultandis fuga vitabitur, & ipsi denique si pœnitentes certiores efficiant in quibus delinquant vel non, & munus suum rectè exequentur (aliàs minimè) & pœnitentium conscientie liberæ fient à laqueis, in quos prolabi ab errore necessum erit. Vnde Gerlon 3. part. lect. 4. de vita spirit. litt. O. hæc dolenda perspicuens sic est affatus: *Doctores Theologi non debent esse faciles ad asserendum aliquas actiones, vel omissiones esse peccata mortalia (imò nec venialia) præsertim sub verbo uniuersali, maxime cum obseruatio communis obuiatur, obuiatque, vbi non sunt certissimi de re ipsa, nec talia sunt predicanda populo tanquam certa. Nam per huiusmodi asseritiones voluntarias, rigidas, duras, & nimis strictas in rebus incertis, nequaquam eruuntur homines à luto peccatorum, sed in illud profundius, quia desperatiùs demerguntur. Hinc etiam generantur scrupuli inquietatiui simplicium, vt eis sit solidum nihil: nam etsi Beatus vir qui semper est pavidus & veretur peccata sua: obseruandum tamen est summopere illud Terentianum: Ne quid nimis, & ne in scirpo nodum querant. Demum quid prodest, imò quid non obest, coarctare plus iusto mandatum Dei, quod est latum nimis? Quid insuper expedit amarius, grauiusque reddere illud Christi iugum, quod suauè est, & onus eius leuè? Nam etsi contemptus ex hac laxatione & dulcedine apud aliquos improbos maior oriatur, habentes velamen malitiæ libertatem: at apud alios bene institutos gratiarum resonabunt actiones. Præstabitur etiam sedulius seruitium Domino, cuius mandata grauià non sunt, quippe qui non vult tentari & grauari supra id quod possumus. Aduersus quos, Confessarios scilicet, Ezechiel cap. 13. inuehit, & indignationis rationem reddens, ait: Pro eo quod mœrere fecistis mendaciter cor iusti, quem ego non contristavi. Quam doctrinam amplexatus est Hieronymus Curiel Iurisperitus tract. de usuris, fol. 127. qui sic est loquutus: Et vt dicit Gabriel in prædict. dist. 13. quest. 13. art. 2. sine, loquens de ludis: indiscretum est eam & malum, affirmare aliquid esse peccatum mortale, quando non probatur sufficienti auctoritate, vel manifesta ratione, quia esset iniicere laqueum animabus: & S. Thom. in suis quodlib. quodlib. 9. art. 15 in corpore, idem affirmat, esse valde periculosum determinare aliquid esse peccatum mortale, quando clarè non apparet veritas ad talem determinationem. Alij per oppositum quæ verè scelera sunt, talia non esse arbitrantur, hos quoque monere opus erat, ne per defectum, sicut prius per excessum arbitrent, vitumque factum esse pro vitibus credo.*

Placuit

Placuit opiniones releuantes eligere, vt inde à fidelibus periculum incidendi elongaremus, cum consultius sit liberantem opinionem consulere, dum condemnantem difficile esse amplectendam timetur. Et quia maximè attendendum est legem Christi onerosam reddere, vt ait D. August. tom. 2. epist. 119. c. 19. in fine, & D. Thom. 1. 2. q. 107. art. 4. ne fidelibus odiosa efficiatur. Dicit enim ad inquisitionem Ianuarij de quibusdam, quòd ipsam religionem nostram quam in manifestissimis & paucissimis celebrationum Sacramentis Dei voluit misericordiam esse liberam, seruilibus premunt oneribus, adeo vt tolerabilior sit conditio Iudæorum qui legalibus Sacramentis, non humanis præsumptionibus subiiciuntur.

Consulto non maiorem librum construere decreui, vt legi plenè posset, & mihi quoque superesset maior reuifendi opportunitas.

Fere nihil reperitur in illo, cuius doctiorum tam Theologorum quàm Iurisperitorum consilium non efflagitauerim.

Quod verum esse reor, resolutoriè esse tale pronuntio, quia veritatis reum esse arbitror, trepidè illam contentem, sicut & Fidei Diuinæ noceret titubanter profitemens; veritas namque in indiuisibili consistit, vnde illam attingens contrario eius non assentitur, ob idque rarò esse aliquid ex principiis intrinsecis probabile affirmo, & eius oppositum, vt plures, sed solùm per extrinseca, & ob id si aliquibus meum iudicium sectari non placuerit, Doctores mihi aduersantes adduco, vt illis hærendo, me non imitari sit illis magis permissum.

Nec putandum referre parùm allegationes à me adductas legere: nam inter eas doctrinam valde vtilem contineri, legentes veritatis huius testes appello.

Cupientem breui scire, an plura in hoc libro claudantur, obsecro copiam verborum in Indice, licèt transcursum, legere, stylùmque illius nouum & latis vtilem contemplari, conclusiones videlicet breuissimas breuioribus rationibus comprobatas.

Æquè necessarius hic liber est Theologis & Iurisperitis, adè vt plures legentes illum dubitarint, num illius author Theologiam, vel Iurisprudentiam fuisset professus; plurima namque, quæ hætenus discussa non erant satis, à primis fundamentis elucidantur, alia verò quæ minimè erant animaduersa, & aduertenda erant necessariò, in lucem eduntur; quæ omnia legenti constabunt.

Pro Prædicatoribus quoque aliqua loca sacræ Scripturæ apprimè explicantur.

---

Censura Doctoris Martini Mendiola, Catholicæ Maieſtatis  
in ſuo Regio Sacello à Sacris.

**L**ibrum hunc legi, perlegi, lectitavi, felix penſum Doctoris Joannis Sanchez, Catholicæ Maieſtati in Regio Incarnationis Cœnobio à Sacello, & Sacris: in quo nihil nec de-  
nium ab orthodoxa noſtra Fide, nec obuium bonis moribus percepi, quin potiùs plurima ſa-  
pientiſſimorum virorum lucernis digniſſima. Quid enim in eis emineat, an ingenium, an  
eruditio, an labor, diſcriminari impoſſibile, vel diſſicillimum. Quæ ab alijs libata ſunt ele-  
ctione, ſtylo, perſpicuitate ſic illustravit, vt ex officina (ſic dici ſolet) recentia, rutilantiaque  
exire viſa ſint: quæ verò ſagacitate primitus indagauit, vel in quibus ex ſcintilla flam-  
mam, ex ovo volucrem excitauit, eduxitque candidi admiratione, liuore maleuoli proſe-  
quentur: omnia ſic vtilia, ſic neceſſaria, vt ſine his, nec plenè, nec exauiſſim peccatorum  
confeſſio tractari queat. *Jdibus Maij, anno 1622.*

Doctor Martinus Mendiola.

---

Censura P. M. Balthaſaris Gomez, S. Maria de la Merced Commen-  
datarij, & S. Officij Inquiſitionis Qualiſicatoris. Et P. D. Seraphini  
de Freytas Sacrorum Canonum Profeſſoris Veſpertini  
in Valliſoletana perilluſtri Academia.

**L**egi has ſelectas & practicas quaſtiones Eucharistiæ, Pœnitentiæ, & alio-  
rum Sacramentorum editas à Doctore Ioanne Sanchez Regio Capella-  
no, in quibus nihil inueni, quod Fidei Catholicæ, boniſve moribus repugna-  
ret, imò tanta cum eruditione author Diſputationes proſequitur, vt an inge-  
nium, an ſtudioſum principem locum obtineat, meritò dubitari poſſit: typis  
igitur mandentur, ne tanta lampas ſub modio contineatur, ſed ſupra montem  
poſita omnibus longè, latèque ſplendorem emittat. *Matri 29. Julij, anno  
1624. in Cœnobio B. Mariæ de Mercede,*

*El Maëſtro Fr. Balthaſar  
Gomez.*

*Doctör Fr. Seraphin  
de Freytas.*

---

Censura P. Fr. Hieronymi de la Cruz S. Theologiæ Profeſſoris  
in Regali Cœnobio S. Hieronymi huius Curia Matritenſis.

**Q**uaſtiones has practicas à ſapientiſſimo Doctore Ioanne Sanchez doctè diſcuſſas, ſas  
prudenter reſolutas, peculiari ad me delegatione relatas per D. Doct. Didacum Vela  
Vicarium Matritenſem tractavi, & haud continere quid iudico obuium fidei, certis, pro-  
biſque moribus, inoffenſoque poſſe decurrere pede. Currant ergo vt in bonum cedant illis  
(tamen non indoctis) qui abſtruſa Theologiæ pandere aucupiunt. Multa namque in illis  
emerſa reperientur, quæ antiqui non attigere: plura quæ recentiores per illorum iter lapſi pra-  
teriere: aliaque etſi attacta recentioribus, ſed non ita exactè: omnia tamen ad multorum  
placita deuoluſa. Quare non ſolum ad mandandas typis facultatem exorare poſſet, quin  
potius agricolentium Domini gratia, & emolumento ad hoc cogi debet. *Dat. in hoc noſtro  
Regio Cœnobio D. Hieronymi Matritenſis, 13. Kalendas Maij, anno 1622.*

Fr. Hieronymo de la Cruz.

*Censura*

---

*Censura P. M. Fr. DIDACI DE CAMPO, Diffinitoris Ordinis  
S. P. N. Augustini in hac Prouincia Castella, Supremi Consilij  
S. Inquisitionis Qualificatoris, ac huius Archiepiscopatus  
Toletani Examinatoris Synodalis.*

**D**E mandato Supremi Senatus euolui librum cui titulus, *Selectæ et practicæ  
Disputationes*, editum à sapientissimo Doctore IOANNE SANCHEZ,  
in quo nihil dissonum reperi, sed plurima scitu dignissima, & mira Doctorum  
varietate, & lectione referta, idcirco vtilissimam fore iudico illius euulgatio-  
nem. Madridi in hoc D. Philippi Conuentu, die 7. Iunij, anni 1622.

*Fr. Diego de Campo.*

---

F A C U L T A S.

**I**OANNES CLAVDIUS DE VILLE, in sacra Theologia Magister, in Ecclesia  
S. Crucis Custos, in Diocesis Lugdunensis ordinario & metropolitano Officialatu Vice-  
gerens, & Vicarius Generalis substitutus, inque librorum censuram incumbere iussus, Opus  
inscriptum, Ioannis Sanchez *Selectæ Disputationes de Sacramentis*, à Theologis  
approbatum, ut in lucem edatur facultatem concedimus. Lugduni 25. Iunij 1636.

DE VILLE.

---

C E N S U R A.

**N**Os infra scripti sacre Theologie Doctores fidem facimus, legisse ac per-  
legisse librum, cui inscriptio est: *Joannis Sanchez Abulensis Doctoris Theologi  
Selectæ et practicæ Disputationes de rebus in administratione Sacramentorum, &c.* ni-  
hilque in eo Catholicæ, Apostolicæ & Romanæ Fidei contrarium reperiisse.  
Lugduni die decima Octobris 1635.

Fr. CL. COCHET, Ord. Præd.

Fr. STEPH. MOLIN, Carmelita.

## Summa Priuilegij à Christianissimo Galliarum Rege concessi.

**L**UDOVICVS XIII. Gallie & Nauarræ Regis auctoritate sancitum est, ac patentibus litteris cautum, ne quis in Regno suo, alijsve locis suæ ditioni subiectis, intra proximos annos decem à die impressionis primæ inchoandos ac numerandos, excudat, vendat, excudendum vendendumque quouis modo & ratione curet, librum, qui inscribitur, *Joannis Sanchez, Abulensis Doctoris Theologi, &c selecta es practica Disputationes de Sacramentis*; ab auctore recognitum, & media ex parte auctum, præter Gabrielem Boissat, & socios, Bibliopolas Lugdunenses, aut illos quibus ipsimet concesserint. Prohibitum insuper eadem auctoritate regia omnibus suis subditis eundem librum extra regni sui limites imprimendum curare, vel quemquam, vbicumque fuerit, ad id agendum impellere, ac instigare sine consensu dictorum Gabrielis Boissat & sociorum. Idque omne sub confiscatione librorum, aliisque pœnis originali diplomate contra delinquentes expressis. Datum Parisiis die decima Nouembris, anno millesimo sexcentesimo trigesimo quinto.

*De mandato Regis*


Signatum

RENOVARD.

*Prima editionis defuit prelum 31. Julij 1636.*



# SERIES DISPUTATIONVM, quæ in hoc Opere discutiuntur.

- DISP. I.**  **N** vtilius sit imperfectiones, quæ peccata non sunt, confiteri sacramentaliter, quàm ab earum narratione abstinere? Et traditur forma qua breuiter & discretè sua valeant confiteri crimina pœnitentes. fol. 1
- Lege has sex primas disputationes, quamuis non alias, aut saltem primam.
- II.** De rebus quibus se accusare solent pœnitentes, quæ tamen peccata non sunt. fol. 10 *Pro pœnitentibus.*
- III.** De aliis rebus quæ peccata non sunt, arbitrantur tamen pœnitentes scelera esse. fol. 16 *Pro pœnitentibus.*
- IV.** De aliis rebus ex quibus se reos produnt pœnitentes, quæ tamen confitendæ non sunt. fol. 19 *Pro pœnitentibus.*
- V.** De aliis rebus quibus communiter se accusare sunt soliti pœnitentes, quæ re vera peccata non sunt. fol. 24 *Pro pœnitentibus.*
- VI.** De quibusdam criminibus ex quibus se accusare solent pœnitentes quæ tot numero non sunt, ac ipsi arbitrantur. fol. 28 *Pro pœnitentibus.*
- Quænam aduertenda sint à Confessariis ad sui muneris executionem, sub disput. 6. fol. 31 *Pro Confessarijs.*
- VII.** An non correspondentes inspirationibus Diuinis peccatum committant. fol. 33 *Pro curiosis & spiritualibus.*
- VIII.** An Confessarius teneatur non absoluere pœnitentem quem certò scit negare peccatum commissum. fol. 38 *Pro Confessarijs.*
- IX.** An pœnitens teneatur confiteri consuetudinem peccandi? fol. 44 *Pro pœnitentibus.*
- X.** An ob occasionem peccandi non sit pœnitenti impertienda absolutio? fol. 50 *Pro Confessarijs.*
- XI.** An Confessarius habens copulam cum filia confessionis teneatur confiteri illam circumstantiam? fol. 58 *Pro Confessarijs.*
- Adducuntur plura ad sollicitationem sceminarum in confessione attinentia, vtilia & scitu digna. fol. 64. 65 *Pro Confess. pœnitentib. & S. Inquisit. ministris.*
- XII.** Num superior iure reservationis possit concedere subditis facultatem eligendi Confessarios ad casus reseruatos, cum onere tamen comparendi coram se, ad iterum crimina confitenda, vel extra Sacramentum narranda? fol. 81 *Pro superioribus, & subditis.*
- XIII.** An confessio sacramentalis possit iniungi sub pœnitentia? fol. 84 *Pro Confessarijs.*

- XIV. Num Confessarius possit extra cōfessionem commutare pœnitentiam ab alio Confessario iunctam? 87 *Pro Confessarijs.*
- XV. An pœnitens impotens ad implendam totam pœnitentiam sit astrictus soluere partem? 93 *Pro pœnitentibus.*
- XVI. Num Confessarij possint præcipere sub pœnitentia Psalmos, responsoria vel alias orationes recitandas pro animabus in Purgatorio existentibus? 97 *Pro Confessarijs.*
- XVII. Num cōtingere possit prius puerum habere vsum rationis ad peccandum venialiter, quàm mortaliter, & dato quòd illud eueniret, an esset obligandus ad Eucharistiam suscipiendam? 100 *Pro omnibus & Metaphysicis.*
- XVIII. Num semiplena deliberatio & semiplenus consensus sufficiant constituere veniale peccatum? 103 *Pro Metaphysicis & Moralibus.*
- XIX. An ad committendum veniale peccatum sufficiat interpretatiua aduertentia, quòd quis posset & teneretur aduertere? 105 *Pro Metaphysicis & Moralibus.*
- XX. Num iuramenta omnino indeliberata orta ex praua consuetudine iurandi peccata in se sint, vel saltem in causa? 108 *Pro pœnitentibus.*
- XXI. An requiratur expressa voluntas consentiens motibus sensualitatis, ad hoc vt sint peccata, vel sufficiat non consentire, nec respuere negatiuè scilicet se habendo? 111 *Pro pœnitentibus.*
- XXII. Vtrum licitum sit, imò magis expediens, quotidie sacram Eucharistiam suscipi à laicis? 124 *Pro omnibus.*
- XXIII. Vtrum sit licitum coniugatis die habitæ copulæ Eucharistiam suscipere, vel sit minus, vel magis expediens? 143 *Pro coniugatis.*
- XXIV. An suscipere Eucharistiam solum ob consuetudinem sit vituperabile? 159 *Pro communicantibus quotidie.*
- XXV. An ex quotidiana communione fidelium augeatur Beatorum gloria? 163 *Pro curiosis & Metaphysicis.*
- XXVI. Num pueris statim ac habent vsum rationis sit sacra Eucharistia danda, vel sit expectandum tempus decimi saltem anni? 168 *Pro pueris communicantibus.*
- XXVII. An pueris statim ac norunt peccare sit Sacramentum Extremæ Vnctionis ministrandum, etiam si non susceperint sacram Eucharistiam ob defectum ætatis? 177 *Pro pueris extreme vngendis.*
- XXVIII. Vtrum expediens sit Confessarijs impedire aliquoties pœnitentes Eucharistiã sumere causa emendandi peccata venialia, siue imperfectiones illorum? 184 *Pro Confessarijs & pœnitentibus.*
- XXIX. An esto quòd pœnitens purus à mortali non teneatur sub præcepto obedire Confessario præcipienti ne communicet, teneatur tamen sub cōsilio potius ei obedire, quàm cōmunicare? 190 *Pro eisdem.*

- XXX. An sit expediens Prælati Religionum priuare aliquoties suos Religiosos susceptione sacre Eucharistiæ causa illos mortificandi. Et num Confessariis idẽ expediat erga suos pœnitentes? 193 *Pro Prælati.*
- XXXI. Vtrum rectè se gerant Confessarij non admittentes ad confessionem pœnitentes (quos non esse in mortali credunt) non audentes accedere ad sacra Eucharistiam, nisi præuia confessione? 197 *Pro Confessarij.*
- XXXII. An detur casus in quo pœnitens confessus & iuste non absolutus à Confessario possit sacram Eucharistiam suscipere? 200 *Pro Confessarij & pœnitentibus.*
- XXXIII. An Confessarius imponere possit sub pœnitentia susceptionem Eucharistiæ, vel è contra quod non suscipiatur? 206 *Pro Confessarij & pœnitentibus.*
- XXXIV. Num publicis peccatoribus ministranda sit Eucharistia etiam in articulo mortis, nullis exhibitis signis pœnitentiæ, & qualia sint hæc publicæ pœnitentiæ signa, vt sano peccatori publico possit ministrari, & qualia vt ægrotanti, & etiam Extrema Vnctio? 226 *Pro ministrantibus Eucharistiam.*
- XXXV. An liceat Sacerdoti ministrare peccatori hostiam non consecratam ad sacrilegium suscipientis vitandum? 230 *Pro ministrantibus Eucharistiam.*
- XXXVI. Num publicis peccatoribus, quibus ob publicum peccatum denegata fuit Eucharistia, debeat etiam denegari sepultura Ecclesiastica? 235 *Pro Parochiis.*
- XXXVII. An ministrans Eucharistiam occulto peccatori in concursu aliorum teneatur consumere omnes hostias fingendo obliuionem & relinquendo omnes alios sine communione, ne indigno porrigat? 240 *Pro ministrantibus Eucharistiam.*
- XXXVIII. An energumenis, hoc est dæmoniacis, & insanis sit ministranda Eucharistia? 243 *Pro eisdem.*
- XXXIX. An adultis conuersis ad Fidem possit ministrari Eucharistia illicò ac fuerint baptizati? 247 *Pro eisdem.*
- XL. An rectè se gerant iudices qui infidelibus ultimo supplicio puniendis & petentibus Baptismum differunt vsque ad pedem patibuli? 249 *Pro iudicibus.*
- XLI. An possit scrupulosus existimans se peccatum committere Eucharistiam suscipiendo, eam recipere sine peccato contra suam conscientiam scrupulosam, & absque depositione illius? 257 *Pro scrupulosis.*
- XLII. Num dubitans an aliquid cibi, vel potus sumpserit, possit sacram Eucharistiam suscipere? 265 *Pro Theologis & Iurisperitis & communicantibus.*
- XLIII. Qua referuntur varij casus in quibus homo dubius de aliquo præcepto possit sua vti libertate. 274 *Pro omnibus.*  
Num reus cuius delictum in causa sanguinis est semiprobatum, teneatur veritatem iudici aperire? sub dicta disp. 283 *Pro reu.*

- XLIV. An habens sibi opinionem probabilem, videlicet approbationem ab vno Ordinario sufficere ad excipiendas confessiones vbique; merito metuat illa vti opinione causa non irritandi Sacramenti? 293  
*Pro vsu opinionum in materia Morali.*  
*Lege hanc Disputationem, quia est valde necessaria.*  
 Adducitur sub hac disputatione praxis baptizandi adultos in articulo mortis. 310 *Pro Parochis.*  
 Adducitur praxis vtendi opinionibus. 313 *Pro iudicibus.*  
 Adducitur praxis iusti belli gerendi ex opinione probabili. 316 *Pro Regibus debellantibus.*  
 Aduertuntur quædam valde necessaria pro vsu opinionum in rebus moralibus. 319 *Pro studentibus Morali.*  
 XLV. An Religiosi Militares, alio nomine Commendatarij, decenter accedant ad Sacramenta Pœnitentiæ & Eucharistiæ ense & pugione accincti, vel an deponere debeant? 324 *Pro Religiosis Militaribus.*  
 XLVI. Num hominibus sit perfectius patienter falsa perferre testimonia, an se excusare & defendere? 325 *Pro agentibus vitam perfectam.*  
 XLVII. Circa residentiam Parochorum & administrationem Sacramentorum, & aliorum munerum obligationem. 335 *Pro Episcopis & Parochis.*  
 XLVIII. Num regulares semel examinati possint in eadem dicecesi ab eodem Episcopo, vel saltem à successore iterum examinari? 342 *Pro regularibus.*  
 An forum interius & exterius semper debeant eodem modo iudicare. 358 *Pro iudicibus.*  
 XLIX. An regulares indigeant Episcopi approbatione, vt validè possint excipere aliorum regularium confessiones? 362 *Pro regularibus.*  
 L. Num Episcopi iam Parochos possint aliquoties examinare? sub dicta disp. 369 *Pro Episcopis.*  
 An Episcopi teneantur visitare Capitula Ecclesiarum Cathedralium per proprias personas, vel visitationem possint committere suis Vicariis? sub dicta disp. 374 *Pro eisdem.*  
 LI. De qualitate ciborum ad obseruationem ieiunij necessaria. 385 *Pro ieiunantibus.*  
 LII. De numero comestionum ad obseruationem ieiunij requisito. 394 *Pro eisdem.*  
 LIII. De hora comedendi seruanda ad non frangendum ieiunium. 396 *Pro eisdem.*  
 LIV. De illis qui ieiunio obligantur, vel non. 398 *Pro eisdem.*  
 LV. An Bullæ Cruciatæ annus sit Ecclesiasticus, vel naturalis? 409 *Pro suscipientibus Bull. Cruciat.*  
 LVI. An existentibus solùm signis dubiis impotentia possit declarari matrimonium esse nullum, non expectata triennali experientia? Et quomodo dubia impotentia probari debeat iuridicè? 411 *Pro contrahentibus matrimonium.*



## DISPUTATIO PRIMA.

AN UTILIVS SIT, IMPERFECTIONES, quæ peccata non sunt, confiteri sacramentaliter, quàm ab earum narratione abstinere? Et traditur forma, quæ breuiter, & discretè sua valeant confiteri crimina pœnitentes.

### SUMMARIVM.

**P**Artem affirmatiuam suadent argumenta, numero 1. 2. & 3.

**A**uthoris iudicium, num. 4. & 5. usque ad 7. *Supposito vero dolore, necessarium non est accedentibus ad confessionem se accusare de minis imenso dolore, & examinatione, num. 8.*

*Molestum est singulis narratis peccatis dicere, Me accuso huius, à Deo peto veniam, & à te Pater, illius vices gerente, pœnitentiam, num. 9.*

*Accusatio peccatorum per generalia vitanda est, num. 10. usque ad 17.*

*Necessarium non est in fine confessionis dicere, Me accuso ex omnibus quæ mundus, caro, & diabolus mihi obijcere possunt in die iudicii, num. 18. usque ad 20.*

*In qualibet gradu intensiois charitatis, præceptum dilectionis impletur, unde abstinendum à loquutionibus per generalia, num. 21.*

*Aliquando pœnitentes tantè viuentes, molestiores sunt confessario, num. 22.*

*Modi traditi in aliquibus confessionariis pro confessionibus faciendis, non sunt seruandi necessariò à pœnitentibus, num. 23.*

*Breuis modus, discretus, utilis & factidius carens seruandus à pœnitentibus in confessione, n. 24.*

*Alia animaduersione benemerita traduntur, numero 25. & 26.*

*Respondetur ad argumenta, n. 27. 28. & 29.*

1.



**V**UTILIVS esse imperfectiones, quæ peccata non sunt, confeltas fore sacramentaliter, quàm ab earum narratione abstinere; communis fidelium usus suadet, etiam literatorum se accusantium, non nimis indagasse peccatorum numerum, nec dolorém adeò intensum adducere fas esset: quòd imperfectionem solùm esse necessariò admittendum est. Nam si de insufficienti dolore ex obligatione adducendo, se reos ostenderent, confessarius minimè admittere eos deberet ob sacrilegium vitandum. Præter-

*Sanchez Selecta.*

ea reos se ostendunt ob non adimplectiones confessorum, scilicet, non auscultasse diuinas inspirationes ad consilia vocantes, nec misericors eor proximi necessitatibus communibus præstitisse, infelicisve euentus eorum condoluissè, neque mortificationis operibus sedulò fuisse addictos, & alia huius generis. Num hæc narrare in confessione damnabit aliquis? minimè: imò consulentes confessarios videmus pœnitentibus, ne ab illis abstineant dicendis: quod tamen nequaquam consulendum esset, si minus pararet bonum.

Item humiliatur pœnitens suas imperfectiones propalando: at humilitatis actum exercere, quàm ab eo abstinere, factius esse, manifestum est; pariter ergo erit, & imperfectiones narrare.

Deinde confessarius munus non solùm iudicis, vt liget, aut soluat, verùm medici vt curet, & magistri vt doceat, assumpsisse notum est: vt adnotat Henriquez lib. 6. cap. 28. numer. 1. Beja in respons. casuum coram Paleoto Cardinale propositorum à confessariis, casu 9. in fine, Reginald. de prudent. confessor. cap. 1. Nauarr. de pœnitent. distinct. 6. cap. 1. §. cauet, num. 32. Graf. 1. part. decisionum, cap. 16. n. 20. Vega 1. part. cap. 62. casu 19. Ledesma 1. part. summ. cap. 13. Caietanum summ. verb. confessor, de qualitate confessarij, Syluest. verb. confessor, 3. in principio, D. Thom. in 4. d. 17. & ibi Bonavent. Medin. summ. cap. 6. vbi latè de hoc: & iterum Reginald. praxis 1. tom. lib. 2. num. 42. Zerol. in prax. pœnitent. fol. 93. & constat ex cap. omnis vtriusque sextus, de pœnitent. & remiss. Imperfectionibus verò pœnitentis patefactis salubritas medebitur. An non distat magis ab incidendo in ægritudinem, qui remotior est ab occasionibus infirmandi, etiam distantibus; æquè longè absens erit, à peccando qui imperfectiones admittere perhortescat: quæ aliàs silentio prætermittæ curatiois beneficij erunt incapaces. Utilius igitur erit, confessario eas aperite.

### *Authoris iudicium.*

**L**icèt secundum se narrare aliquem suas imperfectiones, causa humilitatis, capiendi

di consilij mortificationisve, sit velius, quam ab illarum relatione abstinere: illas tamen sacramentaliter confiteri more, & animo quo communiter à fidelibus in confessione recensentur, minùs vtile est. Nam sacramentalis confessionis iurisdicctio ad sola peccata se extendit, vt constat ex institutione ipsius, illis Christi verbis Ioan. cap. 20. *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* Et constat ex Trident. sess. 14. can. 3. de quo Soto in 4. d. 18. quæst. 2. art. 1. col. 2. *Ægid. de sacrament. tom. 2. disput. 4. dub. 2. num. 16. Vazquez tom. 2. in 3. part. disput. 135. num. 29. & tom. de poenitent. quæst. 90. art. 1. dub. 1. Suarez tom. de poenit. disput. 35. sect. 1. num. 4. Henriquez lib. 4. cap. 2. n. 1. Syluester, verb. Sacramentum, 1. quæst. 13.* Narrare igitur, vt absoluantur quæ peccata non sunt, minùs vtile est. Fideles tamen illiterati eo animo recensere decreverunt, vt ab eis absolute liberentur. Cum verò error hic sit, æquum erit consiliariis poenitentibus monere, ne sacramentaliter vel absolute peccata imperfectiones quæ peccata non sunt, narrent. Quòd si poenitentes illas peccata esse putent, à confessorio doceantur scelera non esse, nec deinceps indigere eas ampliùs confessioni subiicere vt absolute uendas: & ne in posterum ex conscientia erronea peccent, id agentes quod neuiquam facinus est, vt optime notauit Hentiq. lib. 6. cap. 28. num. 1. ob id enim munus Doctoris confessarius subit, vt doceat scilicet, quæ nocere, vel proficere possunt conscientie poenitentis. Vnde immerito Alfonso Rodriguez 3. tom. de perfectione. tractat. 4. cap. 4. ait, consilium esse viro- rum spiritualium confiteri imperfectiones, quæ peccata non sunt in materia castitatis. Nec nego consilium esse aliorum spiritualium, at ignorantium, non literatorum.

Docet ergo Syluester nostram conclusionem, verb. *confessio sacramentalis*, 1. dicens, prudentem confessarium teneri superflua in confessione rescicare. D. Thom. in 4. distinct. 17. quæst. 3. qui simplicem confessionem illum dicit, quæ nec paucioribus, nec pluribus constat verbis quam oporteat. Quòd idem docet Pinellus lib. 2. de poenit. cap. 2. rectè inquit: *Quid enim quatuor illis verbis opus est, qui tribus conuadè peccatum suum confessorio potest explicare?* Suarez de poenitent. disput. 22. sect. 10. dicens in confessione rescicanda esse omnia illa quæ materia confessionis non sunt, nec ad finem eius quicquam conferunt. Henriquez lib. 5. de poenitent. cap. 3. num. 5. fin. Reginald. 1. part. prax. lib. 6. num. 135. referens, breuitatem esse vnam de perfectionibus confessionis: Et antea num. 75. dicit, quòd in confessione non nisi necessaria dicantur. Et idem docet in tractat. de offic. poenitent. Armil. verb. *confessio sacramentalis*, num. 16. dicens; *discerere sit confessio quantum ad modum narrandi, ne confessorium radio officiat.*

Docet Possenus de offic. curat. cap. 7. numer. 85. per hæc verba: *Contingit aliquoties personas religiosas, quæ confitentur singulis octo diebus, & fortè sapius dum accedunt ad confessionem, immorari tantum quantum sufficeret pro faciendâ confessione vniu. perditissimi latronis, & dare multum quod obloquantur astantibus. Tu vide, an bene hoc*

cedat, & tollatur ista admiratio. Postquam personam noueris, non audies nisi mortalia, si que habet, vel venialia grauiora; reliqua omnia facias verbo generali confiteri; quia ita bene confitetur quis, & nullus lassatur expectando; omnisque admiratio cessat: cum ista breui manu possint prestari. Et si talis poenitens conueratur quasi non plane satisfiat illi, tu doceto de veritate, & modo decenti se confitendi. Docet Ioseph de ortu parochi in speculo parochorum, cap. 7. num. 3. & Flauius Androzio de la frequenta communion, fol. 141. statim sibi metipsum contrarius, prolixum modum narrandi peccata adiciens. Et docet Astete in confessionali, dicens omissis generalitatibus quæ à poenitentibus solent præmitti, statim incipiendum esse à peccatorum narratione; docet Bermudez de reformatione christiana. tratado 2. fol. 99. ibi, *Las personas virtuosas que no saben mucho y mas mugeres suelen de ordinario en ser prolixas cargandose de preambulos, generalidades è imperfecciones que no son materia de confession, gastando en ellas el tiempo y haziendo juntamente que el confessor lo pierda particularmente quando à la relacion prolixa de sus culpas juntan las historias, cuentos importunos, relaciones pesadas y razones impertinentes, yendose muy de espacio, o repitiendo una cosa muchas vezes, otras por no hallar culpas que confessar, dicen unas generalidades tomadas de memoria, otras despues de gran rato que dizen y dizen no han dicho nada ni han dado materia al confessor para que las absuelva. Por tanto conuiene enseñarlas.*

Si verò fidelis imperfectiones, non vt peccata narret, minùs etiam vtile erit eas sacramentaliter referre more, quò etiam à literatis recensentur, se scilicet accusando, & reos ostendendo: quod in rigore vtique falsum est; reum enim nullum dici, nisi respectu patratæ sceleris, ab omnibus proclamatum est. Deinde onus confessariis imponunt audiendi quæ peccata non sunt: quod sanè eis causa est renuendi audire confessiones, in animarum detrimentum cedens, dum fastidium fugiunt, & temporis iacturam.

Obiicies, poenitentes illiteratos discernere require, quæ sint imperfectiones solùm, quæve venialia peccata. At si illis confessio imperfectiorum interdicatur, plura etiam venialia confiteri desinent, solùm imperfectiones esse arbitantes: & consequenter venialium peccatorum impediatur confessio: quòd sanè contra Tridentinum est, sess. 14. can. 7. & cap. 5. Narrat. *Venialia quibus à gratia Dei non excludimur, & in quæ frequentius labimur, quamquam rectè & utiliter, citraque omnem præsumptionem in confessione dicantur (quod piorum hominum usus demonstrat)*, &c.

Licet quidam doctus huiusmodi impugnationem magnificerit; illius tamen enodatio plusquam facilis est. Nam poenitens admittens imperfectiones, vel putat venialia peccata se committere, vel non: si putat, cum tunc ex conscientia erronea delinquit venialiter, eas fateri erit licitum, & vtile, at tunc à confessorio instrui debet, & doceri peccata venialia nullo modo esse; ne deinceps ex errore peccet in eo, quòd peccatum nequaquam est. Si verò putet peccata non esse, sed solùm imperfectio-

nes, ad quid illas confessioni absoluendas subiciet? cum respectu illarum minimè sacramentalis confessio instituta fuerit: aliàs sacerdoti, & subiicere scrupulos, quos ex conscientia scrupulosa iudicat esse crimina: quod tamen ab omnibus Doct. reprehenditur; de quo latè agimus disput. 41. Et sanè si scrupuloso non permittitur scrupulos confiteri, quantumcumque ex conscientia scrupulosa putet esse peccata, minùs permissum erit imperfectiones fateri illi, qui certò scit peccata non esse.

Secundò impugnabis. Nam saltem sequitur, Religiosos oportere confiteri suas imperfectiones: cum enim status ipsorum sit tendentium ad perfectionem, eam acquirere sunt deuincti, quam si expiscari negligant, rei erunt iudicandi.

7. At non vrget obiectio: nam, vt docuit D. Thomas 2. 2. quæst. 184. art. 5. ad 2. & nos dicimus disput. 7. num. 10. fine, perfectio status Religiosorum in eo consistit, quòd se voto deuinxerint seruire tria consilia, castitatis scilicet, paupertatis, & obedientiæ. Quod notauit etiam Alphons. Rodrig. 3. tom. *del exerc. de la perfect.* tract. 2. cap. 1. vel alia consilia, quæ ex peculiari constitutione Religionis alicuius sunt seruanda ex præcepto. Alia verò consilia Religiosus non magis seruare tenebitur, quam laicus (nisi per accidens ratione vitandi scandali fragilium personarum, vel ignorantium, putantium tunc peccare, quòd alia non seruet consilia.) Condecens tamen erit, Religiosos consiliis adimplendis incumbere magis, quam laicos, ob eorum statum magis obseruantem, & ad bonum præstandum exemplum magis obligatum, vt notauit Valent. tom. 3. disp. 10. quæst. 4. punct. 4. Silu. verb. *Religio*, 1. num. 3.

8. Infertur deinde, minùs benè pœnitentem dicere statim in ingressu confessionis, *accusationem mihi impono, me non fecisse examinationem sufficientem ad hoc Sacramentum, nec dolorem adducere, & propositum*: nam vel dicit verum, vel non; si verum, confiteri non licebit vsque dum examinationem sufficientem egerit, & dolorem sibi visum sufficientem adduxerit. Si verum non dicit, ad quid mentitur? Quòd si dicat se adducere dolorem, & examinationem sufficientem ad non peccandum inortaliter, haud tamen venialiter: tunc etiam falsum asserit, dicendo, sufficientem dolorem ad Sacramentum, & examinationem non adducere: nam defectus ille venialis minimè impedit, quin Sacramentum validè, & fructuose fiat: tum quia ferè non est dabile, quòd defectus examinationis venialis sceleris metas solum attingat; sed aut mortale erit, vel nullum: tum quia præuio à pœnitente illo veniali defectu, quem potuit emendare, & non fecit, colligitur manifestè, dolorem non adducere de defectu examinationis, nec propositum emendationis. Ad quid igitur se accusat, pœnitentem se ostendendo de defectu examinationis? Quòd si se reum ostendit de illo defectu tanquam de quadam imperfectione, falsò etiam se accusare ait de illo, quod potuit emendare, & non fecit: & vt dictum iam est, imperfectiones quæ peccata non sunt, confessioni subiicere velut absoluendas, minimè oportet, cum materia absolutionis neutiquam

sint. Fit ergo, prædictum accusationis modum solum haberi à pœnitentibus, vt præambulum ex quadam consuetudine, non quia verè dolerant, cum potuissent emendasse defectum, & non fecerunt. Et verò qui maxima pollent memoria, non tam longum tempus consumere egent in examinatione peccatorum, ac qui tardiori laborant. Fagundez 2. præcepto lib. 3. cap. 2. num. 1.

Deinde nisi dolore sensibili peccatorum, seu deuotione, vel suauitate præditos non se conspiciant pœnitentes, arbitrantur dolore sufficienti carere, cum tamen satis sit ad valorem Sacramenti voluntatem retractare, peccatum iam detestans, quod ante placuerat, vt si dicat pœnitens, *vellem nunquam peccasse*, seu reprobare factum præteritum cum intentione remouendi offensam Dei, vt docet D. Tom. 3. part. quæst. 85. art. 1. ad 3. & art. 4. & quæst. 84. art. 8. & in 4. distinct. 17. quæst. 2. art. 1. Palud. in 4. d. 17. quæst. 1. art. 1. & 2. Sot. quæst. 2. art. 1. Ledesin. 1. part. 4. quæst. 32. art. 1. dub. 2. Nauarr. cap. 1. num. 2. Caietan. tom. 1. opuscul. tract. 4. quæst. 1. Suarez tom. de pœnit. disp. 3. sect. 2. num. 8. Concil. Trident. sess. 14. cap. 2. dicens, penitus esse detestandum peccatum, Concil. Colon. tit. de pœnit. in princ. D. August. lib. 2. ad Simplic. quæst. 2. *S. Teresa de Iesu*, in eius vita, cap. 11. fol. 72. Pinellus de sacram. pœnit. lib. 1. fol. 21. Vnde sicut Deus verè habet displicentiam de nostris peccatis, & Beatus de illis quæ commisit, & tamen illa displicentia est simplex, sine angore & dolore; sic & peccatores simplicem displicentiam habere quibunt sine dolore sensibili, angore & inquietudine, vt bene notauit ad aliud propositum Hurtado 1. 2. disp. 3. difficult. 1. fine. Deinde conturbantur nimis, si in peccatum per decem & amplius continuatum procliuēs se inueniant, arbitranturque se vero proposito ex eo catere; decipiuntur tamen, nam propensio in labem, peccatum non est, nec possibile est habitum tantum radicatum ita citò euanescere.

9. Vterius minùs benè pœnitentes procedunt, dum quolibet narrato peccato, aiunt, *me accuso huius, à Deo peto veniam, & à te Patre, illius vices gerente, pœnitentiam*: & iterum alio manifestato peccato dicta verba repetunt, & rursus alio dicto peccato eadem verba referunt, & sic de omnibus peccatis: sufficit ergo vnam accusationem pro omnibus sibi imponere. Si autem dicas, illam repetitionem verborum esse etiam doloris, quem impedire fas non erit confessario: non vrget; internè enim dolor repeti potest, externè saltèm sileatur ob molestiam confessarij vitandam, & ob temporis iacturam: aliàs dicendum esset expedire non solum ad quodlibet peccatum prædicta verba semel referre, verum multoties; quod tamen alienum à veritate esse nemo vertet in dubium. Et sequeretur etiam ob comparandam repetitionem doloris, seu illius excitationem, expediens fore referre longam orationem, quam nullus confessariorum enuntiari patietur.

Deinde vitent pœnitentes modum accusationis per generalia, v. g. *me accuso ex septem peccatis mortalibus capitalibus, ex obis quinque sensuum, & anime potentiarum, ex omissione operum misericordie, &c.* Sanè hæc accusatio absq;

10.

indagine fit, quod docet Ludouic. de la Puente, tractat. de perfectio. Christiana, tractat. de pœnit. cap. 7. §. 2. num. 3. fol. 489. & Ioseph de ortu parochi in speculo parochorum, cap. 7. num. 3. qui ait, quod confessio composita generalibus verbis est Phatifaica, puta, *peccauimus, iniussit egimus, iniquitatem fecimus peccando peccato superbia, auaritia, luxuria, &c.* Et nunquam descendunt ad peccatum speciale. Nauarr. in cap. quem pœnitent, de pœnitent. d. 1. num. 10. qui ad rem hæc profert verba. *Ob quod ipsum nolimus absolueri quandam Religiosam confitentem se plurima, ac plurima peccata commisit, videndo, audiendo, tangendo, loquendo, incedendo contra præcepta Dei, & Ecclesie, & contra Concilia, antequam speciatim aliqua saltem venialia, & saltem antea confessio confiteretur. Quod et arbitror, frequenter occurrit confessariis in reconciliationibus, que fiunt ad communicandum a recenter confessi.* Si enim pœnitentes interrogantur in particulari de transgressione alicuius præcepti, non audent certo affirmare: solumque se reos manifestant ob consolationem, putantes fore ferè impossibile non deliquisse in prædictis. At non expedit certo affirmare se deliquisse, eo quod putent possibile fore, aliàs de fractione cuiuscumque præcepti fore possent accusare.

11. Quod si sub conditione accusationem emittant, dicendo, *me accuso de septem peccatis mortalibus capitalibus si forte deliquerim*; nec etiam hoc expedit, cum ad id indagatio conscientie prærequiratur, quod pœnitens certo possit affirmare quale præceptum fregit, & quale fregisse dubitet verè; non tamen quando absque vlla ratione dubitandi solum quia possibile est fregisse, vt docet Ludou. de la Puente, tractat. de perfectio. Christiana, tractat. 3. de pœnitentia, cap. 7. §. 2. num. 3. Coriolanus de casibus reseruatis, 1. part. sect. 3. art. 3. num. 6. fol. 349. Nauarr. cap. 2. num. 5, & in cap. quem pœnitent, de pœnitent. d. 1. num. 10. Et quod examen ad id requiratur, vt certus sit pœnitens, quænam commiserit peccata, agunt DD. cum Magist. in 4. distinct. 17. Scot. ibi, art. 2. Gabr. quæst. 1. Maior. quæst. 8. Caietan. tom. 1. opuscul. tractat. 5. quæst. 3. Victor. in summ. num. 178. Ledesin. 2. part. 4. quæst. 5. art. 5. Sor. distinct. 18. quæst. 2. art. 4. ad vlt. Canus relect. de pœnitent. part. 5. Perr. de Soto lect. 20. de confess. Nauarr. in summ. cap. 9. num. 16. & in cap. fratres, de pœnitent. distinct. 5. num. 66. Siluest. verb. confessio, 1. quæst. 3. Suarez tom. de pœnitent. disput. 22. sect. 19. num. 2. Vazquez tom. de pœnitent. q. 91. art. 2. & Anton. Molina in instruct. Sacerdotum, tit. 5. de Sacri. pœnit. §. 4. fol. 291. col. 4.

12. Et sanè licet materia dubia possit subici confessioni, non tamen conditionata: nam materia dubia ducit ligatam conscientiam pœnitentis saltem sub dubio, & prudenter, nequaquamque temerariè accedit vt soluatur. At materia conditionata minimè, secundum conscientiam existentem pœnitentis defert illum ligatum ad pœnitentiam, cum satis suo iudicio examinata conscientia deliquisse non reperitur, sed solum defert secundum conscientiam possibilem, quia scilicet fore possibile scit lapsum se fuisse. Ex quo sequeretur teneri omnem fidelem quolibet anno faceri, licet dif-

cussa conscientia se minimè deliquisse reperiret, cum tunc fieri posset confessio sub conditione: at illo euentu ad confitendum non teneri docent D. Tom. in 4. distinct. 17. quæst. 3. art. 1. quæst. 3. ad 3. Scot. distinct. 17. quæst. 1. §. de tertio arr. Palud. quæst. 2. art. 4. conclus. 2. Durand. quæst. 9. num. 6. Gabr. distinct. 7. quæst. 1. art. 2. post conclus. 2. Angel. verb. confessio, 2. Caietan. 1. tom. opuscul. tit. 5. quæst. 1. Maior in 4. distinct. 17. quæst. 2. Sor. in 4. dist. 18. quæst. 1. art. 3. Medin. Cod. de confess. quæst. de confitendis venialibus. Almayn. in 4. distinct. 17. quæst. 1. art. 3. Nauarr. in principio, de pœnitent. distinct. 5. in gloss. partem tertiam, num. 18. Vazquez tom. de pœnit. quæst. 90. art. 2. dub. 2. num. 2. Suarez tom. de pœnitent. disput. 86. sect. 2. num. 7. & alij plures. Notandum tamen, quod quando materia dubia subiceretur confessioni, erit impertienda absolutio sub conditione, saltem mentaliter concepta, *si forte peccasti*, vel, *capax es absolutiois*: communiter tamen certa materia adiungitur dubia, vt absolutio possit impendi absolutè, & non sub conditione: semper tamen liberum erit pœnitenti solam materiam dubiam confessioni subicere, quando certam mortalem non habet, vel in solam venialem fuerit lapsus.

Dices, absolutionem censuræ præmitti in sacramento pœnitentie ante absolutionem peccatorum, dicendo: *Absoluo te à vinculo excommunicationis, si forte ligatus es*; & tamen talis absolutio censuræ datur nulla existente dubia conscientia pœnitentis, sed solum fit ad cautelam, si forte fuisset incurta. Igitur etiam ad cautelam fas erit accusationem peccatorum præmittere, si forte fuerint commissa, & etiam sub conditione absolutionem impendere, cum tunc periculo efficiendi inualidè sacramentum, minister non se exponat.

14. Fit obiectioni satis, prænotando, absolutionem à censura fore necessariam omnino ex mente aliquorum, vt dicimus, disput. 3. 2. n. 11. vel saltem sub præcepto fieri ante absolutionem peccatorum, cumque vt illa tollatur, necessaria nequaquam sit pœnitentia illius qui absolueudus est, minimeque censuræ scientia in eo, qui absolueudus est, ad absolutionem desideretur; independenter à censura ligato testè tolli, imò contra illius voluntatem; vt tradunt Doctores in tract. de excommunicar. Suarez tom. de censur. disput. 7. sect. 7. num. 7. Auila de censur. 2. part. disput. 2. cap. 7. At peccata per sacramentum pœnitentie deleri nequaquam possunt directè, nisi illorum habeatur pœnitentia & accusatio: sed illorum quorum quis nullam conscientiam nec etiam dubiam habet, accusare se non potest, sed solum secundum conscientiam possibilem, vt iam dictum est. Si verò forte sint commissa, indirectè debentur etiam nulla facta eorum accusatione. Et sicut in foro exteriori quis ad se accusandum non admitteretur sub conditione, *si forte deliquerit*, nec eum eo iudicium posset iniij; sic neque in foro interiori admitti debet. Præterea potestas tradita Sacerdotibus non solum ad soluendum, verum etiam ad ligandum, est à Christo tradita ex illo Ioan. 20. *Quorum remiseritis peccata, erunt remissa; & quorum retinueritis, erunt retenta.* At exercendo potestatem clauium

clauium in accusantem se sub conditione, solum posset soluere & nullatenus ligare; nam quam ratione, aut lege posset ligare illum qui se certo deliquisse non dicit, sed solum possibiliter: Posset tamen non absolueri, quando occasione peccandi nollet præcindere, ex qua oritur se pluries dubitare, an in peccata ruat, vel non. v.g. non absolueri illum, qui domi habet feminam quam concupiscere sæpe dubitat: vitaret tamen peccatum illud dubium, nisi illam inspiceret & contempleretur cum iam certum, vel dubium periculum admittat.

15. Et iuratos esse tempus aiunt poenitentes, eò quòd virtutibus non v. cauerint: quòd nec in septimo præcepto comprehenditur, nec distinctum peccatum est. At dices, otiositatem esse filiam acediae, vt docet D. Isidor. in lib. de summo bono, de quo meminit D. Thomas 2. 2. quæst. 35. art. 4. ad 3. qui optimè aduertit pro solutione, otiositatem siue somnolentiam reduci ad torporem erga præcepta circa quæ est aliquis otiosus, ea omnia prætermittens, & somnolentus ea negligenter implens. Vnde ex mente D. Thomæ, si aliquis sit otiosus virtutes non acquiritur quas posset, minimè peccat, nisi tunc otiosus sit quando tempus adimplendi alicuius præcepti occurrit, Martin. del Rio, lib. 1. cap. 5. quæst. 4. de magia: idem D. Thom. art. 3. ad 2. rectè obseruat, quod licet quis tristaretur de hoc, quod aliquis cogat eum implere opera virtutis ad quæ non tenetur, non esset peccatum acediae; vt notauit Vazquez de Eucharist. disp. 113. cap. 2. num. 6. Et latius nos de hoc disp. 7. num. 15.

16. Et in 5. præcepto illos animas suas peccatis occidisse fatentur minus benè, tum quia illo præcepto animæ occisio non est interdicta, tum quia animam criminis interimere distinctum peccatum non est ab illo, quod committitur in quolibet genere, ex quo mors spiritus animæ resultat: vt Vazquez 3. part. tom. de Eucharist. disp. 209. cap. 4. num. 38. & 1. part. disput. 102. cap. 7.

17. Nec est necessarium in fine confessionis dicere, *me accuso ex vniuersis omissionibus: & ex omnibus commissis opere, verbo, & cogitatione*: licet contrarium doceat Anton. Molina tit. 5. de sacrament. poenitent. §. 8. fol. 203. Hæc enim generalia sunt quæ superflue recensentur in confessione, quando particularia peccata sunt narrata; aliàs vtile esset quodlibet peccatum bis aut ter repetere. Vnde licet in confessione generali dicatur: *Confitear Deo, quia peccatis nimis cogitatione, verbo & opere*: id expedit dicere, quia in particulari tunc non sunt narranda peccata, & vbi deficiunt specialia, ad generalia opus erit deuenire. Henr. lib. 4. cap. 9. fine, & lib. 5. cap. 3. n. 5. Nauarr. cap. quem parit. & de poenit. dist. 1. num. 10. prælud. 5. n. 6. prælud. 9. num. 1. & cap. 26. n. 28. & alij Doctores, num. sequenti vocandi.

18. Præterea redundat, poenitentes in fine confessionis dicere, *me accuso ex omnibus, de quibus caro, mundus, & diabolus me accusare possunt in die iudicij*, hæc enim generalia materia non sunt sufficiens Sacramenti poenitentiae, casu quo poenitens narrare possit in particulari peccata; vt Vazquez tom. de poenitent. quæst. 91.

art. 2. dub. 1. D. Anton. in summ. 3. part. tract. cap. de infirmis, & in 3. part. tit. 10. cap. 2. Medin. C. de confess. quæst. de absolutione ab obliu. circa fin. Cordub. quæst. 30. de indulgent. dub. 3. opin. 2. Angel. verb. confess. 4. num. 80. (imò & signa generalia non sufficere ad confessionem etiam in casu necessitatis, quando infirmus in speciali peccatum non potest confiteri, docent Sor. distinct. 18. quæst. 2. artic. 5. Canus relect. de poenitent. 5. part. fol. 128. §. 4. in harendo Ecclesiastico vsui. Ledesma 2. part. 4. quæst. 9. art. 5. dub. 2. Nauarr. in summ. cap. 16. num. 27. & 28. quibus tamen non assentior, quia verum id non puto, vt latius disput. 44. num. 27.) Tum quia falsum est, carnem, mundum, & diabolum accusatores assistere in die iudicij; diabolus enim accusationem non imponit, nec ibi adest strepitus iudicij ex accusatore, sed Deus per seipsum in instanti separationes animæ à corpore, animæ ostendit peccata ob quæ damnatur, & dæmonibus traditur ad infernum portanda.

Nec caro, aut mundus alio modo accusare dicuntur, quam quòd peccata carnis, & mundi vanitatum digna sint aeterno supplicio, vel temporalis. Vnde optimè Albinus in Gen. cap. 4. ait: *Quomodo sanguis Abel clamat: nempe quia homicidij illius reatus in conspectu eius apparet. vbi Glossa interlin. ait: Euidencia patris sceleris non indiget accusatoris clamore.* Cum ergo vniuersa crimina Deo manifesta reddantur, accusatoris non erit opus. De quo Suarez tomo 2. in 3. parte, quæst. 49. artic. 6. disput. 52. sect. 2. §. secundo facile, & §. quocirca dicendum, Pereira in Dan. lib. 8. fol. mihi, 455. Trull. in Bulla defunctorum, dub. 4. num. 1. & D. Perez in suo vtili lib. *Miserios de nostra sancta Fè*, fol. 198. & 188. & fol. 200. Viguer. Instit. de iudicio generali, cap. 21. & vers. 3. dicens, post latam in reprobos sententiam, dæmonem in infernum eos portaturum, iuxta illud Matth. 13. *Colligite primam zizaniam, & alligat eam in fasciculos ad comburendum.* & §. 5. fol. 300. dicit, accusationem fieri mentaliter. Quod etiam docet D. Thom. in addit. ad 3. part. quæst. 88. art. 2. Ad quid ergo dæmonis accusatio erit necessaria? Non quidem ad informandum iudicem de veritate, qui omnia nouit; nec ad hoc quod anima quibus damnatur peccatis cognoscat; nam hoc nec ipse dæmon potest cognoscere, nisi à Deo teueletur: nec saltem interna peccata cognoscere quibus, an anima illa commiserit, vel non. Et idem Viguer. fol. 802. expressè ait, peccata reprobatorum fore accusatores. Etiam D. Thomas in addit. ad 3. part. quæst. 89. art. 4. non aliud munus obire dæmones respectu damnatorum, quam torturæ, insinuat; nihilque meminit accusationis. Quod docet Magist. in 4. distinct. 47. §. E. & ibi Durandus. Neque obstat illud Apocalyp. 12. vbi dicitur: *Nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius, quia prociectus est accusator fratrum nostrorum* (id est diabolus) *qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte.* Nam vt optimè aduertit Lira, idem est dæmonem accusasse, quod ad peccandum impulsisse homines, efficiendo eos accusabiles coram Deo, & cogens ad patriæ cultum sibi impendendum. Quapropter si aliter quam expo-

situm est, accusationem imponendam esse à dæmone sibi persuadeat Pereira in Dan. lib. 8. ante §. *Ecce cum nubibus*. fol. *mibi* 456. falsum asserit. Vnde decipitur quoque dum inquit apud dæmonem esse librum mortis; proferrique ab ipso, cum ab homine ratio exigitur extrema. Nec dari librum mortis docet D. Thom. 1. p. quæst. 24. art. 1. ad 3.

19. Nec pœnitentibus opus est in fine confessionis dicere; *me accuso ex omnibus quorum obliuiscor; quæ si in memoriam reuocarentur, propterea*. Nam huiusmodi propositum virtualiter clauditur in vera aliorum peccatorum accusatione. Nec obstat David Psalm. 18. dicens: *Ab occultis meis munda me Domine*. Tum quia huiusmodi deprecatio non ad Sacramentalem confessionem est relata; tum quia ibi rogat Propheta sibi dimitte peccata omissionis impediendi aliena peccata; cum id ei ex officio Regis incumberet; quæ occulta vocat, cum inquirere & scire minime curasset; ob id subdit, & *ab alienis parce seruo tuo*, id est, parce, propter omissionem aliena peccata impediendi.

At dices, in qualibet re agenda actuale habere intentionem, quam solum virtualem, factus esse; sicut consultius erit celebranti sacramentum actualem habere intentionem consecrandi, quam solum virtualem, vt docet rubrica Missalis de defectu intentionis, num. 4. *Si intentio non sit actualis in ipsa consecratione propter euagationem mentis, sed virtualis, cum accedens ad altare intendat facere quod facit Ecclesia, consecratur sacramentum; & si curare debet Sacerdos, vt etiam actualem intentionem adhibeat*. Igitur licet accusatio peccatorum obliuitorum virtualiter sit inclusa in accusatione vera aliorum, consultius tamen erit pœnitenti actualiter se de obliuiscere, & propositum actualiter habere illa consistendi, si memoria occurrisset.

20. Nec inficiamus satis esse propositum actuale, quam virtuale consistendi peccata, ob id solum quod ranquam superfluum reiiciamus, quod propositum illud internè conceptum, exterius confessori manifestetur. Nam cum tale propositum exterius manifestari nihil conducatur ad validitatem, & fructum confessionis factæ de præsentis, superflue interueniret talis manifestatio propositi, cum illud esse à pœnitente habendum à confessario præsupponatur. Quod si adhuc instes manifestare illud propositum esse actum virtutis exteriorem à quo abstinere pœnitentiam non erit consulendum; non vrget; aliàs expedit pœnitenti sacramentaliter se accusanti, desideria ad omnes virtutes exercendas proderet, dicendo, *propositum habeo audiendi Missam, inuisendi hospitalia, seruandi ius unicuique, colendi Deum, ignoscendi inimicis, &c.* Quod dicendum non esse, velut fastidiosum, & superfluum, nemo in dubium vocabit.

21. Tum solent pœnitentes ordine præceptorum Decalogi se accusantes, præmittere, *se non amasse Deum ex tota intentione cordis sui*. Cùmque hoc mandatum speciale non sit in lege Dei, sed generale, sicut mandatum dilectionis proximi generale est, per septem Decalogi præcepta distributum, vt docet Vazquez, tom. de pœnitent. quæst. 90. art. 1. dub. 4. num. 40. bene

aduertens tale præceptum negatiuum esse, cum satis adimpleatur per hoc, quod nullum malum proximo inferatur; & Suarius, tom. de fide, tractat. de charitate, disput. 5. sect. 4. num. 4. acutè monens præceptum diligendi proximum non obligare ad habendum actum internum, cum per se non pateat proximo sicut Deo, Molin. 1. patr. quæst. 63. art. 2. & 3. disput. vnica, membr. 2. §. *Idem quod affirmant*. necessarium non erit accusationem illius præmittere, sed statim incipere à particularium præceptorum transgressionibus. Vnde deceptus est Lorca 2. 2. quæst. 44. art. 2. disput. 58. num. 10. arbitrans esse obligationem eliciendi actum amoris proximi, saltem qui feratur in omnes proximos, eo quod D. Thomas quæst. 15. art. 8. dicat, in præparatione animi constringi homines inimicos diligere, at per actum antecedentem animus præparari debet. Sed fallitur, præparatur satis per odij cessationem. Nec esse specialia præcepta, docet D. Thomas 2. 2. quæst. 44. art. 1. ad 3. qui contrarius non est in artic. 2. quia ibi solum intendit, proponi præceptum dilectionis Dei & proximi vt speciale, propter rudes non capientes in aliis præceptis esse inclusum, docet lausen, in concord. Euangel. cap. 81. D. Bernardo. serm. 50. in Cant. & Christus Matth. 22. dixit, *In dilectione Dei & proximi comprehenditur lex & Prophetæ*, & docet D. Gregor. homil. 30. in Euangel. *Verè etenim Deum diligimus, si mandata eius custodimus, si nos à nostris voluptatibus coarctamus*. Ecce D. Gregorium dicere, verè, hoc est in rigore, proprietate sermonis alicum Deum diligere cum mandata custodit, & mala cauet. Et confirmari potest ex epistol. Ioan. cap. 2. *Qui seruat verbum Dei, verè in hoc charitas Dei perfecta est*. Quod non solum de charitate habituali, sed de actuali intelligi potest, nec oppositum probari poterit, vnde actum diligere, non est aliud ex mente D. Ioan. quam verbum Dei custodire, hoc est illius mandata complere; & saltem de dilectione Dei naturali non dari speciale mandatum, docet Bañez 2. 2. quæst. 44. art. 1. dub. 1. conclus. 2. docet Maldon. Matth. 3. vers. 39. dicens, hæc duo, scilicet: *Dilige Dominum Deum tuum, & proximum sicut teipsum*; maxima totius legis præcepta à Christo dici, non quod distincta ab aliis præceptis sint, sed cæterorum compendium. Et præceptum dilectionis proximi esse compendium cæterorum mandatorum ad proximum pertinentium, testatur D. Paul. ad Rom. 13. dicens: *Nemini quidquam debeatis, nisi inimicem diligatis; qui enim diligit proximum, legem impleuit; nam, Non adulterabis. Non occides. Non furaberis. Non falsum testimonium dices. Non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo insinuetur, Dilige proximum tuum sicut teipsum*. Quapropter remerè satis loquutus est Lorca 2. 2. quæst. 44. art. 3. disput. 57. dum hanc sententiam impiam & erroneam appellat, ex eaque sequi dicit, vt nullus homo restrictus sit in tota vita memor esse Domini Dei sui, ad ipsum que affectu mentis conuertitur, ita vt ei placere, & tanquam Domino Deo suo & summo bono seruire, & voluntatem eius implere proponat. At ex hoc oppositam sententiam esse veram conuincitur, cum innumeri in tota sua vita huiusmodi actum habuerint, contenti solum cæterorum

terorum mandatorum obseruatione, quos damnare temerarium est. Comperi sanè ex huius authoris scriptis maximè procliuè esse ad ferendum censuras contra oppositas sibi opiniones, quæ conditio maximè noceret si qualificatoris munus exerceret in officio inquisitionis. Imò licèt speciale præceptum esset dilectionis Dei, vt docent plures ex inferiùs allegatis, non frangitur, quia ex tota animæ intentione, & ex totis viribus intensiue, non sit Deus dilectus, cum præceptum solum detur de dilectione Dei super omnia appetitiuè: at quando poenitentes se accusant Deum non dilexisse ex toto conatu cordis falsè intelligunt; quia tota intentione ad diligendum Deum non intenderint, cum tamen dilectionis mandatum in quolibet gradu intensiõis impleatur, D. Thomas 2. 2. quæst. 44. art. 4. & ibi Caietan. & communiter DD. in 3. distinct. 27. Nauarr. in summa, cap. 1. Latine, num. 4. Hispanè, num. 9. & cap. 11. num. 6. Valent. 2. 2. disput. 3. quæst. 4. punct. 2. & quæst. 19. punct. 1. Suarez tom. de poenitent. disput. 4. sect. 4. num. 7. & tom. de fide, tract. de Charitate, disput. 5. sect. 2. num. 2. Tolet. lib. 4. summa. cap. 9. num. 7. Sanchez in summa lib. 2. cap. 35. num. 2. fin. Azor, tom. 1. lib. 9. cap. 4. quæst. 3. Vazq. 1. part. tom. 2. disput. 235. num. 12. & 1. 2. tom. 2. disput. 194. num. 13. & 19. Gabr. in 3. distinct. 27. quæst. 1. art. 1. notab. 6. Maior in 4. quæst. 2. art. 4. distinct. 14. Layman tom. 6. fol. 125. num. 3. Sotus, in 4. distinct. 17. quæst. 2. art. 4. Somnius, in demonstrat. Religionis Christianæ, tractat. de diligendo Deum & proximis, cap. 7. fol. 915. Banez 2. 2. quæst. 26. art. 2. ante finem. Medin. C. de poenitent. quæst. 5. Ledesm. 2. part. sum. cap. 5. conclus. 4. Nider. præcept. 1. cap. 5. num. 4. Aragon. 2. 2. quæst. 26. art. 2. §. *Hic tamen non obstatibus.* Almayn. in 3. distinct. 27. quæst. 1. fol. 89. Ludou. Torr. 2. 2. disput. 74. dub. 1. paulò ante fin. Ioan. Vivald. de vera contrit. cap. 12. fol. 67. & 77. Vega 1. part. summa. cap. 18. casu 7. Rodrig. 1. part. sum. cap. 11. conclus. 1. Malder. de virtut. quæst. 44. in principio. Becan. 3. tom. cap. 17. num. 4. quæst. 4. Viendus Suarez tom. de Statu religioso, lib. 1. cap. 9. num. 7. & seqq. Pinellus de Sacram. poenit. lib. 1. fol. 17. loquens de contritionis mandato quod hercè impletur in quocumque gradu intensiõis habeatur contritio. Puteanus tom. 2. fol. 689. col. 2.

Nec frangitur hoc præceptum dilectionis Dei toties quoties poenitentes de fractione se accusationi tradunt: nam si quotidie horum confessiones excipias, quotidie dicunt, se non dilexisse Deum ex totis viribus. At præceptum dilectionis Dei non tam crebrò per se obligat. Sed ad summum obligabitur fidelis nimium non differre hanc dilectionis, vt docet Suario tom. de charit. disput. 5. sect. 3. num. 4. & idem docet tom. de poenitent. disp. 15. à sect. 4. loquens de tempore quo obligat contritio, & tom. 2. de religio. lib. 1. cap. vlt. loquens de oratione, & de statu religioso, lib. 1. cap. 9. num. 14. Lorca 2. 2. quæst. 44. art. 3. disput. 58. num. 8. in fine, qui vltra annum non esse differendam huius mandati dilectionem censet, quod etiam docet Torres 2. 2. disput. 97. dub. 2. & tantùm in articulo mortis, illud præceptum dilectionis obligare docet Vazquius, tom. de poenitent.

quæst. 86. art. 2. dub. 6. num. 11. & verè si ad speculationem tantum esset recurrendum, hæc videtur verior sententia. Nam supposito, quod nullum tempus determinatum signet Deus, quo debeat diligi, liberum relinquit hominem, vt tempore à se electo obligationem exequatur, & cum articulus mortis vitimum vitæ tempus sit, & aliud eligere nequeat, constringitur in illo præceptum implere. Et qui pressius loquuntur, inducunt obligare præceptum in diebus festiuis tantùm, vt Scot. in 3. d. 27. quæst. 1. §. *quantum ad secundum.* Petrus de Sor. lect. 13. de poenitent. Vigner. summa. cap. 10. §. 4. ver. 2. 1. Marsilius in 4. quæst. 12. art. 1. part. 5. igitur non quotidie obligat præceptum dilectionis Dei, & tamen quotidie poenitentes de eius fractione se accusant, ne suæ consuetudini confitendi deficiant. Si tamen se reos ostenderent, non quia arbitrentur se quotidie ad dilectionem esse constitutos, sed quia de omissione aliquando habita, se pluries accusate contendunt, sicut qui de homicidio semel perpetrato quotidie accusationem præmittit; sic consulesimum erit, quotidie se de omissione dilectionis accusare; in quo sensu loquutus fuit Lorca 2. 2. quæst. 44. art. 3. disput. 58. num. 8. dum dixit consulesimum esse, frequenter se accusare de negligentia dilectionis.

Et non correspondisse inspirationibus Diuini tanquam crimen fatentur. At quod si de inspirationibus ad consilia exequenda intelligatur, peccatum non sit, eis non annuere, vel quod etiam non auscultare inspirationibus ad præcepta vocantibus, distinctum peccatum non sit, dicimus disput. 7.

Solent aliquando poenitentes cautiùs viuentes molestiores esse in confessionibus: cum enim ipsi peccata ad confitendum difficultet inueniant, quæ crimina non sunt, confessioni subiiciunt, ex generalibus se accusantes: aiunt enim, *quid in confessione dicam si hæc non refero, cum peccata non reperiam?* Dicant itaque absolute peccatum aliquod ex præteritis: posse enim præterita peccata esse materiam nouæ confessionis, est communis Doctorum sententia, de quo Suarez 4. tom. de poenitent. disp. 22. sect. 6. Victor. quæst. 160. Nauarr. cap. 1. num. 32. Vega 1. part. casu. 20. 2. 1. Sa verb. *confessio*, n. 37. Coriol. de casibus reuertuatis, fol. 348. requirit tamen nouum dolorem communiter docent D. Vazquez tom. de poenitent. quæst. 92. ar. 3. num. 9. licèt Ledesm. 1. part. sum. cap. 4. de poenit. dub. 2. Ioan. de la Cruz de poenit. quæst. 1. in fin. contrarium censent probabilis. Quibus non assentior. Nec putent inutiliorem esse confessionem, quia breuior: præsertim quando mora in recensendis non peccatis habetur, vt meminit Nauarr. cap. 2. num. 1. Vnde decem annorum confessio breuiter fieri quibit, si necessaria solum poenitens recenset à superfluis abstinento. Solent deinde tristari maximè, si scrutantes conscientias suas scelerata non reperiant (de quo tamen ego nimis gaudeo) num ad id cautè non viuunt, quod à peccatis committi solitis abstineat? Quid igitur mirum, si in ea non fuisse prolapsos minimè percipiant? At dicent tristari, quod non inueniant peccata quæ ipsissimè videretur commississe. Nec hoc causa debet esse mortoris, ad scrutandam conscientiam

solùm obligat Deus, non ad inuenienda peccata infallibiliter, Sot. in 4. distinct. 18. artic. 4. fine.

23.

Molestos etiam se exhibent pœnitentes confessionariis, referentes se vitæ emendationem promissam non fuisse sequutos, sacram synaxin minori cum reuerentia recepisse, pœnitentiam sibi iniunctam non adimplesse, adeo celeriter, tantoque dolore ac possent, sed potius socorditer in plurimis deliquisse. De quo confitendi modo agit Victoria in confessionario breui, fol. 7. Medin. summ. lib. 2. cap. 8. Zerol. in praxi pœnitent. fol. 328. Dotor Martin Cordero *est el tesoro espiritual*, fol. 266. Cantarell. in præceptis decalog. lib. 1. cap. 84. num. 379. B. Orozco *en el confessorio*, fol. 11. & 23. Iustus de Castro in confessionali. Cuius stylus inter omnes est maximè vitandus. Ludouic. de Granada in confessionari. breui, & Directorum curatorum, circa fin. Manual del Christiano de P. Torres, Fr. Anton. de Molina, monje de la Cartuja *en la instrucion de Sacerdotes*, tractat. 5. cap. 4. §. *Memorial y forma para confesarse*, fol. 198. aliàs 647. Don Iuan de san Clemente *en el confessorio breue*, fere in fine. Dotor Ioseph. de Aguilar *en las aduertencias para confesar*, Flavius Androzius *en la frecuente comunion*, fol. 141. Ioseph de Ortu patochi in speculo parochorum, c. 19. Anton. Ferrer *en la guia del camino para Iesus*, p. 3. dialogo 4. Antonius Vazquez Carmelitanus, Antonius Ragneius in lucerna Parochorum, rit. *pro confessoris in praxi*, quaesito 222, fol. 458. vsque ad 471. cuius methodus proluxa satis est, & tædium parans. Franciscus de Soro, qui licet præambula non doceat fieri, quatenus tamen asserit opus esse narrare quænam fuerint iuramenta. v. g. An iurans dixerit, *viuit Deus*, vel, *ita Deus me adiuret*, &c. deferendus est, vt dicimus disput. 6. num. 6. Hieronymus de Campo *en el Manual*, & alij plurimi. At nihil horum de quibus se acculat, peccatum saltem speciale est; inutiliter igitur confessioni subiicitur, vt absoluat. Et ore solùm tenus horum accusationem præmittunt, quia sic dicendum in formula confessionariorum reperere. Si tamen intendat pœnitens dum dicit se emendationi non esse deditum, reiterationem alicuius peccati in particulari manifestare (supposito quod sequatur opinionem consentium reincidentiam esse aperiendam, cuius contrarium censensus disput. 9. num. 6.) absque necessitate statim in ingressu confessionis dicit, *me accuso ex defectibus emendationis vitæ*: sed hoc omisso, peccatum ex rei incidentia fateatur, & tunc asserat illud pluries aliàs commisisse.

Sed damnabimus tot confitendi methodos à doctis viris traditas? Ego saltem eis vt prolixis non vtendum censeo, & gratiam habendam à me traditam formam, non dubito, rebus attentè pensatis.

24.

Modus igitur brevis, discretus, utilis, fastidio carens seruandus à pœnitentibus in confessione, hic erit: se cruce signet, dicendo: *Per signum Crucis*, (Latine vel Hispanè) & non sanctissime Crucis, vt quidam aiunt: Ecclesia enim tale non addit verbum. Deinde percussione pectoris facta, dicat seruel. *Peccavi*. Nec confessionem generalem opus est præmittere, saltem integram, præsertim eos qui sequeuter confiten-

tur; vel quando plures expectant ad confessionem sacramentalem exequendam. Sic docet Paulus V. in Rituali edito anno 1617. de sacram. pœnit. fol. 95. dicens: *Tum pœnitens confessionem generalem Latine, vel vulgari lingua dicat, scilicet: Confiteor, &c. vel saltem vtatur his verbis: Confiteor Deo omnipotenti, & tibi Pater: & docet Flavius Androzius en la frecuente comunion*, fol. 143. integrè sanè recitandam in quatuor euentibus statuit Ecclesia. Primò, initio Missæ. Secundò, ad horam Primam. Tertio, ad Completorium. Quarto, in administratione Eucharistiæ sanis, vel infirmis, vt constat ex dicto Rituali, de sacramento Eucharistiæ, fol. 66. & 73. At illam integrè recitare ante confessionem opus non est: tum quia necessarium nõ est ad dolorem excitandum, cum iam à pœnitente adducatur, & sufficienter excitetur per verbum, *Peccavi*: & fastidiosum sit confessatio illam integrè recitare pœnitentem. Statim ergo dicat, quæ commiserit aduersus primum præceptum: Non adorandi Deos alienos, Exod. 29. vt notauit Margarit. confess. fol. 71. *Me accuso falsum iurasse ter, aut quater; cuiusdam famam detraxi, furtum commisi, hominem odio habui, Missam die festino non audiui, &c.* Et quamuis iuxta plurium opinionem per confessionem generalem tanquam per sacramentalem venialia peccata remittantur; vim remittendi sitam esse non in omnibus confessionis verbis, sed in illis, *Peccavi*, quisque sciat. Cùmque nos tale verbum dicendum fore censeamus, fit remedium remissium venialium non remoueri.

Omnia peccata eiusdem speciei vno numero narret, vt *adulteria decem commisi, tria furta feci*; & in fine dicat, *plura non habeo*. Sunt enim aliqui dicentes, rem se habuisse cum quadam coniugata sex vicibus; postea cum alia quatuor; postea cum alia decem, quæ omnia vnico poterant verbo proferri, vt doctè satis docet Ludouicus de Granada tract. 2. *de la penitencia*, §. *quarto asiso*, iuxta probabilem satis opinionem, dicendo: *viginti commisi adulteria*. Quod notauit Henriquez lib. 5. de pœnitent. cap. 3. num. 5. & cap. 5. num. 8. & docet Azor 1. tom. lib. 4. cap. 4. quaest. 6. Maior in 4. disput. 17. q. 4. Nauarr. cap. 16. num. 5. in vtraque summa docet expresse Anton. Diana tractat. 7. resolutio. 13. Homo bonus de examine Ecclesiæ 1. part. tractat. 5. cap. 13. quaest. 83. Bonacina de sacram. quaest. 5. disput. 3. punct. 2. §. 3. difficult. 3. propositio. 3. num. 4. qui sanè author indignus est quod ab aliis citeatur, propter prolixitatem modi suæ allegationis. docentes tantum peccate qui inuitat decem feminas ad peccatum, sicut qui inuitat decies eandem feminam: docet item Mont. 1. 2. tom. 2. quaest. 73. art. 8. quaest. 8. num. 25. dicens, quod ruita spiritualis complice generalis circumstantia est peccatorum, quæ habent complice, nec tribuit nouam speciem, nisi sit directè volita: peccatum enim quod committi non potest sine complice, ex sua specie habet socium ad peccandum, & inde non reponitur in alia specie, quia cum socio committatur, docet Vazquez tom. de pœnit. quaest. 91. art. 1. dub. 4. num. 3. & 7. & præcipua huius ratio est, quòd omnia scelera, quæ absque complice committi non possunt, perpetrari ea est impo-

impossibile nisi vnus salterum inuiter : quomodo enim crimen executioni mandaretur à duobus nisi sibi metipsis mutuo desideria explicarentur : Videndus Vazquez 1. 2. tom. 1. d. 102. num. 12. & 23. Rodrig. 1. part. summ. cap. 5. 1. explicans ; illam conditionem seruandam in confessione, scilicet, quod sit discreta, quia vnico verbo plura peccata recensentur. Reginald. lib. 6. 1. p. prax. numer. 115. Vega en el espejo de Curas, tom. 1. cap. 11. num. 163. Suarez tom. de poenit. d. 2. sect. 5. num. 37. Nauarr. in summ. cap. 6. num. 18. & cap. 5. num. 4. dicens ; ne confessarius permittat dicere sigillatim peccata vnius speciei, sed urgeat vt ad vnum numerum poenitens illa reducat. Caietan. verb. confessio. in 6. p. concept. & 2. tom. Opuscul. 2. quæst. de contritione, Armill. confessio sacramentalis, num. 16. dicens : poenitens prius in seipso medietur peccata, & bene computet. Sor. in 4. distinct. 12. quæst. 2. art. 4. fol. 818. Zerol. in praxi poenit. fol. 120. Quomuis doceant alij numerum sceminarum cum quibus adulterium fuit commissum esse explicandum, eo quod peccatum scandali sit distinctas foeminas ad fornicationem inuiter. At rectè loquitur Sanchez summ. lib. 1. cap. 6. num. 14. dicens crimen scandali esse foemina inducere, opus tamen non esse illud in confessione explicare ; quia dum fateatur vir fornicationem commississe, communiter intelligitur foeminam sollicitasse, fatendam tamen ait esse circumstantiam si foemina vitum paratum sollicitasset, quia in fornicatione foemina ea circumstantia non exprimitur, & circumstantiam scandali esse foeminam ad fornicationem inuiter, docet Martinez 1. 2. tom. 2. quæst. 73. art. 8. dub. 5. conclus. 1. Nec grauius crimen est decies eandem foeminam inducere quàm sigillatim decem foeminas, cum in vtroque casu inductio solum denaria sit. Certum tamen est in qualibet opinione, tunc inuitationem speciem mutare & necessariò esse confitendam, quando inuitatio facta est extraordinariis precibus æquivalentibus violentiæ morali ; Salas 1. 2. quæst. 73. tom. 2. tract. 13. disput. 5. sect. 15. num. 133. Qui conciliat opinionos, quod asserens inuitationem non mutare speciem loquitur dum inuitatio communiter fit, censens verò fore confitendam intelligat id dum inuitatio extraordinaria est, vt ei difficillimè resisti possit. Vnde Lorca 2. 2. quæst. 43. art. 8. num. 6. dum dixit non fieri satis confessioni si dicat quis peccasse cum quadam foemina, sed opus esse dicere se illam inuitasse, nec quamquam concessisse hanc circumstantiam taceri posse, nec tutò & sine temeritate id asseri posse, temerè loquutus est : vt enim optimè aduertit Suar. de fide, disp. 19. sect. 2. n. 21. Cano de locis lib. 12. cap. 11. Torres de fide, disput. 55. dub. 3. sicut potest esse temerarium aliquam simplicem propositionem asserere, ita erit temerarium censuram temeritatibus tribuere sine fundamento, & quando propositio illam non meretur. At quis dicat Sancium temerè fuisse loquutum, iniquentem, opus non esse se inuitasse foeminam explicare ?

25.

Et impertinens est communiter in ingressu confessionis poenitens conuersationem cum confessario intrè & de salute confessarij inquirere, imò & aliquando de eius tota familia. Agnosco confessarium has percunctationes.

Sanchez Selecta.

subtiliter repellentem, nolentem, scilicet ad eas respondere, sed iubentem illis confessioni incumbere poenitentem : quia non est locus nec tempus vrbaniatibus studendi, sed confitendi humiliter, & deuotio, dolor & fortè pudor minuitur. Sic egisse sapientissimum Vazquiunt Societatis I. S. V. filium & splendorem, est mihi testatis eius consobrinus.

Demum notato, poenitentes confitentes peccata secundum conscientiam suam, & eo modo quo deliquisse illis videtur, adhuc non esse contentos, repetentes, me accuso eo modo quo scit Deus me scelus commississe. Quod quidem impertinenter dicitur, non enim sacramentalis confessio fienda est à poenitente, iuxta id quod Deus de peccato cognoscit, sed iuxta id quod peccator. Cum igitur ipse examine sufficienti præmissio, alio modo quo explicat, se deliquisse neutiquam cognoscat, obligationi rectæ confessionis satisfacit, quod docet Nauarr. summ. cap. 10. num. 7.

Aduertant itaque confessarij, poenitentes excusandos esse breuiorem, & magis succinctum confitendi modum non seruantes ; instruantur à confessariis ; etsi enim aliquantulus labor sit, postea tamen recompensabitur fructu certissimo breuitatis succedente.

Ad primum argumentum fatemur pium vsus esse fidelium imperfectiones, quæ peccata non sunt, sacramentaliter confiteri, nec ob id vtiliorem, vt constat ex rationibus conclusionis.

Ad secundum respondetur, probare secundum se esse vtilius causa humilitatis recensere imperfectiones ; non tamen velur materiam confessionis sacramentalis ex modo eas narrandi. Neque ius habet poenitens obligandi confessarium, vt tales imperfectiones audiat, sed solum peccata. Nec etiam fas erit contra ius confessarij, humilitatis actum exercere poenitentem, ipsi vme augeri in gratia cum confessarij iactura, scilicet, temporis & molestiæ.

Ad tertium respondetur, minus confessarij non esse ex obligatione imperfectionibus mereri, sed peccatis. At si poenitens consilium rogaret ad euellendas huiusmodi imperfectiones, teneri ex consilio confessarium præstare non dubito : petatur tamen extra confessionem, ne imponatur onus confessario audiendi ea quæ fortè nollet, vt docet Magister Auila, 1. part. lib. Audi filia, carna à vn Predicator, fol. 62. col. 2. Et in tali casu secreti tractio non timeatur : iure enim naturali celare tenebitur ; quo etiam solum teneretur, si sacramentaliter in confessione via accusationis imperfectiones aperta fuissent ; cum tantum peccata, aut ab illis dependentia sacramentali sigillo gaudeant, & fruantur, vt docet D. Thom. in 4. dist. 21. quæst. 3. art. 1. quæst. 1. in corp. & ad 2. Palud. in 4. dist. 21. quæst. 3. Alexand. 4. part. quæst. 19. memb. 2. Bonavent. distinct. 2. 1. quæst. 2. §. in ista questione. Scot. distinct. 21. quæst. 1. & 2. ad 2. Durand. quæst. 4. Gabriel quæst. 1. art. 1. Maior, quæst. 3. Medin. C. de confess. celandi. Sor. in 4. distinct. 18. quæst. 4. artic. 5. Petr. de Sor. lect. 11. de confess. Ledesma, 2. part. 4. quæst. 10. art. 1. dub. 1. Vazquez tom. de poenit. quæst. 93. art. 4. dub. 1. & 3. num. 2. Suarez, tom. de poenit. disputat. 39. sect. 3. numer. 10. Henriquez, lib. 6. cap. 19.

26.

27.

28.

29.

num. 4. fin. & cap. 21. num. 1. Sot. in relect. de te-  
gendo secreto, art. 2. Palat. in 4. distinct. 21. q. 2.  
& vniuersi DD. absque vlla differentia. Aduer-  
sus dicta quædam indocti insurrexerunt (non  
docti; nam eis maxime disputatio placuit) affir-  
mantes tolerandum non fore, nouam metho-  
dum pro confessionibus agendis introduci, cum  
docti antiquitus illo modo à nobis repulso  
fuerint vsi. At ab eis percontari liber quam  
ratione forte potuerint vetustissimam illam  
methodum confitendi qua dicebatur; *Confes-  
sione a Dios todo podroso y à la bien auenturada  
siempre Virgen y a san Pedro y a san Pablo y al  
Apostol Santiago y a todas los Santos, y a vos  
Padre que peque en comer, en beber, en reir, en  
jugar, en mal abror, en mal perseverar, en mucho*

*bien que pudiera haueo hecho y no lo haze, de mu-  
cho mal que me pudiera apartar y no me aparte  
veniego del Diablo y de todas sus obras, torneme  
seruo y vasallo con el cuerpo y con la alma de mi  
Señor I E S V. Christo. Por tanto ruego y pido por  
merced a la Virgen sin mancilla me quiera perdo-  
nar todos mis pecados presentes y passados y en  
confession olvidados y fuera de ella y a vos Padre  
espiritual me deys penitencia de mis pecados y me  
absoluays. Mutari & aliam introduci nouam,  
sicut enim illis displicuit forma hæc quæ vetu-  
stissima erat, & per doctos edocta & executi-  
ta & nobis displicet illa quam reiecitimus, no-  
uamque, discretam & breuem assignauimus, pro  
quo nobis non modicas fas esse referri gratias  
docti consenserunt.*



## DISPUTATIO SECUNDA

De rebus quibus se accusare solent pœnitentes, quæ  
tamen peccata non sunt.

### SUMMARIVM.

*Status disputationis, n. 1.*

*Plures pœnitentes se accusant de virtutibus, pœ-  
nitentes esse peccata, à numer. 2. usque ad 5. in-  
clusiue. Vbi scitu digna, & necessaria addu-  
cuntur.*

*Pœnitentiam etiam pœnitentes sibi non licere malum proxi-  
mo optare, quantumcumque sit necessarium ad bo-  
num spirituale proprium, vel proximi, num. 6. 7.  
& 8.*

*Licitum est optare sibi mortem ob vitandam mo-  
lestam infirmitatem, siue mendicitatem, vel  
vitam penalem à marito femina infirmam,  
num. 9.*

*Et licet ob consolationem captandam iniurias ab alio  
receptas referre alteri, siue ob accipiendam con-  
siliam, num. 10.*

*Nonnulli etiam se accusare solent, si de iniuria  
recepta vindictam coram iudice petant; arbi-  
trantur enim se statim offensores odio habere, nu-  
mer. 11.*

*Soliti præerea sunt se accusare eorum, quæ in aetate  
infantili egerunt carentes ratione, num. 12.*

*Accusantes se quod peccauerint decies, parum plus  
vel minus, si postea certo cognoscant duodecies se  
peccasse, non est opus illa duo peccata iterum con-  
fiteri, num. 13.*

*Comedere vel bibere absque necessitate, non semper est  
gula, num. 14. & 15.*

3.

**A**CTENVS resoluimus minus  
benè pœnitentes suas imperfec-  
tiones confessioni subiicere velut ab-  
solutionis materiam; quia tamen  
sunt aliqui qui non solum imperfec-  
tiones confitentur, verum quæ virtutes sunt, velut  
peccata narrant, absolutionem eorum ex-  
pectantes; quid cum eis confessario sit agen-  
dum, explicatu necessarium esse duxi. Et  
licet plures casus possem referre, solum ad-

ducam eos qui frequenter à pœnitentibus, vt  
peccata recenserentur, cum tamen hæc virtutes  
sint.

Moris igitur est plures pœnitentes reos se  
prodere de virtutibus, quas peccata esse existi-  
mant; si in filios, v. g. seruos, vel vxorem ira-  
scantur iusta causa exigente, & ad correctionis  
finem; cum potius ille actus charitatis, & mi-  
sericordiam spiritualis sit, ad correctionem fra-  
ternam attinens; teste Dauide Psalm. 4. *Ira-  
scimini, & nolite peccare*, quasi dicat, etsi ad ho-  
ram vt homines mouemini, nihil tamen per  
iram, contra rationem operemini, & de hoc ipso  
quod moti vel irati fuistis aduersantes rationi,  
cito pœnitimini, quod optime animaduertit  
Montoya in metaphoris metaphora 8. Genes.  
cap. 4. Et sæpè plures non irascuntur præ-  
uenientes rationem, sed potius ira excitatur à ra-  
tione, vt contingit in Christo, in quo non fuere  
passiones, sed præpassiones, quia non erant præ-  
uenientes iudicium rationis, sed magis se-  
quentes, & per ipsum rationis iudicium excita-  
tæ. & docet D. Thom. 2. 2. quart. 158. art. 2. di-  
cens, iram passionem esse; & constat ex 1. 2.  
quart. 64. art. 1. Suarius tom. de fide, tractat. de  
correct. fraternæ, disput. 8. sect. 3. num. 3. Ioan. de  
Friburgo in summ. confessorum, lib. 3. titul. 34.  
quart. 273. fol. 213; Ludouicus de Granada tra-  
ctat. 2. de la penis. §. de los 7. peccados mortales,  
§. ira. Alvarez en la conseruacion de la salud del  
cuerpo, capit. 7. fol. 25. Arevalo de correct.  
frat. fol. 122. Passio verò appetitus sensitiui  
in tantum est bona, in quantum ratione re-  
gularatur. Si autem ordinem rationis excludat,  
est mala: qui in ita attendi potest quoad duo.  
Primo, quantum ad appetibile in quod tendit,  
quod est vindicta. Vnde si aliquis appetat, vt  
secundum ordinem rationis fiat vindicta, est  
laudabilis iræ appetitus, & vocatur *ira per re-  
lum*. Si verò aliquis appetat vindictam fieri  
qualitercumque contra ordinem rationis, putà  
li

si appetat puniti eum qui non meruit, vel ultra quam meruit, vel non secundum legitimum ordinem, aut non propter debitum finem, qui est conseruatio iustitiæ, & correptio culpe, erit appetitus iræ vitiosus, & nominatur *ira per vitium*. Alio modo consideratur ordo rationis circa iram quantum ad modum irascendi, vt scilicet, motus iræ non immoderate feruescat, nec interius, nec exterius; quia tunc non erit ira absque peccato: quod intelligo quando nimietas iræ exponeret hominem periculo labendi in maledictionem ex animo in re graui, vel leui; & tunc esset mortale, vel veniale, vel in execrationem ex non animo, & tunc esset veniale, nisi forte ratione scandali fieret mortale. Et sic de alijs peccatis in quæ labendi præberet periculum nimietas iræ, aut contrariaretur modestiæ, vt Lessius lib. 4. cap. 4. dub. 4. num. 25. Si verò nullius peccati parrandi esset occasio, aut mali exempli, non video quæ ratione motus iræ, quantumcumque feruescat, sit peccatum. Ita docet D. Thomas in artic. 6. in fine corpor. Cùm enim passio iræ ex sui natura indifferens sit, quod nimis incensa sit, vel non, à ratione indifferens non valebit extrahere. Est namque intentio modus seu circumstantia actus, vnde impossibile reputandum erit, substantiam actus indifferenter esse, necdum verò intrinsicè ipsius malum, malum fore reputandum. Imò in art. 8. in corpor. & ad 2. ait, defectum iræ quandoque esse peccatum: qui modus per defectum opponitur iræ, & dicitur *lenitudo*, siue *stupor*, vel *inirascencia*, vt dixit Aristoteles, vel *ira vacua*. Est enim passio iræ vitilis, sicut & alij omnes motus appetitus sensitini, ad hoc, quòd homo promptius exequatur id quod ratio dicitur: alioquin frustra esset in homine appetitus sensitius iræ. Vnde acutè satis Caietanus notauit d. art. 8. contra Senecam, & Tullium; videlicet, quòd quoad executionem punitionis non debet homo esse sicut lex mortua, sed iustitia animata, vtens organis adiuuantibus, à natura ad hoc datis, vt est ira: quod docet Lessius, libro 4. dub. 4. num. 1. Quapropter Nemesius, lib. de natura hominis, cap. 2. iram appellauit *satellitium rationis*. Vnde Aristot. 4. Ethicor. dixit: *Passio ira excitata per virtutem fortitudinis adiuvat ad actum eius fortius exequendum*. Quæ egregiè à D. Gregor. 20. moral. cap. 8. super illa verba, Psalm. 12. *Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt*, fuerunt animaduersa, dum dixit: *Virga percutimur, & baculo sustentamur; sit itaque amor, sed non emolliens; sit rigor, sed non exasperans; sit zelus, sed non inconsideratè seruens*. Ac si diceret, sicut excessus iræ potest parere crimen, similiter & iræ defectus generare peccatum. Vnde optimè Fr. Ludouicus de Granada in simbolo de la Fè, 1. part. vbi, de los efectos de la anima, dixit: *La ira es desesperadora de la iusticia vindicativa, que es la que tiene por oficio castigar los delictos. Porque con la ira y indignacion que se concibe con ellos se mueuen los jueces à castigar los*. Quæ optimè Anselm. super epistol. ad Timoth. 4. confirmat, dicens: *Vnde non Apostolus qui Titum admonet, dicens: Argue cum omni imperio, Timotheum exhortatur, dicens: Argue, obsecra, increpa cum omni patientia. Quid est quòd emi imperium, alij patientiam*

Sanchez Selecta.

*precipit, nisi quod vnum lenioris, alterum verò feruientioris spiritus esse conspexit? Leni per auctoritatem imperij iniungenda erat feruientia verbi; is autem, qui spiritu feruebat, per patientiam temperandus fuerat, ne plus iusto irascens, non ad salutem vulnerata reduceret, sed sana vulneraret.* In quæ, illa D. Gregorij verba Exod. 23. super illud, *Dimittit me vt irascatur furor meus*, &c. Et Deo respondet Moyses, *Aut dimittit eis hanc noxam*, &c. coincidunt, dum dixit, *Ecce qui vitam omnium etiam cum sua morte petijt, paucorum vitam gladio exinxit, inuis arsit ignibus amoris, foris accensus est zelo feruientis*. Ac si diceret, quandoque iram, quandoque lenitatem fore necessariam, quæ vitio catebunt, si rationis regula regantur. Instruantur igitur pœnitentes, à pœnitentiarijs, ne ex conscientia erronea peccent.

Nec necessarium est parentibus irascentibus in filios, dominis in seruos, & prælatis in subditos Religiosos, vel marito in vxorem expressè recordari quòd ideo irascantur, quia correctionem intendunt. Nam pater ratione patriæ potestatis, dominus ratione dominatiuæ, & prælatus ratione superioritatis ius habet irascendi, & succensendi filiis, seruis, & subditis, illòsque moderatè puniendi, quamuis non fiat punitio ob correctionem, sed animo sumendi sibi satisfactionem de iniuria accepta à filiis, seruis, vel subditis; aut de alijs defectibus ab ipsis commissis contra voluntatem parentum, dominorum, aut superiorum suorum. Dum tamen non ex odio fiat, aut alio quouis deprauato animo nocendi, & iniuriam inferendi. Constat Ecclesiastic. 33. & Lucæ, cap. 12. Aristot. 1. economic. cap. 4. & 2. economic. cap. 1. & 2. Petrus Gregorius lib. 23. artis mirabilis, cap. 4. & 5. Zepol. in authent. sed nouo iure, C. de seruis fugitiuis, à num. 54. Alexand. ab Alexand. lib. 3. dietum generalium, cap. 20. & ex lit. C. de emendat. seruorum, & ex l. respiciendum, §. *furta domestica*, ff. de furtis, Ant. Faber in §. *sed hoc tempore*, Institut. de iis, qui sunt sui. Alexand. consil. 75. vol. 5. Tiraquell. de iure primogen. in præfat. num. 141. Menoch. de arbitrio, 63. Julius Clarus lib. 5. §. final. num. 57. & ibi Bayard. Boët. decis. 275. num. 3. & ex l. huius regni constat, l. 9. tit. 8. part. 7. & ibi Gregor. gloss. 1. & 17. tit. 14. & part. 7. & cap. *Duo ista nomina*, 23. quæst. 4. & gloss. 1. in fine, in capitulo alterius, 7. quæst. 1. Ex Theologis docent D. Thom. 2. 2. quæst. 65. art. 2. in corp. Sor. de iustit. lib. 5. quæst. 2. art. 2. & lib. 1. quæst. 6. art. 4. ad 2. argument. Auila de censur. 2. part. cap. 5. dub. 3. Siluest. verb. *excommunicat*. 6. num. 6. Tabiena dicto verbo, num. 6. & constat ex cap. *cum voluntate*, de sentent. excommunicat. Nauarr. lib. 2. de restitut. cap. 3. num. 146. Rodrig. 1. tom. summ. cap. 13. num. 4. fin. Valent. tom. 3. disput. 5. quæst. 9. punct. vnic. Salon, Aragon, Bañez 2. 2. quæst. 65. art. 6. & art. 2. Caietan. in summ. verb. *percussio*. Reginald. in ptax. lib. 20. num. 42. Rosel. verb. *vxor*, num. 4. D. Anton. 1. part. tit. 14. §. 6. vers. *debet terrib.* Ledesma 1. part. summ. cap. 19. conclus. 4. Tolet. lib. 1. cap. 13. num. 5. & 6. Ioan. Valent. in Margarit. Doctor. part. 2. distinct. 2. cap. 1. lit. C. Tiraquell. de legibus connub. lib. 1. num. 22. & 24. vbi multa de castigatione vxoris per suum virum. Maldonat. in summ. verb. *verberare*. Sanchez

chez de matrimo. lib. 10. disput. 18. n. 16. plures vocans Doctores. Sã, verb. *verberare*. num. 1. Molina tom. 4. de iustit. disput. 2. expressissimè §. *quoad reliquos autem*, & num. 15. §. *illud est obseruandum*. & tom. 1. disput. 228. à num. 25. & iterum Rosell. verb. *percutere*, num. 1. Azor. 2. tom. lib. 2. cap. 39. quæst. 13. Torres de iustit. disput. 29. dub. 2. constat ex cap. *disciplina*, distinct. 45. Nec licitum erit filiis, seruis, aut subditis, &c. resistere punitioni moderatæ, l. 3. & §. 1. *congruentibus*, C. de patria potest. lib. 1. Et *parentibus*, ff. de iust. & iure. d. l. *furtiosæ*, 4. ff. de curat. furios. l. vnica, C. de emendat. seruo. Nec discipulus magistro, l. sed etsi quicumque, §. *si magister*, ff. ad legem Aquilianam, & docet Pichar. 2. tom. institut. lib. 4. tit. 1. 4. §. *iniuria*, num. 18. Tiraquel. l. 1. connub. num. 41. Poterunt tamen hi punitionem fugere, è manibus parentis, aut prælati, vel mariti, siue domini, aut magistri elabendo, cum tunc nulla committatur irreuerentia. Et patet etiam ex l. vnica, C. de emendatione propinquo, cuius hæc sunt pulchra verba. *In corrigendis minoribus pro qualitate delicti, senioribus propinquis tribuimus: ut quos ad vitæ decora domestice laudis exempla non prouocant, saltem correctionis medicina compellat. Nec nos in puniendis minorum viris, potestatem in immensum extendi volumus, sed iure patrio auctoritas corrigit propinqui iuuenis erratum, & prauis animaduersione compestat.* Cum igitur concedatur patri, & propinquis ius puniendi filios, & propinquos moderatè, & bellum iustum ex vtraque parte neutiquam per se detur: fit, filium, siue propinquum iniquè acturos resistendo punitioni: non tamen punitionem fugiendo. In suis, de liberis & posthum. imò bene aduertit Molina 1. tom. disput. 228. num. 27. seniores etiam non propinquos ius habere puniendi pueros pro excessibus illorum corrigendis, præsertim dum illi sub quorum cura existunt, despiciunt illos punire aut præsentès non sunt. Probat cap. *cum voluntate*, §. *ultim*, de sentent. excomm. & id aqua ratio exposcit, quòd per seniores pueri corrigantur; at nisi per punitionem, correctionem non percipiunt.

4. Solent deinde, quantumcumque ex legitima causa puniant filios, seruos, vel subditos, se accusare de iniecta castigatione; quia inde præbuere eis occasionem iurandi, maledicendi, &c. At hoc scelus neutiquam est: rei tamen essent maledictionis iuramentive, quando absque iusta causa eos puniuissent: nam tunc daretur illis occasio peccandi imprudenter, temerariè, & iniuste, utpote absque vlla legitima causa, & iure: quo solum tempore sedem habet D. Pauli doctrina ad Ephes. 9. *Vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros*. Docet D. Thomas 2. 2. quæst. 69. art. 2. Nauar. de restit. lib. 2. cap. 3. num. 443. Soto lib. 5. de iustit. quæst. 2. Rodrig. 1. tom. summ. cap. 3. num. 4. & vniuersi etiam tradunt DD.

5. Præterea se reos proderè solent parentes, siue domini de iudicio temerario, eò quòd cautius inspiciant, & obseruent filiorum, & seruorum mores, ad vitandam occasionem quæ illos ad nefas posset inuitare: ut si mater nolit filiam solam domi manere, ne fortè aliquid contra honestatem illi accidat, putat se filiz irro-

gasse iniuriam, eò quòd suspicetur, posse illam etiam patrare. Et dominus arbitratur se in seruum deliquisse, eò quòd curet domum custodiri, ne per latrocinium spoliatur: quod sanè peccatum minimè est; nec alia huius generis: nam vt acutè satis obseruauit Valent. tom. 3. disput. 5. quæst. 4. punct. 4. fol. 1022. Torr. de fide, disput. 89. dub. 5. & de iustit. disput. 4. dub. 3. num. 16. Lessius lib. 2. cap. 29. dub. 4. Lorca 2. 2. disput. 47. num. 11. & 12. D. Thom. 2. 2. quæst. 60. art. 4. ad 3. & ibi Caietan. & agimus largius disput. 50. num. 19. Margarita confess. fol. 20. Bañez 2. 2. quæst. 33. dub. 2. conclus. 3. Arinaldo de correctione frat. in plurimis locis: Suspicio ad cautelam licita cuiuscumque est: & virtus, vt inquit D. Thomas 2. 2. quæst. 50. art. 8. pertinens ad prudentiam, & vt optimè notauit Caietan. dicto art. 4. dubia quoad actum cautelæ, remediij & huiusmodi, sunt in peiorem partem interpretanda, sed quoad actum punitionis in meliorem: sicut licet mihi iter agenti cum alio, illum attentè obseruare, ne furto ex meis implicetur: quia talis suspicio potius est merus, ne fortè accidat quòd possibile est euenire, præsertim præbita occasione. Aliàs enim non excusarentur Prælati Religionum aliquantum stantes, ne Religiosus absque vidente comite fœminas alloquatur, nec iuste conqueri posset de lege; tum quia omnibus est communis, tum quia magis timetur casus ob fragilitatem in communi, quàm de illo, vel alio Religioso in particulari. Vnde statuta Collegiorum iusta sunt decernentia collegas via recta scholas adire debere absque ingressu alicuius domus.

6. Decipiuntur deinde arbitantes minimè sibi licere malum pœnæ proximo optare, quantumcumque sit necessarium ad bonum spirituale proprium, vel proximi, cui malum imprecantur. Discant enim à Dauide flagellum peccatoribus implorante, Psalm. 82. *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum, Domine*: & Paul. 1. ad Corinth. 5. fornicariarum tradendum esse Satanz, vt corpus illius cruciet decernit, & exoptat illi mortem corporis, dum dicit tradendum fore in interitum carnis, vt sic morte præueniretur peccare desinat, & timore illius percussus veniam petat, & saluam faciat animam suam. Et iudicauit tradere huiusmodi, scilicet fornicarium, *Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit*. Et à Hieremia cap. 8. iniquitates: *Da filios eorum in famem, & deduc eos in manum gladij*. Et à Daniele hostibus Nabuchodonosor malum imprecante, cap. 4. *Domine mi somnium his qui te oderent, & interpretatio eius hostibus tuis sit*. Quod optimè explicat Carthusianus super dictum locum, dicens, *Danilem operasse id partim affectu quodam humanitatis & pietatis, partim zelo iustitiæ. Regi enim illi pie condoluit propter singularitatem eius erga se humanitatem & beneuolentiam: hostibus autem eius malum imprecabatur in quantum peccatores erant, quibus ad salutem animæ profuisset temporalibus malis in præfenti vita puniri*. Et Dauid Psalm. 108. mala peccatoribus obstinatis deprecans sic est affatus. *Cum iudicauerit exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum, sicut dies eius pauci, & Episcopatum eius accipiat alter. Fiant filij eius orphanj, & uxor eius vidua. Non sit illi adiutor, nec sit qui misereatur pupillis eius*, &c. Et in lib.

10. vira. S. Francisci Xauier, cap. 4. edito à D. Alfonso de Sandoual, refertur P. Gasparem vnum ex sociis S. Francisci Xauier in Ormaz prædicasse, cùmque ibi intueretur quosdam in malis obstinatos, & aliis ruinæ spiritualis fore occasionem, zelo succensus, sic est Deum deprecatus. *Pidiendo con muchas lagrimas a la justicia diuina que compadeciendose de las almas de los que contamina obstinacion se perdian a si y a los otros sin acudir a la suauidad de quantos remedios les aplicabun metiesse la siema hazia lo vno, y corrassse sin dolor por lo que mas sentian o fuesse homa, hazienda, o vida, y al fin del Sermon encomendo tres Ave Maria porque viniessen todos aquellos castigos a las que los buuiessen menester para remedio de sus almas.* Et Hierem. Thren. 1. *Ingredietur omne malum coram te, & vindemia eos sicut vindemisti me.* Et Psalm. 34. *Effunde frangam, & conclude aduersus eos.* Malum namque pœnæ intrinsicè malum non est, atque adeo nec intrinsicè charitati oppositum. Docet D. Thom. 2. 2. quæst. 76. art. 1. Syluest. verb. *charitas*, quæst. 3. & verb. *odium*, in fine, Nauarr. cap. 15. num. 10. & cap. 16. num. 7. & cap. 20. numer. 3. verè *ad quæstionem*, dicens, Religiosis licere inopiam annonæ optare, vt oppressione populus in meliùs vitam mutet. Grass. lib. 2. de cist. cap. 72. nume. 2. Suarius tom. de fide, tract. de charitate, disput. 5. sect. 5. num. 1. & 2. Mont. 1. 2. tom. 2. quæst. 74. art. 8. quæst. 2. num. 77. Pereira in Dan. lib. 5. fol. 323. Granada 1. 2. tract. 13. disp. 1. num. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & 13. Martinez 1. 1. tom. 2. quæst. 74. art. 8. 1. part. tract. de delect. moro. dub. 4. in fine. Sà verb. *charitas*, numer. 8. Vazquez 1. 2. disput. 115. cap. 3. in fin. cuius hæc sunt verba: *Licet etiam desiderare mortem alicuius ob bonum ipsius, vel proprium, non quidem ex odio, sed vt ipse cesset a peccato, vel amplius non sit ipsi desideranti occasio alicuius mali præferim spiritualis.* Soc. lib. 5. de iustit. quæst. 12. art. 1. ferè in fin. dicens, licitum esse optare iustori bona dissipanti aliquid malum, ne dissipationem compleat. Et quamuis sciat quis peccatorem vitam in mortali acturum, potest illi mortem optare ob pacem Reipublicæ. Et hinc licebit imprecari mortem Turcis, ne tyrannide illorum opprimamur: quod Ecclesia fieri licitè posse docet in Collect. *Et genes paganorum, & hereticorum dextera tua potentia conterantur.* Et ad Galat. 5. *Vitiam abscondantur qui vos conturbant* Et D. Pettus act. 8. Simoni Magno volenti pecunia acquirere potestatem infundendi gratiam, sic in eum est affatus. *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam domum Dei existimasti pecunia possidere, non est tibi pars, nec fors in sermone isto, cor enim tuum non est rellum coram Deo.* Et Elifeus pueris se iridentibus maledixit, 4. Reg. 2. & dicentibus, *Ascende calue, ascende calue, qui maledixit eis in nomine Domini, egressique sunt duo vrsi de saltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros.* Et in charta anathematis, quæ ab Ecclesia publicatur, plurima mala rogantur euenire excommunicatis illi inobedientibus, etiam æternam damnationem, ex illis verbis. *Malditos sean con luzifer, con todos los demonios del infierno, adonde permanezcan en compania del peruerso ludas, y de los otros damnados para siempre jamas, sino reconocieren su pecado, pidiendo misericordia, y enmendando su*

*vida.* De quo in cap. *Anathema*, 11. quæst. 3. & D. Thom. 2. 2. quæst. 76. art. 1. & quæst. 83. art. 8. ad 3. vbi ait licere orando petere aliqua mala temporalia inimicis vt corrigantur. Valent. 2. 2. disp. 3. quæst. 3. punct. 2.

7. Animaduersione dignum prospicias, tantum illud nocumentum fas esse desiderare proximo ob honestum finem, quantum ad talis finis consequutionem necessarium est: vnde si malum infamiæ proximo sat sit ad cessandum à malo, mortem illi optare illicitum erit. Quate per se nonquam licet desiderare viatorum damnationem æternam, quia per se non est medium ad consequendum bonum aliquem finem, licet interdum nefas non sit permittere illam, quod acutè notant Suarius tom. de fide, tract. de charitate, disput. 5. sect. 5. numer. 2. morte namque temporali adueniente operanti iniquè, cessatio à peccato obtinebitur: quapropter optando illi damnationem æternam, maius malum, quàm esset necessarium ad cessationem à peccato exoptaretur, quod esse iniquum diximus.

8. Animaduersione dignum est, quod traditur à Vazq. 1. 2. tom. 1. disput. 116. cap. 2. num. 4. quòd habens propositum sumendi vindictam de aliquo si liceret, non delinquit: quia cùm voluntas efficax accipiat malitiam suam derivatam ab opere exteriori, & voluntas tantum feratur in vindictam, præcedente iudicio illo sub conditione, si licita fuerit: iam excusatur à malitia quam ab ipso opere haberet. Si tamen tunc actu delectatur cogitans de malo alterius ex displicentia illius, peccato lethali inquinabitur, quantumuis sub conditione vindictam, seu malum apprehendat, quia talis delectatio peritiner ad odium, quod non accipit malitiam ab opere quod habet vt obiectum, sed secundum se opponitur charitati: imò quamuis sustineam, delectationes ab opere specificari, illa delectatio vindictæ conceptæ sub conditione, si licita esset, mortifera erit: quia de præsentì capitur delectatio de nocumento proximi: quod verò capitur sub conditione, si licita sit vindicta, non aufert, quin præsens delectatio de nocumento proximi capitur: & tunc delectatio specificatur à nocumento quod esse præsens concipitur: quòd verò capitur delectatio de nocumento sub conditione liciti, solum conuincit nocumentum fore licitum præsentè conditione realiter: non verò apprehensa solum per imaginationem, sicut vidua dum delectatur carnaliter de copula habita cum proprio viro, delectatur de re mala, quia copula cum viro suo tantum erat licita constante matrimonio realiter, non verò dum dissolutum est, & apprehenditur vt constans, vt latius dicimus in nostris disputationibus scholasticis, quas Numine fauente in lucem properè forsant trademus. Videndus Sanctius de matrim. lib. 9. disput. 46. & in summ. lib. 1. cap. 2. præsertim num. 35. & agimus latius disput. 2. num. 27.

9. Hinc inferitur, licere sibi, vel proximo optare mortem ob vitandam molestam infirmitatem, mendicitatem, vitam pœnalem à marito scemina inflictam, & alia huius generis: dummodo desideretur mors, vt à Deo infligenda, non ab homine iniuste, vel à dæmone. non enim digna est salus tanto dolore, & mors prolonga-

ta dicitur vita miseris repleta. Item ob bonum virtutis, scilicet ob defensionem Fidei, licitum est exoptare sibi mortem à tyrannide inferendam: consequenter tamen est desideranda: nam primo loco publicatio Fidei est intendenda: quo sine non solum ex consequenti erit licitum optare mortem, verum occasione prudenter quætere quo publicetur Fides, licet prævideatur mors inevitabiliter moraliter, vt docet D. Thomas 2. 2. quæst. 124. art. 1. ad 3. & ibi Caietan. §. in eodem articulo. Tunc enim non datur tyrannis occasio iniuste agendi, sed ipsi sibi accipiunt ex bonis actibus, quibus incumbunt martyres, scilicet proclamationi Fidei, correctioni peccatorum, &c. Tenet Nauar. lib. 2. de restit. cap. 3. num. 41. §. 8. 62. 70. & 102. Nauar. in summ. cap. 15. num. 12.

**10.** Licet etiam penitentibus ob consolationem referre iniurias ab aliis acceptas: narrando namque causam dolor remittitur, & crimen alterius per accidens detegitur. Nauar. tom. 7. de restit. lib. 2. cap. 4. num. 210. Lessius lib. 2. cap. 11. dub. 12. Malderus tract. 7. cap. 1. dub. 12. Vega 2. tom. summ. cap. 41. casu 9. Rodrig. in summ. cap. 248. num. 18. Sic excusantur famuli detegendo iniurias sibi metipsis illatas à dominis suis; vxor eas, quæ à marito; filius quæ à patre; Religiosus quæ à Prælato, &c. Vt enim acutè notauit Lessius, nimis graue esset, & præter humanam consuetudinem, vt quis cogatur iniurias acceptas secum in silentio coquere; nec possit eas cum amico communicare. Adhibenda tamen cura ne pluribus dicatur, quàm ad solarium, siue consilium siue necessarium; nec nominanda persona, nisi ad consilium sit opus, & valde expeditis. Instruantur ergo penitentes, ne ex conscientia etronca peccent. Nec infamare proximum iniuriam malum est, vt admittunt vniuersi; aliàs nec iudex possit suspendere latronem; nec particularis detegere crimen sibi, vt Reipublica interitum minians. Et licet etiam iniurias narrare causa accipiendi consilium, vt tradunt DD. supra citati.

**11.** Accusare etiam se solent penitentes, quod de iniuria accepta vindictam coram iudice petierint: putant enim statim se offensores odio habere. Sanè vt odium esset, indiscriminatum voluntas sumendi vindictam esset necessaria, siue malum obringat iniurianti publica auctoritate, siue priuata: at quando voluntas solum via auctoritatis communis vindictam appetit, quare odium erit? Imò potius virtutis actus, vel iustitiæ vindictiæ: vt docet Lessius lib. 2. de iustit. cap. 47. dub. 4. numer. 21. §. aduerte tamen. Ledesma 2. par. summ. tract. 17. conclus. 3. Hæc enim non solum residet in iudice vt punit, sed etiam in quolibet particulari, ad petendum à iudice punitionem. Vel vt censent alij, est actus iustitiæ communitatiæ, quæ respicit vt obiectum, & cuique quod suum est, tribuere. Vazq. opuscul. de Restit. dub. 9. n. 41. Qui verò desiderat sibi dari debitum pro offensa satisfacionem, sibi tribui quod suum est, peti: licitum igitur erit, vindictam à iudice petere respectu offensoris. Docet D. Tho. 2. 2. q. 64. art. 3. & quæst. 108. art. 1. & 2. & ibi Caiet. Vazquez supra, & Led. fin. 2. par. summ. tract. 17. conclus. 4. Aragon & Salon 2. 2. quæst. 83. art. 6. Soro lib. 5. de iustit. quæst. 12. art. 1. §. contra certiam demum

conclus. per hæc verba: Nam quamuis mihi non liceat malum alteri inferre, quia non sum minister iustitiæ, licet tamen mihi optare, vt Dei permisso, penes quem summa potestas est, aut publica auctoritate malum ei obringat. Scriptum sanè est Psal. 67. *Lazabitur iustus cum viderit vindictam.* & Psalm. 78. *Vindica sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est.* Et Deus ait ad Rom. 12. *Mihi vindictam, & ego retribuam.* Et Deuteron. 32. *Mea est vitio, & ego retribuam.* Sicut licitum est cuilibet desiderare latronis suspensionem, hæretici adulationem, Lessius lib. 2. de iustit. cap. 47. numero 21. §. *feri potest.* Sor. lib. 5. de iustit. quæst. 1. art. 3. & lib. 4. quæst. 6. art. 3. immediate ante 6. arg. & de detegendo secreto, memb. 2. quæst. 1. Bañez & Arag. 2. 2. dicta quæst. 64. art. 3. & ibi Caiet. & in summa verb. *vindicatio*, num. 1. Lotca 2. 2. quæst. 41. art. 2. num. 4. Vega 2. p. cap. 9. casu 3. Rodrig. 1. tom. summ. c. 17. numer. 3. Syluest. verb. *charitas*, §. 6. & verb. *accusatio*, num. 5. Cordub. quæst. 27. Medin. Cod. de restit. quæst. 28. Armil. verbo *vindicatio*, & ibi iterum Syluest. & Angel. Nau. lib. 2. de restit. cap. 3. numer. 219. & 220. in fin. Tolet. lib. 4. cap. 10. in fin. & cap. 11. in principio. Sæ verb. *charitas*, num. 8. Vazquez 1. 2. disput. 115. cap. 3. num. 10. in. Tirag. l. 9. connub. num. 7. Iul. Clar. præct. crim. §. fin. quæst. 35. §. *solet quandoque dubitari.* Suarez de fide, vb. *de bello*, disp. 13. sect. 1. num. 3. in fine. Nichol. 1. tom. de iustit. disp. 100. num. 6. & 7. Locius in summa, cap. de ita & patientia, in principio. Nauar. in manual. cap. 15. num. 25. Azor tom. 3. part. 3. lib. 1. §. & *ibidem*. Reginald. lib. 17. in mer. 116. 119. 120. Valent. tom. 3. disput. 2. q. 21. punct. 2. §. *nec tamen tenetur aliquis.* Pedraza in summa, præcept. 5. num. 11. Cordub. iterum in summa, quæst. 58. Graff. decisi. lib. 2. cap. 73. num. 9. Zerol. in prax. penitent. fol. 309. Suarius tom. de fide, tractat. de bello, disput. 13. sect. 1. num. 3. fine, & tract. de charitate disput. 5. sect. 5. numer. 10. Ioseph. de ortu paroch. in Speculo parochorum, cap. 16. numer. 12. Ioan. de Friburgo in summ. confessor. lib. 2. tit. 5. quæst. 55. fol. 64. Arcualo de correct. frat. fol. 87. Alexand. 3. part. quæst. 61. membr. 4. Valerius de differentiis inter vitiumque forum, verb. *Accusatio*, different. 1. numer. 4. Pesant. 2. 2. quæst. 62. art. 2. disput. 4. Gloss. in cap. 2. de homicid. in 6. cap. *si quis*, d. 9. cap. *quia presulatus*, 1. quæst. 4. cad. *qui emendat*, d. 45. Nauar. cap. *inter verba*, 12. quæst. 3. coroll. 16. Bartol. in l. non solum, ff. de iniuriis, & in l. si filij, ff. de pactis. Panorm. in cap. *postulasti*, de iudic. & alij apud Couart. lib. 2. variarum, cap. 10. num. 2. Et sanguis Abel ad Deum clamauit, Genes. 4. Vnde August. qq. vet. Testam. quæst. 45. ait: *Sanguis Abel inique fusus non voce, sed ratione à Deo postulat vindictam.* Et Gloss. ordin. in dicto cap. ait: *Magna profectò virtus iustitiæ quæ vindictam expetit pro sanguine innocentis.* Et videri possunt alia quæ adducuntur a Montoya in metaphoricis, in metaphora 9. in fine, supra cap. 4. Genes. Quæ si à confessorio minus declarantur peccata non esse, munus suum inexpletum relinquet, penitenti lapsus impedimentum non tollens. Cum enim vindictæ, & sumendæ satisfacionis appetitus nimis vehemens sit, probabilem spem concipiet confessorius, penitentem non absenturum ab eo,

quamvis peccatum se putet. Malè igitur minus Doctoris exequetur confessarius, aut pij medici, non monendo peccatum ibi nullatenus reperiri: vel si penitens ob timorem non peccandi cedat iuri satisfactionis petendæ, aliàs minime cessurus, damnum patitur ob non monitionem confessarij, perdendo ius quod iustè possèet acquirere, & veller, si peccatum non esse putaret.

Vnde fas etiam erit, Deum deprecari, infligere alicui damnum temporale, non solum vt à peccato puniendus esset, vt diximus, num. 6. verùm animo sumendi iustam vindictam: sicut enim fas est hanc inferendam à iudice terreno exoptare, etiam licebit à cœlesti; imò securius: quia rector est, vt expressè docet Soto lib. 5. de iustit. quæst. 12. art. 1. §. contra 3. *denum conclusi.* Cauendum tamen, ne ex odio, appetitus vindictæ oriatur, sed solum zelo iustitiæ vindicatur, aut commutatur, vt diximus. Deinde decipiuntur communiter penitentes (& vti nam non deciperentur plures confessatorum) se statim offensores odio habere, quòd trepidantes se inueniant coram iniuriantibus, aut quòd cupiant ipsos non videre. Est namque motus ille conturbationis siue trepidationis passio naturalis, quam vitare non possumus. Cùm enim homo recordatur sibi illatæ iniuriæ, disconuenientiam cum propria natura ilico percipit, obiectum autem disconueniens, naturaliter refugit homo, & illud absens esse desiderat, ex præsentia verò obiecti disconuenientis, & desiderio absentis talis obiecti bellum concitat in appetita, & consequenter trepidatio & animi conturbatio. Tenebitur tamen homo dum se trepidare & furescere in offensorem percipit, motum itæ cohibere, ne se periculo exponat eum lædendi, vel malum contra rationem desiderandi.

2. Solent etiam quidam accusationem præmittere eorum, quæ in ætate infanti commiserit, quando vsu rationis catebant ad discernendum, num illud, quod agebant scelus esset, necne: postea tamen adueniente discretionis ætate, cum cognoscant esse veritum illud, quod admiserunt extra vsu rationis, absoluentum confessioni subiiciunt: quod tamen materia confessioni neutiquam est. Huius namque sacramenti materia præcisè non est illud, quod de se est peccatum, sed requiritur quòd ad culpam fuerit imputatum. Imò si ex conscientia erronea, aliquod de se bonum agat penitens, putans in actione delictum esse; illa tamen actio de se bona, quia imputatur ad culpam, fit materia confessionis. Angles de confess. fol. 301. Nauart. cap. 9. num. 15. loquens expressè in nostro casu, & in cap. fratres, num. 72. de penit. d. 5. Graff. 1. part. decif. cap. 16. num. 19. Syluest. verb. *confessio.* 1. quæst. 3. num. 1.

13. Deinde contingit, penitentes recensentes criminum numerum dicere: *quater, parum plus, vel minus, feminam concupis*: postea verò recolecentes peccata ad confessionem in alio tempore, certiores efficiuntur sex fuisse carnis desideria; tunc illa duo desideria in noua confessione enarrant. At illis hoc opus non erat: admittunt enim vniuersi DD. in verbo hoc, *commisi parum plus, vel minus*, vsque ad duo vel tria extendi. Moneantur igitur à confessario de hu-

ijsmodi errore, Henriq. lib. 5. cap. 4. n. 8. Graff. tom. 1. decif. lib. 1. cap. 20. num. 23. Nauart. in summ. cap. 6. num. 15. illud namque verbum, *plus vel minus*, aliquid debet comprehendere, aliàs frustra adderetur, sed ad minorem numerum, quàm ad binarium, vel ternarium extendi, non est æquum. Docet Ledesin. in summ. 3. part. de penitent. cap. 17. fol. 255. §. lo *segundo se ha de aduerbi*, Syluest. verb. *confessio*, 1. n. 12. Vega 1. part. summ. cap. 63. casu 22. & in Espejo de Curas, tom. 1. cap. 11. num. 164. Angles de confess. fol. 286. Sot in 4. distinct. 18. quæst. 2. art. 4. fol. 818. per hæc verba: *Quando error est notabilis in numero, vt si dixit, decies paulo pluries, & postea metior sit, quòd commiserit vices, certè tenetur excessum confiteri. Si verò non sit notabilis, vt si comperit se peccasse duodecies, non est necessarium, quia iam sub dubio dicens, paulo pluries, vices illas confessus est.* Ochagau. tractat. 2. de confession. quæst. 15. num. 13. fol. 210. Vich. num. 179. Reginald. 1. tom. lib. 6. cap. 3. Tolet. lib. 3. cap. 6. num. 2. §. verb. *confessio*, num. 32. Vazquez tom. de penit. quæst. 91. art. 1. dub. 6. num. 2. Zerol. in prax. penit. fol. 174. Filiucius tom. 1. tract. 7. cap. 4. num. 82.

Demum gula labem incurrisse putant edentes absque fame, seu necessitate aliquid, vel bibentes, cum tamen gula solum inueniatur, quando contra rationem dictantem quis edit, vel bibit quod ei nocuum est, vt optimè docet Maior in 4. distinct. 31. quæst. vnic. conclus. 7. dicens, *quòd si quis comedat plusquam sibi sufficiat, non transcendit latitudinem temperantie in cibo, dummodo cibus non sit in iacturam corporis, vel anima, & nec sit prohibitus.* Ex inde inferet, quòd si quis pyrum, vel pulchrum pomum comedat gratia voluptatis, non peccat. Licet fatear in sola sibi delectatione, etiam absque corporis nocumento, sitam esse gulam, censere D. Thom. 2. 2. quæst. 148. art. 1. & 3. ad 3. Deficiente verò nocumento comedere, vel bibere absque necessitate, solum ob delectationem captandam, scilicet ob frigiditatem potus, vel suauitatem cibi, neutiquam contra rationem erit, sed talis comestio, aut potatio liberè fit, vt appetitus naturalis suis fruatur actibus. At velle appetitum delectari suis operationibus, quæ contra rationem non sunt, nullatenus peccatum est; cum scelus reperire sit impossibile, nisi contra rationem tendat operans. Dicas quæso, quare contra rationem operatur edens, aut bibens absque fame, dum aliàs esus, aut potus nocumentum saluti non inferant? Nam si ob solum cibi delectationem gula committeretur, deficiente etiam corporis nocumento, peccatum etiam esset odorati res aromaticas ob solam delectationem capiendam boni odoris. Et esset scelus, res inspicere pulchras ob solam delectationem, quam visus in visione capir. Et esset crimen audire musicam ob capiendam auditus delectationem. Quis autem damnet hæc: & velle audire musicam ob delectationem non solum non esse peccatum, sed esse rem bonam, expressè fatear D. August. lib. 8. *confessio*, cap. 10. vt etiam dicemus disput. 23. mun. 25. Igitur nec gulfus senfus, ex eo quòd appetat cibum ob solam eius delectationem, damnare erit fas; peiorisne erit conditionis, quam alij? Et licet non nisi. ex nocumento il-

lato sanitari, vitium gulæ inueniatur, non inde sequitur, gulam non esse contra temperantiam, sed contra propriam charitatem, qua quisque propriam vitam conseruare est astrictus. Nam quoties media, quibus conseruatur salus, specialem continent difficultatem, quod illis vitæ, siue ab illis operans se abstinere, specialem virtutem dari opus erit vitæ difficultatis: ut abstinere à cibo, & potu, cui nociuo saluti, specialem adfert difficultatem, cum delectatio cibi, & potus maximè sensum gustus alliciat, etiam cum despectu salutis, experientia teste, vt docet D. Thom. 2. 2. quæst. 161. art. 1. Quapropter gula semper aduersabitur & temperantiæ, & propriæ charitati. Vnde quando D. Thom. 2. 2. quæst. 148. art. 4. assignat quinque modos, quibus gula committitur, scilicet quod quis præpropere commedat, id est, quod præueniat tempus comedendi, vel ardentem edat, quia non seruat debitam modum in edendo, vel quia lautè comedit, querendo lautos siue pretiosos cibos, vel quia studiosè comedit, querendo nempe cibos nimis accuratè præparatos, vel quia nimium comedit excedendo modum in edendo, quæ omnia hoc versu continentur.

*Præpropere, lautè, nimis, ardentem, studiosè.*

Non sic absolutè esse intelligendum arbitror, sed quod tunc præpropere comedendo reperitur gula, quando tempore ieiunij ante horam consueta sit comestio; aut si ex voto, siue pœnitentia iniuncta tenetur quis tali hora, & non antea comedere. Et tunc ardentem comederet, quando ex modo edendi læderetur modestia ditigens gestus, & motus hominis, vt docet D. Thomas 2. 2. quæst. 161. art. 2. Est enim debitum, quod quis non ita modestè, & ardentem edat, quod in comestione suam fixissè felicitàtem videatur, siue laudando nimis saporem cibi, siue gestibus, & motibus nimis affectuosè edendo. Quam ob rem optimè D. Thomas modestiam partem temperantiæ assignauit, cum ad temperantiam non solum quantitatem cibi moderari, verum etiam edendi modus pertineat. Virtus namque non solum respicit substantiam obiecti, sed etiam modum attingendi illud. Nec etiam lautè edendo, scilicet querendo pretiosos cibos, peccabit quis ex gula, nisi perquisi-

tione lædatur modestia, querens tanta sollicitudine & cura, quod in illis felicitàtem esse ostendat; quo solum modo peccabit, studiosè querens cibos nimis accuratè præparatos. Diffonium namque rationi est, aliquem ostentare se magis delictis corporis esse deditum, quam animæ curæ. Nimis autem comedendo nunquam ex gula peccabit, nisi saluti noceat, vt dictum est. Quæ omnia rectè admodum explicuit Hugo de Sancto Victore, in disciplina monachorum, vt refert Ludonicus de Grenada lib. 2. de la doctrina de la virtud, cap. 15. §. 2. per hæc verba: *Et que come ha de procurar tener modestia en el callar y en el mirar y en la compostura del cuerpo, para, que enfrene su lengua de toda parleria y abstenga sus ojos de mirar a todas partes y tenga todas las otras miembros y sentidos compuestos y quietos. Porque algunos ay que quando se assientan a la mesa descubren el apetito de la gula y la destemplanza de su animo, y con vna desassossegada inquietud de los miembros menean la cabeza, arremangan los brazos, euanan las manos en alto y como si huiesen ellos solos de yrarse toda la mesa, assi veras en ellos vnos acometimientos y meneos que no sin gran fealdad estan descubriendo la agonía, hambre de comer; y estan assentados en vn mesino lugar, con los ojos y con las manos lo andan todo, y assi en vn mesino tiempo piden el vino, piden el pan y rebueluen los platos y como el capitán que quiere combatir vna fortaleza, assi ellos estan como dudando porque parte acometerian este combate, por que por todas partes querrian entrar.* Quæ ferè verba adducunt quoque D. Bernard. & Gregor. lib. 1. moral.

Hinc deducendum, foeminas comedentes in magna quantitate carbones, salem, cinerem, terram, &c. non fore absoluendas, nisi promittant ab eis abstenturas, cum illa maximum nocuum inferant salutem. Quod si prægnantes sint, atque femel, aut bis quid modicum illorum accipiant, nec peccaturus venialiter reor, cum paruum veneni modicum noceat, & exiguum detrimentum salutis acceptari potest licitè ob bonum aliquod honestum, vt diximus: abortire autem solent foeminae, nisi eatum appetitui succurratur: quod bene docet Lopez instruct. 2. tom. cap. 108. de ieiunio: fol. 69c.



## DISPUTATIO TERTIA

De aliis rebus quæ peccata non sunt, arbitrantur tamen pœnitentes scelera esse.

### SUMMARIUM.

*Non delinquit peccato curiositatis, qui non sibi necessaria cupit scire, num. 1.*

*Erit curiositas addiscere tempore quo non licet, siue à quo non licet, ut à demone, siue quod non licet, num. 2. & 3.*

*Non est curiositas inspicere picturas & flores, num. 4.*

*Velle cognoscere non necessaria tempore quo licet*

*siue à quo licet, est actus naturalis appetitus & forte virtutis studiositatis, num. 5. & 6.*

*Erit tamen quid perfectius à cognitione talium abstinere ab mortificationem, num. 7.*

*Non est inuidia tristari de infelici sorte propria, sumpta occasione ex aliorum bona fortuna, numer. 8.*

*Nec inuidia est tristari de bono alicuius nociui Reipublica, num. 9.*

Non

*Non est detractio narrare delicta publica aliorum ex zelo iustitie, num. 10.*



**P** E C C A T O curiositatis delinquere se arbitrantur pœnitentes, dum id sciscitatur, quod ad utilitatem suam nihil cõferat scire, vel ignorare. Quapropter inquirendo de occisione hominis in platea inuenti, quisnam scilicet eum occiderit quãve causa, in curiositatis vitium labi se sunt rati. & sic de aliis exemplis. Decipiuntur tamen: curiositas namque vt peccatum sit, & contra studiositatem, non est illud appetere scire quod ad rem non attinet, sed quando ob studium & perquisitiõnem rei inutilis retrahitur homo ab studio sine perquisitiõne eorum, quæ ex necessitate seu officio addiscere est astrictus. Vnde Medicus, siue Parochus crimine curiositatis inficeretur, mathematicas addiscens, vel profanas historias; & Medicinæ, seu morali Theologiæ non incumbens. Quod docet Lessius de iustit. lib. 4. cap. 4. dub. 11. num. 85. Hinc Hieronymus ad Damas. de filio prodigo tom. 4. ante med. dicit: *Sacerdotes dimissis Euangelis & Prophetis, videmus comedias legere, & amatoria Bucolicorum versusum verba cantare.* Vnde optime D. Thom. 2. 2. quæst. 167. art. 1. ait, quod veritatis cognitio per se loquendo bona est: potest autem esse mala per accidens, vel in quantum aliquis de cognitione veritatis superbit, vel in quantum vitur cognitione veritatis ad peccandum, vt in exemplis adductis in sequentibus numeris; de quo rectè Ioannes de Friburgo in summ. confessorum, tit. 34. lib. 3. quæst. 276. fol. 213.

2. Item lapsus curiositatis admitteret qui ad diceret res inutiles, vel etiam viles tempore quo alicui operi ex præcepto occurrunt incumbere teneretur, & ob studium illarum, opus præcepti agendum omitteret. Vnde peccaret curiositate perquirens cum mora de occisione hominis in platea inuenti, tempore quo assistere infirmo mortaliter decumbenti ex officio debebat, vel charitate. Quod explicuit Laurentius Peirinus de Religioso subdito, q. 1. de obedientia, fol. 410. Nam tunc duplex committit nefas, & contra charitatem ob desertionem ægroantis, & contra studiositatem temperantem talia non addici tempore quo operibus ex præcepto incumbere teneretur. Qua ratione rectè D. Thom. 2. 2. quæst. 166. art. 2. partem potentialem temperantiæ appellauit studiositatem, Lessius de iustit. lib. 4. cap. 4. dub. 11. numer. 79. quatenus restat nimium studium: quatenus verò impellit, seu incitat ad studium illum qui ob laborem coniunctum, studium sibi necessarium, vel congruum refugit, vel in eo languidè se gerit, potest reduci ad fortitudinem, vt ait idem Lessius.

3. Præterea peccatum curiositatis reperitur in quantum satagit aliquis addiscere ab eo à quo non licet, vt à dæmone, tunc enim esset superstitiosa curiositas, vt ait D. Thom. 2. 2. quæst. 167. art. 1. Lessius de iustit. lib. 4. cap. 4. dub. 11. numer. 84. Valen. tom. 3. disput. 10. punct. 1. Ioann. de Friburgo in summ. tit. 34. lib. 3. quæst. 276. fol. 213. Mart. del Rio de Magia, lib. 1. cap. 5. quæst. 4.

Nec minus curiositatem incurrit qui supra

*Sanchez Selecta.*

facultatem sui ingenij aliquid cognoscere cupit, vt si quis ingenio suo scrutari vellet mysteria Fidei, vt contingit in hæreticis, qui nihil credere volunt, nisi prius à se examinatum, deprehenderit suis phantasiis conforme; quam curiositatem vitare monemur Eccl. 3. *Altiora te ne quaeris, & fortiora te ne scrutatus fueris.* Et ad Rom. 12. *Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, & vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei,* vt docet Lessius de iustit. lib. 4. cap. 4. dub. 11. n. 84. Valen. disput. 10. punct. 1. tom. 3. Ioan. de Friburgo in summ. confessorum, lib. 3. tit. 34. quæst. 276. fol. 213. Martin. del Rio de Magia lib. 1. c. 5. quæst. 4.

4. Non tamen curiositas reperitur in inspicendo picturas, flores, vel personas; licet videam plures pœnitentes se reos prodere istius. Sicut enim ex parte intellectus curiositas non reperitur nisi addiscatur, quod non licet, siue à quonon licet, vel tempore quo non licet: vt docet D. Thom. 2. 2. quæst. 166. art. 8. Mont. 1. 2. disp. 37. numer. 57. eodem modo curiositas in sensibus neutiquam reperitur, nisi videatur quod non licet, vel tempore quo non licet, & auertatur homo à consideratione siue actione eorum, quæ sub præcepto sunt. Si verò ab illis auertatur, quæ sub consilio sunt, nullum vitium reperiri arbitror, vt D. Thom. 2. 2. quæst. 167. art. 1. docet, licet aliquantulum obscure. Quod bene docet Ioan. de Friburgo in summ. confessorum, lib. 3. tit. 34. quæst. 277. fol. 213.

5. Appetere ergò addiscere, siue videre non necessaria tempore quo aliud ex præcepto agendum non occurrit, siue à quo licet, non solum peccatum non est, verum potius est actus naturalis inclinationis, teste Philosopho 3. Metaph. in princ. libri dicente, quod *omnes homines naturaliter scire desiderant.* Liberè enim hominem operari iuxta suam inclinationem, ad amorem proprium, siue naturalem charitatem attinet: quæ ex mente plurimum virtus quædam est. Imò ad illa aspirare actus erit forte virtutis studiositatis; cuius munus est inclinare hominem ad studium seu cognitionem omnium eorum, quæ sciri possunt tempore non indebito, siue à quo licet, vt notauit Ioan. de Friburgo in summ. confessor. lib. 3. tit. 34. q. 177. fol. 213. Caiet. 2. 2. quæst. 167. art. 2. licet obscuris sanè verbis, cum eius obiectum sit explorare naturalem hominis appetitum addiscendi quotiescumque contra rectam rationem addiscere non intenderit. In quo sanè medium seruat studiositas; sicut & temperantia inclinatur hominem ad explendum naturalem appetitum ciborum, quoties id contra rectam rationem non appetierit. Nec Lessius lib. 4. de iustit. cap. 4. dub. 11. n. 81. aude damnare tanquam malum appetitum, desiderium sciendi propter nudum scire. Dicedo tamen ab eo quatenus, nec etiam esse laude dignum ait asseueranter: perficere namque intellectum certe laudabile est. Et quantum coniector, sibi contrarius est num. 83. dicens curiositatem addiscendi inutilia esse ex genere suo veniale peccatum.

6. Vnde falsitatis conuincitur Thom. Pius 1. part. quæst. 1. 2. art. 3. dub. 2. num. 20. inquirens ad perfectionem intellectus beati non pertinere futura cognoscere; nec qui ea appeteret, habere appetitum rationabilem, sed potius vnam curiosi

rositateam, nisi illa pertineant ad statum talis beati: & n. 17. ait, scire non facta, non pertinere ad naturalem appetitum, quia non pertinent ad statum, & constitutionem vniuersi, cuius cognitio solum & omnium ad illud pertinentium ad appetitum naturalem pertinet; verum perfici intellectum ex cognitione rerum singularium & indiuiduorum, & non tantum specierum, docent Vazquez 1. pars. disput. 50. cap. 9. numer. 57. Suar. 1. part. lib. 2. cap. 28. num. 12. bene aduertentes potius perfici intellectum ex cognitione singularium quam rerum in communi, cum experientia teste quantumcumque aliquis rem in communi cognoscat, quietus nequaquam est, usque dum rem in singulari nanciscatur. Et quando D. Thom. 1. part. quest. 12. art. 8. ad 4. dicit cognitionem singularium non pertinere ad perfectionem intellectus, sed tantum species, & genera rerum & rationes eorum, id intelligit de cognitione scientifica, cum scientia sit vniuersalis & non singularium; at prudentialis cognitio magis perficitur ex rerum singularium cognitione, cum prudentia versetur circa facta singularia, & in hoc sensu dicit D. Thom. 1. part. quest. 14. art. 1. ad perfectionem nostram pertinere cognoscere singularia, de quo Suar. 1. part. lib. 2. cap. 28. num. 12. in fine, qui aliam interpretationem adducit ad locum D. Thom. in 1. part. quest. 12. art. 8. ad 4. quæ minus sufficiens videretur. Docet etiam Pefant. 1. part. quest. 14. art. 11. ex cognitione singularium perfici intellectum, & ad ea dari naturale desiderium sciendi.

7. Verum licet actus studiositatis forte sit ea appetere scite, quæ contra rectam rationem non sunt, etiam si nihil conducatur illa cognoscere, vel ignorare; actus tamen perfectioris virtutis erit, ob mortificationem ab illarum rerum cognitione abstinere. Sunt namque quidam virtutis actus quorum priuatio perfectius bonum continet: ludus enim honestus actus virtutis eutropelæ est, vt docet D. Thom. 2. 2. quest. 168. art. 2. & tamen priuatio ludi honesti ob assumendam mortificationem actus perfectioris virtutis est, vt optime tradit Sanch. in summ. lib. 3. cap. 18. num. 2. & lib. 1. de matrim. disput. 4. num. 5. contra Rodrig. 1. tom. summ. in 2. edit. c. 189. n. 10. & latius dicemus disp. 33. num. 20. & Suar. 2. tom. de Relig. lib. 1. cap. 8. num. 16. Similiter & matrimonium inique actus virtutis Religionis est, quatenus susceptio sacramenti est; & tamen ab eo abstinere perfectius bonum est. Præterea vti cibus corpori salubribus actum temperantia esse docet D. Tho. 2. 2. quest. 141. art. 6. in corp. & ad 2. at ab illis abstinere ob mortificationem seu penitentiam agendam propter peccata, vel ad redigendum corpus in seruitutem, vel ad imitandum Sanctos in asperitate vitæ, actus excellentioris virtutis est. Non enim quis tenetur salubrioribus cibus vti ad vitæ conseruationem, vt bene aduertit Ioan. Alfonso in speculo medicinæ, lumine 2. fol. 69. dum dicit, hominem non teneri omne adhibere studium ad producendam vitam, vel tuendam valetudinem, imò eam sollicitudinem non esse Christiano dignam, Christo testante Matth. 6. *Nolite solliciti esse anime vestre, quid manducetis*, &c. dum per se nociuis notabiliter non vtatur: imò potius aliquantulum nociuis, sine non ita salubribus vti licebit ob fines prædictos, vt asserit Victoria in

relect. de homicid. num. 34. & relect. de temperantia, num. 11. Sanchez in summa lib. 4. cap. 6. num. 5. dicens non teneri aliquem exequi votum de nimis penitentiis, quando dubium est, siue opiniones, an eæ notabiliter corpori sint nociuæ. Ex hoc autem sequitur illas teneri exequi quando modicum damnum saluti essent maceratione patituræ. Imò & Charthusianis moribundis licet ob bonum maximum virtutis abstinere à carnibus, declarante licet medico fore omnino necessarium cibum illum ad salutem recuperandam: vt docet Vazquez 1. 2. tom. 2. disput. 162. cap. 4. à num. 20. Et videndus Victoria relect. de temperantia num. 8. qui in aliquo discordat à mente Vazquez. Quantumcumque Celaya in 4. distin. 1. fol. 83. & alij reclamant. Hinc refertur D. Norbetum Religionis Præmonstratensis insignem fundatorem, domos foundationis iuxta paludes & quæ fluenta valde propè fixisset, eo quod Religiosi ægrotantes degerent, & inde potius animæ quam corpori inservirent. Et id fieri posse conuincit illud Christi Ioan. 12. & Matth. 10. *Qui odit animam suam* (id est vitam) *in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam*. Quasi dicat; cui perfecta salus, & valetudo occasio fuerit animam suam perdendi, odio habeat eam, & illis vtatur cibus, seu mediis quibus valetudo minuitur, & attenuetur aliquantulum. Vt enim notant Vazquez 1. 2. tom. 2. disp. 162. cap. 4. num. 10. & communiter DD. præceptum quo quisque tenetur vitam propriam seruare (siue sit fortitudinis, contra quam agitur temeritatis peccato, vt docet Vazquez supr. Torres de iust. disput. 25. n. 11. siue sit iustitiæ, sine alterius virtutis, vt temperantia, quatenus cibus immoderatis se quis perimit, vel magnanimitatis contra quam agitur pusillanimitate; ideo enim quis se occidit aut permittit occidi, quia animum non habet ad se defendendum, nec ad portandum molestias & labores vitæ, non obligat absolute & absque aliqua circumstantia, sed ea dumtaxat ratione, si non adsit rationabilis causa; nam talis occurrere potest, vt arbitrio boni viri tollat obligationem tuendi propriam vitam, cum ratione patientiæ possit quis permittere se occidi ab alio, dum tamen non sit in mortali, vel iudicet se habere contritionem, aut in bello exponere se periculo mortis in defensione patriæ, vel ad debellandum inimicos, & puniendum illorum delicta. Deinde licet assistit vxor marito laboranti peste cum probabili periculo viri sui. Nec debet quis mutare locum habitationis, gratia sanitatis. Nemo item debet vxorom ducere, licet esset ad vitæ conseruationem valde necessarium. Et ratione pudoris potest scemina recusare membri pudendi carationem cum probabili vitæ periculo. Nec solum licebit scemina: maxime nobili, vt solum admittunt aliqui, verum cuiuslibet pudor namque & verecundia non nobilitatem, sed naturam sequitur; & adeo laboriosum erit scemina: infimæ sortis sua ostendere verendam, ac nobili. Nec qui patitur magnam sitim, à peru abstinere tenebitur, licet sciat inde aliquod pullulandum damnum saluti, nam cum tanto dolore perfecta salus seruanda est. Et pedibus nudis incedunt plures religiosi, ob bonum virtutis, & tamen mediū esse nociuum saluti quis ambigat? & humi cubare & catenas ferreas corpori

Circumferre fas est ob bonum virtutis, quamvis cum detrimento salutis.

Similiter amicorum conuiuia, seu conuersationes ad affabilitatis virtutem pertinent, vt docet D. Thom. 2. 2. quæst. 114. art. 1. & 2. ab illis tamen abstinere ob mortificationem perfectius bonum erit; cum mortificatio actus sit propriæ charitatis, qua diligens quis potius animam quam corpus, illud ipsum in seruitutem redigit, vt aduersus animam passionibus non reluctetur: vel est actus virtutis pœnitentiæ, qua media mortificatione vindictam de peccatis sumere quis intendit: vel est actus illius virtutis, circa cuius materiam accipitur mortificatio, quæ virtutes excellentiores sunt, quam eutropelia, vel affabilitas. Deinde communiter forminx se reas ostendunt confessario, quod se pulchras videri cupiant non intercedente deputato sine. Quod sane naturale cuique hominum est, & ad amorem naturalem actus ille appetendi attingit. Velle autem expleri naturalem amorem in rebus non prohibitis, sed bonis vel indifferentibus, nequaquam veritum est. Sed pro dolor! confessario maior pars id ignorat, quid mirum pœnitentes illud quoque nescire?

8. Arbitrantur itē pœnitentes se aliis inuidere, dum tristantur de sua propria infelici fortuna, abiectos se conspicientes & pauperes; cumque huiusmodi moerorem capiant tempore quo alios ad altiore statum & amicam fortunam euehi perpendant, reos se inuidiæ confitentur. Decipiuntur sanè, tristitia namque illa actus naturalis est, quo quisque de sua abiecta dolet fortuna, vel gaudet de felici. nec quia illis moeror inerat, dum perpendit felicem sortem aliorum, ob id inuidia afficiuntur, sed tunc temporis magis mœstitia afficiuntur quam alio, quia opposita iuxta se posita elucescunt magis, & visa fortuna aliorum felici, suæ infelici statim reminiscuntur. Vt enim tristitia illa inuidia esset, opus erat tristari directè de bona fortuna alterius, quatenus ex illa minuitur propria inuidenti, vt docet D. Thom. 2. 2. quæst. 36. art. 1. & 2. vbi expressè asserit tristari aliquem de bono alterius non ex eo quod ipse habet bonum, sed ex eo quod sibi desit bonum illud quod alter habet, non esse inuidiam; quod si sit de bonis temporalibus, potest esse sine peccato, & cum peccato, quando scilicet diuitias appeteret ad vitia comparanda. Et docet Suarius tom. de fide, tract. de charitate, disput. 6. sect. 4. num. 4. Lorca 2. 2. quæst. 36. art. 1. Layman. 1. tom. 137. num. 2.

9. Vt reus se accusare sunt soliti, quod tristen- tur de bono alicuius in quantum ex eo timent nocumentum, vel sibi ipsis, vel etiam commu-

nitati: Talis igitur tristitia nequaquam inuidia est, nec peccatum, imò actus perfectissima charitatis, vel saltem timoris affectus, vt explicat D. Thom. 2. 2. quæst. 36. art. 1. Vel est actus Nemesis; Nemesis enim tristatur de bono indignè agentium, secundum illud Psalm. 27. *Zelus super iniquos pacem peccatorum videns.* vt docet D. Thom. supr. art. 3. ad 3. & art. 2. in corp. & ibi Caietan. numer. 80. Suarius tom. de fide, tract. de charitate, disput. 6. num. 2. Pantusia in Opusc. tract. 19. tom. 3. cap. 11. Azor. 1. tom. lib. 3. c. 27. quæst. 2. Salas 1. 2. tom. 2. tract. 11. disput. 4. sect. 7. num. 74. Lorca 2. 2. quæst. 36. art. 2. Vnde Greg. 22. Moral. ait: *Euenire plerumque solet, vt non amissa charitate & inimici nos ruina letificet, & rursus eius gloria sine invidia culpa contristet, cum & ruente eo quosdam bene erigi credimus, & proficiente illo plerosque iniuste opprimi formidamus.* Quod etiam tradit D. Thom. 2. 2. quæst. 36. art. 2.

Præterea murmurationis labe inquinati se putant, delicta quæ publica sunt, & maxime nociua Reipublicæ, damnando, & iniqua esse contestando coram aliis; cum tamen talis actus potius zeli ad charitatem pertinens sit, aliàs dānaretur etiam David Psalm. 118. dicens: *Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi.* Quasi diceret, signum mihi notum quod te Deum diligam, est, quod iniquos te non diligentes odio habeam & detester. Non enim defectus alienos narrare, intrinsicè malum est, sed indifferens, ad bonum vel malum finem ordinabile, vt tradunt vniuersi cum D. Thom. 2. 2. quæst. 73. art. 2. aliàs nunquam licitum esset revelare occultum scelus alicuius ob eius emendationem denuntiando, vel propter bonum iustitiæ publicæ accusando. Et per se loquendo, ille detrahit teste D. Th. suprâ, qui ad hoc alicui obloquitur eo absente, vt eius famam denigraret qui de crimine manifesto audientibus loquitur, famam neutiquam demit. Vnde si aliàs animus auferendi famam desit, non existente proposito, ita narrandi defectus proximi coram noscentibus, quod eodem quoque animo enuntietur coram ignorantibus, vt fama proximi minueretur, nequaquam detractio erit, cum id fiat zelo iustitiæ, & ex motu querelæ & doloris. Expressè tenet Nauar. lib. 2. de rest. cap. 4. num. 155. dicens, quod colloqui de proximi notoriis peccatis, non est peccatum nisi ex intentione, & sine. Sorus lib. 5. de iust. quæst. 10. artic. 2. conclus. 2. Arag. 2. 2. q. 73 art. 2. fol. 408. in 2. edition. & docent indiscriminim vniuersi. Vt quid litaniam Doctorum in re communi transcribam?

ro.



## DISPUTATIO QUARTA

De aliis rebus ex quibus se reos produnt confessario pœnitentes, quæ tamen confitendæ non sunt.

### SUMMARIUM.

Non omne verbum prolarum absque sine honesto Sanchez Selecta.

est otiosum, dum enuntietur ab finem commo-  
dum, vel incandum natura, nunc-  
ro 1.

*Raro ab hominibus prudentibus profertur verbum otiosum, num. 2.*

*Operari actus indifferentes in individuo poterit aliquando esse contra virtutem, num. 3.*

*Non est peccatum non bilarem vultum ostendere peccatoribus, num. 4.*

*Non est inanis gloria ex se, appetere ab hominibus laudem dum ultimate in Deum talis laus referatur, num. 5.*

*Non est peccatum per se pro defunctis parentibus preces non fundere, num. 6.*

*Nec Missas, non iustas, non offerre, num. 7.*

*Filius tenetur orare pro patre huius vite miseris vexato, ut ab eis liberetur, num. 8.*

*Filius tenetur parentem defunctum honestis exequiis inuere, intra illius qualitatem & patrie consuetudinem, num. 9.*

*Existimant item plures ponentes defectum patientia, seu tolerantia habere, eo quod necessitates, labores, miseriaeque humanae vitam sentiant, à num. 10. 2. §. que ad 14.*



**S**E item poenitentes accusantes inspicio, quod aliquid iucundi in conversatione honesta enuntiauerint; arbitrantur quidem se verba otiosa proferte, cumque de omni verbo otiosa sit in die iudicii reddenda ratio, iuxta illud Matth. 12. *Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum quod loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii, se veniali labe captos fatentur. Decepti tamen sunt, cum potius illo euentu non conuersari vitium rusticitatis, siue duritiei erit. Vt enim docet D. Tho. 2. 2. quaest. 168. art. 4. & Philosophus libr. 2. Ethic. cap. 2. Valent. 3. tom. disp. 9. quaest. 3. punct. 1. durities & rusticitas vitium est oppositum eutropeliae per defectum, cum scilicet quis adeo inhumanus, & agrestis est, ut se coram aliis, quando id maxime expedire videretur, iucundum & facilem non praebet, sed potius molestum, aut impediendo honestam illorum recreationem, aut eis non cooperando, facerem aliquid dicendo siue agendo. Nec verbum otiosum iudicandum est illud, quod profertur ob aliquam commoditatem naturae, quae non excedit modum, neque tamen necessaria est nec in praecipuo ad tuendam vitam, aut valetudinem; nec assumitur ex affectu honesti, sed tantum ex affectu commodi, aut delectabilis; ut acutè obseruauit Vazquez 1. 1. tom. 1. disput. 52. cap. 5. in fine, aliàs penè innumerabilibus peccatis venialibus implicaremur quotidie, loquentes minus necessaria; ut si quis diceret die feruentis solis, dies nimis calidus est hic; aut tempore hiemis, maxime frigidus. Quis autem damnet haec? Nec idem est verbum esse otiosum, & esse indifferens; otiosum sanè erit illud, quod nec ob commoditatem aliquam naturae, nec ob honestam causam profertur, ut docet Vazq. 1. 2. tom. 1. disput. 52. cap. 6. num. 59. & in hoc tantum sensu locutos esse Patres pascentes honestum finè in edificationem proximorum audientium, vel loquentium, ne verbum esset otiosum, censet. At ut verbum sit indifferens, & nõ otiosum, sufficit prolatum esse ob aliquam naturae commoditatem, qua loquentis imbecillitati aliquo modo subueniatur, licet nullam contineat iustitiam, aut iniustitiam, ut si quis moneat alium emun-*

dare vestem, tollere pallium, & similia. Ex quo sentit Vazquez, cum aliis à se allegatis, & docet Nic. de Orbellis in 2. dist. 41. in princ. Herre. de peccatis disput. 28. quaest. 13. concl. 2. Palacin 2. disp. 40. quaest. vnic. dari in rerum natura actum indifferenter in individuo: quod etiam ego verissimum reor, aliàs materia esset absolutionis si poenitens confiteretur se deambulasse ad depellendum frigus, aut fricasse manus eadem de causa, vel quod alba fierent, aut sputis reumata eiecisse. Quis autem non tideret similem confessionem: Quamuis Mont. 1. 2. disp. 25. quaest. 2. (quem sequitur Granada 1. 2. tract. 13. disput. 2. num. 2. fol. 270. ex professo fol. 22. n. 3.) multis contendat dari non posse actum indifferenter in individuo: aduertit tamen, rectè se genere confessarium non admittentem pro materia absolutionis solum huiusmodi opera facta absque iusta necessitate, aut vtilitate, quia est materia dubia; tum quia vix aliquis percipit, quando in his operibus deficit aut excedit: & ideo in illo casu optimum consilium esse, ut poenitens accusationem praemittat de aliis peccatis certis etiam iam confessis. Quod verò materia sit dubia à parte rei, si tamen secundum conscientiam operantis sit peccatum, sufficit, vt sit materia absolutionis: vt notauit Granada fol. 224. n. 14. vnde non acceptanda ratio illa à Mont. adducta. Sed illa à nobis & à Granada adducta. Quia videlicet, vix percipiat poenitens, quando in dictis actionibus defuerit.

Vnde elicias rarissime profertur verbum otiosum quod peccatum sit, praesertim in hominibus prudentibus, cum fere semper enuntietur ob aliquam commoditatem naturae, ad subleuandam scilicet eam ob conuersationem, vel ad complacendam amicis, vel ad ostentandam ingenij dexteritatem, non ob vanum finem, vel ad vitandam molestiam silentij, ne rusticus, agrestisve quis iudicetur non confabulans. Tum etià quia saepe actus virtutis eutropeliae est verba interserere ad vitandam rusticitatem & duritiam; imò est actus affabilitatis; quae ex quodam debito honestatis praecipit, conuersantem condelectationem afferre his cum quibus conuersatur; ut docet D. Thomas 2. 2. quaest. 115. art. 2. ad 3. Vnde Eccles. 4. dicitur; *Congregatiom pauperum affabilem te facito.* Cuius omisso peccatum veniale esset, ut censet Casteranus dicto art. 2. in fin. Tum quia saepe sepius enuntiantur plurima verba inaduertenter non necessaria, qua sola ratione à veniali excusarentur, licet deficeret alia ratio excusationis. Tum denique, quia confabulari solum quia vult aliquis, videns & sciens se non loqui quidquam contra rectam rationem, ad actum amoris proprii seu propriae charitatis attinet, iuxta dicta disput. 3. num. 5. Nec tenetur homo liberè operans semper exercere actionem; quae sit secundum rationem positivè, sed solum negativè, quatenus debet nihil facere quod rectae rationi contrarium sit; ut optime docet Vazq. 1. 2. tom. 1. disput. 52. cap. 6. num. 54. At enuntiatum verbum minus necessarium, dum aliàs nocuum non sit, aut contra edificationem, quare contra rectam rationem esse iudicandum erit. Et quare peccasse illum venialiter arbitraberis eo quod non necessaria fuerit loquutus, licet defectum intellectus reris habere? Vnde loqui inutilia  
quæ

quæ nocita non sunt, non defectus moralis, sed phisicus, intellectus, scilicet deficientis est: homo namque cordatus non solum non loquitur in quibus peccatum inueniendum putat, verum abstinere ab inutilibus, licet absque crimine possent enuntiari. Et potius imprudentia erit inutilia proferre, quæ per se peccatum non est, nisi ratione alicuius malæ operationis, ut acutè Vazquez 1.2. tom. 1. disput. 101. n. 14. & disp. 119. capit. 2. numer. 3. & 4. Licet enim imprudentia virtuti prudentiæ opponatur, quia tamen non est virtus moralis & electiua, sed intellectualis; sicut ars, ut tradit Arist. 6. Eth. cap. 2. & 3. & idem de prudentia docet D. Thom. 1.2. quæst. 58. art. 2. in corp. & ad argum. & 2. 2. quæst. 4. artic. 8. ideo ex imprudentia deficere non erit moralis & culpabilis defectus.

3. Aduertendum cum Vazq. 1.2. tom. 1. disp. 52. cap. 5. numer. 32. posse contingere operantem actus indifferentes in indiuiduo, agere contra virtutem: nam si quis nimius esset in scalpenda barba, aut fricandis manibus, contra modestiam ageret, aut contra temperantiam.

4. Deinde accusantes se plurimos reperio quod hilarem vultum non ostenderint hominibus malis & peccatoribus secum confabulantibus, aut quod asperè eorum interrogationibus responderint; se enim in affabillitate & charitate defecisse putant. Falluntur sanè, nam quandoque propter aliquod bonum consequens, vel ob aliquod malum excludendum, non refugere debet virtuosus eos quibus conuiuio, contristare: ut tradit Philosophus Ethic. 4. c. 6. tom. 5. Et discant ab Apostolo 2. ad Corinth. 7. iniquiente: *Si contristauit vos in Epistola, non me poenitet. Et postea: Gaudeo non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad poenitentiam.* Hinc optimè D. Thom. 2.2. quæst. 151. art. 1. ad 3. ait, quod his qui sunt prouidi ad peccatum non debemus hilarem vultum ostendere ad delectantem eos, ne videamus eorum peccato consentire, & quodammodo peccato audaciam subministrare. Vnde dicitur Eccl. 7. *Filia tibi sum? serua corpus eorum, & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas.* Illa namque tristitia correctio quædam tacita peccantis est.

5. Item anxie dolent fideles plures, quod ab aliis bona eorum opera approbentur; putant enim illicitè se vana inquirari gloria: cum tamen licitè optare possint ab aliis bona eorum opera approbati, & probos se haberi, Christo ipso dicente Matth. 5. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, &c.* Vnde appetitus gloriæ de se non nominat vitium, ut optimè D. Thom. 2.2. quæst. 132. art. 2. Sæ verb. *vana gloria*, num. 1. esset tamen scelus, si bonam sui æstimationem ad honorem Dei vel proximi salutem non referrent, vel saltem ad sui sustententionem, putæ si elemosyna acquiri non possent, nisi cognita postulantis probitate. Vnde nullatenus assentiendum est Medinæ in summ. 1. part. 8. præcepto, §. 34. fol. 178. assentiendi vitium adulationis esse gaudium impensæ sibi laudis accipere, referentique D. August. fateri se huiusmodi vitium nullquam superasse. Ad vt fateamur vitium illud D. August. ad hæc fuisse non in solo gaudio imperitiæ laudis fuisse est iudicandum, sed quod ex gaudio illo occasionem attriperet præcepta non obseruandi, vel minus perfecta opera agendi:

illud autem quando occasionem exhibet minus perfectè operandi, lato vocabulo à Sanctis vitium solet appellari; quamuis tantum contra consilium tendat, ut pro eodem accipiantur: tunc vitium atque defectus. Quam doctrinam satis veram esse ostendunt aurea verba S. Theresæ de Iesus in eius vita, cap. 31. *Dabam algunas vezes y durome hortos dias y parecia era virtud y humildad y ahora veo claro era tentacion (un frayle Dominico gran letrado me lo declaro bien) quando pensaua que estas mercedes que el Señor me halle se havian de venir a saber en publico exatran excesiua el tormento que me inquietaua mucho el alma. Estando una vez muy fatigada de esto me dixo el Señor que temia que en esto no podia haueer sino dos cosas, o que murmurassen de mi, o que alabassen a el, y que ambas cosas eran ganancia para mi, que no me fatigasse.* Et inferius subdit. *Tambien di en otro extremo que fue supplicar à Dios, y hazia oracion particular que quando alguna persona le pareciesse algo bien en mi que su magestad le declarasse mis pecados, mi confessor me dixo que no lo hiziesse.* Et meritò sanè cum inde scandalum, licet leue, exoriri posset.

6. Vterius quod pro defunctis parentibus preces non fuderint, se deliquisse fateantur; cum tamen præceptum charitatis seu pietatis erga parentes solum obliget dum ipsi viuunt; tantumque præceptum eos non infamandi ad defunctos se extendit, ut tradit Nauar. lib. 2. de restit. cap. 4. n. 216. Zerol. in prax. poenit. fol. 279. cum tam viui, quam defuncti ius habeant ad famæ suæ conseruationem, quod docet Ecclesiast. 7. *A mortuo ne prohibeas gratiam.* Si namque gratiæ capaces sunt, etiam & contumeliæ, ut docuit Lorca 2.2. disput. 34. sect. 3. num. 8. & D. Thom. 2.2. quæst. 31. art. 2. ad 1. & quod horum bonum nomen teneatur, viuis vitale est, & valde necessarium. Dicitur ne aliquis teneri me, quamuis diuitem, elargiri centum, aut minus ducatorum elemosynam ob liberandum damnatum ad suspendium ob eius mala facinora, aut tristem: *Quem Respublica non teneret liberare, imò punire, tenebor ego? Absit: iuste patitur; iustam verò mortem proximi impedire nullatenus teneor, quod expresse docet Malderus de virtutibus; tract. 3. cap. 1. dub. 15. fol. 353. Nauar. in cap. non inferenda, 2.3. quæst. 3. numer. 24. Sæ verb. *charitas*, numer. 6. sic licet pater meus in purgatorio detineatur, & possim illum meis precibus, aut elemosynis iuuare, ad id nequaquam ex præcepto tenebor, cum iuste ibi patiar. Equum tamen & sanctissimum & maximè piuum erit, omnibusque filiis consulendum pro parentibus defunctis orare: erudiantur & instruantur nihilominus poenitentes à poenitentiariis, quod si id omiserint, labe non inquinabuntur, ne ex conscientia erronea ibi incidant & labantur, ubi fouea non est. Nec huic aduersatur Azor 2. tom. lib. 2. cap. 3. quæst. 9. dicens; peccatorum filium differendo subsidium impartiri parentibus defunctis ob leuem iacturam bonorum temporalium, non tamen ob grauem: nam id intelligendum est quando subsidia offerre esset à patre iustum, vel quod solum sit debitum ex honestate quadam, non ex morali obligatione, quando à patre non esset imperatum, & aliis absque graui*

iactura honorum posset filius eum iuare, vt à Purgatorio liberaretur.

7. Quod si ex permissione Diuina parentis defuncti anima filio appareat, rogèrque Missarum sacrificia pro se offerri, vel eleemosynas, vel orationes; licet impientissimum esset illum non iuare, tamen contra aliquod præceptum illum acturum omitendo, non arbitror; cum à iusta pœnæ inflexione ob delicta eripere non teneatur. Vnde licet ad suspendium, vel trirèmes esset iuste damnatus pater, & pars offensa punitionem remitteret oblati centum ducatis, illos offerre ex præcepto non teneri filium, probabile videtur, iuxta dicta ab Azor tom. 2. lib. 1. cap. 3. quæst. 15. in fin. dicente, esse probabile, filium posse patri publicè proscripto alimenta denegare. Quamuis valde indecorum & inhumanum esset à largitione abstinere. Nam vt supradictum est, cuius respublica non tenetur indemnem seruare vitam, nec particularis licet filius nequaquam tenebitur. Nec obstat, filium teneri reuereri patrem, reipublicam verò ad id non astringi pari vinculo, cum in pluribus casibus in quibus debet filius parentibus reuerentiam, respublica non sit deuincta. Non obstat, inquam, hoc: nam quamuis id verum sit in præceptis affirmatiuis, deficit in negatiuis: semper enim quod Respublica non est astricta aliquod præceptum negatiuum seruare, nec etiam particularis erit obligatus non omittere talis præcepti fractionem. Dixi, non omittere, nam per commissionem tenebitur non infringere præceptum, quod seruare Respublica non astricta est; sicut malefactorem non tenetur Respublica non occidere, & tamen tenetur particularis non perimere, positiuè necem inferendo; non verò tenebitur positiuè iuare ad conseruationem vitæ: sicut damno iuste ad mortem famis non tenebitur cibum subministrare licet possit, nec damnatus funere, vt dicimus disput. 10. num. 9. imò ad non ministrandum teneri censent plures. Præterea nec teneri filium liberare patrem licet reuerà esset innocens, probatum tamen esset delictum commississe, tanquam probabile tutabuntur plurimi tenentes iudicem non teneri non punire innocentem, tanquam nocentem conuictum. Quamuis filium ad fid teneri verissimum reat, sicut teneretur quisque liberare à carcere detentum iniuste ob falsam testium depositionem, absque resistentia tamen inferenda ministris iustitiæ.

Vnde credendum non est Patri Dimas tract. de Purgator. cap. 29. censenti teneri fideles ex præcepto charitatis animas fidelium defunctorum orationibus, Missarum sacrificiis, & aliis piis operibus iuare. Quæ enim ibi congerit, solum conuincunt esse optimum opus consilij illis fauere, & ad id exhortandos esse fideles, non tamen criminis damnandos, hoc ipsum agere omitentes.

8. Si verò parens multis huius vitæ miseriis repletur, & mendicitate premeretur, sine prolixa & molesta ægitudine vexaretur, maxime mihi aridet, teneri filium pro illo orare, vt à miseriis indemnem euadat, & liberetur, dum alia via illum iuare nequit. Nam præceptum pietatis filios obligat subuenire parentibus viuus, quantum ex honestate possint. Qui autem ob suam inopiam ab elargienda eleemosyna corpo-

9. rali esset deobligatus, ab impertienda spiritali, quam potest, quare immunis erit? Quod videtur docere Suarez tom. 2. de Relig. lib. 1. cap. 30. fin. Nonne sic in necessitatibus communibus communitas est astricta preces ad Deum fundere pro vitando damno? tradit idem Suarez loco paulò ante allegato, num. 10. & resoluunt communiter DD. in materia de charitate. Quare ergò minus filius pro patre? præsertim si in delictum maximo amittendi patientiam, vel blasphemias iactandi, maledictionesve, esset constitutus. Docet idem Suar. vbi supr. & capit. 13. num. 2. fin. Sicut enim tenetur quis diuinum implorare auxilium dum in periculo labendi in peccatum versatur, vt dicimus disput. 2. n. 20. vbi plures referimus Authores; nec minus tenebitur illud inuocare ob cauendum proximi peccatum: Nonne vtgentiori iure obligabit eleemosyna spiritalis, quam corporalis; docet Suar. supr. cap. 13. num. 2.

Tenebitur tamen filius parentem defunctum honestis exequiis iuare iuxta suam qualitatem & patriæ consuetudinem, vt docet Azor, tom. 2. lib. 2. cap. 2. quæst. 5. in fin. & cap. 3. quæst. 8. aliàs omitendo non tam contra charitatem, quam contra reuerentiam parentibus debitam delinqueret. Et licet physicè loquendo non executio exequiarum omisso quædam sit, moraliter tamen peccatum commissionis esse reor; cum tunc dehonoramus parentes positiuè, quanda omitimus debitum honorem impertiri. Nonne enim dehonorat per commissionem qui data opera nollet caput denudare præsertim quando scite patrem offensum sibi ex eo inferri, perpensurum? Ita sunt aliqua commissionis peccata omissionem annexam essentialiter habentia, vt non restitutionis crimen commissionis scelus est, secundum mentem melius opinantium in materia de restitutione, licet explicetur illius natura per omissionem; est namque non restituere rem alienam, iniuste detinere positiuè, & exequias ordinarias impartiri eodem iure reputatur esse debitum quo sepultura.

10. Pœnitentes plures præcipuè spirituales vitam degentes, arbitrantur illico ac arumnas, & calamitates vitæ sentiunt, in peccatum impatientiæ, & intolerantiæ labi, à quo solum tunc immunes esse existimant, cum ob euentum rerum infelicem, nec vexantur, nec magis affliguntur quam si bruta essent, vel comprehensores. Non animaduertentes longè diuersum quid esse ob sinistram sortem affligi, atque impatienter labores ferre: non enim idem est sentire (quod impatienter sustinere. Vt enim optime Diuus Thom. 2. 2. quæst. 136. artic. 1. docet, opus est hominem habere aliquam virtutem per quam bonum rationis conseruetur contra tristitiam, nec scilicet ratio illi succumbat, quod sanè efficit patientia. Vnde Diuus Augustinus in libro de patientia, tom. 4. cap. 2. in principio inquit, quod patientia hominis est, qua mala æquo animo toleramus, id est, sine perturbatione rationis, ne animo iniquo bona deseramus, per quæ ad meliora perueniamus. Inter alias namque passiones tristitia efficax est ad impediendum bonum rationis, secundum illud, 2. ad Corinthios 7. *Sæculi tristitia mortem operatur: & Ecclesiastici 30. Nilius occidit tristitia, &*

non est utilitas in illa. Et docet D. Thom. 1. 2. quæst. 28. art. 4. in corpore, & ad 3. Et quamvis quælibet virtus tristitiam cohibeat erga suam propriam materiam, vt liberalitas cohibet timorem amissionis bonorum, necessarium est aliam virtutem constituere circa tristitiam in ordine ad bonum rationis absolute, vt scilicet sic moderetur tristitias, vt in nullo mens à bono auertatur, seu declinet propter tristitiam quamcumque, præcipit tamen propter tristitiam illatam ab extrinseco. Omitto quod nulla alia virtus est directe moderatiua tristitiæ quàm patientia, ob quod conueniens maximè fuit vnam virtutem contra tristitiam directe constituere, vt bene memoratur Caietanus dict. art. 1. §. ad secundam verò obiectionem. Cùmque patientia virtus moralis sit circa tristitias, media inter duo vitia extrema, erit interponenda. Quapropter cum tristari de malo sit secundum naturalem ordinem nostræ naturæ, vtrumque poterit vitiosum esse, & plus tristari quàm oportet, & minus quàm decet, vt docet dictus Caietanus, §. ad tertiam dicitur. Ex quo fiet patientiam non solum esse cohibitiuam tristitiæ excedentis, sed excitatiuam tristitiæ deficientis: vt enim notauit Caietanus, secundum Sanctos patientia utilis est ad tollendam insensibilitatem & inducendam tristitiam, vbi nulla esset ex malis sequutura, sicut Christus de facto suscepit tristitiam inquam, *tristis est anima mea, &c.* Quod probat etiam D. Gregor. in moral. lib. 2. c. 16. & 17. super illud Iob. 1. *Suprexit Iob, scidit vestimenta sua, & tonsa capite adorauit; vnde inquit: Nonnulli magna constantiam philosophiam putant, si disciplina asperitatis correpti ictus verberum doloresque non sentiant, sed non est pondus vera viriuis insensibilitas cordis, &c.* Afferens contra clamitates à Deo inflictas non sentientes, illud Propheta Hierem. 5. *Percussisti eos nec doluerunt: attriuisisti, & noluerunt accipere disciplinam.* Adducens iidem similitudinem membrorum stupidorum, quæ incisa dolere non possunt. Quod etiam docet Martinez 1. 2. tom. 2. quæst. 38. art. 8. fol. 51. & 52. Mantiquez *gouernador christiano*, lib. 2. cap. 16. Decipiunturque communiter penitentes arbitantes tunc impatientiam habere cum irascuntur; est namque impatientia vitium quo homo tristitia excedenti ductus, rationem absorbet, nec finit iuxta illam operari: vt iam diximus; ita verò est appetitus vindictæ contra rationem, vt diximus disput. 2. num. 2.

11.

Aduertant igitur homines quàm pluries circumdari miseris seu doloribus à Deo inflictis ad hoc, quod illis tristentur & affligantur, vt inde nomen Dei quaerant, iuxta illud Psalm. 82. *Imple facies eorum ignominia, & quaerent nomen tuum Domine.* Ad quid igitur peccare arbitrantur miserias sentientes, & ob illas tristitiam capientes: cum potius si non tristarentur, fini à Deo intento aduersarij existerent, illud fugientes quo ipsos vexari Deus data opera intendit. Vnde decipiuntur arbitantes se diuinæ voluntati non conformes existere dum labores præfentiunt. Vt enim optimè aduertit Granado 1. 2. fol. 272. num. 8. hoc ipso quod est non potius confirmari cum diuina voluntate in voluto materiali, esse aliunde valde conforme voluntati diuinæ, imò multò conformius. Nam

Deus qui vult pœnam infligere parenti, vult etiam ne tu id velis posituè, sed potius de malo doleas, quia id est conforme charitati. Vnde non est magis perfectum se conformare in voluto materiali, quàm se non conformare; imò hoc est perfectius quàm illud. Quod exposuit egregiè satis Ludouicus de Grenada lib. 2. de la doctrina de la virtud, cap. 17. in fine. *Verdad es que no se inziendo por esto que nos ayamos de alegrar en la muertes y calamidades y trabaxos de nuestros proximos, ni menos de nuestros parientes y amigos y mucho menos de la Iglesia. Porque la misma charidad que nos pide alegria en lo vno, nos muene o tristeza y compassion en lo otro pues ella es la que sabe gozar con los que gozan y llorar con los que lloran.* Roman Como vemos que lohabian los Prophetas los quales gastauan toda la vida en llorar y sentir las calamidades y azotes de los hombres. Hierem. 9. Tanti namque huius doctoris iudicium æstimo, quod verbis sim egenus ad explicandum, inueni namque in ipso adeo acre ingenium ad res scientiæ exponendas, quod nullum iudicem verius, tamque sanctæ vitæ & doctrinæ exuberantem cum perspiciam, quod miret satis suæ religionis locordiam ad ipsius canonizationis bullam procurandam; tristior admodum, vtinam potens essem, quod eius religio agendum omittit (Prohi Deus) auidè fecissem, & in sortem felicissimam, me haberi tunc merito arbitraret.

12.

Ex quo mansuetudini non vacare nullatenus arbitrentur quod habenas iræ iuxta dent aliquando: est enim mansuetudo virtus moralis medium tenens inter defectum iræ & excessum, docet D. Thom. 2. 2. quæst. 157. art. 2. Vnde mansuetudine non caret, qui iuste & ob legitimam causam in proximum irascitur, iuxta dicta disput. 2. num. 2. quæ omnino videnda sunt.

13.

Nec imperfectus erit cum tristitia miserias tolerare (dum alias patienter sustineantur) quàm hilari animo. Nam tristitia & gaudium quatenus passiones sunt appetitas sensitiuæ, & vt præueniunt rationem in potestate hominis non sunt, sed inde causantur quod intellectui malum siue bonum repræsententur vt patens: nec libertatem habet ad efficiendam imaginationem boni, vel mali sic obiecti. Quod si aliquis liberè & ex proposito perseverare velit, & attendere ad repræsentationem mali, non ob id qui tristatur imperfectus se gerit sustinendo labores, quàm alius qui hilari animo perseveret. Nam obiectum tolerantia: æquale est in vtroque: quod verò vnus ex proposito considerate velit dissonum sibi malum, alius verò diuertere à se illam considerationem, bonitatem nec malitiam mortalem non continet, propria specie, sed solum, quatenus ex tristitia natura vexatur, ex gaudio verò subleuatur. Quapropter nec Christum imperfectum se gessisse in passione fatebitur quis dum dixit: *Tristis est anima mea vsque ad mortem.* Et, *Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me?* quàm Apostolos, respectu quorum Actorum 5. dicitur: *Iban: Apostoli gaudentes à conspectu Concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu cquameliam pati.* Et sanè si imperfectio reputanda foret tristitiam capere de aduersariis rebus, illam remouendam fore à Christo esset plus quàm nocuum, cum

cum ipse in vniuersis actionibus, exequutus sit quod perfectius esset, & magis gratum Deo. Quam doctrinam confirmat optimè P. Gouea *en la vida de Iuan de Dios*, cap. 15. dicens: *Representadofete à Christo la muerte de cerca la temio como verdadero hombre, no le deuemos menos por sufrir la pena que temio que si la sufriera sin que la temiese que el saber estimar la grandeza del tormento no disminuye la corona al que lo padece.* Virgòque beata maximè de filij sui morte doluit, ac non propterea voluntati diuinæ fuit aduersa. Videndus D. Thom. 3. part. quæst. 15. artic. 6. ad secundum, & 2. 2. quæst. 123. art. 8.

14.

Et septem vititates ex tristitia causari numerat D. Paul. 2. ad Corint. 7. dicens: *Quæ enim secundum Deum tristitia est, penitentiam in salutem stabilem operatur, seculi autem tristitia mortem operatur. Ecce enim hoc ipsam secundum Deum contristari vos quæritam in vobis operatur sollicitudinem: (scilicet cognoscatis) primò operatur sollicitudinem expiandi offensam. Sed defensionem id est: imò defensionem, vt me scilicet defenderetis contra pseudoapostolos, & obtrahatores. Sed, id est, imò indignationem, vt cognoscentes vestra scelera, vobis ipsis in-*

dignemini, dicentes: *Quid feci? Quem offendi? Quò prolapsus sum? Vbi fuit mens mea? Vbi sensus? Ita ne demens fui? Sed, id est, imò timorem, vt timeatis deinceps non tam mequam Deum offendere. Sed, hoc est, imò desiderium, vt desideretis vos corrigere. Sed, id est, imò emulationem, hoc est, zelum Dei, vt Dei honorem zelantes incestuosum illum ex Ecclesia Dei eiceretis, ait Anselm. & Chrysof. vt refert Cornel. dicta epistola Pauli, versic. 11. Sed, id est, imò vindictam, vt nefaria vestra vindicaretis, tum dolore & lacrymis, tum aliis modis, ita Theodor. Theophyl. D. Thom. vt refert prædictus Cornel. De tristitia autem Christi rectè agit Suarez tom. 2. in 3. part. disput. 33. sect. 2. & disput. 34. sect. 2. Nec putandum minus promeritum ferentem labores cum consolatione & consequenter faciùs, quam sustinentem cum tristitia, si animum habeat dispositum ad sustinendum quamuis deficeret consolatio & gaudium. Occasionaliter tamen posset contingere plus mereri sustinentem gaudio, si inde plura mala patienda euenire desideret, hoc autem meritum concomitans est, & non principale tolerantia, de quo loquimur. Vide disp. 24. num. 8.*



## DISPUTATIO QUINTA

De aliis rebus quibus communiter se accusare sunt soliti penitentes, quæ reuera peccata non sunt.

### SVMMARIVM.

- Exaggerationes non sunt mendacium, num. 1.*  
*Loquutio parabolica non est mendacium, num. 2.*  
*Loquutio per metaphoras non est mendacium, num. 3.*  
*Loquutio per ironiam non est mendacium, num. 4. & 5.*  
*Loquutio per ebarientismos, siue urbana, non est mendacium, num. 6.*  
*Mendacium non est illud affirmare quod verum esse putatur, licet res aliter se habeat, num. 7.*  
*Nec necessarium est retractare illud mendacium materiale, nisi sit in dæmnum proximi, num. 8.*  
*Alia animaduersione digna, num. 9. 10. & 11.*  
*Adulationis crimen non committunt homines toties quoties ipsi arbitrantur, num. 10. 11. 12. 13. & 14.*



SOLITI etiam sunt penitentes fateri tanquam mendacia exaggerationes seu hyperboles; quæ tamen minimè mendacia sunt; tum quia id quod dicitur vel exaggeratio, non refertur animo decipiendi audientem, qui benè noscitur exaggerationem illam mathematicè non æquari intentioni dicentis: at dum fallum non asseritur cum intentione fallendi, mendacium minimè esse, docent D. Augustinus in lib. ad Consentium contra mendacium, cap. 12. Gelaf. Papa 2. 2. quæst. 2. cap. Bea-

tus Paulus, & ibi Gratianus. Mag. in 3. distinct. 38. §. 3. Lessius de iustit. lib. 2. cap. 47. num. 36. Vega 2. part. summ. cap. 36. casu 1. Rodriguez 2. part. summ. cap. 245. num. 2. dicens expressè, neutquam mendacium esse, asserere fallum via exaggerationis: & allegat D. Augustinum lib. 2. de quæst. Euangel. cap. 34. Quod ipsum affirmat Pereyr. super Genes. cap. 27. num. 57. Ledesma 2. part. summæ tract. 18. cap. 2. in 1. conclus. Toler. lib. 8. cap. 54. num. 4. Angel. verb. mendacium, num. 1. Alexander 2. part. summæ, tract. de mendacio. Bonauent. in 3. distinct. 38. & ibi Ricard. Cano lib. 2. de locis, cap. 3. Bañez 2. 2. quæst. 1. art. 4. Raymond. in summ. cap. de mendacio. Nieua in summ. c. de mendacio. Aragon. 2. 2. quæst. 1. art. 3. conclus. 1. Nitol. Nise minoris Obseruantia super sentent. tract. 3. part. 3. portione 3. quæst. 5. Gerson in comment. ad summ. sacrament. D. Bernard. cap. 5. de peccatis, §. de peccatis lingue, quæ summa alio nomine appellatur *Floresus*. Est igitur loquutio hyperbolica modus Rhetoricus loquendi: manifestum sanè est, mendacium nullatenus reputari quod quis alij dicat; *cupio vitam tuam non finire ultra mille annos*; quod sanguis ex venis in illius utilitatem mitteretur: vel si dicat; *Ioannes adeò timidus est, vt folia arborum timorem illi incuiant*: quemadmodum enim, Antonin. Nebrissenfis notauit in sua Arte, cum commento & Fab. Quintilian. Anron. Mincilenus, & Diomed. in Arte de figuris, *Hyperbole est illa, quæ gratia*

gratia minuendi, vel augendi ponitur. Et sacra Scriptura hyperbolicis locutionibus exuberat. Genes. 13. Dominus ad Abraham dixit: *Faciamque semen tuum sicut puluerem terra.* Et per hyperbolicam fuisse ibi Deum loquutum docet D. August. super Genes. 13. Peteyra super dictum cap. 13. num. 46. §. *Altera dubitatio est.* Idem censet Cornel. à Lapide dicto cap. 13. in explicat. versicul. 15. Et hyperbolicam loquutionem fuisse illam Ioan. cap. vlt. dicentis: *Sunt autem & alia multa que fecit Iesus, que si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt, libros;* sic explicat Augustin. Leonr. Sicul. Beda, Theophylact. & Euthym. super istum locum allegati à Maldonat. super Ioan. cap. vltim. Licet alij exaggerationem non fuisse pro vitibus defendant: dicunt enim quòd si omnia quæ à Christo sunt gesta, essent scribenda, mundum non posse capere libros. Nam cum gesta à Christo infinita sint perfectionis, utque talis infinita perfectio esset notata perfectè, infinita scriptura & notatio esset necessaria. Quæ ratio sanè coniuncta ad quamlibet actionem Christi exactè conscribendam infinitam exigi notationem & scripturam. Similiter excusatus fuit à mendacio Nabuchodonosor Babylonis Rex, dicens Esai. 14. *In calum concendam, & super astra Dei exultabo solum meum, & similis ero Altissimo:* loquutus est enim hyperbolicè, vt explicat Adam super istum locum, Vazquez 1. part. disput. 232. cap. 4. num. 23. Quòd verò ille locus ad literam de Rege Babylonis sit intelligendus, & non de Lucifero, qualiter sunt rati alij, docet Augustin. de doct. Christiana, cap. 73. Maldonat. super Ioannem, cap. 14. num. 103. & Glossa interlin. Vazquez vbi supra. *Qua* etiam ratione liber à mendaciò ibit Tyri Princeps Ezechiel. 28. dicens: *Deus ego sum.* Fuit enim hyperbolica locutio ad suam exuberantem superbiam ostendendam. De quo Vazquez vbi supra. Et hyperbolica fuit Moylis locutio Genes. 6. *Videns autem Deus quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis inuenta esset ad malum omni tempore,* &c. Manifestum enim est non vniuersam hominum cogitationem præsertim omni tempore malam esse. Et hyperbolica fuit Micheæ 7. loquutio dicentis: *Periit sanctus de terra, & rectus in hominibus non est.* Etiam per exaggerationem loquutus est Hieremias cap. 8. inquit: *A minimo vsque ad maximum omnes auaritiis sequuntur.* & Genes. 11. *Babylonici dixerunt, faciamus turrim cuius culmen pertingat ad calum,* id est, quæ sit miræ celsitudinis.

2. Et sanè si loquutio per hyperbolem mendacium esset reputanda, eadem ratione & loquutio parabolica, cum non minus hæc quàm illa significetur factum fuisse quod reuera factum non est. Christus enim Matth. 25. quinque virgines prudentes, & quinque fatuas fuisse ait; quarum quinque prudentes sponso obuiam exierunt, alie verò minime. Quod tamen ita in re actum non est, sed id dicitur ad nostram instructionem, quasi parati semper esse debeamus sponsum Christum excipere in cordibus nostris. Dixit item Luc. 10. Sacerdotem & Samaritanum descendentes Hiericho vulneratum in via vidisse, Sacerdote quidem minime curante ægrotum, Samaritanum verò contrà egisse, quod tamen ita reuera non accidit, sed ad nostram instructionem est institutum. Deinde Luca 13. ad nostram doctrinam est parabola

Sanchez Selecta.

la Domini volentis succidere ficum infructiferam, seruo rogante differendam incisionem ad annum; quod tamen ita secundum rei veritatem actum non est. Vltetius Publicanum & Pharisæum in templum ingressos, illum nec oculos leuare audentem; Pharisæum verò tumidum de bonis operibus se iactasse, asserit Christus, Luc. 18. Quod tamen eo modo nequaquam accidit. Hoc autem parabolam reputandam & non historiam (vt putant aliqui) docet Maldonat. super Lucam 10. numero 9. plura in huius confirmationem congerens. Et ex Euangelio constat, ibi: *Dixit autem ad quosdam qui in se confidebant tamquam iusti, & spernabantur ceteros, parabolam istam, &c.* Vnde optimè D. Augustin. contra mendacium scribit cap. 22. & refertur 22. quæst. 2. cap. quæritur, in glossa inferiori, de facto illo Iacob, Esau se esse dicentis: *Quod si diligenter & fideliter attendatur, non erit mendacium, sed mysterium: alia si talia mendacia dixerimus, omnes etiam parabola ac figura significandarum quarumcumque rerum, qua non per proprietatem accipienda sunt, sed in eis aliud ex alio est intelligendum, dicentur esse mendacia: quod absit omnino.* Nam qui hoc putat, tropicè etiam tam multis loquutionibus poterit hanc ingerere calumnam, ita vt hæc ipsa que appellatur metaphora, hoc est de re propria ad rem non propriam verbi alicuius usurpata translatio; posse ista ratione mendacium nuncupari. Quod falsum esse statim numero sequenti constabit. Vide D. Th. 1. part. quæst. 1. artic. 10. ad 3. Bellarm. tom. 1. controuers. 1. generali lib. 3. capit. 2. & controuers. 5. generali lib. 2. cap. 23. Salme. tom. 7. tractat. 1. num. 13. Azor lib. 8. cap. 2. quæst. 6. Molina, Vazquez, Zumel, Bañes, Thomas Pius 1. part. quæst. 1. artic. 10.

Item si loqui hyperbolicè mendacio damnaretur, eodem modo & loqui per metaphoras, dum vox per similitudinem propriæ significationis transit in impropiam & aliam: quomodo mendacium esset dicere, *Fulano tiene pecho de diamante, animo de azero, coragon de piedra riense los prados, fulano meido la mano en su pecho, que es dezir jurgose, lauo sus manos, que est à inocente; may blanda la mano, va se poco a poco, en buena mano esta, es, bien sabe, puede, y bien empleado esta.* Quæ omnia sunt phrales Rhetoricæ absque mendacio: quod si interuenerit, mentirentur concionatores reprehendentes peccatores appellando illos matmorei cordis. Et Cantic. 2. dicitur: *Flos campi, liliu comallium, & vitis vera Christus: Leo,* item ex illo, *Vicit Leo de tribu Iuda.* Imò per metaphoras loqui, dixit D. Thom. 2. part. quæst. 1. art. 9. in corp. & ad primum. ita sacram decet scripturam, quod illi sit vrile & necessarium. Vnde Dionys. de Ecclesiastic. Hierarch. dixit conuenienter in sacra scriptura tradi nobis spiritualia sub metaphoris corporalium: impossibile est enim aliter lucere diuinum radium nisi varietatum sacrarum velamine circumuelatum.

Deinde si hyperbolica loquutio mendacium censendum foret, mendacij sedem vindicaret locutio per ironiam, cum pronuntietur per eam contrarium illius quod intenditur significari, dum stultura sapientem appellamus, bonum malum, diuitem pauperem, auarum liberalem, &c. Nec locutio per Synecdochen mendacij labe est inuenda, quando pars pro toto accipitur, vt dicitur, *Petrum existere in celo,* id est, *D. Petri animam;*

D

Laticò

Latroes Christum blasphemasse, dum solum ynus id egisset.

5. Imò licet conceasemus essentiam mendacij reperiri tunc quando falsum asseritur etiam absque intentione fallendi, cum D. Thom. 2. 2. quæst. 110. art. 1. & ibi Caietan. & in ium verb. *mendacium*, Armilla dicto verb. n. 1. Syluest. num. 7. Tabien. num. 1. Duran. in 3. distinction. 38. & ibi Gabriel. Estius dict. distinct. §. 2. Reginal. in praxi, lib. 24. numer. 2. Azor tom. 3. lib. 13. cap. 1. §. *si roget*, Alcocer in summa c. 8. Vazquez 1. 2. tom. 2. disp. 128. cap. 4. num. 29. & tom. 1. disputat. 58. numer. 16. Suarez tom. 2. de Religion. cap. 4. numer. 5. D. Antonin. 2. part. tit. .cap. 1. §. 1. Navarr. in summa, capit. 18. num. 3. & in cap. *inter verba sexta concl. imperfecta*, num. 6. & alij, non inde infertur locutionem exaggerationis mendacium esse, licet per eam referatur falsum. Nam ut quis falsum enuntians mentiat, opus est dicat falsum uti falsum, non uti exaggeratum. Vnde Authores D. Thomæ mentem insequentes, explicant D. Augustinum, quod quando dixit, requiri ad mendacium dicere falsum cum intentione fallendi, idem esse atque dixisse eum intentione dicendi falsum. Sic Gab. in 3. distinct. 38. & ibi Estius & Durandus, Reginal. lib. 24. num. 2. Azor tom. 3. lib. 13. cap. 1. Caietan. 2. 2. quæst. 110. artic. 1. & in summa verb. *mendacium*. Syluest. verb. *mendacium*, num. 1. Qui autem enuntiat falsum ut exaggeret, non dicit falsum uti falsum, sed veluti exaggeratum, eo modo quo nec mendacium iocosum erit dicere falsum uti lepidum, & iucundum: & esset mendacium si enunciaretur falsum tanquam verum, & tanquam cum vera re, lepida & iucunda intenderet iucunditatem in aliis causare & risus motus. Sic expressè Suarez de Religion. tom. 2. lib. 3. cap. 5. numer. 5. Ut enim acutè satis notant Gabriel. & Azor suprâ, non par est falsum enunciare & mentiri. Falsum enim tunc invenitur quando res significata per vocem, & vox adæquationem non habent. Tunc verò mendacium reperitur, quando vox nec cum re significata, nec cum mente coarquat.

6. Qui verò enuntiat, *Fulano et el mejor hombre del mundo*, inadæquata est vox rei significata, sed non menti, quia non enunciat vocem illam, *Fulano*, &c. ut illa significet, quod punctualiter & mathematicè sonat, sed ut significet id quod communiter homines media tali voce concipiunt, scilicet, quod in opinione dicentis, maximi habetur aliàs *Fulano*, quod sanè significatum maxime conforme est dicentis mèti.

Demum si hyperbolica enuntiatio labe mendacij afficeretur, damnaretur pariter etiam mendacij locutio per charientissimos, quæ ex mente Donati, Fab. Quintiliani, Antonij Mincilani, ab Antonio Nebrißensi relatorum in commento suæ Artis, §. *de figuris*, idem est quod urbanitas, *como dezir, beso os las manos*, quas licet non deofuler, mendacium minime erit. Est enim illa locutio phrastica, qua homo salutans, se gratum, & benevolum esse alteri ostendit: quod donotavit Mincilan. illo versu.

*Sis charientissimos tibi gratificatio dicta.*

Instruantur ergo pœnitentes à confessariis, minime mendacij sordibus inquinari, has hyperbolicas loquutiones enuncians.

7. Præterea se reos produnt in confessione, quòd mendacium dixerint, quando id enunciant quod sibi ita esse fuerit visum prudenter; postea tamen

repererint rem aliter se habere. Sed hoc quidem mendacium neutiquam est, ut expressè inquit D. Augustin. Enchir. cap. 22. & refertur 22. quæst. 2. cap. *is autem*, quod ut sit deberet enuntiarì uti falsum ad minus, & cum intentione fallendi, ex aliorum Doctorum mente, ut diximus suprâ, num. 1.

Nec est necessarium his (ut obiter scias) quando incontinenti recordantur, id quod enuntiarunt, aliter se habere, retractare se & palinodiam canere, canendo se dixisse mendacium, ut agunt plures: tum quia dum dictum enuntiarunt, ita se habere sunt rati, tum quia etiam in mendacio ex advertentia dicto necessarium non est mentientibus se retractare; nec præceptum id agendi incumbit, cum nullus obligetur se peccatorem esse prodere. At si mendacium in datum tertix vergeret personæ, ad retractationem esset strictus is qui hoc pronuntiasset, cum à malo inferendo proximo semper & ubique quilibet abstinere teneatur; seu ab iam illato cessare, docet expressè Navarr. lib. 2. de restit. cap. 1. num. 85. Nisi malum illarum ob mendacium pronuntiarum minoris esset momenti; maioris tamen quod accresceret ex retractatione mentientis; ut si esset persona publica, cuius autoritas maxime diminueretur cognitione mendacij. Tunc tamen pecuniis, vel alia via satisfaciendum est iniuriæ ex mendacio non retractato provenienti.

Plures item pœnitentes se accusant de iudicio temerario, ubi non est, cogitantes in iudicium temerarium incidisse, dum sinistram opinionem de proximo concipiunt; quantumvis id iudicent ex sufficientibus indicis, cum tale non reperitur nisi concipiatur sinistra opinio nullis, vel leuibis indicis existentibus. Item quod ridiculosum est, plures feminæ se accusant tanquam de iudicio temerario, quòd de proximo iudicauerint pecunias, vel alias res habere, non advertentes iudicium temerarium quod peccatum sit, debere esse de aliquo malo culpæ quam inesse proximo iudicamus, aliud verò solum dicitur iudicium temerarium physicè, & non moraliter.

Solent specialiter feminæ denigrantes famam proximi in seipso ipso, dum capiunt satisfactionem reddere de iniuria illata, personam iniuria affectam adire, ab illòque veniam petere. Errant certè, sufficit enim offensibus reuocare detractionem coram illis, qui eam audierunt: certiorum namque reddere iniuriatum de offensa quam ignorabat, ad id solum forè deseruit, quod odio se in offensorem vertat. Præterquam quod fama non est aliqua qualitas intrinseca, qua ablata damnum præsentiat iniuriatus independenter ab aliis, sicut sentiret si quantitas alicuius rei ab illo eriperetur: solum enim fama denominatio extrinseca est ex bona opinione, & honore ab aliis præstando pendens. Quapropter fama tunc sufficienter ex se redditur iniuria affecto, quando coram audientibus detraçtio reuocatur, ob quod illi qui malè de proximo audierant, sicut antea illum non honorantes, iam iam pristinum reddent honorem; vel si minus, non iam per offensorem stabit. Avertant hoc confessarij, ne pœnitentem obligent comparare coram persona offensa, & ignorante offensionem ad petendam veniam, specialiter si offensa occultè fuisset commissa; nullus enim se prodere reum tenetur. Vidi feminas putantes se teneri ad satisfaciendum personæ offen-

ſe ob ſolum iudicium temerarium interius manens; ſed hæc ridiculoſum eſſe quiſq; ambigat? Si tamen coram perſona offeſa malè offeſor locutus fuiſſet, veniam ab ipſo petere tenetur per ſe, eo quod tunc per contumeliam iniurauit, & qualiter offeſa facta eſt offeſore ſciente, ſic & ſatisfactionem eo vidente fieri oportet.

10. Cognoui Doctorem in iure, confeſſarium, qui fœminam pœnitentem præcepto conſtringit ſuum adire maritum, ab eoque petere veniam de propinato veneno illo, & adulterio commiſſo, ignorante marito huiuſmodi fuiſſe in ſuum commiſſa; monuit tamen confeſſarius Doctor (vt omnia dicamus), ne vxor in ſpecie de illis delictis veniam rogaret, ſed quod in genere diceret ſe deliquiſſe contra maritum ſuum; à quo quamuis rogaretur, quænam eſſent delicta, reticeret ſemper. Quod malè à confeſſario conſultum eſt. Potuit namque maritus ille maxima mala ſuſpicari de vxore, illamque premere ad detegendas iniurias, de quibus veniam poſtulabat, quæ ſi aperiret, mors ei inferenda poterat timeri: ſi verò manifeſtare renueret, in idem periculum incidere eſt veriſimile. Et præter hæc multo magis dolendum, & mirandum, quod prædictus Doctor quamuis monitus de ſuo errore, ſe malè egiſſe non credidit.

Nec opus eſt pœnitentibus quale iudicium fuerit, contra quam perſonam, fueritne Eccleſiaſtica, vel ſecularis, ſeu circa quam rem explicare, dicendo ſcilicet, iudicium Ioannem eſſe ſuæ, vel fornicarium, aut hæreticum, &c. In eſſe ſolum phyſico iudicia hæc diuerſitatem habent, vt potè circa diuerſa crimina; non verò in morali, cum contra iuſticiam commutatiuum ſint, prohibentem ſub vna ſpecifica ratione, & atoma famam alienam non lædi, tam internè per iudicium, quam externè per detractiorem, aut contumeliam, ſicut ſpecies diuinationis per æromantiam, per ſomnia, per nigromantiam, per pythones, per geomantiam, hydromantiam, pyromantiam, augutum auſpicium, per chitomantiam, ſolum phyſica ſpecie differunt non morali, vt tradunt Doctores, cum Dino Tho. 2. 2. q. 97. artic. 3. & ad 2. non enim diuerſum crimen eſt diuinare, per ærem, atque per aquam, &c. Nec deſunt plures pœnitentium ſe accuſantes, quod dum à fide digno peccatum de altero audire, ſi dem præſterint, in quo ſanè decipiuntur. Quia tunc ſuſpendere iudicium non ſunt obnoxij, cumque eis adſit facultas determinare iudicandi, æquius eſt, ne dicam obligatio, iudicare fide dignum verum narrare. Edoceantur ergo à confeſſario tales pœnitentes. Ex quo fit decipi Doctores plures in materia de reſtitutione, dicentes obligationem interuenire ſuſpendendi iudicium, quocies fide dignus & probus, de alio homine probo delictum enarrat. Non enim talis intercedit obligatio, ſed pro libito pro vna aut alia parte poteſt iudicare, cum pro vtraque æquale interſit iudicium.

11. Adulationis labe ſe reos produunt pœnitentes laudantes aliquem de virtute naturali, v. g. de pulchritudine, fortitudine, aut ingenij dexterritate, &c. vel de virtute morali, quod videlicet ſit caſtus, humilis, &c. quando illa reuera non inſunt homini laudato. At huiuſmodi laus potius mendacium eſt, quam adulationis vitium. Non enim adulatio veritati opponitur, ſed affabilita-

Sanchez. Selecta.

ti, vt docet D. Thom. 2. 2. q. 115. art. 1. Leſſius lib. 2. de iuſtit. c. 47. dub. 7. n. 51. Sicur enim affabilitas intendit principaliter delectare eos quibus conuiuit, tamen vbi neceſſe eſt propter aliquod bonum exequendum, vel malum vitandum, non veretur contriſtare. Contra dum aliquis in omnibus vult iuxta delectationem alterius loqui, verendo illum contriſtare, quando ad ſalutem animæ illius eſſet expediens, adulationis crimen committi, & per exceſſum affabilitati opponitur ſicut per defectum eſſet contrarius moroſitate & aſperitate, vt docet Leſſius vbi ſup. eſt enim quoddam hominum genus, qui vbiq; ſunt difficiles, vbiq; contradiçtores, qui abſurthio rectè comparantur ob eorum in conuerſando amartitudinem, quos litigioſos appellat D. Thom. 2. 2. quæſt. 118.

12. Verum dum aliquem delectant ſiue laudant de virtute, quam verè habet, ſi id animo alicuius lucri conſequenti agunt in vitium adulationis prolapſos fuiſſe arbitrantur. Quos adducit Caietan. 2. 2. q. 115. art. 1. & in ſumm. verb. *Adulatio*, ſine, admittens peccatum veniale eſſe aliquem laudare ſine vtilitatis temporalis comparandæ: quod etiam admittit Leſſius lib. 2. c. 47. dub. 7. n. 51. putans D. Thom. ſequi doctrinam. At minimè capio culpam fore venialem laudare aliquè de virtute quam reuera habet ob lucrum conſequentum, ſicut enim malum non eſt, imò bonum præcepta Dei implere, ſiue cõſilia ob vtilitatem vitæ æternæ, vt diſſiniuit Concil. Trident. ſeſſion. 6. can. 26. & 31. dicta ſeſſion. c. 11. ſine, explicans illud Pfalm. 118. *Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas propter retributionem*. Sic & ob vtilitatem temporalem aliquas exercere actiones, quæ de ſe malæ non ſunt, quare peccatum erit arbitrandum? Sicut enim verbum otioſum neutiquam eſt illud quod ob vtilitatem aliquam naturæ profertur, vt diximus diſput. 4. n. 1. Nec actio laudandi aliquem, vel alio modo complacendi, ob commodum & lucrum quod ſperatur & intenditur, actio otioſa erit, nec affabilitati contraria, ſi adſit animæ à laudatione ceſſandi, dum id expediat animæ laudatæ, quamuis lucrum amittatur: in quo ſolum ſenſu loquutus eſt D. Thom. illa quæſt. 115. dicens adulationem iudicandam fore laudantem alium ſine & animo lucrum conſequenti, quando ſcilicet adeo affectus ad lucrum permaneret, quod à laude impetenda minimè ceſſaret, cognoscentem aliàs exinde iacturam animæ eſſe oriundam laudato. Vnde miror Caietan. & Leſſium ſic indiſtinctè fuiſſe loquutos. Dum Diuus Thom. ad primum ſatis quid eſſet adulatio expreſſerat: ait enim quod laudare aliquem contingit & bene, & male, prout ſcilicet debita circumſtantia vel ſeruantur, vel prætermittuntur: ſi enim aliquis aliquem velit delectare laudando, vt ex hoc eum conſoletur ne in tribulationibus deficiat, vel eriam vt in bono proficere ſtudeat, alijs debitis circumſtantijs obſeruatis, pertinebit hoc ad virtutem amicitia, ſiue affabilitatis. Econtra verò ad adulationem: ſiquis velit aliquem laudare in quibus non eſt laudandus; quia forte mala ſunt ſecundum illud Pfalm. 9. *Laudatur peccator in deſiderijs anime ſue*: vel quia non ſunt certa ſecundum illud Eccleſiaſtic. 27. *Ante ſermonem non laudes virum*, id eſt, ante probationem bonorum operû: nomine enim ſermonis quodlibet opus

intelligitur, vt explicant Sancti in glossa illius cap. 27. Vel etiam si timere possit ne humana laude ad inanem gloriam prouocetur. Vnde dicitur Eccles. 11. *Ante mortem ne lauda aliquem.* Et vere Caietan. nobiscum sentire tenetur, cum dicat hominem peccare, si ob lucrum principaliter affabilem se ostendat illis quibus conuiuio, quando præceptum affabilitatis vrgeret, quasi dicat peccaturum qui animum haberet non ostendendi se placidum, nisi speraret lucrum, quantumcumque instaret præceptum. Quia tamen præceptum affabilitatis, non est rei grauis per se, ideo labe venialia tantum insinceretur ille qui se affabilem aliis non exhiberet: per accidens verò lues posset interuenire lethalis, si ex omissione affabilitatis notabili desolatione essent cæteri, quibus conuiuio, afficiendi.

13. Et quo deducito, tunc iudicandum esse peccatū adulationis fore mortale, vel veniale, quādo ex laudatione impensa alius qui laudatur, crimen mortale, vel solum veniale esset commissurus, vt notauit D. Thom. quæst. illa 115. artic. 2. Vel animo quod in illa erat, adulatione præmittatur. Quo fiet credendum neutiquam esse ledendam 2. part. summ. tractat. 19. c. 2. conclus. 2. sine, & Niderio præcepto 8. c. 2. num. 4. Armill. verb. *Adulatio*, num. 3. Raymundo summ. de superbia, tract. 4. fol. 484. asserentibus peccatum veniale esse alium laudare sine ei complacendi. Dicant

igitur huiusmodi Doctores quare contra rationem erit aliquem laudare solo sine illi complacendi, & absente periculo inductionis ad peccatum? At nullum esse peccatum nisi contra rectam rationem tendat operans, constans est vniuersorum sententia. Vnde Isidor. Hispalensis Archiep. in Epist. ad Ludifredum, & refertur dist. 25. cap. *Vnquam orarium*, §. *alias*, dicens peccatum esse veniale blandiri alicui plusquam expediat, vel cuiuscumque maiori personæ, aut ex voluntate, aut necessitate adulati, intelligendus est, quando ex laudatione occasio tuius laudato exhibetur, vt bene docet D. Tho. 2. 2. q. 115. art. 1. & Ioan. de Friburgo in summ. confessor. lib. 3. tit. 34. q. 259.

Item damnat nemo histrionem delectantem alios sine consequendæ utilitatis temporalis: & condemnabat delectantem alios in seriis propter lucrum? Absit. Nec satisfacit Caietani effugium 2. 2. quæst. 115. art. 1. dicens histrionem teneri alios delectari iocis & ludis, ob quod pretio potest suas facerías locare: at in seriis ex debito homo affabilem se exhibere tenetur, & alios absque spe pretij delectari. Non inquam valet: nam solum conuincit affabilem se teneri quæ alii exhibere absque pretio ex conuentione expostulato inrententem ex iustitia debet, siue ob condelectationem, quibus conuiuio, impensam: non verò absque pretio ex gratitudine, siue liberalitate impertiendo.

14.



## DISPUTATIO SEXTA

De quibusdam criminibus, ex quibus se excusare solent pœnitentes, quæ tot in numero non sunt, ac ipsi arbitrantur.

### SUMMARIVM.

*Plures maledictiones prolatae in eodem interuallo temporis vnicum tantum crimen sunt, n. 1.*

*Multas contumelias eiusdem iniuria in aliquem iactare in eodem spatio temporis, vnicum tantum scelus sunt, n. 2.*

*Pluries in eodem tempore fœminam deosculari lasciuie, siue tangere, vnicum tantum nequicia indicanda est, num. 3.*

*Vxorati inter se lasciuie colloquentes labe non inquinantur, num. 4.*

*Ridiculum est fœminas se reas criminis arbitrari eo quod magnam carnis delectationem in actu coniugij sentiant, n. 5.*

*Plura proferre iuramenta ad confirmandam eandem falsitatem in eodem spatio temporis, vnicum peccatum est, n. 6.*

*Absque necessitate pœnitentes circumstantiam peccatorum venialium consueunt, aut quod sine commissis ex plena aduerentia, quamuis vile sit taliter dicere ad maiorem mortificationem, numer. 7. & 8.*

*Omissionem correctionis fraternalis, & eroganda elemosynæ temporalis & fracti secreti, non consueunt communiter pœnitentes, cum ad id sint attribiti, num. 9. 10. & 11.*

*Alia, num. 12. & 13.*



1. **A**RBITRANTUR pœnitentes se tot peccata distincta committere, quot in eodem temporis interuallo maledictiones iactant, cum tamen in genere moris vnicum tantum sint peccatum, licet physicè & materialiter diuersæ sint actiones: vt si quis diceret: *Maldito seas, mal' ayas, no se succeda nada bien, &c.* At diuersa erunt crimina si distinctam inferant iniuriam, & damnum in rem, quæ maledicuntur; sicut deprecati malam mortem temporalem alicui, & immediate in eodem interuallo optare, & implorare quod à dæmone rapiatur, duo peccata necessariò consistenda erunt: vt debent docere Doctores num. sequenti vocandi, cum virtusque par sit ratio, & docet expressè Suarez tom. de fide, tract. 3. disp. 6. de claritate oppositis, sect. 2. n. 3. addens non dubitandum, quin talis diuersitas sit apertenda in confessione. Maledictio autem peccatum non est, nec intrinsecè mala, si fiat animo comparandi emendationem delinquentis, aut petendo à Deo satisfactionem offensæ, aut si sumatur maledictio loco punitionis sicut posset assumi flagellatio, vt docet D. Thom. 2. 2. quæst. 7. art. 1. & dicemus latè tom. 2. disp. ... solum ergo dum ex odio fit, peccati rationem attingit, cum tunc intendatur malum, quia malum delinquentis. Et veluti qui inimicum suum percutit

cutit pluribus ictibus in eodem impetu iracundia, vnicum tantum scelus admittit, Henriquez lib. 5. cap. 5. §. Nauarr. in summ. cap. 6. num. 17. Azor. 1. tom. lib. 4. cap. 4. in fine. Layman supra. Fagundez 2. præcept. lib. 3. cap. 5. num. 3. ita qui diuersas maledictiones eiusdem malitiæ aduersus aliquem iactat, vnius tantum criminis reus erit: & constat ex cap. *cum pro causa*, de sentent. excommunic. Quatenus probat eum qui vnico motu coleræ pluries percussit clericum, semel tantum excommunicari. Azor. 1. tom. lib. 4. cap. 4. fine, & qui per totam noctem ludit cum pluribus contra legem id prohibentem, semel tantum iussisse videtur. Præterea si quis rem alienam subtripiat, quam cum in domum suam deferret, furatus est alius, & postea ipse recuperat, vnum tantummodo factum admisisse iudicatur: & tamen recuperando rem furtiuam reiterauit furtum. Quæ omnia rectè tradit Azor supra. Et fauet cap. *Lotharius*, adiuncta glossa, verbi appellauit, §. 1. quæst. 2. vbi dicitur, quod qui vno & continuo impetu bis, vel ter appellat à sententia, semel tantum appellasse dicatur. Nec contrarium huius credo velle docere Vazquez tom. de pœnitent. q. 91. art. 1. dub. 4. num. 8. dum dicit, peccare vnum peccatum qui vnus lanceæ vnico ictu tria vulnera infixit: nam dum dicit, vnico ictu, idem est, ac vnico impetu iracundiæ.

2. Si vnum tantum peccatum erit diuersas contumelias in aliquem iacere, veluti appellare aliquem decies Hebræum, vel furem in eodem intervallo temporis, vnum tantum crimen committi sciendum est: vt optimè Nauarr. in sum. cap. 6. num. 18. & Vazquez infra. Iribarne in 4. tom. 2. distinct. 17. disput. 10. sect. 8. Tannerus 2. 2. disp. 4. quæst. 2. dub. 4. num. 55. Anron. Diana tractat. 7. resolutione 28. Antonius Ragucius in lucerna Parochorum, de *circumstantijs peccati*, quæsto 53. fol. 269. Expressè Layman tom. 1. tract. 3. cap. 3. num. 5. Nauarr. in manuali cap. 6. num. 18. Azor 1. tom. lib. 4. quæst. 5. Rebellus de obligat. 1. part. lib. 2. num. 10. De multiplicatione verò numerali peccatorum quoad punitionem fori externi agit Couarr. 2. tom. lib. 2. cap. 10. num. 8. At diuersa erunt, si in eodem spatio temporis aliquem quis nominauerit Hebræum, & furem. Vnde cum diuersæ iniuriæ in specie sint, diuersum omninò damnum inferentes, erunt diuersa peccata: quod etiam docet Nauarr. supra. Vazq. tom. de pœnitent. quæst. 91. art. 1. dub. 5. num. 3. Quod etsi probabile arbitret, verosimilius iudico omnes contumelias esse eiusdem speciei: nam omnes respiciunt vnicam rationem formalem, videlicet auferendi honorem ab aliquo, materialitèrque se habet, ipsum auferri, vocando iudæum vel furem. Zerola in praxi pœnitent. cap. 12. quæst. 48. Caietan. 2. 2. quæst. 72. art. 1. Soto de iustit. lib. 5. quæst. 9. art. 1. Sà verb. *contumelia*, num. 1. Molin. tom. 3. tractat. 4. disput. 19. num. 3. Azor tom 3. lib. 13. cap. 5. dub. 1. Reginald. tom. 2. lib. 24. cap. 5. num. 102. Anron. Diana tractat. 7. resolutione 28. Fagundez 2. præcept. fol. 363.

3. Eodem modo vnum tantum peccatum erit pluries scēminam deosculari lasciuè, vel tangere in eodem tempore. Video nihilominus pœnitentes velut diuersis criminibus grauatos se confessorio reos declarare, & confiteri se decies, vel quatuordecies scēminam deoscularos esse, vel tetigisse: quod tamen necessarium non est, vt do-

cer Nauarr. in summa, cap. 6. num. 18. §. *infernum*. Antonius Ragucius infra allegandus. Sunt enim tales actiones solum physicè differentes, in genere verò motus vnica tantum est actio; Vazq. 1. 2. tom. 1. disput. 75. cap. 2. fine, cum continentur in exteriori opere, videlicet in perseverantia conuersationis cum scēmina permanente periculo. Delectationes verò lasciuæ, quæ interius consummantur, cum non continentur in aliquo opere externo, tot erunt peccata & actus in genere motus, quot in esse physico; Vazquez supra num. 8. Hurt. de pœnitent. disput. 9. difficult. 5. Layman tom. 1. tractat. 3. cap. 3. num. 3. Anton. Ragucius in *lucerna Parochorum, de circumstantijs peccati*, quæsto 53. fol. 269. At in eodem tempore decies copulati, decem crimina iudicanda sunt, quia diuersum damnum ex se inferunt: sicut iniuriæ diuersæ speciei, vnaquæque sanè copulâ proli distinctæ aduertatur, at plures deosculationes siue tactus idem numero inferunt damnum contra castitatem.

Hinc notandum, quod licet plures deosculations habitæ sint ante copulam, necessarium nequitiam fore eas confiteri, siue etiam tactus. Nam esto omnes deosculations illæ, siue tactus numero differentes sint, quia tamen sunt prærequisita ad copulam, & partes illi annexæ, ita vt oscula & tactus dicantur fornicatio inchoata, vt aduertit Vazquez tom. de pœnitent. quæst. 91. art. 1. dub. 5. num. 33. & 1. 2. tom. 1. disp. 75. cap. 2. in fine. Azor lib. 4. cap. 4. quæst. 6. tom. 1. Coriolani de casib. referunt. part. 1. sect. 3. num. 3. Nec sint distinctam continentia malitiam, opus non erit ea confiteri. Hinc Plaur. in *Curcul. act. 1. scen. 12. Qui è nucè nucleum esse vult, frangit nucem: Qui vult cubare, pandit saluum sinujs*; & Angelus vocat oscula, *libidinis quadam antecœnia*. Contra verò opus esse fatari, si deosculations habeantur finita iam copula, cum subsequentes illæ ad distinctam & aliam iam copulam ordinentur, docet Vazquez 1. 2. tom. 1. disputat. 75. cap. 3. fin. & tom. de pœnitent. quæst. 91. articl. 1. dub. 5. numer. 31. Suarez tom. de pœnitent. disp. 22. sect. 5. num. 26. Licet probabilis etiam rear, non fore necessarium eas fatari: nam finita copula deosculations habentur regulariter; id autem quod in genere motus regulariter euenit, tanquam necessariò euenire est iudicandum: aded quod si non contingat non euenisse, per accidens suspicari debeamus. Tradit Nauarr. in summa. cap. 6. num. 17. & de pœnitent. dist. 5. cap. *consideret*, num. 46. & sequentibus. Azor 1. tom. lib. 4. cap. 4. quæst. 6. fine, Henriquez lib. 5. cap. 5. §. 5. & in comment. dicit esse commune Recentiorum. Anton. Diana tract. 7. resolutione 42. Zenardus director. theolog. 1. part. de pœnitent. cap. 18. Lorca 1. 2. Fagundez 2. præcepto lib. 3. cap. 4. num. 14. Et idem est iudicandum de gaudio, aut colloctione consequente ad præhabitam fornicationem, licet intercesserit magna interruptio temporis inter copulam & consequentia ad illam: quod etiam docet Nauarr. supra. Hoc tamen intelligo; quando is qui fornicationem commisit ad alia negotia agenda nequitiam se diuernerit, sed in eodem situ & statu quo peccauit, perseverat, detinens scēminam ad deosculandum illam, & colloquendum, & vel si fortè scēmina discesserit ex vtriusque conuentione, expectet reditum ad iterum deosculandum eam, vel ad colloquendum cum periculo deosculacionis.

culationis. Nam quis audeat asseuerare distincta crimina non esse, manè copulam carnalem habuisse, & serò cum concubina de ea colloquia inire lasciuè & gaudere?

4. Hinc, vt obiter scias, plures vxorati se delictum committere suspicantur, loquentes lasciuè inter se, vel ante, vel post copulam: nec mouentur à confessariis de errore. Quamquam quæso ratione scelus erit, præambula ad copulam exercere, vbi copula licita est? cùm inter coniugatos permissum sit omne illud quod ad concubitum ordinatur, siue ordinabile est; dum extraneus finis non apponatur, vt dicimus disput. 23. docet Mont. 1. 2. tom. 2. quæst. 74. art. 8. quæst. 5. num. 93. Granada 1. 2. tom. 2. fol. 114. num. 4. qui nec etiam tactus damnat propter nostram rationem, nec dum verba. Hurtado de matrim. disput. 10. difficult. 10. num. 46. imò vt rectè animaduertit Molin. 1. part. quæst. 63. art. 2. & 3. disput. vnica, membr. 2. tactus siue verbum lasciuum, videlicet ad luxuriam prouocans, in coniugatis ad virtutem castitatis coniugalis pertinet, sicut in non maritatis ad luxuriam spectat. Granada 1. 2. de legib. disp. 5. fol. 214. n. 3. sicut ipsamet copula castitatis actus est. Quod expressis verbis docuit cap. *Nicana Synodus*, distinct. 31. & ibi glossa, & in cap. *propofuisti*, distinct. 82. idemmet repetit Glossa, verb. *Esote*. idem docet Speculator in tit. *de eo qui mittitur in possess.* verb. *Porro*. Et Bart. in *mulier*, ff. *ad Turp.* §. *proponebatur*. Et est copula habeatur voluptatis siue, ad castitatem spectat. Nam vt sic veniale peccatum nequaquam est, vt conuincemus disput. 43. num. 25. & aliàs non est actus indifferens, opus erit sit virtutis.

5. Præterea ridiculum est plurimas fœminas se reas criminis fateri, quod in actu coniugij nimiam carnis delectationem fuerint passæ; cùm in illatum potestate non sit simpliciter magnam, vel modicam delectationem experiri semel emisso semine; tum quia cùm concupiscentia augeatur, vel minuat ex affectione ad rem dilectam, fœminis certè magis diligentibus viros suos maior delectatio in actu coniugij eueniet (nisi per agri tudinem, vel multam attentionem ad alia, impediatur.) Damnandæ igitur essent fœminæ, quæ magis diligenter viros suos, & laudandæ quæ minus; absit hoc, cùm Deus Genes. 1. mutuum & maximum amorem inter se ab vxoratis exposcat; dicens: *Propter hanc* (vel propter hunc) *relinquet homo patrem & matrem, &c.*

6. Idem vnicum solum crimen erit, si ad confirmandam eandem falsitatem plura proferrentur iuramenta in eodem spatio temporis. Econtra verò si ad firmandam eandem veritatem plures attestations iurata enuntiantur, solum primum iuramentum habet rationem virtutis, cætera verò regulariter peccata venialia erunt, vt potè iuramenta absque necessitate. Quod si fides primo iuramento non esset præstita, iterum iurare peccatum non erit; at repetitio iuramenti nullatenus constituit distinctum actum virtutis à primo iuramento: eo modo, quo repetitio, seu confirmatio eiusdem voti in eodem spatio temporis vnicus actus Religionis est, magis vel minus intensus, vel extensus iuxta durationem repetitionis, vel intensiorem feruorem promittendi Deo.

Solent item pœnitentes de re iuramenta falsa confitentur, aut vera, sine necessitate, illa narrare

individualiter dicendo, *iuravi per Deum, per vitam meam, sic me Deus adiuet, &c.* quod unimè necessarium est, sed sat est dicere, *decies falso iuravi, aut septies*, vt Coriol. de casibus reseruat. p. 1. sect. 3. num. 2. fol. 287. & docet Sanchez in sum. lib. 3. cap. 1. plures adducens (ni sit peritium iudiciale, quod ratione inultitiaz factæ iudicij speciem mutat.) In quo deceptus est Franciscus de Soto in confessionali, præcepto 2. Præterea dum deprecantur aliquem dicendo: *Propter vitam tuam, vel meam, facias, vel non facias hoc*, se iurasse arbitrantes plures ex pœnitentibus, non animaduertentes illa iuramenta non esse, sed deprecationes; imò communiter dum dicunt: *Por vida de mi Padre que tengo de hazer esto*, non animo iurandi id asserunt, sed intentione declarandi maximam estimationem quam de vita patris habent. Hocque valde notetur; nam ex eo à plurimis iuramentis homines excusabuntur. Omnia namque iuramenta falsa eiusdem speciei sunt, sicut & omnes blasphemiz contra Deum, vt potè contra virtutem Religionis. Quæ verò contra Sanctos iactantur, obseruantiz opponuntur, & ideo in confessione explicandum, quando contra Deum, & quando contra Sanctos fuerint enuntiatæ. Quamuis opponi doceat Anton. Diana tractat. 7. resolutione 50. Lazarius de blasphemia, quæst. 3. num. 51. Caietan. summ. verb. *Blasphemia*, & 2. 2. quæst. 13. art. 1. Valentia tom. 3. disput. 3. quæst. 13. punct. 1. Azor. 1. tom. lib. 9. cap. 28. quæst. 10. Flomobon. de casibus, part. 2. cap. 1.

Aliud perpendendum esse admonéo, plures esse pœnitentes, qui confitentes desideria carnis, quibus non plenè consenserunt, circumstantiam personæ, erga quam tendebant, confessario aperiant, dicentes se habuisse desiderium non ex pleno consensu erga vxoratum, solutam, vel voto castitatis allicitam. Necessarium tamen neutiquam est circumstantiam huiusmodi exponere, cum desideria illa peccata venialia tantum sint, quæ sicut voluntariè demandantur, sic voluntarium erit circumstantiam personæ aperire. Quod si pœnitens ob sui maiorem pudorem, & mortificationem captandam elegerit circumstantiam manifestare, non impediatur à confessario, docente tamen illud minimè necessarium fore, ne ex ignorantia enunciet pœnitens; quod fortè taceret certior rei effectus. Nec erit opus in peccatis carnis venialibus opetis, personæ statum explicare, nec pœnitentis, nec fœminæ circa quam, vt si vellicasset brachium fœminæ, aut pedem pressisset, aut digitem intotisset solum animo ibi sistendi: hæc enim solum venialia esse edicimus disputatio. 21. num. 20. & 22.

Idem aliquos reperio pœnitentes qui dum confitentur veniale aliquod, se ex plena aduertentia illud commisisse declarant, quod sanè manifestate minimè opus est, nec sed peccatum veniale, ob maiorem tamen mortificationem vtile erit ex plena aduertentia fuisse commissum narrare. Idem plures pœnitentiam propalantes crimina confessario in numero & qualitate qualiter fuere commissa, iterum aduentu confessarium ad interrogandum num rectè intelligerent peccata illa non confessa, huiusmodique interrogationem agere decernunt, quia suspicantur ipsi, aliter confessarium percepisse peccata, quam à pœnitente fuerint confessa. Hoc verò agere minimè est

7-

8.

est opus pœnitentibus. Nam ad ipsius obligationem solum pertinet illa narrare quæ fuere commissa: quod verò confessarius aliter perceperit, non pœnitentis, sed confessarij denotat defectum, ob quem supplendus non est constringendus pœnitens crimina rectè confessâ, iterum ad tribunal adducere.

9. Verùm per oppositum aliqua crimina incon-  
fessa prætermittunt, quæ confessioni subiicienda  
erant, vt omissio correctionis fraternæ, pauci se-  
reos produunt huius mandati naturalis fractione,  
& negligentes confessarios penè omnes video ad-  
sciscitandum, num omissum sit, vel non, cum  
interrogare sint astricti, vt docet Suarez tomo  
de fide, tractat. de correctio. fraterna, disputat. 7.  
sect. 1. sine, Bañez 2. 2. quæst. 33. artic. 2. dubio 2.  
§. ad argumenta, & art. 8. dubio 2. ad 5. argumen-  
tum, & vniuersi fateri tenentur. Quia tamen  
obligatio huius præcepti non frequenter occur-  
rit ob desperationem emendationis, vel ob de-  
fectum probatæ vitæ in corripiente, qui causa sit  
desperandi emendationem tamquam à contra-  
rium agente illius, quod prædicat, & etiã quia  
in moribus obscurior est: euenit plures excu-  
satos iri, vt admonet Suarez tomo de fide, tract.  
de correct. fraterna, disputat. 7. sect. 1. Si tamen  
Prælati corrigere omiserit sibi subditum, arbi-  
tratur Bañez 2. 2. quæst. 33. art. 3. dubio 1. conclus.  
vltim. non sufficere in confessione dicere, *omisi  
correctionem proximi*, sed necesse est dicere, se esse  
prælatum illius; quia ad corrigendum tenetur  
ex iustitia, qua non constringitur in ordine ad  
non subditos. Villalob. 2. tom. tract. 4. difficult. 6.  
num. 4. vel si solum obligatur ex misericordia  
notabiliter aggravat illa circumstantia, sed prior  
ratio verior est. Quod verò dicenda sit talis cir-  
cumstantia, docet Suarez supra disputat. 8. sect. 4.  
num. 5. Torres 2. 2. disputat. 87. dubio 1. in fine. Et  
in idem inclinât Egid. 2. 2. disputat. 2. dubio 5.  
num. 58. Et idem dicendum est de Patre, tutore,  
domino, respectu mancipij; (mancipium enim  
à capta manu in bello iusto dicitur, Instit. de iure  
personarum, Varro de lingua Latina, Macro-  
b. Saturnal. lib. 3. cap. 7.) non tamen famuli ob sa-  
larium seruientis, quia mancipium est sub do-  
minio domini, & ad eius curam pertinet actio-  
nes mancipij dirigere, non tamen famuli. Vnde  
mater quæ suadet filiam suam alicui copulati vi-  
ro inhonestè, non satis illi erit in confessione ex-  
plicare se incitasse ad fornicationem, Hispanè, *que  
fue alcabueta*, sed quod id muneris egerit respectu  
proprie filie. Nam si omitendo correctionem,  
non solum contra charitatem, verùm contra ius-  
titiam delinquere resoluimus, vt gentius contra  
iustitiam operabitur, ad peccatum filie inducen-  
do. Quo sic virum inducentem matrem, vt filiam  
propriam alliciat ad copulam cum illo, teneri  
confiteri, matrem interuenisse in peccato exhor-  
tatione viti.

Aduertendum tamen non oportere ad exem-  
ptionem ab hoc præcepto, fructum statim sperari  
per correctionem meam, sed sat est sperari in pro-  
gressu, vt optimè Suarius supra sect. 3. num. 4.  
Quapropter quamuis per primam & quartam  
correctionem non expectetur fructus, tentanda  
vlterius erit, quando per alios actus speratetur.  
D. Thom. in 4. distinct. 19. quæst. 2. art. 1. & 2. 2.  
quæst. 33. art. 2. & 3. Adrian. de correct. art. 3. Syl-  
uest. verb. *correctio*. numer. 2. Nauart. cap. 14.

num. 13. Layman 1. tom. sect. 5. fol. 103.

Leuiter tamen plures se excusant, præceptum  
correctionis omitentes, iudicantes se non posse  
consequi finem, præceptum prætereuntes ex  
quadam tepiditate & pusillanimitate potius,  
quàm ex fundatis iudiciis: verùm si magno timore  
& verecundia præoccuparentur, vt illis quasi  
inefficaces redderentur ad corripiendum, à pec-  
cato excusandos arbitror, & sic explicandus D.  
Thom. 2. 2. quæst. 33. art. 2. ad 3. licet enim fortasse  
interueniat aliquis defectus, tamen est ferè natu-  
ralis, & inuoluntarius, & vix est in hominis po-  
testate timorem & verecundiam vincere, vt tra-  
dit Suar. supra sect. 3. num. 5. disput. 7. de correct.  
fraterna.

10. Vlterius transgressi præcepti de erogando elee-  
mosynam paucos se delinquentes confessarij  
ostendunt, nec meminisse arbitror illos huius  
mandati, magis quàm si larum non esset, nec con-  
fessarios de eius violatione interrogare video,  
cùm tam ipsi in perscrutando, an violetur, quàm  
pœnitentes in confitendo transgressionem, de-  
beant esse seduli.

11. In seruando item secreto plures hominum ne-  
gligentes sunt, qua etiã negligentia laborant in  
ordine ad confitendum huiusmodi peccatum: se-  
duli ergo sint confessarij ad sciscitandum viola-  
tùmne fuerit vel non, præsertim dum scemina-  
rum excipiunt confessiones.

## QVÆNAM ADVERTENDA sint à confessariis ad sui muneris executionem.

### S V M M A R I V M.

*Absque necessitate plures confessarij in principio  
confessionis de statu pœnitentis interrogant, nu-  
mer. 12.*

*Modus absoluedi à peccatis in confessionibus breui-  
ribus, & frequentioribus, ex rituali Pauli V. describi-  
tur, num. 15. 14. 15. & 16.*

*Incaute aliqui confessarij pœnitentiam alta voce iniun-  
gunt pœnitentibus, num. 17.*

*Inconsideratè aliqui confessarij monialium in publico  
implendas iniungunt pœnitentias, num. 18.*

*Perperam alij confessarij egrè serunt suos pœnitentes  
alios adire confessarios ad consuenda peccata,  
num. 19.*

*Refugiunt aliqui confessarij pauperum confessiones exci-  
pere, num. 20.*

*Absque necessitate plures confessarij in reconciliatio-  
nibus eiusdem persona in eodem intervallo temporis ab-  
solutioem ab excommunicatione impediunt ante  
absolutioem peccatorum, num. 21.*



12. **A**B S Q U E necessitate etiã plures  
confessarij in principio confes-  
sionis interrogant de statu pœnitentis,  
num vxoratus sit, vel solu-  
tus, &c. si enim solum mendacium, aut ma-  
ledictionem consistret, quid interest statum co-  
gnoscere, vel non? Cum talia peccata non  
variant speciem ob status diuersitatem. Et pœ-  
nitentes quoque qui solum illis peccatis, vel  
aliis quæ cognitionem status non requirunt, fue-  
rint

runt infecti, absque necessitate cuius sint status declarant: moneantur de hoc à confessorio: verè plurima non necessaria vitentur in confessionibus si in illis remouendis cura adhiberetur.

13. Confessarij plures arbitrantur necessarium esse ante absolutionem peccatorum: impetrandam deprecationes aliquas præmittere, dicentes: *Miserere tui omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis perducas te in vitam æternam. Indulgentiam, absolutionem, & remissionem omnium peccatorum concedat tibi Dominus omnipotens.* Et his non contenti prosequuntur: *Dominus Iesus Christus te absoluat, & ego auctoritate ipsius te absoluo, in primis ab omni vinculo excommunicationis maioris, vel minoris, suspensionis, & interdicti si forte incurristi, in quantum possum & indiges, & eadem auctoritate te absoluo à peccatis tuis, &c. & restituo te Sacramenti Ecclesiæ & communioni fidelium.* Et procedunt deinde: *Et concedo tibi indulgentias Bullæ cruciatae, & alias quascumque concedere possum.* Has concedunt etiam si quotidie eiusdem personæ confessionem auscultent, cum tamen Bullæ indulgentiæ semel in vita, & semel in articulo mortis lucrari tantum possit, ut constat ex Bulla, ibi: *Forma de absolutione que una vez en la vida, y otra en el articulo de la muerte se puede hazer por virtud desta Bulla a qualquiera persona que la tomare, & postea subdit: y otorgo plenaria indulgentia, &c.* Illas tamen deprecationes præmittere tempore concursus plurium penitentium, & in confessionibus frequentioribus & breuioribus, morosum sit. Et eas non præmittere, non spectare ad absolutionis essentiam, definitum est à Concilio Tridentino sess. 14. cap. 3. Et cum Sacramentum illud sit potestatis iudicantis, opus non erit personam deprecantem repræsentare. Vnde cum Christus ibi sacramentaliter non absoluat, sicut nec consecrat in Missæ celebratione, in præ Christum deprecatur confessorius absolutionis beneficium impetriti. Si verò deprecetur absolutionem erogati à Christo scita significatione, hoc est, quòd remittat peccata, id opus non est: quia ex fidelitate vel iustitia astrictus redditur Christus remissionem efficere media Sacerdotis absolutione; deprecatio autem iustitiam nequam respicit, nec fidelitatem. Et quamvis ad absolutionis formam dicat Concilium laudabiliter de more Ecclesiæ preces quasdam adiungi, non de illa præce, *Dominus Iesus Christus te absoluat*, intelligendum est, sed de alia, *Miserere tui*, &c. imò & has omittere in confessionibus breuioribus & frequentioribus & tempore concursus plurium penitentium, laudabilis est, quamvis & tunc illas fundere sit laudabile. Nunquam tamen peccatum nec veniale erit illas omittere. In quo deceptus est Fagundez 2. præcept. lib. 2. cap. 4. num. 16. ductus ea ratione, quia prætermittitur laudabilis consuetudo Ecclesiæ. Sed non fuit ab eo animadvertum, illam consuetudinem non sub præcepto, sed consilio existere. Præterquam quod non vniuersalis Ecclesiæ est consuetudo illas preces adiungendi, sed fortè solius Hispaniæ, vbi manuale Toletanum fuit receptum. Quod autem ab illo sint rescandæ, Arbol. practica de sacram. eruditè ostendit. Non enim manualis auctoribus assistentia specialis Spiritus sancti fuit promissa ne errarent. Dicatur ergo breuiter. *Absoluo te ab omnibus censuris si forte incurristi, & à peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti,*

*Amen.* Quod expressè docet Paulus V. in rituali, fol. 38. Bonacina infra allegandus. Sa verb. *Absolutio*, num. 1. Vel dicatur: *Absoluo te à censuris & peccatis, in nomine Patris, & Filij, &c.* Imò respectu penitentium crebè confitentium; & quorum habetur probabilis præsumptio in excommunicationem non incurrisse. *Absoluo te à peccatis tuis*, sufficit dicere. Vnde non rectè Zambranus de castib. in art. mortis, cap. 14. dub. 1, n. 1. inquit, præmitti debere absolutionem à censura, etiam si credatur, penitentem non illam incurrisse. Tempore autem urgentis necessitatis bene aduertit rituale Pauli V. non opus esse dicere illam particulam *tuis*. Sed satis erit dicere, *absoluo te à peccatis*: nam dicendo, *absoluo te à peccatis*; manifestum est, ab eius peccatis fieri absolutionem. Imò ut bene aduertit Zambranus supra, ita posset urgere necessitas articuli mortis, ut vnico verbo, *Absoluo te*, tolleretur censura & peccata; ita tamen ut prius feratur intentio ad censuras quam peccata. Nauar. cap. 1. de penit. dist. 6. num. 17. Covarr. cap. *Alma mater*; 1. part. §. 11. num. 12. in fine. Gerson. 2. part. fol. 183. col. 1. ad 3. Aluar. summ. cap. 11. casu 2. fol. 83. Quod verò opus non sit specificè nominare excommunicationem, vel suspensionem, sed quod sufficiat dicere: *Absoluo te ab omnibus censuris*, docet expressè Paulus V. in rituali de administratione Sacramenti penitentia, fol. 38. Bonacina de censur. disp. 1. punct. 5. num. 3. Suarez tomo de censuris, disput. 7. sect. 9. num. 5. Hugolinus tabul. 1. cap. 23. & quamvis dum esset certa excommunicatio, opus esset illam nominare; non tamen quando ad cautelam fit absolutio à censura. Item cum in absolutione peccatorum sufficiat dicere in genere: *Absoluo te à peccatis*, nec opus sit dicere in specie, v. g. à fornicatione, furto, vel homicidio, &c. sic & in absolutione censurarum sufficiat dicere in genere: *Absoluo te ab omnibus censuris*, nec opus erit in specie dicere: *Absoluo te ab excommunicatione, suspensione, vel interdicto.*

14. Confessarij plures scæminas etiam absolunt & laicos à suspensione; dicentes: *Ego te absoluo ab omni excommunicatione maiori, vel minori, suspensione, & interdicto si forte incurristi*: non aduertentes scæminas suspensionem incurtere non posse, nec laicos, sed solum Clericos etiam prima tonsuræ, ut ait Suarez tomo de censur. disput. 28. sect. 2. num. 1. alios adducens, & rituale Pauli V. fol. 58. Nec aduertentes, quòd dicentes se absolueri ab omni excommunicatione, superfluit dicere, *maiore, vel minori*, quod notauit rituale Pauli V. fol. 57.

15. Sunt & alij confessarij dum absolunt dicentes: *Absoluo te ab omnibus peccatis tuis, & circumstantiis in nomine Patris, &c.* non aduertentes superfluere illam particulam, *omnibus*, cum vnum peccatum mortale sine alio dimitti non possit: vnde à peccatis absolvens, ab omnibus absolueri necessum erit. Tum quia absolvens à peccatis, ab omnibus absoluit, etiam venialibus ex illis, quæ confessæ sunt; cum in quolibet vera reperiat ratio peccati, & non sit ratio quare vnum & non aliud absoluat. Nec aduertentes circumstantias quoque manere absolutas cum peccatorum absolutione, tum quia mutantur speciem peccatorum quoque sunt: appellantur tamen circumstantiæ, quia alteri peccato adiunguntur. Aggravantes verò licet ex se peccata non sint, sed aliorum pecca

peccatorum sint modi seu qualitates argentes malitiam illorum, dum imperitur absolutio à peccatis, impenditur qualiter peccata sunt: sit ergo peccatum cum illorum qualitatibus manere absoluta dum, *absoluo te à peccatis*, dicit confessorius. Ineptè itidem quidam confessorij dum absolutionis beneficium impartiantur, aiunt: *Absoluo te à peccatis tuis confessis & oblitis*, vt rectè notauit Medin. de confessione fol. 98. non ea ratione qua ipse est adductus, quia videlicet, absolutio sacramentalis non se extendit ad oblita, hoc enim falsum est, vt bene Cordub. quæst. q. 39. fol. 476. sed quia in absolutione à confessis est imbibita ab oblitis, vt disput. 1. num. 19.

16. Sunt & alij confessorij dicentes dum absoluunt: *Absoluo te à peccatis tuis, & hoc, sine his, qua modo confessus es, in nomine Patris, &c.* non considerantes absolutionem tantum referri ad peccata, quæ confessa sunt. Superfluit ergo dicere, *& hoc, sine his, &c.* Hæc etsi pro doctis animaduertere nequaquam opus erat, pro non doctis superfluum non erit.

17. Incautè etiam alij confessorij pœnitentias alta voce iniungunt pœnitentibus. Quamuis enim directè ad sigillum confessionis non pertineat, pœnitentias celare; pertinet tamen indirectè, quatenus ex mensura pœnitentiæ grauitas peccatorum saltem in genere deduci potest. Chappiaule de casibus reseruat, fol. 104. Imò etsi peccatum publicum sit, nequaquam poterit pœnitens constringi pœnitentiam publicam acceptare. Nam sigillum confessionis se extendit ad celandum publicum peccatum confessum, ex publica autem illa pœnitentia confessum fuisse publicum peccatum denotarunt. Docet Veja p. 3. casu 11. lect. 3. §. *Hinc colliguntur*. pœnitens chari-

tatis vinculo ad bonum præstandum exemplum erit. obnoxius. Et multò magis incautè elata voce plures confessoriorum pœnitentes absoluunt, non animaduertentes posse illis euenire occasionem qua sint constricti absolutioni beneficium non impartiri, quo sanè euentu manifestare opus erit denegationem per taciturnitatem absolutionis.

Inconsideratè quoque alij confessorij monialium pœnitentias in publicum implendas iniungunt, vt in refectorio, capitulo, vel choro, cum tamen illud cedat in reuelationem sigilli confessionis saltem indirectè, Chappiaule de casib. reseruat. fol. 104.

Sunt quoque alij confessorij nimis ægrè ferentes suos pœnitentes (quos *filios confessionis* appellant) adire alios confessorios cum quibus peccata confiteantur. Minus tamen bene de hoc conqueruntur, occasionem enim ex hoc pœnitentibus concedunt non confitendi, nec sacram Eucharistiam sumendi tam sæpe ac ipsi vellent, & esset magis expediens, & sentire illud, genus dominationis non æquas est.

Sunt præterea alij confessorij pauperum refugientes confessiones audire, & auide cupientes diuitum excipere. Potius contra se gerere expedit magis, quia diuites faciliè inueniunt confessorios, pauperes verò non ita; & occasio quoque vitatur suspicandi tales confessorios moneri potius temporali lucro, quàm spiritali, quam occasionem oportet amouere.

Vltimò, alij confessorij in reconciliationibus eodem tempore factis, pœnitentes, qui nondum ab Ecclesia sunt egressi, à censuris absoluunt, quod necessum minimè est, cum semel iam sint absoluti.



## DISPUTATIO SEPTIMA,

An non correspondentes inspirationibus Diuinis, peccatum committant?

### SUMMARIUM.

Argumenta à parte affirmatiua, num. 1. 2. & 3.

1. Auctoritatis iudicium, n. 4.

Obiectio contraria, n. 5.

Solutio obiectiois, n. 6.

Sancti in calo existentes, qui tamen aliquo actuali peccato fuere palliati, iudicabuntur iudicio discussionis, num. 7.

Sancti nullum peccatum actuale habentes non iudicabuntur iudicio discussionis, sed laudationis, num. 8.

Paruuli non baptizati, non iudicabuntur iudicio discussionis, sed damnationis, num. 9.

Corollarium utilis doctrina, & ad praxim necessariæ confessorij & pœnitentibus, num. 10.

Transgressio inspirationis oblata quando offertur occasio frangendi præceptum, non est distinctum peccatum à crimine transgressi præcepti, numer. 11.

Non respondere inspirationibus ob contemptum, Sanchez Selecta.

culpa mortalis est, & etiam nolle auscultare ob indignationem, num. 12. & 13.

Soluitur argumenta, 14. 15. 16.



**V**IDENTUR sanè crimen committere non annuentes sanctæ inspirationi: Matth. enim 25. cap. dicitur, Virgines, quæ adueniente sponso oleum in lampadibus non habebant, grauitè deliquisse. Et ob id Christus illis loquens, *Nescio vos*, responderet; atque imprudentes reputauit. Hæc autem parabola proponitur, vt homines discant uocationi Diuinæ semper auscultare: quod si neglexerint, excusantes se oleum non habere, in alium diem emptionem eius differendo, fatui à Christo vocabuntur. At nullus nisi ob peccatum fatuus dicitur, & dignus quòd ei ostium claudatur. Igitur uocationibus Diuinis non respondere, bonum opus, ad quod facta est uocatio, aut nunquam efficiendo, aut illis executionem in futurum differendo, nefas erit.

E

Nec

Nec obstat, quod virgines illæ fatuæ etiam exterius obuiam sponso sumptis lampadibus, hoc est, fide, vt explicat Hieronym. Hilar. & Author Imperfecti super Matth. 13. Lampas enim fides est, cum sit habitus illuminatiuus residens in intellectu, vt docet D. Thom. 2. 2. quæst. 4. art. 2. & 8. & ibi Caietan. Bañez, Valent. Lorca, Ludouic. Torres, Suar. & fatentur vniuersi DD. Nam etsi cum lampadibus obuiam sponso exierint, non tamen sumpturunt oleum secum. Per oleum verò exercitium bonorum operum intelligunt Origen. Hilar. Damasc. & Author Imperfecti. Hinc sumere oleum in lampadibus est bonorum operum copiam, & veluti thesaurum quendam in futurum Christi aduentum recondere: sic enim ipse Matth. 6. ait: *Theaurizare vobis thesaurum in celo, vbi nec arigo, nec tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt.* Igitur fideles vocati à Deo ad opera virtutis exequenda, & omittentes, insipientes videntur & repudio digni: quod nisi ob commissum peccatum neuiquam esset admittendum.

2. Instabis vterius: Delictum inter homines meritò reparatur, si amicus ostium non aperiat, cui intus existens amicus ostium non aperiat; & maxime si aperire tenuat absque vlla iusta causa, solum autem ob pigritiam aperiendi, & ob diminutum amorem erga amicum. Multo ergò magis offensa censeri debet, quod pullanti Deo ad ostium animæ, ostium ipsum claudatur, & ingressus denegetur; præcipue quando non adest iusta causa. Conqueri itaque iuste Deus poterit, cum exclusio eius ex sola negligentia, & minus feruido amore ortum habeat.

3. Denum impugnabis: prodigalitas vitium est, ex D. Thom. 2. 2. quæst. 119. art. 2. cuius natura consistit in eo quod aut quis excedat in datione, & largitione bonorum propriorum, aut deficiat in acquisitione eorum, quæ foris & aliunde illi aduenire possint. Sed inter præcipua bona, & diuitias primum locum sibi vendicant res spirituales: ergo si negligenter se gerat in acquisitione is qui vltro offeruntur, à vitio prodigalitatæ nequaquam excusabitur. Hac ratione communiter DD. in 2. part. quæst. 82. art. 20. prodigalitatæ insimulant Sacerdotes raro celebrantes, cum negligentes sint in acquirendo vberiora bona, quæ ex celebratione illis aduenirent. Præterea D. Gregor. lib. 1. moralium, cap. 1. ait: *Sicut enim grauioris culpa inter bonos bonum non esse, ita inmensi est præconiij bonum etiam inter malos extirrisse.* At inspiratio efficacior est ad inducendum hominem ad bene operandum, quam bonorum exemplum; ergo inspirationi resistere crimen erit, sicut est bonorum non imitari exemplum.

### Authoris iudicium.

4. Notandum ad elucidationem Disputationis, aliud esse non correspondere inspirationi: de sequenda virtute sub consilio obligante; aliud non annuere inspirationi de fugiendo vitio. De hac dicemus num. 11. An sit distinctum peccatum illi non parere: de non correspondente verò inspirationi virtutis sub consilio obligantis statim est habendus sermo. Vnde tanquam certum tenendum est, nullum esse peccatum vocationibus Diuinis ad consilia exhortantibus non

respondere. Cum enim consilia sequi non sit solum præcepto, sed sub consilio; vt asseruit D. Thom. 1. 2. quæst. 108. artic. 4. & non operari iuxta consilium, nullum peccatum secum trahat (vt admittunt omnes): nec etiam non respondere vocationi ducenti ad consilium, peccatum ne quidem leue erit. Nec scio quam ratione censere potuit: contrarium huius Tolet. lib. 3. cap. 2. numer. 6. dicens peccatum esse veniale non respondere Diuinis inspirationibus, nec operari aliquid bonum, cum possit quis operari, licet non obligetur ex præcepto. Sed inquiri ab hoc Doctore, si ex præcepto non obligatur ad operandum, quare omittendo operationem, peccabit venialiter, cum etiam peccatum veniale contra præceptum sit, & non præter præceptum, vt ipse Tolet. asserit art. numer. 1. Vt enim optime ait Suar. de statu religioso, lib. 1. cap. 9. num. 25. operari contra consilium nulla nec minima Christi offensio est; quia per hoc nullo modo improbat, nec refutatur consilium eius, sed solum voluntas propter alias rationes in illud obiectum non inclinatur.

Obijcet aliquis, quod de inspirationibus executioni non mandatis sit Deus in extremo iudicij die exacturus rationem. At non examinabitur causa non executionis, tanquam bona; igitur quia mala. Fit inde peccatum esse inspirationi sanctæ non obtemperare.

Nec valet, excipiat quis, quod examinabitur inspiratio, cui non fuerit aptè responsum, tanquam malum quid contra consilium; non tanquam malum contra præceptum: operari verò contra consilium licet altissimum, peccatum non est. Nullus enim Theologorum concedit fractionem consilij puniendam fore à Deo. Fateatur ergo, vel quod de inspirationibus executioni non traditis ratio in die iudicij minimè sit reddenda, aut si sit, ob hoc solum erit, quia non respondeat inspirationi malum sit contra præceptum.

6. Sed sciendum, dupliciter actiones hominum, siue omissiones à Deo examinandas fore in die iudicij extremi: vno modo, iudicio punitionis, hoc est, ad puniendas: alio modo iudicio iustificationis, id est, iudicio discussionis ad iustificandam, scilicet, causam Dei. Primo iudicio, videlicet punitionis, solum iudicabuntur actiones peccaminosæ, quæ fuere contra præcepta; peccata enim tantum à Deo puniuntur. Secundo verò iudicio nempe iustificationis, iudicabuntur & censurabuntur actiones, seu omissiones contra consilia, quando circa illa obseruanda tacti fuere homines inspirationibus, in quo sensu intelligit Suar. 2. tom. 3. part. disput. 57. sect. 6. illud 2. ad Corinth. 5. *Omnes nos manifestari oportet ante Tribunal Christi, vt referat unusquisque, prout gessit.* His enim verbis prout gessit (ait Suarez) comprehenduntur non tantum opera, sed simpliciter omnia media per quæ homines saluari possunt, vel damnari; & ita comprehenduntur actiones, & receptiones Sacramentorum omissionesque seu carentiæ. Cum ergo actus virtutis sub consilio non sit ex præcepto obligatorius, sit non correspondisse vocationi Diuinatum inspirationum non fore puniendum à Deo; nec pena æterna si forte homo damnatur, neque temporali si ad purgandum descendat: & consequenter non veniet iudicandum iudicio punitionis.

Iudicabitur tamen iudicio iustificationis. Nam si contringat hominem damnari, iustam ostendet Deus

Deus causam suam, allegando quantis inspirationibus praeuenit, & praemonuerit eum, non solum ut à peccato cessaret, verum etiam ut Sacramentis v. g. vteretur, quæ ad maiorem gloriam illi cessissent, si inspirationibus annuisset. Si verò contingat saluari, etiam iustificabitur causa Dei minorem homini gloriam exhibētis, quam possit. Nam si inspirationibus correspondisset, vberiori certe beatitudine frueretur: & imputer sibi homo, quod cumulator non detur. Hoc verò manifestari in gloriam accidentalem beatorum cedit: captant enim inde occasionem laudandi magis Deum, & magnificandi illius bonitatem: quæ cum possit deserere hominem (quoad efficacia auxilia) non respondentem inspirationibus, non tamen dereliquit, sed iterum, atque iterum vocauit, & perseverantia in gratia donum praestitit.

7. Sic Sancti qui peccato actuali fuere polluti, in cœloque iam existentibus iudicabuntur iudicio discussionibus: omnibus enim tunc reuelabitur ob quam rationem maiori gloria careant, non tamen iudicabuntur iudicio punitivis. Ita Suar. 2. tom. in 3. part. disputat. 57. sect. 7. Nec discussio pudorem, aut tristitiam Sanctis parabit, non enim iam sunt capessentes salium passionum, ut ipse Suarez loco citato ait: *Ne quis dubitet. Petrum & Magdalenam cognoscere, quod in Ecclesia sua peccata publice predicari, de quo tamen non solum pudore & dolore non afficiuntur, sed è contra vehementer gaudent, quia in maiorem gloriam Dei cedit. Tanta namque erit sanctis letitia de poenitentia pro peccatis acta, de remissione obtenta, deque admirabili ratione Diuinae providentiae, qua factum est, ut mala illis conuerterentur in bonum: ut propter has etiam causas gaudeant, eadem peccata omnibus manifestari. Quomodo enim possent diuina erga eos gratia, atque diuinitas agnoscere, nisi & eorum lapsus cognoscerentur? Aut quomodo poterunt omnia eorum merita, quæ per poenitentiam & satisfactionem pro peccatis consequuti sunt, omnibus nota fieri; nisi peccata que fuerunt occasio, & materia illorum meritorum cunctis quoque innotescant?* Ita D. Thomas in 4. distinct. 43. artic. vltim. Bonauent. art. 2. quæst. 2. & 3. & ibi communiter ceteri Theologi. Sor. in 4. distinct. 47. quæst. 2. artic. 3. & est aperta sententia Anselmi in Elucidario, & lib. de similitud. & significatio ab Augustino in lib. meditat. cap. 4. dicente: *Ecce coram tot millibus popularum nuda-buntur omnes iniquitates meae, tot millibus Angelorum patebunt omnia scelera mea, non solum actuum, sed etiam cogitationum simul, & locutionum. Quicquid in contrarium asserat Magist. in 4. dist. 43. Vigner. in instit. cap. 21. §. 3. vers. 8. & Sonnius tract. de extrem. iudic. cap. 6. qui sentiunt peccata iustorum non reuelanda iri in iudicio, sed tantum merita.*

8. Sancti verò qui nullum peccatum actuale in hac vita commiserunt, ut Beata Virgo, & infantes baptizati ante usum rationis decedentes, non iudicabuntur iudicio discussionis, sed potius laudationis. Discussio namque, vel disceptatio dicit quandam collationem bonarum & prauarum actionum eum approbatione, excusatione, vel accusatione. Sic Suar. tom. 2. in 3. part. disp. 57. sect. 7. Valent. 4. tom. disput. 11. punct. 2.

9. Hinc fit, paruulos sine gratia ad futuram transmigrantes vitam, non fore iudicandos iudicio discussionis, cum non habeant opera quæ Sanchez Selecta.

discuti possint: iudicabuntur tamen iudicio damnationis, cum à Regno cœlesti sint excludendi. Ita Suarez vbi supra, sect. 6. Vigner. institut. de iudic. cap. 21. versic. 1. Valent. 4. tom. disput. 11. punct. 2.

Et colligitur, quod quoties obstitit ab hominibus concessis inspirationibus ad sequenda consilia, ut quod efficiantur Religiosi, quod abstineant à curis secularibus, quod sint contenti quibus reguntur, ne sedulo quarant alimenta superflua, ne nimium solliciti sint de salute corporis, ut orent mentaliter, quod dignitates non appetant, humilem & inferiorem potius locum eligentes, quam superiorem, quod elemosynas largiantur in communibus necessitatibus, quæ solum sub consilio sunt, ut tenet D. Thom. 2. 2. quæst. 32. & communiter DD. colligitur, inquam, non esse necessarium huiusmodi defectus non responsionis consistere, cum peccatum minimè sit consilia deserere Euangelij. Aduertantque confessarij fideles monete nullum interuenire peccatum in huiusmodi non responsionibus, circa inspirationes Diuinas, ne ex conscientia erronea peccent. Munus enim confessarij non solum medici ut curet, sed & magistri vt doceat, esse competentum est: ut docet Henriquez lib. 6. cap. 28. num. 1. Et docent Vniuersi Doctores. Instruunt tamen poenitentes, quod inspirationibus non annuere peccatum non sit, num confiteri huiusmodi non responsiones, ut quasdam imperfectiones humiliationis causa, vel vt à confessario rectum consilium accipiant ad mores ordinandos, & vitam pariter regendam sit vtilius, examinauimus disp. 1. num. 4. & sequentibus.

Obiicies. Resistentia illa positua, per actum positium resistendo, siue negatiua per omissionem non correspondendi, non est indifferens, actus (in opinione D. Thom. & illum sequentium, putantis nullum in rerum natura dari actum indifferens, quem sequitur Granada 1. 2. tract. 13. disput. 2. num. 2.) ergo debet esse actus virtutis vel vitij; sed virtutis esse nequit; igitur vitij.

Responderetur (illa Diui Thom. doctrina admissa, quæ posset utique negari satis probabiliter secundum mentem Alexandri 3. part. quæst. 35. membr. 3. Bonauent. in 2. disput. 41. artic. 1. quæst. 3. Gabr. in 2. disput. 41. quæst. 1. artic. 2. Hieronym. ab Angest. cap. 8. moral. in penult. part. textus, Vazquez 1. 2. quæst. 18. disput. 52. cap. 2. & aliorum plurium consentium dari actum indifferens in individuo;) Ad hoc quod resistentia inspirationis sit actus virtutis, sufficere quod qui resistit, ideo resistat, siue non pareat, quia videt se ad id non obligari. Nam in hoc actu, nolo fieri religiosus, quia ad id non obligor à Deo, est imbibitus alius actus necessariò coniunctus, scilicet nolo, vellem tamen si ad efficiendum me monachum Deus me obligaret. At hic actus virtutis religionis est, tanquam actus imperans: est etiam castitatis, paupertatis, & obedientiæ, vel ut actus imperati. Hæ namque virtutes castitatis, paupertatis, & obedientiæ sunt materia, circa quam votum religionis versatur. Vel dicendum, quod actus nolendi adimplere consilia, siue vtendi libertate à Deo concessa, sit actus propriæ charitatis naturalis, siue amicitia: sicut occidere formicam non alio fine nisi ad ostendam libertatem suam in ordine ad occisionem illius, est actus propriæ amicitia: siue charitatis.

ad illam enim pertinet, ut homo iure suo utatur, illudque seruet illatum ad faciendum quicquid ipse pro libito velit, dummodò non sit contra rationem. At cum non fieri aliquem religiosum contra rationem nò sit, vel non ieiunare die non præcepti, hospitalia non inuisere, vel non se mortificare respuendo & omitiendo sibi appetibilia, aliàs licita, sit quod uti libertate ad non ingrediendum in Religionem, vel non ieiunandum, aut hospitalia non inuisendum, &c. ad propriam charitatem pertineat.

Contentes secundò aduersus dicta. Nam saltem videtur crimen esse religiosos Diuinis inspirationibus non auscultare ad perfectionem vocantibus; cum eorum status sit tendentium ad perfectionem, ut docet D. Thom. 2. 2. quæst. 184. art. 5. ad 2. & communiter Doctores. Quapropter sui status obligationi deficerent repugnantes perfectioni, vel posituè, vel per omissionem non insequentes.

At vis obiectionis diluitur, notando, statum Religiosorum ideo dici tendentium ad perfectionem, quia ad sequenda tria consilia se deuinxere, castitatem scilicet, paupertatem, & obedientiam, quibus si deficerent, peccarent sanè ob fractionem impositæ obligationis ex voto: quod egregiè docuit Clein. *Exiuit*, de verb. signific. Et in cap. *Exijt*, de verb. signific. *quem intellectionem*, in 6. D. Thom. 2. 2. quæst. 184. art. 5. in corp. Alfonso Rodriguez *en exercicio de perfeccion*, tom. 3. tractat. 2. cap. 1. Ultra hæc verò consilia non obligantur ex præcepto alia sequi, sed solum ex consilio, sicut quilibet alius laicus, nisi per accidens ratione præstiti scandali si forrè suboriretur ex eorum omissione. D. Thom. 2. 2. quæst. 186. art. 10. Erit tamen semper æquius Religiosos consiliis obtemperare, & diligentiores esse quàm laicos, ob vitam magis exemplarem eorum, quàm sit laicorum, ut explicat Alfonso Rodriguez 1. tom. *de exercicio de perfeccion*, tractat. 1. cap. 16. Vel ideo dicitur religiosorum statum esse tendentium ad perfectionem quoad tria vota emissa, quatenus teneret religiosus curam adhibere non solum castitatem, paupertatem, & obedientiam obseruare, verum perfectè. Vnde licet castitas obseruetur, non consentiendo impudico desiderio, perfectius obseruabitur, si nullam admittat occasionem, ex qua impudica cogitatio possit euenire. Similiter licet paupertas obseruetur nullius rei proprietatem obtinendo, perfectius tamen obseruabitur, si ex illis quæ ad vsum præstantur, aliquibus careat. Obedientia tamen cum habeat materiam generale, perfectio illius aderit, dum obedientia præstat circa illa quibus obtemperare vel non, nullum erit peccatum. Vnde licet ad seruandam perfectè castitatem, nihil referat seruare silentium, aut solum vertere, at hæc spectabunt ad perfectam obedientiam, si illa fieri ordinètur à superiore.

II. Si tamen contingat speciales inspirationes dari à Deo, quando se offert occasio frangendi aliquod præceptum, & homo resistens inspirationibus præceptum transgrediat, nullo modo speciale peccatum committit; quia resistit inspirationi, præter id quod fit, v.g. contra castitatem, vel iustitiam. Nulli enim virtuti specialiter opponitur illa resistentia, ne quidem gratitudini. Nam, ut ait D. Thom. 2. 2. quæst. 107. articulo. 2. & tenet Vazquez de Eucharist. disput. 2. 3. cap. 2. num. 6.

ingratitude formaliter constituens distinctam speciem, tunc solum reperitur, quando formaliter contemnitur peccato inuenitur, ut idem Diuus Thom. in solut. ad 2. itaque consequenter necessum non erit confiteri penitentem non auscultasse tali inspirationi. Sed an consultum sit, manifestare illam resistentiam consultatio, ut magis verecunderetur penitens, & humilieretur, diximus disput. num. 4.

Si verò quis ex contemptu Diuinis nollet respondere vocationibus ad consilia exhortantibus, facinus graue commissurum neutiquam dubito. Et tunc sanè ex contemptu non auscultaret, quando ideo nollet, quia inutile, & vanum quid iudicaret Dei consiliis annuere eo modo quo mortale esset præceptis Diuinis non obtemperare prædicto sine, ut docet Lessius lib. 2. de iustit. cap. 46. fin. Sanchez lib. 1. in summ. cap. 9. num. 11. vel quia iudicat consilia diuina esse res impertinentes & imprudentes, & ob id Deum illa consulentem indiscretum & imprudentem fuisse. Vel si nollet annuere consiliis, quia Deum consulentem nihil æstimat. De quo Nider præcept. 1. cap. 22. Alvarez como 1. de vita spiritali, lib. 5. part. 2. cap. 30. §. *neq. solum in audiendis*. Contemnere verò legislatores est ex directa intentione nolle ei obedientiam præstare, eo quod subditus dederit superioris subditum esse, nec appellari, ut explicat Vazquez 1. 2. tom. 1. disput. 102. cap. 5. & tom. 2. disput. 158. num. 37. 38. Layman, 1. tom. tractat. 3. cap. 7. num. 2. D. Thom. 2. 2. quæst. 186. art. 9. ad 3. Syluest. verb. *contemptus*, Caietan. eodem Nauarr. cap. 23. num. 42. Valent. 2. tom. disput. 7. quæst. 5. punct. 6. Suar. de legibus, lib. 3. cap. 28.

Aduerte tamen, diuersum valde esse, nolle Diuinis inspirationibus obtemperare ex contemptu, ab eo quod fit ex indignatione: nam ex indignatione fit, quando quis non vult in aliqua re obedire (sive teneatur ex præcepto, sive ex consilio) non idèò, quòd superiori resistat, sed ne ipsum quidem in tali re solatio afficiat. At ex contemptu est, quando renuit, èò quod subici nolit. Sic Caietan. in summ. verb. *contemptus*, versicul. *aduerte hic*, & ibi Armil. num. 2. Sanch. lib. 1. summ. cap. 5. num. 12. Lessius lib. 2. cap. 46. num. ponit. Et licet addat Sanchez nolle obedire ex indignatione, non esse circumstantiam additam transgressionis præcepti, qualem habet nolitius contemptu: quod intelligendum ait, quando indignatio non est mortalis; minus tamen vetum iudico: nam nolle obedire in re leui eo sine, ut Deum solatio in tali re non afficiat, est culpa admodum grauis. Vnde nunquam eueniet, indignationem tali modo explicatam esse leuem. Et consequenter absque restrictione asserendum erit nolentem obedire ex indignatione circumstantiam nouam incurrere criminis præter transgressionem præcepti.

Ad primum argumentum responderetur, Virgines illas quæ sumptis lampadibus non tulerunt secum oleum, hoc est, habentes fidem operibus caruerunt, non ideo à Christo nolente osilium illis aperire, faruas vocatas esse quòd caruerint operibus consilij, sed præcepti: ut aduertit rectè Maldonat. supr. capitul. 25. Math. Et cum non responderet inspirationibus ad consilia vocantibus, sit non annuere inspirationibus ad consilium

12.

13.

14.

lium ordinatis, non ob id non auscultans fatuus dicendus est, eo sensu quo virgines illæ; nec dignus oclusionone ostij, imò nec quod retardetur aperitio; cum ne quidem peccatum veniale sit illi non annuere vocatióni, vt supra dictum est.

15. Ad secundum argumentum respondetur, inter homines apta quædam & facilia reperiri media ad dissoluendas amicitias, quæ tamen noluit Deus fore sufficientia ad dissoluendam amicitiam inter se & illos. Vnde et si ex diminuto amore procedat non recipi quotidianam eius inspirationem, minimè tamen peccatum censet. Imò licet homo ex tædio quodam & pigrizia nollet exercito virtutum sub consilio obligantium operam dare, nullum committeret peccatum: nam vt ait Diuus Thom. 2. 2. quæst. 35. artic. 3. ad 2. quando quis contristatur se compelli ad exercenda opera virtutis, quæ operari non tenetur, non committit peccatum acediz, nec contemptus virtualis reperitur: nam non agere ea quæ ad nostram utilitatem instituta sunt, si tantum sint consilij, non erit expressè, aut virtualiter illa contemnere. Sic expressè Vazquez de Eucharist. disputat. 213. cap. 2. num. 6. & constat ex regula iuris Nullus 10. in 6. & cap. fin. 14. quæst. 1. Nauarr. cap. 23. num. 41. in fin. Abb. in cap. Magna, de voto super illud, *Pouete & reddite*, & ex l. 2. versiculo fin. ff. mandat. l. consilij, 37. ff. de regul. iuris.

16. Ad tertium argumentum respondetur, non esse vitium prodigalitatís in eo qui negligens est in acquisitione bonorum, quæ siue acquirat, siue non, nullo modo peccabit. Cum enim præceptum non sit de acquisitione, contra rationem nequaquam operabitur, si non acquirat. Nec Sacerdos per se loquendo, in opinione aliquorum, licet nunquam sacrum faciat (si non sit Parochus) peccabit, dummodò in Paschate communice. Dixi, *per se loquendo*; nam per accidens ad vitandum scandalum, veluti si haberetur pro Sacerdote nequissimæ vitæ, celebrare teneretur, vt concedunt communiter omnes. Quod intelligo quando non constaret certò de illius peccato: tunc enim suspicio vehemens oriretur, ex eo quod nunquam celebraret; inferentibus aliis illum in peccato esse, cum celebrare non auderet. Si verò de peccato illius certò constaret, potius ex celebratione scandalum oriretur, cum peccatum publicum esset, de poenitentia verò minimè constaret. Et non esse mortale semper à celebratione abstinere, docent Alexand. Alenc. 4. part. quæst. 51. memb. 2. Bonauent. in 4. distinct. 12. part. 2. art. 2. quæst. 2. & ibi Palat. disput. 2. Ledesm. 2. part. in 4. quæst. 13. art. 10. Victor. in summ. nú. 94. Angles 1. part. de ministro Eucharist. 10. diffic. pag. 181. Molin. in instructione Sacerdot. tit. 7. cap. 8. §. 1. Verum tamen est, quod nonnulli ex his Authoribus putent esse peccatum veniale nunquam sacrum celebrare: & inter eos Caietan. in dicto art. 6. Quod etiam docet Raymund. in summ. tract. 3. de Eucharist. dub. 2. Ludouicus de San Ioan. 1. part. sum. tractat. de Eucharist. quæst. 1. in fine, fol. 144. facit text. de celebrat. Miss. cap. *dolentes*, vbi tales nunquam celebrantes valde reprehenduntur. At Suarez 3. tom. in 3. parte disp. 80. sectio 1. etiam à veniali excusat Sacerdotem qui bona intentione nunquam celebraret. Idem tenet Palat. in 4. distinct. 13. disputat. 2. ferè in fin. Rosell. verb. *Eucharistia* 3. num. 33. & id probabilè reputat Filiucius 1. tom. tractat. 5. capit. 4. nú. 96.

*Sanchez Selecta.*

& sentire videtur Nicol. de Orbellis in 4. disp. 12. quæst. 2. in fine. Bonacina de sacram. disput. 4. quæst. vit. punct. 7. num. 10. Diana de celebrat. Missar. resolut. 19.

Non tamen placet mihi Vazq. de Eucharist. disput. 232. (quem sequitur Ioan. de la Cruz de Eucharist. in fine, peccate affirmans, allegans Syluest. verb. *Missæ* 1. quæst. 4. qui nec affirmat, neque negat; at solum inclinatur ad id, vt sentiat mortale esse in præcipuis festis à celebratione abstinere: idem docet Vega in *su espejo de Curas*, tomo 1. cap. 11. num. 211.) asserens peccatum fore mortale à celebratione pro omni tempore abstinere, & duducens præceptum ex Concilij Tridentini sess. cap. 1. Vbi postquam dixit, Christum corpus & sanguinem suum sub speciebus panis & vini Patri in cœna obtulisse; & Apostolis, quos tunc Noui Testamenti successores constituere, tradidisse, subiungit hæc verba. *Et eisdem, eorumque in Sacerdotio successoribus, vt offerrent præceptum per hæc verba: Hoc facite in meam commemorationem.* At ex his verbis solum præceptum, quod in Ecclesia offeratur sacrificium, imponitur; non tamen huic vel illi in particulari Sacerdoti. Vnde verum minimè arbitror nullum præceptum imponi in illis verbis, quantum ad celebrationem, vt fiat, vel non, sed solum quantum ad modum quo fieri debeat; ac si diceret Christus: Quoties celebraueritis hoc sacrificium, in memoriam meæ passionis celebrate. Qualiter sentiebant Caietan. 3. part. quæst. 80. artic. 11. Palat. in 4. distinct. 13. disputat. 2. colum. 3. Nam Trident. sess. 13. cap. 2. postquam dixit Christum Dominum discessurum ex hoc mundo ad Patrem, hoc Sacramentum instituisse, subiungit: *Et illius sumptione colere nos sui memoriam præcipit.* Si igitur testatur testatur Concilium præcepisse Christum, vt sumptione sui corporis commemoraremus passionem eius, & non tantum præcepisse, quod quoties illud sumeremus, passionem ipsius in memoriam reuocaremus, fir manifestum, consecrationem & sumptionem præcepisse. Nã vt docet Vazquez tomo de Eucharist. disputat. 213. cap. 2. num. 10. Qui præcipit vt opere aliquo commemoratio fiat alicuius beneficii accepti, ex modo ipso præcipiendi præcipit, etiam vt fiat opus ipsum. Quis autem hoc inficiabitur? Quod idem censet Suarez tomo de Eucharist. disput. 67. sect. 1. *S. nihilominus testimonium hoc.* Et est expressa sententia D. Thom. 3. part. quæst. 80. artic. 11. deducens præceptum ex illo Lucæ 22. *Hoc facite in meam commemorationem.*

Et minus assentior Nuño quæst. 82. artic. 11. 3. part. censente peccare mortaliter non celebrantem in tribus Pascharibus, in principalibus solemnitatibus Domine Nostræ, in aliquibus festiuitatibus Apostolorum, & in die omnium Sanctorum, ita vt celebret duodecies in anno.

17. Verum et si admittam Sacerdotem venialiter peccare qui per annum integrum abstinere à Sacri celebratione, non tamen inde peccabit qui resistit Diuinis inspirationibus ad consilia vocantibus, cum de hoc nullum extet præceptum, sit tamen ad celebrandum positum Sacerdoti: quod colligunt aliqui ex Trident. supra allegato. Quod præceptum ego solum deduco ex consuetudine iam introducta, qua rei putantur Sacerdotes nunquam sacrum celebrantes. Ad quarum dicimus idè dixisse D. Gregorium grauioris culpa esse

E 3

inter

inter bonos bonum non esse, non quia ad culpam novam imputeretur, sed quia nullam excusationem habebit, qui inter bonos iniquus est, qualem habere potest, qui inter sceleratos criminolos existit; ex aliorum namque actionibus, suas non esse adeo difformes potest licet crasse ignorare, at ignorantia etsi crassa excusabilior est, quam scientia. Sed ideo dixit grauioris foræ culpæ bonum inter bonos non esse, quia illis malum exhibere exemplum damnabile est, sicut est laudabile maxime, malis bonum exemplum præstare. Vel si dicamus D. Gregorium opposita fuisse opinionis, nihil nostra interest, qui plus rationi, quam Doctorum authoritati semper deferimus. Quia ratio intrinsecè conuincit, authoritas verò solum fidem generat. Vnde optimè Durand, in

præfat. suorum operum, ait: *Modus loquendi ac scribendi in cæteris qua fidem non tangunt, est, ut magis innisamur rationi, quam authoritati cuiusque Doctoris quantumcunque celebris, vel solennis; & pauci pendatur omnis humana authoritas, quando per rationem elucescit contraria veritas, & omnis homo dimittens rationem propter authoritatem humanam, incidit in insipientiam bestialem: & tamen Augustinus inter doctores celeberrimus dicit de seipso de Trinit. circa princip. Nol meis literis quasi scriptoris canonicis inseruire, &c Et plura ad hoc conducentia congerit Turretrem, super dictum cap. Noli meis. distin. 9. & videndus Cælius lib. 7. de locis, cap. 3. & plura decernuntur in decreto distinct. 26. quæst. 4. & 29. quæst. 6. & 12. quæst. 1.*

## DISPUTATIO OCTAVA

An confessarius teneatur non absoluerè pœnitentem, quem certò scit negare peccatum commissum?

### SUMMARIUM.

In quo sensu procedat questio? num. 1.

Primum argumentum a parte affirmatiua, num. 2.

Secundum argumentum, num. 3.

Tertium argumentum, num. 4.

Quartum argumentum, num. 5.

¶ Authoris iudicium, num. 6.

Pœnitenti neganti peccatum ex naturali obliuione, impertienda est absolutio, num. 7.

Concedenda tamen non est neganti peccatum ex defectu examinationis, etsi confessio fiat informis, num. 8.

Difficilis obiectio aduersus Authoris iudicium, & resolutionem præcedentis numeri, num. 9.

Soluitur obiectio adhuc sustinendo sententiam Thomæ Sanchez, scilicet occulto peccatori non posse negari Eucharistiam ab peccatore in confessione nonnum, licet in occulto peccat. Quam opinionem Sanchez veram iudicat Author, num. 10.

Soluitur secundo in opinione asserentium ministrandam non esse Eucharistiam occulto peccatori in occulto peccati ob peccatum cognitum in confessione, num. 11.

Emittens votum de dando Deo centum, non tenetur illud adimplere, quando proximus est in extrema necessitate, num. 12.

Qui emisit votum Religionis, postea verò fidem dedit de inuendo matrimonio, non tenetur adimplere votum, dum sciamus aliquid honoris, aut fama amissura esse, secus, si non, num. 13. & 14.

Pœnitenti Deo centum, & amittens ludo, potest tri frunde ludo non annexa ad illa solum recuperanda, num. 15.

Soluitur primum argumentum, num. 16.

Soluitur secundum, num. 17.

Soluitur tertium, num. 18.

Soluitur quartum, num. 19.

¶ **N**ON procedit questio quando confessarius suscipit oculos vidit delictum, probabiliter

tamen potest existimare pœnitentem illud confessum esse alteri: tunc enim dissimulare poterit, pœnitente negante, & credere negare, quia non tenetur iterum illud confitèri. Nec procedit, quando ex relatione aliorum confessarius cognouit peccatum pœnitentis; nam tali casu pœnitentis potius dictis stare tenetur; cum non sit maior ratio credendi aliis; & præsumendum sit pœnitentem nequaquam fux conscientia læsaturam, curationem sui iam præterdentem. Quod notaui D. Thom. opusc. 12. art. 6. dicens quod in confessione est credendum peccatori confitenti; & pro se, & contra se, sed contrarium, nullo modo est ei credendum, gloss. penultim. in cap. si verò et secundo, de sententia excommunic. & gloss. in cap. significasti, de homicidio, Nauarr. cap. 17. num. 59. & docet expressè Martin del Rio de Magia, lib. 6. cap. 1. sect. 2. ante finem. Solum locum habet difficultas, quando omnino est evidens, & clarum pœnitentem mentiri contra integritatem confessionis; an scilicet tunc sit absoluedus.

Primum argumentum. Videtur non posse negati absolutionem: nam in omni iudicio debet iudex iudicare iuxta allegata & probata, & non secundum propriam scientiam. Et magis in iudicio interiori; ubi allegatio & probatio non ab extraneis testibus, sed ab ipso pœnitente sumi debet: cum licet plures testes pœnitentem de peccato accusent, ligandus tamen non sit, neque absoluedus, nisi proprio ore se reum confiteatur. Igitur confessarius quamuis cognoscat pœnitentem falsò negare delictum, non tamen tenetur finire iudicium iuxta suam, sed iuxta pœnitentis allegationem.

Secundum argumentum. Nec etiam causa erit confessarius sacrilegij pœnitentis, cum absoluedo, ut neque causam dat, occulto peccatori Eucharistiam ministrando saltem in publico. Nam porrigere Eucharistiam, & absoluerè, sunt actus in se boni, & solum redduntur vitiosi ex malitia pœnitentis, & suscipientis sacramentum. Erscur

à parato ad ministracionem potest peti Sacramentum, licet petens certò sciat malè iri ministrandum; ita parato recipere poterit ministrari, etsi constet ministro de sumentis peccato.

4. Tertium argumentum. Pœnitens se accusans de peccato, quod non commisisse certò constat confessario, est absolueudus. Igitur etsi neget peccatum, de quo commissio similiter constat confessario, non minus erit absolueudus: aded enim opponitur integritati confessionis narrare delictum non commissum, atque negare commissum. Et iniuria sanè fieret pœnitenti de peccato non commissio se culpanti, si negaretur absolutio: nam etsi peccet mortaliter accusando se de mortali non commissio, vt tenent Bonauentura in 4. distinct. 17. quæst. vltim. Adrian. quæst. 5. de confess. dub. vltim. Syluest. verb. *mendacium*, numero 4. Soro lib. 5. de iustit. quæst. 6. artic. 1. & quæst. 10. art. 2. Victor. in summa, n. 130. Nauarr. cap. 17. num. 248. Vazquez tomo de pœnitent. quæst. 91. articulo 1. dub. 7. num. 10. Suarez de pœnitent. disputat. 22. sect. 10. num. 10. iudicium debet finiri iuxta pœnitentis accusationem: & sibi imputet, quod se oneret vltra id, quod commisit. Sicut & iudex tenebitur condemnare illum qui se reum falsus est delicti non commissi, licet certò sciat contrarium, vt tenent communiter plures cum D. Thom. 2. 2. quæst. 67. artic. 2. per l. illicitas, §. *veritas*, ff. de officio Præsidis, gloss. in cap. *Pastoralis*, §. *quia verò*, de officio delegati, Nauarr. cap. 25. numer. 10. Conarr. lib. 1. variarum, cap. 1. num. 6. Cord. quæst. 75. Vict. quæst. 177. contra Anglos 2. part. fol. 236. de restitutione. Et sicut in iudicio exteriori iudex non priuata sua, sed publica scientia vri debet: ita & confessarius in interiori non propria, sed pœnitentis scientia vri debebit, cum ex institutione & natura huius Sacramenti accusatio, aut excusatio rei ex eius ore pendeat.

5. Quartum argumentum. Confessarius negans absolutionem in casu quæstionis, tenetur reddere rationem pœnitenti negatæ absolutionis, dicendo, *ideo nego tibi quia inficiaris id quod commisisti*: hoc sanè est noua iniuria afficere pœnitentem. Et quando lis erit, pœnitente negante, & pœnitentiario affirmante, dictis pœnitentis erit standum, cum negotium accusationis totum ab ipso dependeat, sicut & negotium absolutionis totum à confessario.

### *Authoris iudicium.*

6. Non posse absolutionis beneficium impertiri pœnitenti neganti scelus commissum, iudico certum. Nam absolueere minimè potest confessarius pœnitentem, quem indubitatè scit non habere dolorem de peccatis, vt notauit Suarez tomo de pœnitentia, disputat. 20. sect. 5. num. 11. Igitur neque & illum quem certò tenet non adducere integritatem confessionis. Sanè aded essentialis est ad confessionem integritas formalis, sicut & dolor, docet Suarez tomo de pœnitent. disput. 20. sect. 5. n. 11. & disput. 32. sect. 3. in fin. vbi specialius casum quæstionis resoluit, dicens pœnitentem esse conuincendum & redarguendum, quia licet in externo & publico foro necessaria sit scientia publica proportionata, in hoc tamen foro secreto, & ad bonum ipsius rei

ordinato, scientia priuata ipsius confessoris utilis esse potest. Vnde si euidenter videat, illum esse indispositum, non debet illum absolueere quidquid ille dicat: idem ergo erit, si euidenter videat, non integrè confiteri. Non tamen placeat, nisi magis explicetur Francisci Suarez fundamentum, ad hanc sententiam tutandam, quòd sacramentum non possit ministrari ponenti obicem effectui eius: hoc enim falsum est vniuersaliter loquendo, cum occulto peccatori sit ministranda Eucharistia, & matrimonio peccatoris occultitè teneatur Parochus assistere, & Episcopus Ordinem, & Confirmationem administrare iis, quos apponere obicem effectui sacramentorum est sibi manifestum. Verum est tamen Suarij fundamentum in materia præsentis, de qua ipse loquebatur. Nam quoties nulla adest iusta causa administrandi sacramenti ponenti obicem, scilicet vitare infamiam suscipiens illud, nequaquam sine peccato poterit ministrari, & cooperaretur minister peccato suscipiens, cum daret occasionem peccato ipsius absque causa exultantem, quæ dum non adit, voluntas ad volendum peccatum alterius tendit, non habens aliud obiectum in quod feratur, vt dicimus, numer. 8. At cum nulla infamie nota pœnitenti pullulet, ex negata absolutione ob non confessionem criminis commissi, eò quòd negatio absolutionis secreto fiat, sic nullam interuenire iustam causam excusantem ministrum, quòd possit licetè ministrare Sacramentum pœnitentiæ ponenti obicem effectui, negando commissum crimen. Licet inquam hæc Suarij ratio, sic explicata, vera sit, quoad præsentem casum; aridet tamen magis quoad Vazquez tomo de pœnitent. quæst. 90. articulo 1. num. 12. dub. 7. ait, negantem scilicet aliquem, delictum verè admissum, non solum ponere obicem effectui, verum irritum planè reddere Sacramentum. At cum ad efficiendum validum Sacramentum, ita principaliter concurrat confessarius absolueudo, vt pœnitens cum integritate dolendo, ad vtriusque obligationem attinet vitare irritationem Sacramenti. Dato tamen semel, quòd Sacramentum fiat validum, solum pendet à suscipiente fructus illius percipi vel non, aufertendo vel apponendo obicem. Quo fit in pluribus casibus non delinquere ministrum administrando Sacramentum ponenti obicem ad effectum, cum satisfaciatur suæ obligationi de validè & rectè ministrando: semper tamen in culpa erit, si sciens non ministret validè Sacramentum; cum illi incumbat obligatio valoris ex æquo cum pœnitente. Hanc conclusionem tenent Suarez & Vazquez locis allegatis, Reginald. de prud. confess. cap. 21. num. 15. Henriquez lib. 6. cap. 20. num. 6. sine, Cañedo de pœnitent. cap. 4. qui ait, Sacerdotem non posse integrè absolueere, nisi præcedat integra confessio. Maure in summa part. 3. cap. 6. §. 9. numero 6. Cordona in summa, quæst. 4. ferè in fin. §. *ymque al penitente se ha de creer quando no consta ser falso lo que dice de presenta*. Possuinus de officio Curati, cap. 7. num. 30. Bonacin. de Sacram. disput. 5. quæst. 6. sect. 5. punct. 4. n. 33. & quæst. 7. punct. 4. §. 2. num. 26. & quæst. 5. sect. 2. punct. 2. §. 1. num. 8. Coriolanus de casib. reserv. part. 1. sect. 3. num. 6. fol. 265.

Hinc fit pœnitentem negantem peccatum ex naturali obliuione, & non ex malitia, idque presumat confessarius habens aliàs rectam opinionem

nem de eo teneri absolueri; cum validum fiat Sacramentum, imò & fructuosum; adest enim formalis integritas.

Vnde infero in opinione asserentium dari confessionem infirmam ex parte integritatis (quod tamen verum non censeo) adhuc non sequi, confessatum teneri pœnitentem absolueri, quem videt negare peccatum ex defectu examinationis. Nam licet tunc validè fiat Sacramentum, & solum ponatur obex effectui, cooperatur ad sacrilegium, pœnitentem absolvendo. Quod peccatori occulto danda sit Eucharistia in publico petenti, ideo licet, quod teneatur minister ex præcepto naturali conseruare famam proximi, Et dum adest causa agendi actionem in se bonam, vriatam verò solum ex malitia petentis fieri, agens tunc non cooperatur formaliter ad malitiam; cooperaretur tamen si nulla oblata causa actionem exerceret ad petitionem iniquè vrentis, Eodem modo exigens ad vsuras sine causa subueniendi suæ necessitati, peccaret; cum occasionem daret peccato alterius, sine causa excusante; quæ dum non adsit, voluntas ad peccatum alterius volendum tendit, non habens aliud obiectum in quod feratur. Cùmque ex negatione absolutionis nulla obueniat infamia neganti peccatum, nec alia causa excuset, ad quam possit tendere voluntas, vt à voluntate cooperationis sacrilegij excusetur, sit, confessarium non posse pœnitentem absolueri, absque eo quod velit etiam sacrilegium.

9. Vergebit tamen quis vterius: si ministrare Eucharistiam occulto peccatori in publico petenti non est peccatum; nec etiam erit ministrare in occulto petenti, & consequenter, nec absolueri pœnitentem, negantem peccatum. Nam ministrans Eucharistiam semper eandem actionem exercet, siue ministret in occulto, siue in publico. Si autem dicas, quòd vbi occurrunt duo præcepta standum sit strictiori; quando verò occultus peccator petit in publico Eucharistiam, adest præceptum naturale conseruandi famam proximi, & adest, non committendi sacrilegium; strictius tamen est primum, quàm secundum, quod deobligat, vt primi obligatio adimpleatur. Hoc falsum videtur: nam peccatum contra religionem grauius est, quàm contra iustitiam, vt contra minus perfectam virtutem. Quæ ratione nituntur multi asserentes personam complicitis declarandam esse in confessione, ne contra integritatem confessionis peccatum sacrilegij committatur, dum extrinsecum aliquod nocuum non pareret compliciti, ob delictum cognitum, nisi tantum infamia: quod tenent D. Thom. in 4. distinct. 16. quæst. 3. artic. 2. quæstione. 5. ad 5. & opuscul. 12. artic. 6. Alexand. 4. part. quæst. 18. artic. 2. §. 4. Bonavent. 1. part. opuscul. tractat. de mod. confit. cap. 1. & in 4. distinct. 21. part. 2. distinct. artic. 1. quæst. 3. Paludan. distinct. 16. quæst. 3. artic. 3. ad 2. & distinct. 21. quæst. 3. art. 2. concl. 2. Ricard. ibid. art. 5. quæst. 2. Durand. distinct. 16. quæst. vltim. num. 8. Gabriel. distinct. 17. quæst. 1. art. 2. concl. 5. Antonin. 3. part. tit. 14. cap. 19. §. 11. Maior in 4. distinct. 21. quæst. 2. fin. & quæst. 3. §. octauo ponitur, Almain. dist. 17. quæst. 1. artic. 2. Soto distinct. 18. quæst. 1. artic. 5. circa solut. 4. argument. Henricus, quodlib. 3. quæst. 25. Medin. C. de confess. quæst. de circumst. temp. & loci. Adrian. in 4. quæst. 1. de confessione, §. sed oritur

ex iis dubium, Syluest. verb. confessio, 1. quæst. 29. Angel. verb. confessio, 1. num. 3. Rosell. verb. confessio, 1. numer. 6. Gerson alphab. 41. litt. F. circa fin. & 32. litt. B. Petrus de Soto, lect. 10. de confessione, Cordou. tractat. de detractat. in 4. quæst. 2. conclus. 3. & in summa, quæst. 1. Ex recentioribus Vazquez 4. tom. de pœnit. quæst. 91. dob. 3. num. 13. Suarez de pœnitent. disputat. 34. sect. 1. numer. 2. Basil. de Leon lib. 5. de matrimon. cap. 18. num. 9. Coriolanus de casib. referuatis, part. 1. sect. 1. artic. 8. num. 7. fol. 46. & 365. Ledesma in summa de pœnitent. cap. 20. conclus. 6. Reputat probabile Sa verb. confessio, num. 17. Tolet. lib. 3. cap. 8. num. 6. Vict. in summa, num. 174. & viua voce audiui à Nicolao Garcia. Atsi iuxta hos Doctores persona complicitis mandanda est, ne contraueniatur præcepto de integranda, licet integritas confessionis sit solum de iure Diuino positiuo, multo sanè magis standum erit præcepto non ministrando indigno Eucharistiam, cum sit connaturalè reuerentia Sacramenti, relicto præcepto de non infamando proximo. Infamare quidem intrinsecè malum non est, vt communiter Doctores in materia de restitutione sumæ, & ad propositum Suarez 3. tom. in 3. part. disputat. 67. sect. 4. in princip. & Vazquez tomo de Eucharist. disputat. 219. Basil. de Leon lib. 5. de matrimon. cap. 18. num. 9. aliàs non possit vlla causa honestari; honestatur tamen cum ob publicam vilitatem iudex suspendit latronem; cuius delictum duobus, aut tribus testibus notum solum erat, de quo omnino videas, quæ dicimus disput. 2. num. 10.

10. Responderetur tamen, diuersam inueniri rationem ad negandam Eucharistiam peccatori occulto, etiam occultè petenti, atque ad non impediendam absolutionem neganti commissum crimen. Et licet teneamus cum Sanchez libro 3. de matrimon. disputat. 16. numero 14. ministrum non posse negare Eucharistiam occultè petenti ob solum peccatum in confessione notum, eo quod non possit iuuari scientia confessionis ad actus externos, quod idem docet Basil. de Leon lib. 5. de matrimon. cap. 35. num. 2. & 3. & Filiucius tomo 1. tract. 4. cap. 9. num. 279. Nicol. de Orbellis in 4. disputat. 27. quæst. 2. §. 4. in fine. Et habetur in summa reformata Emanuelis Sa, verb. confessor, in fine, licet in antiqua, num. 27. oppositum habeatur, Martin. del Rio de Magia, lib. 6. cap. 1. sect. 2. ante finem, Triuño in praxi examinatorum, fol. 73. Coriolanus de casib. referu. part. 1. sect. 1. articulo. 13. fol. 68. sibi contrariis sect. 2. fol. 177. num. 3. quorities redderetur confessio odiosa, & retraherentur homines ab ipsa: quod sanè eveniret si nossent ob peccata in confessione audita posse illis negari Eucharistiam, matrimonium, aut alia Sacramenta: quod etiam tenent Arnilla verb. confessor, num. 7. Bañez 2. 2. quæst. 33. articulo. 8. ad fin. §. ad confirmationem responderetur, Villalob. in summ. tract. 9. de Sacrament. pœnitent. difficult. 75. Martinus Bonacina de Sacramentis, disputat. 9. quæst. 6. sect. 5. punct. 4. num. 17. allegans Lazarium, & Hieronymum Onufrium de sigillo, sectio. 4. quæst. 7. dub. 4. Antonius Ragucius in lucerna Parochorum de Eucharistia, quæstio 74. fol. 136. Et de sigillo confessionis, quæstio 74. fol. 136. V. 3. part. 3. casu 13. §. Nos inter. Hurtado de pœnit. disp. 12. difficult. 9. & Sotus de sacram. quæst. 30. artic. 6.

num. 38. Henriquez lib. 8. de Eucharist. cap. 39. num. 3. Nuño 3. part. quæst. 80. art. 6. difficultat. 2. §. oppositam sententiam, Palud. in 4. dist. 9. num. 6. id censens respectu Parochi, non tamen alterius ministri, cum absque reuelatione confessionis possit dicere peccatori, ideo non ministrare se quod id non teneatur, consentit Syluest. verb. *Euchar.* 3. §. 5. Gabriel. in 4. distinct. 9. quæst. 2. art. 3. dub. 1. Antonin. 3. part. tit. 14. cap. 12. §. 2. Adrian. quodlib. 3. quæst. 3. Nauarr. in summ. cap. 21. num. 53. Durand. in 4. distinct. 9. quæst. 5. num. 6. Grassi. 1. part. decif. cap. 38. num. 30. Licet ipse non ideo asserat negandum esse Eucharistiam peccatori occulto ne reueletur confessio, sed quia peccator occultus eod quod baptizatus est, ius habet petendi à suo Parocho; & iniuria illi fit, si expolietur illo iure sine manifesta causa. Quæ ratio inefficax est; nam inter pœnitentem & Sacerdotem, qui in foro interiori est iudex, causa erit manifesta ad repellendum, si peccatum pœnitentis cognoscat Decipiuntur tamen Paludanus, Syluest. Antonius Ragucius in lucerna Parochorum, de *Eucharistia*, quæsito 17. fol. 166. & ceteri censentes non Parochum posse negare Eucharistiam peccatori occulto occultè petenti, etsi solum cognoscat peccatum ex confessione: nam respectu non Parochi idem etiam pudor obuenerit pœnitenti, quod ex peccato in confessione noto ei negetur Eucharistia, ac respectu Parochi. Et id obleruari præcepit Claudius Aquauia minister Generalis Societatis Iesu, anno 1590. & Clemens VIII. in motu proprio de casuum reservatione pro regularibus concessio anno 1594. die 28. Maij, ibi: *Tam superiores pro tempore existentes, quam confessarij qui postea ad superioritatis gradum fuerint promoti, caueant diligentissimè, ne ea notitia quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem utantur.* Refert Deltius in disquisit. magicis, lib. 4. fol. 91. Suarez tomo 4. disputat. 33. sect. 7. numer. 4. Et videtur esse definitum clarè in cap. si Sacerdos, de offic. ordinar. per verba. *Si Sacerdos sciat pro certo aliquem esse reum aliquis criminis, vel si confessus fuerit & emendare noluerit, nisi iudicario ordine quis probare possit, non debet eum arguere nominatim, sed indeterminatè sicut dixit Christus: Vnus vestrum me traditurus est. Sed si ille cuius damnum illatum est, implorauerit iustitiam, poterit excommunicare Authorem damni, licet etiam ei confessus sit, sed tamen non nominatim potest eum remouere à communione, licet sciat eum esse reum, quia non ut iudex scit, sed ut Deus: debet tamen eum admonere ne se ingerat, quia nec Christus Iudam à communione remouit.* Qui textus etsi Thomæ Sanchez libro tertio de matrimonio, disputatione 16. numer. 3. non videatur conducere ad confirmandam hanc sententiam, eod quod non dicat absolute non posse remouere, vel non posse, nomine eius coram aliis expresso, mihi clare videtur colligi: quæ enim maior expressio, quam opete nolle ministrare Eucharistiam quam alius petit? Licet inquam teneamus, peccatori occulto petenti occultè Eucharistiam, non posse negari, non hinc conuincitur non posse negari absolutionem peccatum commissum neganti, cum negatio absolutionis fiat intra limites confessionis, ad cuius naturam pertinet absolutionem indigno negandam fore & digno impertiendam. Nec ex ta-

Sanchez Selecta.

li negatione absolutionis reddetur odiosa confessio, sicut redderetur ex negatione Eucharistia per scientiam habitam in confessione. Quæ sententia Sanch. mihi certa videtur.

Verum si libet alicui sentire cum vndecentum Authoribus quos refert Sanch. lib. 3. de matrimonio. num. 2. scientia habita in confessione posse iuari ministrum ad negandum Sacramentum indigno, aut suffragium in electione: quod docent Alensis 4. parte, quæstione 78. artic. 1. membr. 2. ad 8. Diuus Thomas in 4. distinct. 21. quæst. 3. art. 1. quæstiunc. 1. ad 3. & melius quodlibeto 5. art. 15. D. Bonauentura in 4. distinct. 21. in 2. parte, vbi agit de sigillo confessionis, artic. 2. quæst. 1. num. 62. Scotus in 4. distinct. 21. quæst. 2. ad 3. & 4. Durandus in 4. distinct. 9. quæst. 5. Altifiodorensis lib. 4. suæ summæ, tractat. 6. cap. 3. quæst. 3. versic. *Queritur postea.* Paludanus in 4. distinct. 21. quæst. 3. artic. 3. num. 80. Gabriel in 4. distinct. 21. quæst. vnica, art. 3. dub. 1. ad 2. Capreolus in 4. distinct. 21. quæst. 2. art. 3. ad 8. Deza in 4. distinct. 21. quæst. 2. art. 4. Henricus de Gandauo quodlibeto 8. quæst. 29. (licet communiter pro opposita sententia male allegatur.) Adrian. in 4. de confessione, q. 5. post dubium 9. paulo ante dubium quod incipit, *ex dictis emergit aliud dubium*, vers. *ad tertium principale nego consequentiam*, in paruis voluminibus, fol. 197. colum. 1. & quodlibeto 3. art. 3. vers. *pro responsione dico primò*, in iisdem voluminibus, fol. 61. col. 1. Ioannes de Friburgo in summa confessor. titulo de confessione, quæst. 93. D. Antoninus 3. part. tit. 14. cap. 12. §. 3. & titulo 17. cap. 22. §. Medina tractat. de confess. quæst. de his que à confessore celanda sunt, §. collariè sequitur in fine, Victoria in summa tractat. de Eucharistia, num. 80. in fine, Sotus in 4. distinct. 18. quæst. 4. artic. 5. ad finem, vers. *De his autem subditorum officijs*, & tractat. de secreto regendo, membr. 3. quæst. 4. post 5. conclusionem, dub. 1. & ibi Cordoua in additionibus ad Sotum, Ledesm. 2. part. quæst. 10. dub. 4. Guill. de Borilong. in 4. distinct. 21. §. 2. Nicol. de Plobe in tract. Sacerd. de sacramen. tit. de Eucharistia, quæst. de cautelis seruandis ex parte Sacerdotis, Suar. de Euchar. quæst. 80. art. 6. disput. 67. lect. 3. Henriquez lib. 6. de pœnitent. cap. 23. num. 3. & seq. Barthol. à Ledesm. de pœnit. dub. 32. conclus. 7. ad medium, Ludouic. Lopez 2. part. instructioij. de confessione, cap. 96. dub. 1. in fine. Grassi lib. 1. decif. cap. 23. num. 6. & 7. Viuald. in candelabr. 1. part. de sigillo confessionis, num. 29. Manuel. 1. tom. summ. 2. editione, cap. 68. conclus. 6. num. 6. Maurus Antonius in corona confessorum, 4. part. cap. 4. de Eucharistia, quæst. de sumentibus hoc Sacrament. num. 64. ad medium. Ex Iurisperitis docent Rebuff. in cap. *omnis vtriusque sexus*, de pœnitentijs & remissionibus, super §. *suscipiens reuenter*, versic. *octauo non debet*, & sequent. fol. 572. col. 2. Rossel. verb. *confessionis celatio*, num. 2. Angel. verb. *confessio vltimo*, num. 12. Syluest. confessio, 3. quæst. 14. & sequent. §. 9. & verb. *Eucharistia*, 3. quæst. 5. §. 7. Tabiena verb. *confessionis celatio*, num. 5. Tutrecrem. cap. *Sacerdos*, de pœnitent. distinct. 6. art. 1. num. 10. ad 1. & 2. & ibi Nauarr. num. 146. & idem Nauarr. in c. *Humana aures*, 22. quæst. 5. numer. 6. & alij plures: si inquam libeat sentire, quod scientia habita in confessione possit iuari minister negandum Sacramentum indigno, aut suffragium in electione, explican-

F dum



ueniat, tenebitur adimplere in totum votum  
emissum. Quod optime confirmat D. Hierony-  
mus lib. 2. in Marth. cap. 15. super illud. *Quare di-*  
*scipuli eius transgrediantur ordinationes seruorum*; Pec-  
hæc verba: *Preceperat Dominus, vel imbecillita-*  
*tes, vel aetas, vel penurias parentum considerans,*  
*et filij haurerent etiam in vicia necessarijs ministran-*  
*dis, parentes facit. Hæc promissionem Dei le-*  
*gem volentes Scribæ & Pharisæi subvertere, et im-*  
*pietatem sub nomine pietatis inducerent, docuerunt*  
*pejussus fuit, et si quis ea qua parentibus offeren-*  
*da sunt, Deo videri voluerit, qui verus est pater,*  
*delicta Dei prapropnare parentum materibus.* Ecce  
quod impietatem appelleret Sanctus offerre Deo  
aliquid, tempore quo proximas est in extrema  
necessitate constitutus, nomine namque paren-  
tum quicumque proximus intelligi potest, quan-  
vis non adeo strictum sit ius subueniendi extra-  
neis, quam parentibus.

13. Inferunt etiam, illum qui emit votum religio-  
nis, & simul dedit feminæ fidem de matrimonio,  
teneri eam ducere, & suspendere obligationem  
ingrediendi Religionem, in casu quo puella ali-  
quid honoris, vel famæ amitteret, si matrimonium  
non iniret. Sic Sanchez lib. 1. de matrim. disp. 43.  
num. 3. qui refert sic tenuisse graues Doctores  
Salmanicæ, & Societatis I E S V, Basil. de Leon  
lib. 6. de matrim. cap. 12.

14. Si verò femina nihil famæ & honoris amitte-  
ret, nec stuprata esset ( licet in occulto vitium ma-  
neret ) teneret vit ingredi religionem. Cum  
enim concurrunt duæ promissiones adimplendæ,  
& strictior sit, quæ spectat religionem, quàm quæ  
iustitiam, illa adimplenda erit, dato quòd nullum  
nocuum positiuum resulter puellæ ex fra-  
ctione promissionis, sed solum negatiuum, quia  
desinit acquirere bonum, quod alijs haberet.  
Nec obstat repeti solvere centum quæ promissa  
facere Petro, licet postea eadem centum Deo sint  
quoque promissa. Nam promissio de ingrediendo  
religionem conuadit ad perfectionem status pro-  
mittentis, quæ equum non erit impediri à prima  
promissione, vt bene aduertit Vazquez infra; ar  
dato centum Deo quæ promissa fuerant Petro,  
non pertinet ad maiorem perfectionem status,  
nec Deo placet sibi donari quod alij debitum  
erat, ex natura namque rei secunda promissio est  
nulla, dum cadat super materiam impeditam, vt  
aduertit Basil. de Leon. lib. 6. de matrim. cap. 12.  
Nec obstat cap. *commissum, de sponsalibus*, cum ibi  
dicat Summ. Pontif. antius esse prius contrahere,  
& postea si elegerit, ad religionem migrare, tam  
quia promissionem datam feminæ sub iuramen-  
to præcipit obseruari; non autem quando pro-  
missio iurata non est: tam quia id consilij Pon-  
tif. quando vir duceret absque animo consum-  
mandi, sed statim inito matrimonio ingrediendi  
religionem, quo euentu, nec id nos inciamur.  
Vide Vazquez opuscul. de restit. cap. 3. §. 2.  
dub. 6. qui sibi met contrarius videri posset alicui  
in nom. 16. & 18. at minime, quis in 16. loquitur  
de promissione personæ ad aliorum statum, quem  
impediti æquum non erat, vt iam dixi.

15. Sic fit, quòd qui promississet Deo centum, &  
exposita ludo amittere, possit vi fraude, ludo  
tamen minime annexa ad illa solum recuperanda,  
vtendo æquiuocatione; qualiter in bello milites  
vuntur stratagematibus: nam illa centum sunt  
debita Deo, & nullum damnium positiuum infer-  
Sanchez. Selecta.

tur collusori, qui solum impeditur illa fraude ne  
bonum acquirat. Cessare tamen promittens re-  
nebitur ac fraudibus statim ac acquisierit rem Deo  
promissam. De quo latius agimus in relectione  
de mendacio.

Ad primum argumentum respondetur, quòd  
etiam in foro penitentiar & in casu questionis,  
Sacerdos non absolvens penitentem negantem  
peccatum, quòd commissum esse, & non confes-  
sum, constat confessario, iudicat iuxta allegata &  
probata. Et cum allegatio penitentis falsa sit, ne-  
gari debet absolutio: in foro enim exteriori vbi  
quis pro se falsò aut nulliter allegat, ex falsa alle-  
gatione procedit etiam iudex ad illum condem-  
nandum: licet sit differentia, quòd iudex in foro  
exteriori non debeat reputare falsam allegatio-  
nem, iuxta opinionem D. Thom. 2. 2. quæst. 67.  
artic. 2. & multorum cum eo, quæ solum quoad  
eam sit falsa ( quia ipse alijs scit veritatem, ) dum  
ex testibus sit probatum verum intentum partis.  
At in interiori, cum istud iudicium non sit ob pu-  
blicam vtilitatem, sed solius penitentis, allega-  
tio vera, vel falsa debet reputari ex narratione  
eiusdem facta confessario. Quamuis sentiant alij  
etiam in foro exteriori non esse attendendum ad  
solum probationem testium, sed etiam ad scien-  
tiam priuatam iudicis in causa mortis & grauis  
mutilationis membri: quòd & ego extenderem  
ad causam carceris perpetui, aut perpetuarum  
tristemium, quæ æquivalent morti. Et in causa  
mortis tenent Lyran. in cap. 32. Exod. explicans  
illud *innocentem & iustum* Adrian. quodlib. 6. art. 5.  
Angel. verb. *iudicare*, num. 7. Pett. de Navarr.  
cap. 3. lib. 2. num. 151. Hostiens. Calderin. Panor-  
mitan. in cap. *Passibilis* 28. de offic. deleg. Lessius  
lib. 2. cap. 19. dub. 10. quòd idem sentit de mutila-  
tione cum Syluest. verb. *iudex* 2. quæst. 5. & Ray-  
mund. in sua gloss. Licet prædictus Lessius  
num. 84. contrarium teneat in causis civilibus, &  
criminalibus minoribus, vt in exilio, poena pe-  
cuniaria, priuatione officij, aut beneficij: & dis-  
plicet illi quòd contrarium aliqui asserant iurissæ,  
eo quòd alijs perturbaretur Respublica si iuxta  
publicam scientiam non esset iudicandum, quæ  
disponere potest de rebus de quibus sunt cau-  
sæ civiles, non autem de vita & membris ci-  
uium.

Ad secundum, iam constat ex conclusione qua-  
liter esset causa sacrilegij Sacerdos absolvens ne-  
gantem peccatum commissum, cum ex æquo  
concurrat cum penitente ad nullitatem Sacra-  
menti; non verò committat sacrilegium quan-  
do peccatori occulto ministrat Eucharistiam pu-  
blice penenti, vel etiam occultè: vt tenet San-  
chez num. 10. allegato à nobis: vbi iudicamus;  
hoc tanquam certum.

Ad tertium, si confessario certo constaret pen-  
itentem confiteri ex malitia peccatum non com-  
missum, teneretur nullo modo absolvere; cum  
etiam Sacramentum irritum fieret. At in foro  
exteriori tenebitur iudex condemnare eam qui  
se reum criminis falsus est non commissi, cum  
debeat vti publica scientia. In opinione verò alio-  
rum tenentium ex priuata & propria scientia de-  
bere iudicare in causa sanguinis, nequaquam dam-  
nare poterit; cum reus non possit cedere iuri vi-  
tæ suæ, neque maior sit ratio quòd alij testes  
condempnent, quàm quòd ipse.

Ad quartum, fatemur, quòd confessarius te-  
neatur

neatur reddere rationem negatæ absolutionis nec inde afficit iniuria pœnitentem, reddendo rationem veram quam ipse petit. Et totum nego-

rium accusationis quando est vera à pœnitente pendet; quando falsa, etiam à confessario, cui incumbit respuere illam, ne irrita fiat confessio.

## DISPUTATIO NONA.

An pœnitens teneatur confiteri consuetudinem peccandi?

### SUMMARIVM.

In quo consistat vis questionis, num. 1. & 2.

Prima sententia, num. 3.

Secunda sententia, num. 4.

Notatio ad dissolvendam questionem, num. 5.

**A**uthoris iudicium, num. 6.

Pœnitens potest negare consuetudinem peccandi, quando crederet confessarium non fore illi impenitentem absolutionem, num. 7.

Imò potest negare consuetudinem, etsi credat se absolvendum in consuetudine explicata, num. 8.

Negare etiam potest occasionem peccandi, quam vitare non potest sine magno incommodo, seu scandalo, si existimet non fore se absolvendum ea cognita; imò etsi credat absolutionem se nacturum, num. 9.

Et potest negare nomen, & patriam, vestes, & vocem mutare absque mendacio; & negare quod sit Religiosus, vel coniugatus, vitando equivocationem, dato quod deberet absolvi, & illa circumstantia cognita, nollet confessarius absolutionem impertiri, num. 10.

Non est subverbum consilium, interdum negare absolutionem habenti consuetudinem peccandi, num. 11. & 12. & ibidem obiectio difficultis cum illius solutione.

Impugnatur Azorius, quod dixerit, habendi consuetudinem peccandi non negandam absolutionem simpliciter, sed differendam, num. 13.

Aliud est, confessarium indicare de pœnitente, amplius non peccaturum; aliud sentire, propositum cessandi à peccato non adducere, num. 14.

Casus notabilis, in quo potest pœnitens tacere circumstantiam sacrilegi; & interrogatus, negare cum equivocatione, num. 15.

Obiectio perdifficilis, contra Authoris iudicium, num. 16.

Respondetur, num. 17.

Fundamento contrarie sententia sit satis, num. 18.



Vastio hæc ab illa dependet: An circumstantia notabiliter aggravantes sint necessariò confitenda: Qui putaverint, onus subiiciendi eas confessioni interuenire, consequenter asseuerabunt, consuetudinem peccandi aperiendam esse confessario: eo quod talis consuetudo circumstantia notabiliter aggravans sit Qui verò è contra circumstantias notabiliter aggravantes confitendas non esse sentiunt; ex consequenti affirmabunt, illam consuetudinem peccandi explicandam non fore necessariò.

Tota difficultas ibi situm habet; An quando à

confessario interrogaretur de consuetudine, teneatur pœnitens illam manifestare?

Prima sententia, quam tenet Vazquez tomò de pœnitent. quest. 91. art. 1. dub. 3. Henriquez lib. 5. cap. 8. in principio, & alij plures inferius allegandi, distinguit: vt aliæ sint circumstantiæ notabiliter aggravantes, quæ nihil, aut parùm conducunt ad cognitionem dispositionis, & status pœnitentis; vt quantitas in furto, aut nimia intentio, vel duratio actus: & hæc confitenda non sunt, etiam si à confessario petantur. Aliæ verò sint circumstantiæ notabiliter aggravantes, quæ multum conducunt confessario ad cognoscendam dispositionem, & statum pœnitentis: istæ confitenda necessariò sunt, si de iis interrogetur; non ea ratione qua circumstantiæ aggravantes, sed quia ius habet confessarius ad explorandam dispositionem pœnitentis. Huius generis est consuetudo peccandi: quapropter eam confiteri tenebitur pœnitens, si à confessario petatur, quantumcumque pœnitens rectè sentiat de sua dispositione. Nec mirum, quod pœnitens verè dispositus teneatur confiteri consuetudinem, etiam cum periculo non absolutionis; cum prudentialiter iudicet confessarius vero illum proposito carere, qui in promissione emendationis pluries oblatæ defecit. Neque hæc est dabile inter pœnitentiarium & pœnitentem bellum iustum ex utraque parte, ob ignorantiam vnus. Nam cum confessarius ius habeat ad indagandam dispositionem, & propositum pœnitentis; habet ex consequenti ius petendi, vt ei ostendatur sincere omnia illa, quibus propositum cognosci queat. At cognoscibile propositum non est ex illo solum, quod pœnitens affirmet adducere illud ipsum; sed ex consuetudine emendata vel non: poterit enim facile sibi persuasum habere, afferre propositum quando non adducit, cum pluries defecerit emendationi propositæ. Et sanè si in contractibus, & ciuilibus communicationibus fide dignus non est, qui promissis multoties non stetit; virgentioni ratione nota perfidia inuertur, qui promissionem de corrigendis vitiis non est executus; cum in foro pœnitentiæ sibi maius damnum quis pariat ex non adimpleta promissione, quam reportet ex fractione promissi ciuilibus. Tenet Reginald. tom. 1. praxi, cap. 4. n. 138. Ochagau. tractat. 1. quest. 14. num. 20. qui allegat Nauarr. in sum. cap. 6. num. 9. Dum ait, quod circumstantiam (& loquitur de illa, quæ non mutat speciem) teneatur pœnitens confiteri, si interrogetur, dum sleri non possit, absque damno spiritali. At his verbis, non minus pro contraria sententia potest adduci Nauarrus; cum

contrarij

contrarij dicere queant, siles consuetudinem peccandi non fieri cum damno spirituali. Tenet Syluest. verb. *confessio*, 1. quæst. 9. in fine, Soto in 4. distinct. 16. quæst. 1. artic. 4. in fine, & quæst. 18. Sa verb. *Confessio*, num. 22. Ludouicus Lopez 1. tomo instructorij, cap. 34. §. *præerea de reciduo*. Syluest. Rosa autea de quæst. impert. cas. 5. qui ait, id esse ex mente D. Thomæ in 4. distinct. 22. quæst. 1. artic. 4. Tabien. verb. *confessio Sacramentalis* 2. num. 25. Rosel. verb. *confessio*, 2. num. 13. Et videtur sentire Angelus, verb. *confessio Sacramentalis* 1. numer. 15. Pisan. verb. *confessio Sacramentalis*, 2. Pet. de Sor. lect. 9. de integritate confessionis, in fin. Angl. Flor. de confessione, difficult. 4. conclus. 6. Nider. præcept. 3. cap. 9. num. 8. D. Bernard. videtur tenere in floreto, cap. 4. de Sacram. & Gerson quæst. *an circumstantia sine confuenda*. Videtur tenere Raynet. tom. 1. summ. de circumstant. cap. 4. cum dicat quod circumstantia, ex quarum confessione verecundatur, & humiliatur poenitens, sint confitendæ: consuetudo verò peccandi declarata maxime humiliat, & pudorem inducit poenitenti. Hostiens. in summ. de poenitent. & remission. §. *circumstantia*. Videtur tenere Antonin. part. 3. tit. 17. §. 4. Tenet Graff. part. 1. decis. lib. 1. cap. 20. num. 24. qui ait, etiam per mensem, plus, vel minus, secundum prudentiam confessarij, differendam esse absolutiorem assuetis peccato. Summa confessor. quæ est Ioannis de Friburg. lib. 3. titulo 34. Tolerus in summa, lib. 3. cap. 18. num. 3. Zerola in praxi poenitent. fol. 132.

Secunda sententia (quæ re fortè distincta non est à prima, licet diuersis verbis explicata) distinctione etiam procedit: aliud scilicet esse, quod poenitens tribus, aut quatuor annis crimine aliquo consueverit inordescere nullis interpositis confessionibus: aliud, quod illæ fuerint intermedia, & promiserit emendationem. Si iam contingat poenitentem dictis annis nunquam, aut raro ad Sacramentum poenitentia accessisse, non conducit in ordine ad cognoscendum propositum poenitentis, de consuetudine peccandi inquirere: eò namque quod nunquam promiserit à peccatis abstinere, de promissione minime excusa obiurgari nequit; & ex consequenti propositum verum emendationis vitæ non adducere, præsumendum non est: sed ordiri emendationem, aliquando sanè peccatorem illum conuertri ad Deum est iudicandum. Nec est maior ratio, quare alio tempore magis quam præsentij incipiat; præterquam quod ex numero peccatorum quæ confiteretur, consuetudo dignoscetur, vel minus: vt si in quatuor annis millies mollietie se fuisse pollurum aperiret, ex milleesimo actu consuetudinem esse nam cognoscetur: si verò contingat plures reperisse confessiones, & emendationi non fuisse addidum, tunc aditus interrogationi de consuetudine peccandi parebit; cum præsumi possit propositum poenitentis fictitium esse. Ex quo vltimatè infert hæc sententia, quod etsi, quando confessiones repetitæ non fuerint, absolutio neganda non sit; poterit tamen quando fuerint interpositæ. Tenet Medina, in summa, cap. 14. §. 5. Vega 2. tomo summ. cap. 16. cas. 14. in fine, Lopez 1. parte instructor. cap. 25. versiculo *postremo dicimus*, & cap. 282. versic. *sed quid si blasphemus*. Manuel Rodriguez in 1. tomo summa, in 2. editione, cap. 192. num. 11. & cap. 34.

Sanchez Selecta.

num. 5. Ledesma 2. tom. summa. tract. 5. cap. 9. & tractat. 26. conclusione vlt. Thomas Sanchez in summa, lib. 2. cap. 32. num. 45. Quoad primum dictum sententia; qui ait, quod qui habet consuetudinem peccandi, & nunquam est admonitus; vel si sæpe in aliis confessionibus admonitus est, & aliquid studij posuit, ad illam consuetudinem euellendam, statim talem debere absolui. Azor tom. 1. lib. 11. cap. 3. quæst. 4. loquens de habente consuetudinem iurandi. Reginald. in praxi tom. 2. lib. 18. num. 87. & tom. 1. lib. 6. cap. 4. num. 133. dum dicit, teneri poenitentem confiteri consuetudinem peccandi, si interrogetur. Et tenere debet Maior, in 4. distinct. 17. quæst. 4. dum ait, confitendam esse circumstantiam temporis, & intentionis. At ad eò grauis, vel grauior est circumstantia consuetudinis peccandi. Valent. tom. 4. disputat. 7. quæst. 11. punct. 1. §. *exceptionem autem*. Ait namque, quod etsi circumstantia notabiliter aggrauantes non sint fatendæ, tamen exceptionem hoc pati: quando enim iudicaret confessarius fore necessarium interrogare, tunc de ea tenebitur poenitens respondere; hoc ipso, quod debet parere Sacerdoti, in his, quæ ad eius ille bonum pertinere merito existimabit. Inter præcipuas verò circumstantias à confessario dignoscendas ad poenitentis curationem, consuetudo peccandi locum habet. At hic Author contrarium docet: vt videbimus, num. 6.

Pro solutione quæstionis notandum: aliud esse habere consuetudinem peccandi; aliud, occasionem, vt tradit Sanchez in summa, lib. 3. cap. 5. num. 16. & lib. 2. cap. 32. numer. 45. & Suarez tomò de Religione, lib. 3. cap. 8. num. vltimo, & communiter Doctores. Ad interrogandum autem de occasione, habet semper ius Confessarius; cum si in potestate poenitentis sit illam resecare, & non viter, notum peccatum committere, notum sit: vt notat Vazquez tomo de poenitent. quæst. 9. artic. 1. dub. 3. num. 4. Reginald. tomo 2. lib. 18. num. 87. Egidius tractatu de Sacramentis disput. 8. dub. 17. num. 132. & communiter Doctores.

### Authoris iudicium.

VS non habet Confessarius ad interrogandum de consuetudine peccandi; cum neque illud habeat, vt bis eadem peccata quis confiteatur: nec ad efficiendum poenitentem pudore & dedecore, consuetudine peccandi cognita: sed debet poenitens statim absolui, si verè dolorem habeat de præteritis, ac in posterum vitæ emendationem firmiter proponat. Et quidem circa hoc fides poenitenti habenda est; sicut in alijs, quæ contra, & pro se dicit: vt notauit D. Thomas opuscul. 12. artic. 6. Henriquez lib. 6. cap. 20. §. 6. littera X. in comment. & cap. 26. §. 4. Tenet conclusionem Layman. 1. tom. tract. 2. cap. 10. n. 4. D. Thom. in 4. dist. 22. q. 1. art. 4. Bonavent. ibi. q. 2. artic. 1. Adrian. in 4. de confes. vbi de remission. peccat. q. vlt. Cano relect. 5. de poenit. Anton. Diana tract. 7. resolut. 15. Bonacina de Sacram. disp. 5. q. 3. difficult. 3. n. 22. Suarez 2. tom. de Religione, lib. 3. cap. 8. num. vltimo, tractat. de iuramento, dicens, proposito poenitentis de emendatione, credendum esse; non obstante quacumque præcedenti frequentia, & inconstans

gius, quia sicut potuit mutari in malum, ita etiam in bonum; & ipse est sui accusator, defensor, & testis. Sotus lib. 8. de iustit. quæst. 2. art. 3. post 7. conclus. vers. *at fortasse*, per hæc verba: *Quamvis sit homo male iurandi consuetudini addictus, quam primum mentem mutauerit, & occasiones fugere proposuerit (puta familiaritatem cum illo, qui causa erat illi iurandi, vel alius quasilibet) in nullo remanet statu peccati. Si igitur ex mente huius Authoris, habens depravatam consuetudinem, ob illam non est in statu peccati dum proponat emendationem; sit, dignum fieri absolutione: cum solum ob statum peccati indignus reddebatur. Et idem Sotus, de iuramentorum abusu, cap. 12. Valent. 2. 2. disputat. 6. quæst. 7. punct. 3. colum. penult. versic. *ab hoc tamen peccato*, dicens: *Ab hoc tamen peccato omissionis (scilicet non iurandi pravam consuetudinem iurandi) tunc aliquis desistit, quando dolet de peccatis, & mala consuetudine præterita. Si igitur à peccato desistit per solum propositum emendationis, ex mente huius Doctoris, dignus erit absolutione penitens; non obstante quacumque prava consuetudine. Quæ etiam verba adducit Sayrus, in Clavi Regia lib. 5. cap. 5. numer. 10. Thomas Sanchez in summa, lib. 3. cap. 5. numer. 16. per hæc verba: *Affectus consuetudine iurandi, & habemibus propositum emendationis non est neganda absolutio*, & lib. 2. cap. 32. num. 45. per hæc verba; *Habens depravatam consuetudinem blasphemandi, qui nihil cura apposuit ad emendationem, admonensque sæpe in aliis confessionibus, si verè doleat de præteritis, ac in posterum emendationem firmè proponat, potest in rigore statim absolui. Egid. de Sacrament. disputat. 8. dub. 17. num. 132. dicens: *Credendum esse penitenti dicenti se propositum firmum emendationis concipere: si verò aliquid obstat, ut si vollet deserere occasiones, illi non est credendum. Corduba in summa, §. 8. quæst. 4. qui solum illum, qui habet occasionem ad peccatum, assensit non posse absolui, quando sine incommodo deserere potest occasionem: illi verò qui occasionem non habet, impendi posse absolutionem. Quæ asserit vers. 7. *autique al penitente se ha de creer lo que dix. Can. de penitent. parte 5. fol. 38. Docet Margarit. Confessor. fol. 30. per hæc verba: *Ille dicitur incapax absolutionis, qui non vult abstinere à peccato, vel qui non vult facere id, quod ex necessitate tenetur, vel qui non vult relinquere societatem, domum, vel familiaritatem eorum, cum quibus habet dispositionem propinquam ad reincidendum in peccatum. Igitur ex mente huius Doctoris impertienda erit penitenti absolutio volenti, & proponenti cessationem peccati; & nullam externam habenti occasionum, quantumcumque consuetudini peccandi addicto: docet Sa, verb. *confessio*, num. 23. dicens, non esse necessarium, frequentiam, vel relapsum peccatorum confiteri: docet Chapiaville, tractat. de casibus referu. in examine Confessariorum, quod habetur in fine libri, fol. 387. vbi inquitens: *An si penitens deprehendatur detestari peccata, sicut & quantum oportet, sed sæpe in eadem relabitur, quid faciet Confessarius? Sic responder. Hoc casu Confessarius, ex zelo glorie Dei, & saluatis animarum, adhorretur enim ad fugam peccatorum, & ad firmum propositum non peccandi. Ecce, quod hic auctor non negandam absolutionem dicat. Veja 3. part. casu 9. inquitens, *Thom********

*quia reincidentia & frequens numerus peccatorum etiam in eadem specie non reddunt hominem absolutionis incapacem, si poeniteat, ut notant Doctores Matth. 18. vbi Petro interroganti quoties peccatum erat confitenti dimittendum? Respondet Christus, non solum septies, sed septuagies septies. Nam etsi in foro exteriori relapsus presumatur, difficulter emendandus, & ideo non facile concedatur venia, ut dicitur in Concilio Niceno cano. 78. Attamen in foro interiori ubi non secundum presumptiones, sed secundum rei confessionem iudicium fit, non est tantum habenda ratio præteritorum aut futurorum delictorum quantum doloris & contritionis presentis, sicut Deus non respicit futurum ut poeniat & remittat, sed propositum, & statum presentem secundum quem elegit Iudam in Apostolum, etsi nouerat eum fore traditurum. & in laudem huius opinionis Diana tract. de circumstant. resoluti. §. 5. dixit. *Vide Sancium, est enim vir equidem doctissimus: ha enim disputationes quas modo edidit, sunt immortalitate dignissima. Vtiam sui ingenij nouos factus in lucem emitteret. At si consuetudinem peccandi teneretur poenitens aperire, idem esset, quod obligare illum peccata legitime confessa iterum repetere: quod sanè nullo præcepto humano induci potest saltem quando non interuenit reseruatio. In quo omnes conueniunt, specialiter Paludan. in quatro, dist. 12. q. 5. artic. 1. n. 6. Veja 3. p. casu 37. §. *Tim quod*, Almain. in 4. dist. 17. quæst. 1. circa fin. qui refert Gerson. lect. 2. super Matth. quæ habetur Alphab. 16. lit. T. Holcoth in 4. q. 5. Idem docuit Dionys. Cister. in 4. dist. 23. art. 2. & Nauar. in sum. cap. 9. num. 1. & in cap. *placuit*, de poenitent. distinct. 6. à num. 106. vsque ad 119. Ledesm. 2. part. in 4. quæst. 8. artic. 2. dubio 19. & Durand. in 4. distinction. 17. quæst. 15. num. 10. D. Thom. quodlib. 1. art. 12. ad 1. Ioann. Medina cod. de confession. quæst. de confess. fratibus privilegiatis facta. Viuald. de confess. num. 66. Imò licet interueniat reseruatio, non posse poenitentem obligari ad iterum confitendum peccatum, docet Vazquez tomo de poenitent. quæst. 93. artic. 1. dub. 6. num. 14. eo quod quilibet Sacerdos absolvens sic vltimus iudex in illa causa; & peccatum semel absolutum, sit vltimò iudicatum in hac vita: unde retractat Vazquez sententiam, quam docuerat, quæst. 91. art. 3. dubio 6. 7. & 8. de quo latius disput. 12. num. 3. Num verò iure poenitentia Sacramentalis iniuncta possit obligari poenitens ad iterum confitendum peccata? examinabimus disput. 13. num. 6. & 7.**

Hinc inferitur, quod si poenitens probabiliter credat confessarium non impensurum illi absolutionem, si fateretur consuetudinem peccandi, possit æquiuocatione vtendo, negare consuetudinem; vt fiat sensus, *consuetudine careo peccandi non absolute, sed ad confitendum in presenti: vt notauit Nauar. cap. 21. num. 38. de negante peccatum, aliàs legitime confessum: & docet Hurtado de poenit. disp. 9. difficult. 4. §. *obseruandum*. præsertim cum poenitens rectam dispositionem se adducere iudicet; confessarius verò ex errore illum minus dispositum censeat. Eo modo, quo posset poenitens, qui esse impotens ad restituendum, affirmare se restituisse, si crederet probabiliter confessarium non impensurum absolutionem, in casu non factæ restitutionis; quantumcumque poenitens de sua impotentia confessarium certioraret; errorem namque confessarij foue-*

7.

re non tenetur. Quod Corollarium credo etiam à Vazquez negari non posse; saltem quando pœnitens crederet confessarium ignarum fore, & negaturum absolutionem: quam tamen docti Confessarii neutiquam negarent. Sed licet doctrina hæc speculatiuè vera sit; practicè tamen ratò sequenda, nisi à pœnitente timorata conscientia; & eius scientia, quòd sciat discernere, & diiudicare, in quibus occasionibus id locum habeat.

8. Secundò deducitur, quòd non solum pœnitens possit negare consuetudinem peccandi, quando crederet non fore se absolendum; vt numero præced. Verùm etiam si credat absolutionem se nacturum; cum confitenda eadem peccata bis, non sit deuinctus, nec ad patiendum pudorem, & dœdecus, ex consuetudine iam nota oriundum.

9. Infertur tertio, quòd non solum pœnitens qui habet consuetudinem peccandi, sed & qui habet occasionem proximitat, inuitabilem, sine magno incommodo, & scandalo, poterit æquiuocatione vtendo negare occasionem, licet interrogetur, si credat non iri absolendum se ea cognita. Nam posito vero proposito emendationis habet pœnitens ius ad absolutionem: quæ sine errore à confessario negari non potest, errorem verò confessarii fouere pœnitens non tenetur. Imò etsi certò credat adepturum se absolutionem, poterit negare occasionem; cum ad hoc, vt minister rectè suo fungatur officio, nihil conducat scire, sitne pœnitens in occasione, vel non, dato quòd illam vitare non potest, eo quod, siue cognoscat occasionem, siue non, teneatur tamen absolutionis beneficium impertiri: Basil. de Leon lib. 5. de matrimon. cap. 35. numer. 4.

10. Infertur quartò, quòd si pœnitens sit notus confessario, qui sororem verbi gratia, cum qua peccatum committit, domo non esse expulsum rectè cognoscit; ob quod à confessario non credetur, quamuis occasione se carere dicat; possit simulate se alium esse, vocem mutando, vestes, nomen, patriam, & quid simile, absque labe mendacij, vtendo tamen æquiuocatione: sic Nauarr. in summa cap. 7. num. 5. qui ait, quòd quoties quis non potest confiteri circumstantiam sine alterius infamia, poterit inutato habitu, nomine, & patria, ne à confessario deprehendatur. Imò poterit negare, quòd sit Religiosus, vel coniugatus; dato semel, quòd deberet absolui, & cognita ea circumstantia, nolle confessarius absolutionem impendere, sicut si confessarius aliquis, ob ignorantiam cogitaret peccatum fornicationis Religiosi referuatum esse Papæ, & nolle absoluere (confessione vigente:) posset enim tunc Religiosus negare statutum, æquiuocatione vtendo; quia reputatur defectum copiarum confessarij adesse quoad illam circumstantiam confitendam, & efficit pœnitens quantum est ex se, dum alia peccata plenè confiteatur; & circumstantiam illam etiam confiteretur; nisi Confessarius retorqueret iniuste in damnum eius. Quem casum non admittit videretur Nauarrus, vbi supra, nescio tamen qua ratione.

11. Infertur quintò, non fore saluberrimum consilium interdum negare absolutionem habenti consuetudinem peccandi; quantumcumque id consulant Sayrus, Clau Reg. lib. 5. cap. 5. num. 6.

Suarez tomo 2. de religio. lib. 3. cap. 8. in fine, Sanchez in summa, lib. 2. cap. 3. numer. 45. Reginaldus 2. tom. prax. lib. 18. numer. 87. Toletus in summa, lib. 3. cap. 18. num. 3. Sa verb. *Absolut.* 10. num. 14. & alij. Nam si confessarius potest licitè absolute pœnitentem (vt ipsi admittunt) ad id tenebitur; habet namque ius semper pœnitens, vt sibi non negetur absolutio, si dignus sit nisi de proprio consensu. Credo certè præfatos Authores, cum dicunt fore consilium negare absolutionem pœnitenti habenti consuetudinem peccandi, non absolute id intellexisse; sed præfatis priùs consensu pœnitentis.

12. Absolute tamen iudico, nunquam fore rectum consilium, absolutionem negare, quantumuis consentiat pœnitens, supposito, quòd licitè potest impendi. Quando namque negatur, eo sine fieri debet, vt cautior pœnitens reddatur ad præcauenda peccata. Id tamen non intelliga; quòd maiores vires inhærent: sint pœnitenti ad peccata vitanda, si careat gratia Sacramentali, & cæteris auxiliis à Sacramento prouenientibus, quàm si ea & illis induatur. Cùmque consilium de meliori bono debeat esse, sanè non capio, melius bonum esse pœnitentis, curere pro aliquo tempore gratia Sacramenti, quàm illa vestiri. Eo modo quo dicimus disputatione 28. numero 7. & 10. nunquam futurum esse rectum consilium, Eucharistiam pœnitenti non ministrare, causa emendandi peccata venialia, aut imperfectiones ipsius; dum aptius medium sit ad fugienda peccata, gratia præmitti, quàm terror carentiæ ipsius: in cuius enim cor ascendere poterit, quòd vberiores præstet vires, ad fugienda peccata dolor ille à pœnitente conceptus, ob negatam absolutionem, quàm gratia, & auxilia de facto exhibita? At quando negatio absolutionis à consensu pœnitentis pendet, pro modico reputabit ea tunc priuari; tum quia etsi priuaretur, contra ipsius voluntatem, dolor ille, qui denegatione absolutionis capitur, dum non perseueret semper, medium non posset esse ad fugiendam occasionem peccati, nisi in quantum pœnitens recorderet se doluisse, ob carentiã absolutionis. At, quòd recorderet hic, & nunc, quando se offert occasio peccandi, dolorem conceptisse ob negatam absolutionem, auxilium Dei est. Vellem tamen inquirere; an obligetur Deus strictius ad præstandum auxilium, quod vitetur peccatum, eo quòd pœnitens dolorem conceperit ob negatam sibi absolutionem; vel ex eo quòd reuerenter receperit illam? Sanè hic actus perfectior est, & magis obligationis inductiuus.

Sed dices, prædicta solum probare; melius esse pœnitenti, secundum se portare absolutionis gratiam, quàm dolorem, ob negatam absolutionem: non tamen probant, quòd hic, & nunc per accidens non sit melius, & efficacius medium, terrore conenti ad fugienda peccata, quàm beneficio absolutionis sui. Adde enim humana natura ingrata est, indomita, & ad malum pronã, vt potius timore pœnæ viam rectam sequatur, quàm permoueatur donorum receptione. Quod Dauid recognoscens, Psalm. 2. dixit: *Reges eorum in virga ferrea, &c.* & Psalm. 82. *Imple facies eorum ignominia; & auerent nomen tuum, Domine.* Et Psalm. 15. *Multiplicata sunt infirmitates eorum, & postea accelerauerunt ad te (scilicet Deum.)* Et Psalm. 118. *Bonum mihi, quia humiliasti*

hasti me, *vt. discam iustificaciones tuas.* Sic Hispano sermone dicere solemus: *El loco por la pena se haze cuerdo.* Cumque nos in operando, Deum imitari doceat, quoad possibile sit secundum vires naturæ humanæ, & Deus ad conuertendum peccatorem frequentius à timore exordium sumat, timorem scilicet inferni incutiendo, mortis transitum representando, seortem, & viliratem corporis menti peccatoris obliuendo, animique lassitudinem ob peccata ponderando; sic iudicare debemus, pœnitenti fore interduo vtilius medium timorem absolutionis negatæ incurrere, quàm ipsius beneficium impendere. Ob imperfectiorem equidem status pœnitentis prouenit, quòd sit illi vtilior medicina timor, quàm amor; licet secundum se res aliter habeat. Videmus enim ægrotañtem corporaliter medicina alia indigere initio infirmitatis; alia, in profectu; diuersa, dum est in esse perfecto: & licet medicina quæ datur in profectu infirmitatis, siue dum est perfecta, melior, & maioris æstimationis sit, secundum se, quàm quæ ministratur initio infirmitatis; non tamen exinde vtilior erit infirmo. Pari modo, qui incipiunt salutis spiritualis viam ingredi, longè diuersa indigent medicina, quàm qui proficiunt, aut perfecti sunt. Sanè hi magis amore, quàm timore feruntur. De quibus lo an. 1. cap. 4. dicit, *Perfecta vbaritas foras mittit timorem:* incipientes è conuerso magis timore, quàm amore ad Christi famulatum alliciuntur. Et quam certior scientia, quàm experientia? Hæc enim testatur, pœnitentem aliquando potius emendationem peccatorum procurasse ob negatam sibi absolutionem semel, quàm ob beneficium ipsius pluries impensum. Iudicet vnusquisque num verum dicam, si fortè sibi euenit.

Non tantam vim habet obiectio, ac videtur habere: supponitur quidem in ea retrorem aduenire pœnitenti, ob negatam absolutionem; sed cum iam dictum sit, confessarium non posse denegare absolutionem pœnitenti disposito, quantumcumque peccandi confessarium dedito, nisi de ipsius consensu: & vbi interuenit consensus ad aliquid agendum non coactus, nullam, vel saltem leuem pœnam, afflictionemve inducit, siue aliquid fiat, siue omitatur agendum. Fit consequens, quòd negare absolutionem ex consensu pœnitentis, nunquam sit saluberrimum consilium, quod intendebat obiectio. Quando verò Deus conuersionem peccatoris disponit, pro aliquo tempore, aut illicd efficit hoc, via timoris exordiendi; idè impingit pœnitenti timorem, quòd contra ipsius voluntatem sint mala illi enatura, mors scilicet in statu mortalis peccati, & inde damnatio, &c. Sanè si hæc mala peccator non refugeret, nec pœnam, nec dolorem inflitura quis dubitabit? Et licet pœnitens in statu incipientium sit, ob idque vtilior ei medicina timor, quàm amor, in nostro tamen casu id non procedit; cum voluntaria sit ipsi absolutionis negatio, quæ timorem, vt dictum est, incurrere non valet. Præterea, si pœnitens, dum consentit negare absolutioni, eò præster consensum, quòd velit experiri an à peccatis cesset; inquit, num deficiat ei voluntas illa experiendi cessationem à peccatis, quando absolutio impenditur? Dici hæc non potest, quod voluntas ea deficiat; aliàs propositum cessandi à peccato non adduceret: si

verò adest, quam ratione ex arbore meliori meliores fructus non expectabantur? Et voluntate scilicet illa experiendi cessationem à peccatis, coniuncta cum sacramentali gratia, & cæteris auxiliis Sacramentalibus, quam si sit separata à beneficio absolutionis. Compararetur tunc pœnitens ægroto dicenti ad medicum; non applices mihi medicinam, quæ certò sanat, aut magis probabiliter: cupio enim experiri, an absque ea salutem pristinam assequar. Insanæ mentis infirmus, qui salutem differt, aut periculo non consequendi eam se exponit. Et licet aliquando contingat, emendationem peccatorum acquiri absque impensa absolutionis, id sanè non obtrigit, quia non fuit exhibitæ, sed quòd placuerit Deo magis illo tempore pœnitentem iuuare ad euellenda peccata, quàm alio: taliter quòd decreuerat Deus, illo tempore, ad deserendum peccatum iuuare, siue fuisset absolutio impensa, siue non. Vndenam contrarium probari quieuit? Imò si aliquid defintendum esset, crederem potius decreuisse, iuuare pœnitentem ad extirpanda peccata tempore, quo impenderetur absolutio, quàm è contra cum ex natura sua iuuat magis ad fugienda peccata, gratia de præsentia ornari, quàm cetera. Ad illud, quod experientia testatur, pœnitentem emendationi peccatorum incumbere ob negatam absolutionem, iam responsus est; illud euenire, dum negatur absolutio inuito pœnitente, non quando præstat ipse consensum; cum tunc timor, aut dolor ob negatam absolutionem pœnitenti minimè incutitur, vt dictum est: inuito verò non absolueret pœnitentem iniuriosum esset, vt numer. 6. probauimus.

Inferitur sexto malè Azorium asseruisse tom. 1. lib. 11. cap. 3. quæst. 4. loquentem de habente consuetudinem iurandi; quòd si pœnitens ter, aut sæpius admonitus, nihil curæ adhibuerit ad depellendam prauam consuetudinem, etsi absolutio simpliciter neganda non sit; erit tamen differenda. Idem tenet Suarez 4. tom. de pœnitent. disputat. 32. sect. 2. in fine, Reginald. tom. 1. prax. lib. 8. num. 19. Vallalob. summ. tract. 11. difficult. 25. in fine: Sa verbo *Absolutio* num. 14. Martin. del Rio de magia lib. 1. cap. 5. quæst. 4. in fine. Henriquez lib. 4. de pœnitentia, cap. 24. num. 4. & allegat Manhium, & Magistrum Anilam. Idem docet Hurtado de illo, qui habet occasionem peccandi quam vitare non potest, de pœnit. disp. 10. difficult. 23. Quæro itaque ex his Doctoribus quidnam intelligant, per simpliciter negare absolutionem: sane non, quòd nunquam foret absolueñdus, sed differendam absolutionem, eo vsque dum emendationem tractaret; ac negare absolutionem vsque ad emendationis tempus, idem est quòd differre, & differre pro illo tempore, idem quòd pro illo tempore negare. Quapropter sine necessitate aduertentia ponitur de non neganda absolutione simpliciter, cum id potius dæmonis, quam pij confessarij munus esset. Tenet Maure in summa, 3. part. cap. 6. §. 9. num. 25. dum ait, quòd quando pœnitens est dignus absolutione, teneatur confessarius absolueret: & dicit esse communem Doctorum.

Sequitur vterius, aliud esse, confessarium iudicare de pœnitente, amplius non peccaturum; aliud sentire propositum vetum à peccato cessandi non adducere. Primum, non sufficit ad negandam

gandam absolutionem, benè tamen secundum quod notauit Suarez tom. 2. de Religione lib. 3. cap. 8. in fine. *Egidius de Sacramentis disp. 2. dub. 6. num. 59. Nauarr. in summa cap. 3. num. 13. Victor. in summa quaest. 197. Sa. verb. Absolutio num. 12.* Diuersum etiam est, quòd poenitens timeat, & metum concipiat de prolubendo amplius in peccata; aliud quod concipiat propositum carendi eis non præhabere: si ergo cum timore de cætero prolubendi ad confessionem accedat, indignè non approximat; veniet tamen indignè, si dubitans practice de suo proposito, poenitentiae Sacramento se ingereret. Teneat Corduba in sum. q. 4. §. 3. Suar. tom. 2. de Religione lib. 3. cap. 8. in fine. Lopez 1. parte instruct. cap. 13. §. *Secundo dicitur.* Zerol. in prax. poenitent. fol. 50.

15. Deducitur præterea casus, de quo in facti contingentia fui consultus. Quòd si quis fustes, aut alapas clerico impegerit noctu, & percussor ab eo cognitus non est: si confiteretur (causa urgente) Sacerdoti, à quo iudicaret non esse recepturum absolutionem, nisi prius de iniuria satisfactionem reddat, declarando se esse percussorem; poterit tacere circumstantiam sacrilegij, & interrogatus negare cum æquiuocatione: nam tunc poenitens non tenetur se prodere reum criminis, vt dicimus disp. 46. num. 26. & docet Nauarr. in cap. inter verba, conclus. 6. num. 306. circa fin. *Veja part. 2. casu 2. Auila de censur. 2. part. cap. 5. dnb. 3. concl. 9.* etiam si imposita esset excommunicatio, nisi se prodere: & consequenter nec veniam petere à Sacerdote tenetur. Ab excommunicatione verò sufficienter manebit absolutus, per absolutionem conditionatam, quæ præmitti solet ante absolutionem à peccatis: scilicet, *Absoluo te ab excommunicatione, si forte incurristi*: vt notat Auila de censur. part. 2. cap. 7. disput. 3. dud. ultimo. Nec est necessarium satisfacere de iniuria honoris per interpositam personam; eo quòd persona læsa nunquam recipit satisfactionem, nisi fiat ab offensore, vel ab alio eius nomine determinatè: non tamen vagè, nempe, nomine cuiusdam hominis; eo quòd qui satisfacit incognitus, nec se humiliat, nec recundatur. Vt enim offensa crescit, in quantum persona offensa, pro tali cognita, fuit iniuria affecta; sic & satisfactio augetur, in quantum iniurias satisfacit, vt cognitus talis. Cuius rei veritatem attingens Archelaus, cum contra quendam à quo conspersus esset, vindictam parare amicis illum instigantibus: *Imo* (inquit) *non me conspersit, sed eum quem me esse putauit.* Si verò Clerico itrogata fuisset iniuria non solum in honore, sed etiam in rebus; vt si per violentiam res ab eo fuissent ereptæ, aut manus esset abscissa, oculive eruti; quo casu non possit pitantias ob Sacrificium expiscari, vel quid simile; tenebitur iniurians, si possit, satisfacere Clerico ante absolutionem censuræ; dum virtute Bullæ absolui non possit, nisi satisfacta parte. Nota tamen, quòd si ille, qui iniuria affectus Clericum, indiget consilio alicuius viri docti, ad sciscitandum de modo, & quantitate, quæ restitui ob damnum debeat, qui tamen præ manibus non habetur; iudicatur impotens ad restitutionem pro tunc, & consequenter absolui debet etiam virtute Bullæ, licet non sit pars satisfacta; cum per offendorem non stet, quin minus satisfaciatur. Teneat Auila de censur. in simili casu loquens part. 2. cap. 5. dubio 2. conclus. 4.

Sanchez Selecta.

16. Sed obicitur contra conclusionem: Munus confessarij est curare poenitentem, remedia adhibendo, quibus à præsentis infirmitate liberetur, & futuram præcaueat. Vnde Innocent. in cap. *omnis vtriusque sexus*, in hæc prorumpit verba: *Sacerdos sic discretus, & cautus, vt more periti medici superinfundat vinum, & oleum vulneribus sauciatis, diligenter inquirens & peccata, & circumstantias peccatorum: quibus prudenter inquisitis, intelligat quale ei debeat præbere consilium, & cuiusmodi remedium adhibere, diuersis experimentis vtendo, ad sanandum agrotum.* At nisi confessarius cognoscat consuetudinem peccandi, medicari non poterit infirmo, aut poenitentiam salutare imponere. Sanè, qui mollitie semel & iterum esset infectus, non aded stricto remedio indiget, aduersus carnem insultantem; sicut qui consuetudine obtenta, esset eo vicio deperditus.

17. Admittimus munus confessarij esse, infirmum curare ab infirmitate præsentis, ex peccato nondum absoluto; minimè verò ab infirmitate sanata, ex peccatis iam confessis. Er quamvis poenitens, ex consuetudine peccandi acquisita procliuior sit ad prolubendum in peccata, talis procliuitas non est infirmitas, quæ sit peccatum, sed quæ sit effectus peccati. Ad officium verò confessarij non attinet de rigore, effectus peccatorum curare; sed solum peccata: quapropter poenitentiam, vt satisfactoriam, iniungere debet, iuxta mensuram peccati confessi de præsentis, leuem, vel grauem: vt determinat Trident. Sess. 14. cap. 8. & non ad mensuram consuetudinis prauæ; aliàs imponderet poenitentiam effectui peccati, & non solum peccato, quod nullus admittit. Er sequeretur deinde, quòd si ultra poenitentiam debitam peccato de præsentis confessio, iniungeret aliam ob consuetudinem, peccata duplici poenitentia confessario iniuncta, fuissent punita: nam cum consuetudo in frequentia actum consistat, & semper quod confessum erat peccatum, poenitentia salutari puniatur, non alia pro omnibus collectiue imponi debet: curare tamen debebit Confessarius, quòd medicinalis etiam sit poenitentia respectu consuetudinis peccandi. An verò teneatur poenitens acceptare pro remedio, & poenitentia frequentius confiteri? disput. 13. examinabitur.

18. Deducitur ex dictis, non teneri confessarium denegare absolutionem ignorantis doctrinam Christianam, etsi sæpe admonitus non dedicisset; dummodo poeniteat præterita negligentia, & emendationem proponat: sic Sanch. summa, lib. 2. cap. 3. num. 21. Nec de hoc peccato aliud censendum est, quàm de aliis in ordine ad negandam absolutionem ob relapsum. Quia cuiuscunque præcepti violati emendationem proponente, & dolorem habere, sufficiens dispositio est ad absolutionem, quando poenitens aliud efficere non potest tempore confessionis quàm dolore; & ob id non est absoluendus, qui non restituit, aut concubinam non eicit, quia tempore confessionis, præter dolorem & propositum, potest restituere, & concubinam expellere: non incontinenti valebit doctrinam addicere. Vnde cum Sancio consentite debent omnes Doctores, censentes ob solam reincidentiam non fore negandam absolutionem; quamvis non fore absoluendum in hoc casu censeant Medin. lib. 2. summa. cap. 7. Rodriguez 1. tomo, summa. 2. edit. cap. 88. fine. Lopez 1. part. instruct. cap. 27. versic. *Neque isti.* Bañez

2. 2. quæst. 2. art. 8. dub. 2. Ledesin. 2. tom. sum. tractat. 1. cap. 3. post 7. conclus. Veja 3. part. casu 27. prope finem.

Ad fundamentum primæ sententiæ, ex fundamentis secundæ manet satisfactum, fides namque habenda est pœnitenti, asserenti se propositum vetum afferre; specialiter si confiteatur sponte non compulsus censuris, aut punitione, præcepto Ecclésiæ. Et licet in contractibus, & ciuilibus communicationibus fide dignus non sit, qui fidem datam multoties fregerit, in foro tamen pœnitentiæ credi debet; eo quod maius

damnum imminet pœnitenti ex ficto proposito emendationis, quam ex promissione facta homini, & non adimpleta: cui cor non patet: Deo tamen cui in confessione sit promissio, apertum relinquitur. Præterquam quod, cum natura nostra fragiles simus, mirandum non est quod pluries promissioni deficiamus, & credendum, quod sicur ope, & facto dæmonis faciliè mutamur de bono in malum, vrgentiori ratione auxilio Dei, qui potentior est dæmone, facilius conuertemur de malo in bonum: quod satis piè notauit Suar. 1. tom. de religione, lib. 3. cap. 8. in fine.



## DISPUTATIO DECIMA,

An ob occasionem peccandi, non sit pœnitenti impertienda absolutio?

### SUMMARIVM.

- Quid sit occasio proxima, & remota, num. 1.  
 Quam difficile visum fuerit Nauarro, huiusmodi definire materiam, & assignare in particulari, que dicatur occasio proxima, num. 2.  
 Doppi retinere concubinam, est occasio proxima, ex mente omnium, num. 3.  
 Retinens domi concubinam, & proponens expellere, absoluen- dus est semel, & iterum, num. 4.  
 In quo consistat pondus questionis, num. 5.  
 Auctoris iudicium, num. 6.  
 Difficilis obiectio, contra iudicium Auctoris, numer. 7.  
 Solutio obiectionis, num. 8.  
 Proponitur dignus animaduersione casus, num. 9.  
 Qui sui iuris non est, vt filius familias, vel seruus, absoluen- dus est, nondum expulsa concubina; dum tamen firmiter proponat, eum illa non peccare, num. 10.  
 Mercatoris, Scribæ, aliorumque officiorum persona, in quorum officijs adest occasio peccandi, absoluen- di sunt, adhuc officijs non depositis, numer. 11.  
 Cessante periculo peccandi cum concubina, absoluen- dus est pœnitens, licet domo non expellat eam, num. 12.  
 Concupiscens sæpe feminam domi secum habitantem, absoluen- dus non est, donec expulerit, num. 13.  
 Non soluens debitam pecuniam, sæpe admonitus, in alijs confessionibus, absoluen- dus non est, donec soluat, num. 14.  
 Pœnitens retiam non habens cum concubina; exorto tamen scandalo, ob non eiectam, absoluen- dus non est, mem. 15.  
 Filius familias, vel seruus, in quorum potestate non est concubinam ancillam eicere, absoluen- di sunt toties quoties pœnuerint; nisi nulla emendatio appareat, num. 16.  
 Semel, & iterum in peccatum labens, femina domi retenta, & pluries resistens viro, absoluen- da est, licet non proponat domum deserere: Nec tenetur vociferari, ad impediendam violentiam, cum periculo infamie, mem. 17.  
 Periculosus expertus pollutiones voluntarias ex auditis

in confessionibus, absoluen- dus est; licet non desistat à munere confitendi: Confessarius verò audiens confessiones ex deuotione, absoluen- dus non erit, nisi officium deponat, mem. 18.

Polluens se voluntariè sapius, propriè non dicitur manere in occasione peccandi, num. 19.

Non est neganda absolutio pœnitenti, qui mutuo dedit concubina centum aureos; licet eam non expellat, existente periculo perdendi, si illam eiecerit, num. 20. & 21.



1. **D**UPLICEM occasionem peccandi vsus Theologorum distinguit: vnam proximam; remotam alteram. Proxima est illa, ob cuius rationem aliquod peccatū committitur in particulari, alias non committendum si ea abesset; eo quod occasio frequenter præ manibus offertur peccatori, illum ad peccatum inducendo, taliter quod potius occasio quærat peccatorem, quam ipse eam: ob quod stante occasione proxima, difficile sit satis à peccando abstinere: est enim natura obiecti præsentis efficacius mouere, quam absentis. Remota est illa occasio, quam nisi peccator inquirat, aut non inueniet, aut faltem difficulter; ob quod facilis erit vitatio peccati.

2. Hancque remotam occasionem non teneri pœnitentem vitare, vniuersi supponunt: vt colligitur ex Sapient. 14. *Creatura Dei in odium facta sum, & in temptationem, & in mucipulam pedibus insipientium*; alias si quis occasionem arripere peccandi obambulandum plateas, teneretur nunquã è domo exire. Proximam verò vitare teneri peccatorem, absque controuersia conueniunt etiam vniuersi Doctores.

3. Sed hoc opus, hic labor, quales in individuo dicantur, & sint tenerã occasiones proximæ peccandi; adeoque difficile fuit visum Nauarro in summa cap. 3. num. 10. & 11. eas assignare, vt fateatur se malle ab alijs audire, quam respondere: *Quia nemo (ait) quem viderim, id pro dignitate desinit, & sufficiens eius determinatio est difficilis*. Ludou. Lopez *Questionem perplexam appellat* 1. part. instruct. cap. 19. ferè in principio.

3. Ad illam occasionem peccandi proximam affirmare Doctores non dissentiunt, quando quis domi suæ concubinam retinet; aut si in aliena adeo liberè, & ad eius nutum pateret aditus, quod ad peccandum nihil referat domum concubinarum non habitare: sic lenones, vt liberius, & absque metu iudicis illos persequentis, securius vitam concubinariam transigant, data opera secum habitare concubinas non annuunt; & ob id proxima peccandi occasione carere, quisnam sibi persuadebit? Aut si habeat quis famulum, soeium, aut amicum (quos crebro inuisit) ad atrocitiam, falsa iuramenta, blasphemiasve inducentes. Aut si inimicitias inter quosdam constantibus, alter alterius obambulet plateam; occasionibus proximis immeritis hos nemo dubitabit.

4. Studentium beneficio, quasi certa ab incertis separo. Aliud est, concubinarium tribus, vel quatuor annis sacramento penitentiae non fuisse additum, modo tamen se subiicit, concubina domi adhuc reventa; proponit autem illam procul abigere. Tunc enim confessarius penitenti credere debet, & absolutionem impertiri, quia cum penitens nunquam promiserit emendationem, nec propositum fraserit, coniectura sumi non potest propositam illud primum esse fictitium. Et est deterioris conditionis sit animus continuans peccatum per quatuor annos absque intermissione per penitentiam quam ille qui surgit & cadit: at quoad sumendam coniecturam de emendatione vel non, satius sumitur ex animo saepe promittente, & crebro deficiente, quam ex animo multoties deficiente, & nunquam promittente. Quia qui nunquam emendationem est pollicitus, argui solum potest de continuatione sui peccati, non tamen de fracta fide. Vnde dum frangenti fidem saepe datam denegatur absolutio, non cogitur confessarius denegare, quia peccatum sit continuatum praecise, sed propter peccatum indispotionis coniecturaliter cognita à confessario. Imò etsi ter, aut quater confessus, in promissione elongandæ concubinae defecisset; specialiter si praeteritis vicibus aliqua, licet modica, emendatio esset inchoata; vt si mos esset inter concubinariorum qualibet nocte eundem lectum occupare; post interpositas verò confessiones, tertia nocte tantum accubarent, absoluentis erit. Fauent Sanchez in summa, lib. 3. cap. 5. num. 18. Medina lib. 1. summa, cap. 14. §. 2. & 5. Vega 2. tom. summa, cap. 15. casu 14. in fine. Ludou. Lopez 1. part. instruct. cap. 25. versic. *postremè dicimus*. Manuel. 1. tom. summa, 2. edition. c. 192. numer. 11. Azor tom. 1. lib. 11. cap. 3. quæst. 4. dum aiunt, habenti consuetudinem peccandi absolutionem negandam non esse: si alioquin admonitus aliquid curæ, & laboris apposuerit ad consuetudinem extirpandam. Fateor ingenuè aliquam posse assignari differentiam inter habentem occasionem peccandi extrinsecam, vel solam consuetudinem, seu occasionem intrinsecam, à propria fragilitate natam: vt dicemus num. 19. Quod scilicet dignior iudicetur absolutione qui sola consuetudine peccati est infectus, quam qui & consuetudine, & occasione extrinseca (semper in hoc sensu loqui nos scias) adest vallatus: eo quod indubio potentiori confessarius subornetur ad ferendum iudicium de defectu propositi penitentis, dum aliquoties admonitus, nec consuetudinem, nec occasionem mutauit; quam de

Sanchez Solaña.

penitente solam consuetudinem pravam peccandi habere. Vnde non mirum videri debet confessario, quod non adeo celeriter penitens consuetudinem peccandi abegisset, maior admiratio si non occasione, cum occasio facilius vitari possit, quam consuetudo, (quæ in alteram transit naturam) eo quod extrinseca sit peccatori, & ex consequenti minus motens: consuetudo verò intrinseca, & ob id fortius alliciens. At etsi praefatum discrimen verum sit, non tamen conuincit, habenti occasionem peccandi negandam absolutionem, quod ter, aut quater admonitus, emendationi non sit adscriptus, cum & fragilitas etiam sit, saepe occasiones peccati non euitare, & parcendum aliquantulum infirmitati: tum quia ex tertia, aut quarta promissione facta de repellenda occasione, iudicium graue sumi non debet de defectu dispositionis penitentis: sic docet Medin. summa. lib. 2. cap. 11. fol. 280. dicens, fore absolendum proponentem restituere, etiamsi promissioni de restituendo bis non steterit. Et idem docet Cordub. summa. quæst. 4. corol. 8. fol. 27. Et idem est de cocubinario: quod idem docet Angel. verb. *confessio*, 6. de illo, qui confitetur, non praemissa restitutione: & verb. *concubinarius*, n. 2. Syluest. verb. *confessor*. quæst. 12. dicens, posse absolui penitentem, adhuc non praemissa restitutione, dum proponat statim restituere. Nec scio quam ratione adducat illos pro contraria sententia Cordub. summa. quæst. 4. corol. 1. qui varius procedit; censens aliquando concubinarium fore absolendum semel, & iterum, non expulsa concubina, dum proponat abigere: quod docet citata quæst. fol. 28. ferè in fine quæstionis; contrarium docet fol. 21. Tabiena, verbo *concubinarius*, num. 2. dicens presè, posse absolui concubinarium promittentem abstinere, licet non abiiciat concubinam. Idem censet Armill. dicto verb. num. 2. dicens, non posse absolui concubinarium, si nolit abigere concubinam, & sit periculum reincidenti, ex quo sentire debet, quod penitenti volenti, & promittenti illam expellere, sit impertienda absolutio semel, & iterum. Contrarium huius est arbitratus quidam vir doctus, quem consului, dicens, non fore absolendum concubinarium, quantumlibet promittentem concubinam expellere, ni prius abiiciat: cui fauet Margarita confessorum à Dominico Baltanas edita, religionis Dominico fratre, titulo, *que scientia requiratur in Confessore*, fol. 30. pag. 2. Chapiuilla de castib. *reserua* in fine, fol. 386. cui non assentior, nec assentitur Nauarr. summa. cap. 17. num. 59. Docet etiam nostram assertionem Caietan. summa. verb. *reserua*, cap. 6. D. Anton. 2. part. tit. 1. cap. 8. Suar. tom. de peenit. disput. 32. sect. 3. num. 3. per hæc verba: *Non semper debet confessarius cogere penitentem, vt id exequatur, quod facere tenetur; quia satis est penitentem habere firmum propositum suam obligationem implendi: cui credendum est; praesertim si tunc primum incidit in eam occasionem, & non est inuenius infidelis, seu inconstans in similibus propositis: nec ex alijs coniecturis potest talis suspicio probabiliter concipi*. Ex eo igitur quod dicit, praesertim, censet posse ter, aut quater absolui, promissione de expulsiōe concubinae interueniente. Imò non in omni euentu opus erit penitenti expulsiōem concubinae proponere, vt absolui possit, & debeat à Confessario. Nam si firmiter penitens proponat

de cætero cum illa non peccare, consiliis diuinis auxiliis, & quia expertus non est se lapsurum fuisse post semel, & iterum datam fidem, & post mutationem voluntatis de malo in bonum, cum potius è contra experimentum habeat, idè pluries prolapsurum fuisse, quia voluntas à peccato cessandi nunquam fuisset interposita, iudicandum est huiusmodi penitentem non manere in periculo peccandi, licet non expellat concubinam, cum ex habitatione viri cum femina præcisè, non sit inferendum periculum adesse: vt dicemus num. 17. quando voluntas auersa est à peccato, & illud derelictatur. Vnde minùs assentior Rodrig. tom. 2. summ. cap. 46. num. 17. Nauarr. cap. 16. num. 20. asserentibus, nec etiam prima vice absolendum concubinarium, donec expellat concubinam. Nec assentior Antonio Fernandez in instruct. Confessarij, document. 5. num. 4. fol. 32. in idem consentienti quando femina haberetur solo titulo concubinae, non tamen quando titulo famulae: nam etiam si solùm habeatur titulo concubinae, offerri potest causa iusta, quare non sit expellenda priusquam fiat confessio, vt si agatur de commodo ipsius, vel in alicuius Monasterij ingressu, aut alibi.

Id verò nequum difficultatis recondit, an qui pluries esset admonitus de elonganda à domo sua concubina, accedit tamen ad Sacramentum penitentiae, illa non expulsa, at cum veto animo eiiciendi, & amplius non accedendi ad illam carnaliter, & cum dolore de præteritis offensis, possit absolui, vel sit à confessario repellendus, donec expulerit vnico verbo, an simul possit adesse verum propositum cauendi peccata, & expellendi concubinam, cum eo quòd non expulerit, dum facile posset?

### *Authoris iudicium.*

**V**niuersitas Doctorum indubitatum relinquit, penitentem non esse absolendum si occasionem proximam vitæ neglexerit, sæpè iam monitus, vsque dum expulerit, v. g. concubinam, dum possit absque scandalo, seu aliis magni ponderis incommodis, eo quòd qui vult causam, ex qua necessariò, aut regulariter sequitur effectus, cupit effectum virtualiter: vt D. Thom. 1. 2. quæst. 6. & cum illo cæteri Doctores tanquam primum de ædificio voluntario, & inuoluntario iaciant fundamentum. Illum verò cuius voluntas virtualiter in peccatum tendit, incapax futuram absolutionis, nemo amittit. At quis non videat, potentem facile eiicere concubinam, antequam ad consistendum accederet, & non eiicientem, periculo manifesto se exponere, post factam confessionem, non expellenda. Quod sanè periculum experientia testatur clarè interuenire, cum pluries in animo repellendi, & proposito in aliis confessionibus defecerit. Quid enim aliud est periculo efficiendi aliquid se exponere, nisi id attentare, in quo sæpè quis cecidit? At periculo non eiiciendi concubinam se exponere, peccatum mortiferum est, cum hoc modo aliquis se exponat periculo cupiendi causam, ex qua regulariter effectus mortiferi procedunt, fornicationes scilicet. Et qui se periculo exponit cupiendi causam, ex qua peccata emanant, periculum amandi peccata non effugiet. Indubitatum

autem est, non mereri illum absolutionis beneficium, qui periculo in peccata prolapsus se subiecit, absque legitima causa: vt latius explicatur num. 8. & 9.

Nec propositum eiiciendi concubinam verum potest esse, quando coniungitur cum manifesto periculo non repellendi, et si penitenti videatur verum adducere. Quoniam enim modo verum propositum eiiciendi habebit penitens, dum ex alia parte voluntariè periculo manifesto infringendi propositum se subiicit? Et constat ex cap. *legatur*, 14. quæst. 2. vbi Gelasius Papa admonet Faustum, absolueudos non fore, qui in errore, & occasione peccandi sua culpa immeriti sunt, & ex cap. *satisfactio*, de penitent. distinct. 3. desumpto ex D. August. lib. de dogmat. Eccles. cap. 54. qui ait: *Satisfactio penitentia est peccatorum causas excidere, neque enim suggestionibus aditum indulgere.* Et ibi gløf. verb. *causas* (ait) *vitiorum radicem: nec sufficit ramus incidere, & opportunitates, vel occasiones peccandi, vt ex distinct. 81. cap. valet.* constat: cuius hæc snt verba. *Valet interdum conuersis pro anima salute mutatio loci: plerumque enim dum mutatur locus, mutatur & mentis affectus. Congruum est enim inde etiam corporaliter auelli, vbi quisque illecebris deseruinit. Nam locus vbi quisque prauè vixit, hoc in aspectu mentis apponit, quod sæpè ibi vel cogitauit, vel gessit.* Consultò pro hac parte Authores non adduco, possem vltra centum: eo quòd vniuersitas Doctorum, vt dixi, non fore penitentem absolueudum iudicat. Interim accipe aliquos num. 8. vocandos, ibi, & hic deseruientes.

Obiicit tamen quis: Cum proposito veto eiiciendi concubinam adesse simul potest periculum manifestum non eiiciendi, cum ab vno periculum, ab alio propositum oriatur, propositum sanè à principio intrinseco voluntatis, cuius penitens est absolutè dominus, periculum autem à principio extrinseco, dum preces concubinae timeri queant, quibus ductus concubinarium proposito expellendi cedat. Falsò igitur in præcedenti ratione asseritur, propositum verum expellendi concubinam adesse simul non posse cum manifesto periculo non expellendi. Dubitat ne quis posse concubinarium, qui odio habet iam concubinam, concipere verum propositum nocte, de eiiciendo manè: non quidem expellere proponens quia paratus sit confiteri, sed quia exosam habet, aut quia iratus aduersus illam, vel quod cibare aut sustentare non possit, vel quia ipsius concubinarij amicus eiectioem suavit? Propositum igitur verum eiiciendi quando sit confessio, adesse quibus cum manifesto periculo non eiiciendi, cum stare possit quando proponit expellere, quia odit eam, aut sustentare non potest.

Felix obiecto, quæ potius quàm destruat doctrinam adductam communem, eandem confirmat. Dum enim concubinarium nocte proponit ob iram, aut nausam, &c. manè expellere concubinam, necesse est concipere prius verum propositum expellendi, quàm de facto expellat: imò impossibile erit de facto expellere, nisi prius verè voluisset expellere. At quòd confessio fiat prius quàm expulsio, necessarium non est. Vnde incumbens confessioni, antequam expellatur concubina, voluntariè se exponit periculo infringendi propositum. Quando verò ob iram, aut nausam

nausam proponit eicere, exponere se periculo etiam non expellendi fatemur: sed tunc tamen illi periculo se subiicit inuoluntariè, & necessariò, eo quòd necessum sit prius concipere verum propositum elongandi, quàm fiat procul concubina, Qui verò periculo peccandi inuoluntariè se exponit, causa necessaria vel vrgenti instante, nullum peccatum committit, dum potius tunc patitur periculum, quàm velit. E contra qui voluntariè periculo peccandi se subdit, crimen committit, & in periculo peribit, iuxta illud Ecclesiast. 3. *Qui amat periculum, peribit in illo.* At qui confitetur non expulsa concubina, dum voluntariè periculo non standi proposito se exponat, peccatum incurrit, ob quòd indignus est absolutione. Quòd verò exponens se periculo inuoluntariè peccatum amplectandi, causa necessaria, vel vrgenti instante, non peccet, tenet Diuus Thomas 2. 2. quæst. 10. art. 9. in fin. corp. dum ait, fideles posse cum infidelibus communicare, etiam cum periculo subuersionis si necessitas vrgeat. Quòd idem docet Salas 1. 2. tractat. 8. disput. vnicæ, sect. 5. num. 60. & tom. 2. quæst. 74. tractat. 13. disp. 6. sect. 17. num. 105. & 106. Soto lib. 5. de iustit. quæst. 1. art. 6. in fine, 2. conclus. dicens, posse aliquem ad conuertendas meretrices pergere si illius prædicatio esset necessaria, cum periculo etiam prolambendi (licet Ludouicus Lopez 1. part. instruct. cap. 21. §. ad tertiam rationem, illud non admittat) sequuntur D. Thomam dicentem quòd exponens, se periculo peccandi causa vrgente, non peccet, Nauarr. in summ. cap. 3. num. 15. Cordub. 1. in summa, quæst. 4. in fin. Alcob. in summ. cap. 7. in fin. Caietan. in summa, verb. *periculum*, in fine, & ibi Armil. Castro lib. 2. de iusta hæret. punit. cap. 17. Henriquez lib. 4. de pœnit. cap. 24. num. 4. Suarez tom. de pœnit. disput. 32. sect. 2. in fin. iterum quamuis tomo de charit. disput. 9. sect. 1. num. 8. oppositum doceat. Solas 1. 2. quæst. 6. art. 6. tract. 3. disput. 3. sect. 1. num. 32. Serafin. in addition. ad Acunam de confessor. sollicitan. quæst. 19. num. 17. Basil. de Verb. lib. 5. de matrimon. cap. 35. num. 4. Sa, verb. *peccatum*, num. 6. Coriolanus de casib. refer. 1. part. sect. 2. art. 14. fol. 76. Ioseph. de ortu paroch. in speculo parochorum; cap. 10. num. 34. Antonius Fernandez *en la instruccion de Confesores*, docum. 6. fol. 30. Senchez in summ. lib. 1. cap. 8. num. 3. & lib. 9. de matrim. disp. 45. num. 6. alios adducens. Veja part. 3. casu 9. ante finem. Ludouicus Lopez instruct. cap. 19. & 20. concl. 4. vsque ad cap. 26. exclusiue. Tolet. in summ. lib. 5. cap. 13. num. 5. & 6. asserens expertum incurtere pollutionem sæpè, ex eo quòd ira vel sic decumbat, nõ teneri aliter decumbere, si alio modo dormire non possit. Similiter non habens cibum quò vescatur, nisi talem à quo pollutionem metuit, minime teneretur abstinere, si abstinencia ista ei sit notitura. Idem ait Azor. tom. 3. lib. 3. cap. 23. quæst. 5. dum inquit, absolendum eum qui non abstinere à colloquutione cum fœminis etiam expertus mollitiæ se polluit; pollutionem verò non intendit, nec probabile periculum consentiendi incurrit, dum à conuersatione nolit cessare; quia experitur se ineptum effici in aliis locutionibus si ab illis abstinere conuersationibus. Et idem iudicium fit de eo, qui ex probabili, & honesta aliqua causa non abstinere ab istis, & aliis similibus; nimirum ne aditum & ostium aperiat scrupulosus & anxius cogitationibus, aut dubiis vexantibus mentem.

Grass. in decision lib. 1. cap. 28. à num. 2. Syluest. verb. *concupinarius*, nom. 2. & verb. *absolutio*, num. 12. tenet Rodriguez 1. tom. in summa, cap. 202. §. *quis para los Confesores*. Vega 1. part. summa, cap. 6. cal. 2. Antonin. 3. part. tit. 17. cap. 20. Veja in suis casib. casu 39. & 3. part. casu 9. vbi omnem nostram doctrinam doctè confirmat. Ledesma in summ. de Sacrament. pœnit. post 6. conc. §. *el segundo caso trata de aquellos que estan en la ocasion de pecar mortalmente*. Azor iterum tom. 3. lib. 3. cap. 6. in fin. Medin. in summ. cap. 13. casu 9. Viuald. de absolut. num. 89. & deinceps. Grass. iterum tom. 1. consil. lib. 5. consil. 9. num. 9. Angl. Flor. de confess. difficult. 4. concl. 6. Syluest. iterum in Rosa Aurea de quæst. impertinent. casu 5. Agid. de Sacrament. de effect. pœnitent. disput. 2. dub. 14. in fin. Reginald. 1. tom. praxi. lib. 8. num. 19. Et potest adduci Nicola. Nissen. in libro sentent. tractat. 6. part. 3. de pœnit. quæst. 7. loquens de illo, qui licet non restituat impeditus ab aliqua iusta causa, debeat tamen ei absolutio impertiri. Adrian. in quodlib. quæst. 7. §. *Secundo inquirere habeo*, ferè in fin. Victor. in sum. quæst. 197. qui loquens de habente magnam consuetudinem peccandi, & credente se iterum peccaturum, quique tamen omnino exoptat cauere, ait, fors absolendum, cum pœnitens tunc agat quantum in se est, habendo propositum non relabendi. Quòd verò non abiciat à se formidinem, in eo non stat, cum experientia cogat non credere se deinceps non peccaturum. Quòd idem docet Zerol. in praxi pœnit. fol. 50. Ioseph. de ortu parochi in speculo parochorum cap. 10. num. 35. Coriolanus de casib. reservatis. part. 1. sect. 1. art. 14. fol. 75. Idem euenit respectu illius qui habet occasionem peccandi, quam tamen evitare non potest. Constat etiam ex cap. *consultationi*, de frigid. vbi permittuntur coniugati, quorum coniugium est occultè irritum, habitare tanquam fratres. Cuius hæc sunt verba: *Consultationi tue, qua nos consulisti, utrum femina clausa, impositens commiseri maribus, matrimonium possint contrahere, & si contraxerint, an debeat rescindi. Taliter respondemus: quod licet incredibile videatur quòd aliquis cum talibus contrahat matrimonium, Romana tamen Ecclesia consuevit in consimilibus iudicare, ut quas tanquam uxores habere non possunt, habeant ut sorores.* Docuit etiam egregie D. Basil. in constitut. monastic. cap. 4. pag. 489. vbi hæc ait. *Qui vrgente aliqua causa & necessitate se periculo obicit, vel permittit se esse in illo, cum tamen alias nollet, non tam dicitur amare periculum, quàm imitur illud subire, & ideo magis providebit Deus, nè in illo pereat.* Vndi Patri Lorca 2. 2. sect. 3. disp. 28. num. 9. assentiendum non est indistinctè inquiringenti non licere exponere se periculo peccandi certo nec probabili ob bonum spirituale proximi.

Ex præfatis Authoribus solum Ludouic. Lopez, & Grassi latius de materia egerunt. Aduertas tamen Lopecium ridgè nimis fuisse locutum, dum ait, deserendam esse occasionem etiam cum iactura existimationis & famæ. Et quòd magis mirandum est, id ipsum dicit de personis quæ sui iuris non sunt. Nec reputat impossibilem separationem: sicut licet necessarium sit alicui domi suam manere, si tamen intendium aut periculum mortis pateretur, viis omnibus, vel per fugam recessum sibi pararet, sic illis qui sui iuris non sunt, vt filius familias & ancilla, dum res nihilo melius se habe-

rèr, aut in peius abiret, aut etiam spes emendationis non interueniret, neganda erit absolutio, nisi patris, aut heri sui fugiant domum. hoc ait cap. 22. §. 3. *notab.* in fin. at quàm rigidum sit hoc, dicimus num. 16. vnde nec credendum Medinae sum. fol. 63. docenti eandem doctrinam quam Lopez. Id etiam docet Coriolanus de casib. reseruatis, part. 1. sect. 1. art. 14. fol. 76. Sed estò statuerimus non fore absoluendum concubinariam saepe admonitorum, vsque dum expulerit concubinam: id intelligendum est dum indicia doloris & propositi fuerint ordinaria: at si extraordinaria inueniantur, puta, lacrymarum copia, suspicia ingentia, & vt aiunt, cælum attingentia, & proponat quàm primum tempus patiarur, concubinam expellere, absoluendus erit, etsi milies promississet: quia indicia præsentia superant præterita, coguntque confessarium credere fictitia non esse: at vera dispositione existente, constringi confessarium beneficium absolutionis impertiri, nisi excusetur prudentialiter, quia cogit fictitiam esse ob præterita, & præsentia indicia, nullus in dubium reuocauit.

9. Hinc inferitur primò notabilis casus. Si Maria seruetur in aliquo secreto loco, ad cuius vitæ conseruationem expediat secretum solum cognoscere Ioanem, adèd vt si cibum illi non ministraret, fame periura sit, tenebitur tunc Ioannes aliam alere, cibum ipsi apportando, etiam si timeret lapsum fornicationis cum illa; quamuis oppositum huius doceat Bañez 2.2. quæst. 43. art. 8. concl. 2. qui in consequenter videtur loqui concl. 3. Nam hoc pacto periculum illi minimè voluntarium est, sed potius illud patitur, seu perimit. Et cum iam illud periculum auxilio Dei vinci queat, & ministrare cibum de se actio mala non sit, retahendus non est Ioannes ab impletione præcepti strictissimi de subueniendo proximo in extrema vitæ necessitate constituto, ob malitiam sui ipsius, fragilitatè vè. Vnde non credendum Patri Vesa 1. part. casu 14. iniquienti non fore absoluendum concubinatum inuisentem concubinam sine alendi filios, si ex ingressu exoritur scandalum, mutatur namque scandalum in passiuum cum ex iusta causa non omittatur. Nec Soto lib. 10. de iustit. quæst. 2. art. 2. dicenti, quòd qui scit periculum euidentem se subiturum damni spiritualis, dignitatem Episcopatus accipiendo, non teneatur illi se subicere, etiam si necessarium esset bono communi. Nec obstat illud Matth. 16. Marc. 8. Luc. 9. *Quid prodest homini, si totum mundum lucratur; anima verò sua detrimentum patiarur?* Sensus enim non est, quòd nihil profit homini totum lucrari mundum, si periculo peccandi se exponit etiam causa virgente: sed est sensus, quod nihil profit totum lucrari mundum, si ob lucrandum, peccatum committat, offerens pro pretio mundi peccatum. Similiter quando dicitur, quòd quis non tenetur cum damno suo spirituali subuenire proximo, intelligi debet, quòd non tenetur cum damno spiritualis culpæ, quàm de facto incurrat, ad liberandum proximum: non verò, quòd nequiquam teneatur incurrere periculum culpæ, cum ex eo non necessariò incurrenda sit culpa: posito namque periculo crimen vinci potest. Ob quod nec credendum Thomæ Sanchez in summ. lib. 4. cap. 20. mim. 11. iniquienti filio fas esse, transire ad religionem adhuc parentibus in magna necessitate con-

stitutis, quando filius nequit extra religionem esse absque peccandi periculo peccato lethali. Nec aggredi periculum causa virgente, labes ceteri debet, vt iam dictum est, num. 8. Quando verò Maria blanditiis & persuasionibus Ioannis animum ad concubitum alliceret, nequiquam obligabitur ad ferendum alimentum Ioannes: illa enim ob malitiam suam sibi beneficio indigna redditur; nec sustentari debet vita corporalis illius, quæ destructionem vitæ spiritualis alentis intendit. Nam etsi adhuc supposita sollicitatione liber maneret Ioannes ad non consentiendum, difficillimè tamen crimen euitabit; nec obligandus ad angustias illius causa quæ cibum demeretur. Quod expressè docet in simili Sanchez in sum. lib. 4. cap. 20. num. 12. dicens non constringi filium religionem non ingredi, adhuc parentibus existentibus in magna necessitate; si illi filium ad peccandum prouocarent: & docet D. Thom. 2. 2. quæst. 101. 4. ad 1. & ad 3. & ibi Caiet. Tabien. verb. *Pietas*, num. 2. & ibi Arnil. n. vnico. Si verò dux essent feminae secreto cubili inclusa, quarum vna sollicitationi peccati operam daret respectu Ioannis; altera non tenebitur alere illam quæ sollicitationi minimè incumbit. Priuanda equidem non erit iure suo ob malitiam sollicitæ, & fragilitatem cibantis illam. Vnde non assentior Thomæ Sanchez supra, quatenus ait si vnus parentum prouocet filium ad peccandum, ipse tamen ex illa prouocatione non experiat periculum lapsus, obligatum reddi ad non ingrediendum religionem ob subuentionem parentis innocentis: si verò lapsus periculum metuat, tunc non solum posse, verum teneri vtrumque patrem deserere. Non inquam assentior. Nam posito quouis periculo, liber remanet filius ad non peccandum, nec priuandus est parens innoxius iure sustentationis ob periculum filij. Similiter si infans apud infideles in discrimine mortis esset, propterans tamen ego possem baptisimo mundare, tenebor certè, quamuis cum periculo amittendi fidem, imò cum periculo mortem subeundi. Tenet Ledesma 2. part. tractat. de misericord. cap. 4. de correctione fraterna, conclus. 15. §. *acerca desto queda toda via difficultad*, fol. 122. Infans enim iure suo quod habet ad Baptisimum, spoliari non debet, ob infidelium malitiam, vel fragilitatem proximi baptizaturi. Bañez 2.2. quæst. 26. art. 5. §. *Et si querat*. Ochaga de Baptismo, quæst. 7. num. 3. qui sibi videtur contrarius dicto tractat. quæst. 4. num. 6. dum dicit matrem etiam volentem, non esse appetendam, etiam si sit in articulo mortis, vt filius eruat, & baptizetur. Syluest. verb. *Bellum* 2. quæst. 2. Maior in 4. distinct. 15. quæst. 22. Lorca 2.2. sect. 3. disputat. 28. membro. 2. num. 31. Nauarr. cap. 24. num. 9. Azor 2. tomo, lib. 12. cap. 4. ante finem. Maldersus de virtut. quæst. 26. art. 5. fol. 208. Valent. tomo 3. disputat. 3. quæst. 4. fol. 658. Toler. lib. 4. cap. 10. num. 3. Lopez 1. part. cap. 67. Arnil. verb. *homicidium*, num. 7. in simili de puero peste laborante. Suardus tomo de fide, tractatu de ordine seruando in præcepto Charitatis, disput. 9. sect. 2. num. 3. Zambranus de casibus occurrentibus in articulo mortis de Baptismo, dub. 12. cap. 1. fol. 35. At licet cum periculo amittendi fidem, constrictus sit fidelis puerum baptizare; quando solum inductione, seu precibus metueret illam amittere; credo tamen non teneri, quando mors esset illi inferenda, nisi fidem negaret: quia in primo

primo casu nulla inferitur vis ad negandam fidem: & poterit fidelis illam non amittere, absque detrimento: non sic in postremo casu. Vnde credendum Soto de secret. memb. 2. quæst. 2. post 6. conclud. Sa verb. *Charitas*, num. 4. censentibus, neminem cum periculo vitæ teneri infantem baptizare. Quod expressè quoque docet Arevalo de correctione fraterna, fol. 174. dicens, vniuersos communiter sic sentire: aliàs foemina grauida constricta esset secationem pati vt filius baptizaretur. Et hanc esse probabilem docet Lopez vbi supra, & ad secationem non teneri docent Sa supra, Zambranus de casibus in articulo mortis, de baptismo, cap. 1. dub. 12. fol. 31. Antonius Raguicius in lucerna Parochorum de baptismo, quæsto 20. fol. 54. & quæsto 48. fol. 78. licet id debeat fieri post eius mortem ante sepulturam. D. Thom. 3. part. quæst. 68. art. 3. & Suar. ibi. Palud. in 4. dist. 6. quæst. 1. art. 1. concl. 3. Sot. dist. 5. quæst. vnic. art. 11. col. 3. in 3. argumento. Armilla verb. *baptismus*. n. 39. D. Anton. 3. part. tit. 14. cap. 136. ptope finem. Angelus verb. *baptismus* 6. num. 2. Gabriël. in 4. dist. 4. dub. 2. Manuale Hispalense can. 2. Nec tenetur scissionem pati etiam si damnata esset ad mortem, vt notatur Gabr. Artil. Sot. & omnes fatebuntur. Nec aduersatur D. Th. 2. 2. quæst. 16. art. 5. dicens, obstructos esse nos plus proximi animam amore prosequi quam proprium corpus, id est vitam. Nam intelligi debet quod quis amore suæ conseruandæ vitæ, proximo non præstet consilium parrandi scelus, siue quod possit ad necem spiritualem ipsius non concurrat, quia tunc amans vitam corporalem, æternam perdit peccato deprauiati consilij intercedente: at quod non omitat providere animæ proximi ob conseruandam propriam vitam non affirmat D. Thom. nisi fortè in casu quo pactum intercessisset de non omitenda cura animæ proximi etiam cum periculo propria vitæ, sicut deinceps esset ratione pecuniæ acceptæ prospicere vitæ corporali proximi etiam cum periculo amittendi propriam: qua ratione patochos obnoxios reddi sacramenta ministrare suis ouibus cum periculo vitæ, præcipuè poenitentia, cum ob id decimas & cætera percipiant emolumenta, censent Doctores; vnde tenemur ob propriam vitam conseruandam damnatum spirituale proximo non inferre, non autem illud impedire nisi intercedat conuentio. Vnde Doctores indistinctè loquentes de obligatione diligendi vitam spiritualem proximi posthabita propria corporali aberrant sanè, & quod ipsi nequaquam exequerentur, cæteros exequi esse obnoxios docent. Nec obest, huiusmodi consequentiam non valere, *possim licitè occidere meum aggressorem; Ergo teneor*. Igitur licet virgine causa, & necessitate, possit Ioannes periculo peccandi se submittere ad conseruandam Mariæ vitam corporalem; non inde colligere licebit, quod ad id teneatur. Non, inquam, obstat hoc: nam non teneor occidere meum aggressorem licet possim, quia possim iuri meo cedere ob bonum alterius. At ex iure Mariæ, quod habet vt à proximo vita eius conseruetur, dum id possit absque incommodo, in quod incidere, vel minus, ab illius voluntate dependet, consequentia talis valebit: *potest Ioannes conseruare vitam Mariæ licitè & absque magno incommodo, quod ipse si velit, vitare possit, ergo teneor*. Numquid deobligabit quis patrem habentem filios infantes ex concubina, non valentes per seipsos victum quarere, nec

vlla via potentes separari à matre, quia de sunt diuitiæ, quibus ab alia nutrice educantur, à præstando illis alimentum, licet existente periculo lapsus? Consulète cum aliquis fugere ad longinquas terras, & filios deserere, etsi fame sint perituri? Nihil minus; absit. Eodem igitur modo vitæ Mariæ erit adstrictus Ioannes conseruare; licet adsit periculum lapsus. Et Chirurgus tenebitur verenda foemina curare; licet cum periculo consensus in peccatum. Et si in domo esset paruulus, qui sine Baptismo moreretur, debeo ingredi domum, etsi sequatur scandalum: vt docet Bañez 2. 2. quæst. 43. art. 8. Maria tamen poterit famem ad mortem vsque sustinere, nec recipere cibum à Ioanne sollicitante, ob euitandum periculum euidentis in peccatum prolabendicum tunc sit cedere iuri proprio. Quando enim quis ab actione aliqua quæ aliàs erat sub præcepto, cessat ob causam virgentem & iustam, cessatio talis ad culpam non imputatur, nec effectus sequuti voluntarij sunt, sed potius permixti. Sic naufraganti, & permittenti tabulam sibi eripi à patre, qua ablata necessum erit submergi, mors ad culpam non imputatur, quia tunc non resistere ereptioni tabulae potius est mortem permittere, quam velle.

Eodem modo censent aliqui, damnatum ad mortem famis, posse non recipere cibum oblatum: neque tunc non recipere, erit seipsum occidere, sed mortem ex sententia iudicis iuste illatam subire, seu permittere. Tenent Maior in 4. dist. 15. quæst. 2. in fin. Tolet. in sum. lib. 5. cap. 6. concl. 3. casu 5. Sair. clau. Regia lib. 7. cap. 5. de occisione sui ipsius, §. *quarum casum est*, Soto lib. 5. de iust. quæst. 6. art. 4. non longe à fine. Lessi. de iust. lib. 2. cap. 9. n. 29. Ludou. Lopez 1. part. instruct. cap. 64. §. *porro de illa questione*. Hentic. quodlib. 5. quæst. 31. Nauar. lib. 2. de restit. cap. 3. num. 72. Salon. 2. 2. q. 69. art. 4. §. vltimo. Layman. 1. tom. tract. 4. c. 15. num. 9.

Quam sententiam ego probabiliorem reputo, licet contrariam tenere videatur D. Thom. 2. 2. quæst. 69. art. 4. ad 2. Caietan. ibi. Victor. relect. de homicid. num. 26. & 28. & verisimiliorem reputat hanc secundam sententiam Bañez 2. 2. quæst. 69. articul. 4. post 6. concl. Aragon ibi probabiliorem etiam reputat. Quam etiam docet Plaça de delict. lib. 1. cap. 23. n. 4. Ioan. Lopez super rubr. §. 70. num. 5. Abbas in cap. 1. cum infirmitas, de poenitent. & remiss. & cap. non mediocriter, de consecr. distinct. 5. Montel. 1. 2. tom. 2. disput. 24. de legib. quæst. 5. num. 108. D. namque Thomas quando asseruit fore sui homicidam non sumentem oblatum cibum, intelligendus est, quando quis non sumeret nullo bono sine ductus. At quando ob præstantiorem finem, quam sit vita propria, abstineret, scilicet ad parendum iustæ sententia, & vt sui criminis iustam subiret punitionem, sui homicida certè non esset: vt bene adnotauit Maior in 4. distinct. 15. quæst. 2. §. primo, sine, Nauar. lib. 2. de restit. cap. 3. num. 72.

Infero secundò, quòd si quis domi habeat foeminam, cui sæpè copuletur, sui tamen iuris non sit, quia est filius familias non potens eiicere, absoluendus est, si proponat firmiter amplius non labi, dum nec ipse domum patris deserere teneatur, neque per illum ster, quin minus foemina eiiciatur: sufficit enim proponere nunquam se solum cum sola conuersaturum. Sic Graf. in decisio. lib. 1. cap. 18. Ant. Fernand. in instructio  
confessarij,

confessarij, docum. 6. fol. 30. de quo redibit sermo num. 16. Anton. Raguicius in lucerna Parochor. de Absolutione quaesito 129. fol. 305. Nec Lopezio cap. 22. §. *Tertium notabile*, est fides habenda; contrarium dicenti, casu quo inter eos copulae esset magna continuatio: iudicium enim ferri debet de his tanquam de habentibus consuetudinem peccandi, non tanquam de habentibus occasionem, cum in eorum electione situm non sit, vitare.

11. Deducitur tertio, posse absolui mercatores, scribas, & aliorum officiorum personas, in quibus officij adest occasio peccandi. Dum proponant vltterius non peccare, vt dictum iam est: nullus enim tenetur occasionem proximam vitare cum magno detrimento; quod sane interueniret officium deserendo. Sic Nauar. in summ. cap. 3. num. 14. & Graf. lib. 1. decis. part. 1. cap. 28. num. 25. Ludou. Lop. 1. part. instr. cap. 19. concl. 6. & cap. 25. notab. 1. & D. Ioan. Baptista, quarentibus militibus quid efficere deberent ad salutem consequendam, non praecipit militiam deserere, Luc. 3.

12. Infero quarto, non eiecta concubina posse absolui poenitentem, cum reincidenti periculum cessat v. g. quia deformis facta est, sic Graf. lib. 1. decis. 1. part. cap. 28. num. 9. aut quia cognatio inter eos esset suborta, quae ab ipsis contemni non creditur. Lopez 1. part. instruct. cap. 21. in princ. Aut noua alia intersunt obstacula. Anton. Fernand. in instruct. confess. docum. 6. Antonius Raguicius in lucerna Parochorum quaesito 129. fol. 304.

13. Infero quinto, non fore absoluum qui concupiscit saepe foeminam domi secum habitantem; qui que crebro admonitus in confessionibus non desistit a desiderijs lasciujs: nam desideria ista peccata mortalia sunt, ex praesentia foeminae occasionem sursum. Sic Nauar. in sum. cap. 3. num. 23. & cap. 16. num. 20. Grassis 1. parte, decision. lib. 1. cap. 28. num. 16. Chapiauille tractatu de casibus referuat. in examine confessariorum qui habetur in fine libri, fol. 386.

14. Infero sexto, non absoluum, qui non soluit debitam pecuniam, dum facile potest, & absque graui incommodo, saepeque in alijs confessionibus fuit monitus. Nam si absoluat poenitens non praemissa restitutione, exponitur illem periculo euidenti non restituendi. Amor enim diuitiarum maximus est, & timendum meritò, quod subuerteret poenitentis propositum. Sic Lopez 1. parte instructorij, cap. 20. §. *item si quis, cum potuisset*, Sanchez lib. 3. summae, cap. 5. num. 3. Gutierrez quaestio. Canon. cap. 40. num. 9. qui solum semel posse absolui ait: credo tamen posse ter, vel quater.

15. Infero septimo, non esse absoluum poenitentem rem iam non habentem cum concubina, praebentem tamen scandalum ob neglectam eius a domo exclusionem, vel quia persistit in iniufanda ea alio loco commorante: tenetur namque scandalum praecidere. Sic Grassis lib. 1. decision. num. 1. parte, cap. 28. num. 8. Syluest. in verb. *concupinarius*, quaest. 2. Chapiauille tractatu de casibus referuat. in examine confessariorum, qui habetur in fine libri, fol. 386. Nauar. cap. 16. num. 20. & cap. 3. num. 10. Lopez part. 1. instr. cap. 20. conclusion. 8. Idem dicendum de his quos populus credit esse concubinarios, licet non sint, donec veritas publicetur, quoniam non solum ab omni

malo, sed etiam ab omni specie mali cauendum est secundum Apost. 1. ad Theff. 5. Antonius Raguicius in lucerna Parochor. quaesito 129. fol. 343. Et eicienda in isto casu foemina, quamuis scandalum solum sit vnus persona, cum vniciuque mandauerit Deus de proximo: & ob vitandam ruinam vnus eicienda est foemina, quae sine incommoditate eici potest; sic Syluest. verb. *concupinarius*, quaest. 2. Villalob. summ. tract. 11. difficult. 25. num. 4.

16. Infero octauo, filium familias non potentem eicere domo ancillam cui saepe copulatur, fore absoluum toties quoties verè poenituerit; non solum quando aliqua emendatio notatur, vt tenent Suar. tom. de poenitent. disput. 32. sect. 2. in fine, Reginald. tom. 1. ptaxi. lib. 8. num. 19. Graf. 1. part. decis. lib. 1. cap. 28. n. 23. Coriol. de casibus referuat. fol. 76. Nauar. in summ. cap. 3. num. 21. Lopez 1. part. instruct. cap. 22. §. *Tertium notabile*, fin. verum etiam quando nullus apparet profectus; impossibile sane moraliter non est, poenitentem modò verè dolere de peccato, & proponere cauere; statim verò post reditum ad domum occasione instante mutata propositum. Cognouit absque dubio Christus noltram fragilitatem, dum Petro dixit Matth. 18. veniam dabis poenitenti, non solum septies, sed etiam septuagies septies, ac si diceret, semper, siue quotiescumque opus erit, siue innumeris vicibus, imò innumerabiliter innumerabilibus, vt eleganter explicuit Maldon. super Matth. 18. num. 22. Quòd possit absolui poenitens etiam nullus apparet profectus, tenet Viuald. 1. part. candelab. de absolut. num. 89. contra Suar. Reginald. Graf. Nauar. & Lopez vbi sup. qui fore negandam absolutionem censent, quando non esset inchoata emendatio. Sed inquirò ab his Doctoribus, an absoluerit ipsi poenitentem, saepe contentem eadem peccata venialia, quando nullus apparet profectus? Absolutionem sane impendent: quamuis occasio peccandi venialiter non esset abscissa, non solum si in potestate poenitentis non sit occasio remouere, imò etiam possit. Igitur & impertiri debent respectu mortalium, quando adfuerit dolor, & verum propositum cauendi in futurum. Nec satisfacit responso Aegidij de Sacram. de effectibus poenitent. disput. 2. dubio 14. fin. quod facilius debeat dari absolutio respectu venialium, quam mortalium, eo quòd facile magis committantur illa, quam ista. Non inquam valet: nam etsi facilius committantur venialia, vetum tamen propositum & dolorem venialium gerere tenetur poenitens, dum ea subiicit confessioni, saltem quando veniale, quod confitetur, esset totalis materia confessionis. At si respectu venialium reperiri queat verum propositum, & dolor absque aliquo profectu, quare respectu mortalium id inueniri non valebit? Dum verò poenitens vero propositum est affectus, dignus est absolutione, quantumcumque nulla noceat emendatio. Hoc adeò verum est, quòd ea ratione asserant Suarez, Reginald. Graf. & ceteri vbi sup. negandam iri absolutionem, quando nullus apparet profectus; quod praesumitur fictitium propositum poenitentis. Vellem ab eis audire, quare respectu venialium non adstet huiusmodi praesumptio etsi nullus appareat profectus, & inchoata emendatio; inreuerentiam tamen respectu mortalium? Nec obstat, confessarium nullam concipere spem emendationis,

dationis, si iudicet aliàs poenitentem propositum verum cauendi in futurum peccatum, adducere. Poenitens namque indignus non redditur absolutione ex iudicio, quod à seipso concipit confessarius, sed ex iudicio concepto de poenitente. At si de poenitente concipiat adducere illum verum propositum, non interit, confessarium non concipere spem emendationis.

17. Infero nonò foeminam cum vito cohabitantem fore absoluendam, etiamsi non proponat domum deferere, dum semel aut iterum copulæ consentiret, pluries verò restitisset: nam semel aut iterum lapsam fuisse iudicium non est ficti propositi. Ant. Fernand. d. in instructo. confessarij, document. 6. num. 1. fol. 29. Nec simul habitare præcisè censendum est velut occasio proxima, per text. in cap. de nobis, de cohabit. Cleric. & mulier. Nec teneri vociferari ad vicinos, vt venientes ausum impediunt nefarium, si probabiliter iudicet non præstituram se assensum copulæ: docent Nauar. in summ. c. 16. num. 1. Henriq. lib. 12. de matrim. cap. 6. numer. 8. Lopez 1. part. instruct. cap. 73. & videtur consentire Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 29. num. 16. Soto lib. 5. de iustit. quæst. 1. art. 5. §. vltim. Addens non teneri foeminam manibus & membris resistere, sed sat illi esse non se apponere, aut præparare ad obscœnum illum actum: quod etiam censeat Vega 2. parte sum. capit. 105. de stupro, cal. 2. sum. corona, part. 1. fol. 31. Quod mihi non placet, licet placeat Nauatro vbi supra, eo quod tunc quamuis non consentiret turpiudini vt à se, cooperetur tamen impudicitia alterius. Si verò timore mortis virandæ non resisteret, nequiquam peccaret, vt docet Nauarra libro 2. de restitutione, cap. 3. num. 97. Victorellus in Sa verb. *virginitas*, qui peccare ait foeminam resistentem corruptioni dum certa est non consenturam, eo quod suæ neci cooperetur. Miror tale asseruisse: habet enim ius foemina ad suam integritatem seruandam, potestque potius mortem pati eligere, quam corrumpi; sicut posse potius velle mortem pati quam brachium abscindi. Nec in hoc casu loquitur Nauar. de restit. quem ipse citat, nec inuenire potui Sotum. Vnde minus bene docet Caiet. 2. 2. q. 15. 1. artic. 1. in principio commentar. teneri foeminam clamare etiam cum periculo infamiae vel mortis. Quod etiam displicet Curieli 1. 2. q. 6. art. 5. §. Sed obicit, consenti, quod licet illa compressio non sit violenta, eo quod non fuerit vsa foemina omnibus medijs sibi possibilibus ad propulsandum aggressorem, non est tamen voluntaria, cum ad ponenda illa media non esset obligatio. Videtur ergò hic Doctore inclinare ad non excusandam foeminam à peccato haud vociferantem, dum posset sine infamia. Ad quod etiam inclinac Salas 1. 2. quæst. 6. art. 6. tractat. 3. sect. 1. num. 31. Quod & ego verum censeo: nam sicut non resistendo membris cooperaretur aggressoris peccato; ita etiam non vociferando. Nec infamiam pariet, aut scandalum, sed potius gratiam: quemadmodum vniuersalem Ecclesiam Dei suo clamore & resistentia ædificat nunc Susanna sancta, Daniel. 13. Si verò adesset periculum consensus, vt vicinis non aduenientibus, clamare teneri nemo dubitabit, ex præcepto castitatis obligantis ad vsum omnium mediõrum illam tuentium, siquidem licita sint. Sic Ludouicus Lopez 1. parte instruct. cap. 22. §. *tertium notabile*. Authores superius allegati, & communitur omnes. At infamare offen-

Sanchez Selecta.

forem à flagitio desistere nolentem, medium licitum est; & sibi imputor delinquens. Eo modo quo teneretur voce extollere, si aggressor siue stuprator cuperet illam morti tradere.

18. Infero decimò, Parochum non deserere teneri officium, etiamsi expertus sit pollutiones voluntarias procurare, sumpta occasione ex lasciuia auditis in confessione, dum saltem proponat firmiter vltius huiusmodi peccato non consentire: iuxta dicenda disp. 21. num. 9. cum nullus debeat officio priuari quod de se absque peccato exercere potest: teneret tamen confessionis tunc non audire confessarios auscultans poenitentes ex sola deuotione: nam cauere se quis debet ab implatione consilij, si periculum sit frangendi præceptum. Sic Lopez 1. parte instructorij, cap. 25. §. *per hoc vltus*. Licet ipse indistinctè loquatur de illo, qui ex officio audit confessiones, siue qui solum ex deuotione, Nauarr. in summa, cap. 3. num. 26. qui limitat, nisi ex desertione exercitij consistendi sequeretur infamia confessarij, aut quia suspicaretur priuatum se fuisse per Sanctam Inquisitionis Officium ob crimen sollicitationis, aut reuelationis secreti, vel aliqua alia de causa: quod mihi verum videtur, eo quod iam periculum inuoluntarium esset.

19. Infero vndecimò, non dicendum manere in occasione peccandi frequenter pollutionibus se inficientem, cum occasio illa ad peccandum pellens intrinseca sit, & inseparabilis: quocumque enim pergat quis, suam secum defert carnem, nec à seipso recedere valet. Dicitur tamen consuetudinem mollitiei habere; & in ordine ad absolutionem, ferendum est iudicium respectu huius, ac alterius habitentis consuetudinem peccandi in alijs peccatorum generibus. De quo latius egimus disp. præcedenti. Vnde Ledesma. 2. part. sum. tract. 26. in fine, oppositum huius docens deserendus est.

20. Infero duodecimò, & vltimò, negandam non esse absolutionem ei qui suæ concubinae quam domi habet, murtuo dedit centum aureos, quorum recuperandorum spes nulla supererit, si domo illam eiiciat. Vel è contra si foemina non recuperata esset centum sibi debita, si domum concubinarij desereret. Dicitur enim supra, quod nullus teneatur occasionem proximam vitare cum magno suo detrimento: nec tunc dicitur velle occasionem, sed permittere; cum non abigere occasionem non oriat, quia velit poenitens in illa permanere; sed quia velit non incurrrere damnum, quod abiecta occasione obueneret. Vnde nec tenebitur domo eiicere concubinam, si concubinario sit nimis vtilis ad lucrandum temporalia bona media negociatione. Sicut enim qui diues est, & officio laborioso fungitur, vt ferrarij vel lignarij, astrictus nõ est in die ieiunij ab officio cessare: nec qui ad nundinas propeter, teneret in die festiuo Missam audire, si ob id occasio accedendi elaboratur, quantumcunque intendar ad nundinas ire causa augendi lucrum: sic nec concubinam eiicere erit obnoxius concubinarij, si ex eiectioe magnum emolumentum esset non acquisiturus. Sufficient namque proponere deinceps non peccare. Imò etsi concubina nimis vtilis esset ad oblectamentum concubinarij vulgo, *regalo*, dum deficientem illo nimis ægrè ageret vitam, & alia epulæ tædio magno concubinarij affecerint, & alia formula ad id nimis difficile adiuuaretur, eiicere illam non erit concubinarij obligandus. Quia

H oblecta

oblectamentum dictis circumstantiis consideratum, est maioris æstimationis quàm quodcunque horum temporale. ob quod fas erit cuique de nouo admittere sceminam ad sui famularum, quantumcumque metuat labendi periculum, si aliam non inueniat paris qualitatis in illis rebus quæ sibi sunt maximè vitales. Si nanque ob hanc causam iam receptum expellere non constringitur, eodem iure de nouo admittere illam erit concessum.

21.

Neque etiam absolutio est neganda ei qui famam amitteret, si concubinam expellat: & idem, si ipsa nota infamiae inureretur. Satis enim erit, si summe promittat amplius non peccaturum cum illa, dum in viri potestate sit non peccare, licet ad sit periculum ex eo quòd domi adhuc remaneret.

22.

At obiciet, quòd fama postponenda sit bono conscientie: igitur cõsulere quis tenebitur potius conscientie, quàm famæ, saltem propriæ. Et iniqua est compensatio famæ cum dispendio conscientie. Ordo etiam charitatis id exposcit, quòd dum bonum conscientie & famæ proximi haberi simul non potest, anteponatur conscientie tutamentum. Conuincitur Lopez 1. part. instruct. c. 22. 2. notabili, & coroll. vltim. obiectione, inferens non absolueudos qui sepe labentes occasionem non evitant, etiam cum famæ iactura. Fallitur tamen ob defectuosam doctrinam in obiectione intelligentiam. Quando namque omninò necessarium est, famæ malum incurrere, aut conscientie, ordo charitatis exposcit bonum conscientie præferendum famæ. At quando malum conscientie, quod

eligitur, non est malum culpæ, sed malum periculi ad eam; hoc conscientie damnus non tenetur quis præferre famæ, cum stante adhuc periculo illo vitari possit culpa. Quando verò periculum eligitur ob iustam causam, potius est iudicandum permittere quempiam, quàm velle, vt supradictum est num. 8. Et quoad negandam, vel non, absolutionem illi, ferendum est iudicium tanquam de habente consuetudinem peccandi, non tanquam de habente occasionem.

23

Fateor tamen raro amitti famam ob concubinae expulsionem: nam vel concubinarum cognoscunt vicini, vel magnis iudiciis suspicantur, & tunc concubinam eiiciendo, potius bonam opinionem comparabit concubinarium, dum haberetur pro viro suæ conscientie timorato, & alias minimè: vel concubinatum ignorant, aut leuiter solum ex pura malitia suspicantur, & tunc quamuis eiiciatur concubina, nulla pullulabit infamia, sicut nec orietur ex eo quòd eiecerit aliam quamcumque sceminam, quæ concubina non esset. Vnde maximè cauti debent esse confessarij in huius examinatione. Pœnitentisquæ eiectionem concubine ob tuendam famam recusantes, aut ingressum in eius domum, conuincere oportebit maximè, cum eiectioni inludarent, si rixa inter ipsos fuisset suborta: quod minimè negare poterunt. Sed pro dolor nihilo æstimant propriam famam dum ob rixam concubinam expellunt, & maximi habere famam conantur dum inducuntur à confessario ad concubinae eiectionem ob criminis vitiationem.



## DISPUTATIO VNDECIMA;

An confessarius habens copulam cum filia confessionis, teneatur confiteri illam circumstantiam?

### S Y M M A R I V M.

Partem affirmatiuam suadent aliqua iura, num. 1.

Prima sententia bimembris affirmatiua, num. 2.

Authoris iudicium, num. 3.

Rationibus probatur, num. 4.

Quinam Doctores tuentur sententiam Authoris, num. 5.

Circumstantia illa licet non mutet speciem, est tamen aggravans, num. 6.

Audietur confessionem scemine, & non absoluetur, incidit in circumstantiam aggravantem, si occidat ad eam, num. 7.

Illam non incurrit si scemina accedat ad confessarium, animo non suscipiendi Sacramentum, sed alliciendi ad lasciuiam; nisi mutasset animum, & velle tunc confiteri, num. 8.

Dicta circumstantia etiam ex confessione semel facta oritur, num. 9.

Non oritur circumstantia respectu laici audientis firmiter confessionem scemine, & postea eam illa rem habentis, num. 10.

Non inducit circumstantiam osculum, siue tactus impudicus, num. 11.

Inducit tamen prapostere cognoscere sceminam, numer. 12.

Non, quando data opera solum velles effundere semen inter femora scemine, & noe in vase, num. 13.

Referuntur alij casus, num. 14. & 15.

Eandem circumstantiam incurrit scemina confessarij copulam admittens, num. 16.

Alia adducuntur pertinentia ad sollicitationem sceminarum in confessione, à num. 17. vsque ad 68.



VADENT affirmatiuam partem iura cognationem spiritualem inducentia inter pœnitentiarium, & pœnitentem; primò ex capit. omnes, 30. question. 1. quod est ex Symmacho Papa, qui ait: Omnes quos in pœnitentia accepimus, ira filij nostri sunt, vt in Baptismo suscepti. Intendit verò Pontifex, Sacerdotem non debere carnaliter copulari cum scemina sibi confitente. At in Baptismo cognatio spiritualis contrahitur, taliter vt confitenda esset circumstantia copulæ cum baptizata à se. Igitur, cum Summus Pontifex eodem tenore afferat filios fieri ex pœnitentia, atque ex Batismo; eadem orietur obligatio confitendi circumstantiam copulæ cum filia pœnitentis, quæ cum filia Baptismi. Et Celestinus Papa relatus, cap. si quis Sacerdos, 30. quest. 1. sic ait: Si quis Sacerdos cum filia spiritali fornicatus fuerit,

fuert, scias se graue adulterium commississe. & cap. non debet. 30. quæst. 1. idem Pontifex sic inquit: Non debet Episcopus, aut Presbyter commisseri cum mulieribus, quæ ei fuerint sua peccata confesse. Si forte (quod absit) hoc contigerit, sic pœnitent, quomodo de filia spirituali Episcopus quindecim annos, Presbyter duodecim. Ecce Pontificem patrem iudicare quoad malitiam copulam cum filia Baptismi, atque cum filia pœnitentiæ.

Propter huiusmodi iura agmen Doctorum eius est iudicij; quòd circumstantia copulæ cum filia confessionis sit necessario confitenda; cum hoc tamen discrimine, quòd aliqui eorum mutare speciem sentient: quia putant incestum esse spiritualem, eo modo, quo copula inter baptizantem, & baptizantem incestus spiritualis rationem induit ob filiationem inter eos contractam. Quem dicendi modum ruerit Magister in 4. distinct. 42. §. 2. Raymund. in summ. tractat. 2. de cognat. spirit. §. se quas audisti mulieres. Nauarr. lib. 5. consil. tit. de hæret. in 1. edit. consil. 1. num. 6. in secundo consil. 4. num. 6. Bernard. Diaz. pract. crimin. cap. 76. Simanc. in institut. tit. 40. num. 15. Gallego de cognat. spirit. cap. 10. num. 13. Grassi. 1. parte, decis. lib. 1. num. 32. licet tom. 1. consil. lib. 4. consil. 1. num. 13. allerat improprie vocari cognationem illam, quæ inter confessarium, & pœnitentem oritur. Acuña de confessar. sollicitat. quæst. 5. num. 52. Bermond. de public. concub. rubr. de incestu, num. 23. Antonius Ragucius in lucerna Padochothom de circumstantiis peccati, quæstio 43. fol. 261. Decian. tractatu crimin. lib. 6. cap. 23. n. 1. Rodriguez in regul. quæst. tom. 2. quæst. 27. art. 1. Egid. de priuileg. honestat. art. 11. num. 18. Videtur fauere Viguerius lib. instit. cap. 16. §. 7. versic. 9. impedimen. 8. fin. Turrecrem. in sum. 30. quæst. 1. Paludan. in 4. dist. 42. quæst. 1. art. 1. cõcl. 2. num. 7. & ibi Supplem. Gabr. quæst. 1. art. 2. concl. 1. Dominic. cap. fin. num. 3. in fin. de cognat. spirit. in 6. & ibi Francus in fin. Afferunt namque hi Authores, ex Sacramento pœnitentiæ cognationem spiritualem oriri; non tamen ad effectum impediendi matrimonium. Quare caute (aiunt) in cap. fin. in 6. de cognat. spirit. non dicitur simpliciter non oriri cognationem; sed cum addito, nimirum ad effectum impediendi matrimonium. Postquam enim decium est in illo capitulo, cognationem oriri ex Baptismo, & Confirmatione; ita subiungitur: Ex datione vero aliorum Sacramentorum cognatio spiritualis nequaquam oritur, quæ matrimonium impediatur, vel dissoluitur.

Alij verò Doctores, qui farentur circumstantiam confitendam esse; aut quia mutat speciem, aut quia notabiliter aggrauat; non id affirmat, quia habere rem cum filia confessionis sit incestus ex cognatione spirituali contractus; ea namque ex Baptismo & Confirmatione solum oritur; vt expressum est in capitulo illo finali de cognat. spirit. in 6. Nec obstat, quod text. ille afferuerit, ex datione aliorum Sacramentorum non oriri cognationem spiritualem quoad effectum impediendi matrimonium; quasi ab hoc velit, quod contrahatur cognatio spiritualis in pœnitentiæ Sacramento quoad effectum augendi malitiam, vel intra eandem speciem, vel extra, incestus scilicet, contra filiationem ex Sacramento natam. Non (inquam) hoc obstat: nam imaginabilis non est vlla cognatio à iure positio orta, quæ in ordine ad impediendum matrimonium vires non habeat;

Sanchez, Solesta,

& è contra si ad illud impediendum non est induta, naturam, & esse cognationis non habebit. Igitur aiunt, fatendam esse circumstantiam copulæ cum filia confessionis, ratione specialis prohibitionis Ecclesiæ, ob reuerentiam Sacramenti. Quia propter huius reuerentiæ oblitere, sacrilegium erit; vt pote factum lædens. Hunc dicendi modum defendit Sorus in 4. dist. 42. quæst. 1. art. 2. col. 13. vers. quod si Canonem. ait namque, habere copulam cum filia confessionis, incestum non esse; fieri tamen graue sacrilegium. Man. Rodriguez in summ. tom. 1. 2. edit. cap. 109. n. 1. Vegar. tom. sum. cap. 55. casu 19. Henriq. lib. 2. de matrim. cap. 11. n. 1. qui asserunt, circumstantiam hanc notabiliter aggrauare sacrilegè; aliàs docentes teneri pœnitentem confiteri circumstantias notabiliter aggrauantes; quod etiam docet dictus Henriq. lib. 5. cap. 7. n. 6. qui tamen, lib. 4. cap. 14. num. 4. docuerat, hanc circumstantiam accessus confessarij ad filiam spiritualem, necessario confitendam non esse. Ex quo sentire debet, nec circumstantiam notabiliter aggrauantem esse, aliàs necessario confitenda foret: vt docet, lib. 12. de matrim. cap. 11. num. 1. Teneb. Tabiena verb. circumstantia. fin. & verb. impedimentum, §. num. 11. & verb. sacrilegium, §. 2. in princip. Artil. verb. circumstantia, numero 12. Salzed. in pract. crimin. cap. 82. num. 3. in noua edit. Farinac. 4. tomo praxis crim. de delict. carnal. quæst. 137. num. 27. & quæst. 149. num. 53. asserens in iure esse impositam pœnam dispositionis confessarij filix spirituali confessionis se committentis; vt ex cap. non debet, 30. quæst. 1. Quod intelligendum est secundum ius antiquum. At iam ex consuetudine talis non infligitur pœna, (vt notauit Seraphin. Freitas id addition. ad Acuña q. 24. num. 39.) Viuald. de confess. num. 90. Ludouic. Lopez 1. part. instruct. cap. 35. col. 4. §. Secundo respondendo. Barthol. à Ledesma de Sacram. pœnit. dub. 10. Param. de orig. inquisit. in disput. de sollicitatione mulieris in confessione, num. 3. quæ habetur in fine libri. Næuo capit. fin. in fin. de cognat. spirit. Thomas Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 55. Reginald. tom. 2. lib. 31. num. 148. Egid. de Sacram. disp. 32. dub. 2. n. 23. Videtur tenere D. Thom. 2. 2. quæst. 154. art. 10. (quem pro se adducunt Tabiena, & Artil.) ait enim, quòd si aliquis abutatur persona coniuncta sibi secundum spiritualem cognationem, committit sacrilegium ad modum incestus. Cum igitur probatum sit ex iuribus, quod in pœnitentiæ Sacramento cognatio contrahatur filialis, sit, sentire D. Thom. fore sacrilegium, confessarium copulari carnaliter suæ pœnitenti. Quod idem tenere videtur Caiet. in dicto art. & in opusc. tract. de pœnitent. cap. 19. concl. 6. & idem D. Thom. in addit. ad 3. part. q. 56. art. 2. ad 8. expresse asserit esse specialem prohibitionem à iure indictam, ne confessarius cognoscat carnaliter filiam confessionis. Et in solut. ad 9. non oriri spiritualem cognationem inter confessarium, & pœnitentem. Ex quo sentit speciale peccatum reperiri, ratione prohibitionis ob reuerentiam Sacramenti, & non ratione incestus spiritualis, qualiter in Baptismo, & Confirmatione. Idem dicit in 4. distinct. 42. quæst. 1. art. 2. n. 8. & addit, tam graue peccatum esse, confessarium commiseri filix confessionis, ac Baptismi. Teneb. summ. coron. 1. part. de luxur. num. 59. Ledesma 1. part. summ. de Sacram. matrim. cap. 17. difficult. 3. qui maximè probabilem reputat hanc opinionem.

H Et

Et in lib. de matrim. quest. 36. pag. 485. Vega in espejo de Curas, tom. 1. cap. 11. n. 190. Tenet Nicua in sum. tit. 86. de luxur. §. 7. acerca desto es de notar. Syluest. verb. luxur. quest. 8. qui ait, quod facilegium inuenitur; quando Pater spiritualis, sub cuius cura scemina est constituta, illam carnaliter agnoscat. Quapropter, cum confessarius Pater spiritualis sit, fit, illum sentire copulam confessarij cum pœnitente transire in speciem sacrilegij; ait tamen verb. *matrimonium* 8. quest. 7. in pœnitentia Sacramento non contrahi cognationem spiritualem. Tenet Hostiens. in summa, lib. 4. de cognatione spirit. in fin. & tenuit Nicol. Garcia, à quo ipse audiui: & tenet Gortier. de matrim. cap. 88. num. 10. dum ait, non esse proprie incestu accessum ad cognatam spiritualem. An verò sit speciali prohibitione prohibitus concubitus cum filia confessoris, non tangit. Plobe de Sacramenti pœnit. de cauclis ex parte confessarij. Tenet Acuña tractam de sollicitat. mulier. in confess. quest. 5. num. 52. admittens tamen, contrariam opinionem in praxi seruari posse propter Doctorem auctoritatem, num. 53. quòd scilicet accessus ille carnalis non mutet speciem. Alij verò confessarium ordinatum habentem copulam cum confessionis filia incurtere in circumstantiam mutantem speciem inquirunt, non tamen confessarium semel vel iterum confessionem excipientem, eo quod vinculum cognationis spiritualis non oriatur ex nuda administratione sacramenti, sed ex suscepta cura pro pœnitent. Hanc docet Soufa tract. 1. de confessarij sollicitantibus in confessione, cap. 3. num. 15. & 16. At quam sine fundamento hæc proferatur sententia, cuique statim liquet; curam namque mendedi pœnitentis ex prima confessione illi incumbit, nisi quod cura vna continuatur magis quam alia.

### *Authoris iudicium.*

**N**ON est circumstantia necessariò confitenda, ne copula cum filia confessionis; tum quia incestus non est, tum quia nulla est specialis prohibitio. Quod non sit incestus, ex eo patet, quòd ad illius rationem necessariò prærequiritur cognatio inter copulantes se: & ex administratione Sacramenti pœnitentia nulla oritur cognatio spiritualis; vt determinatum est ex Bonifacio VIII. in cap. *quomnis* de cognat. spirit. in 6. vbi postquam decreuit, ex Baptismo & Confirmatione oriri cognationem spiritualem, subdit: *Ex datione verò aliorum Sacramentorum cognatio spiritualis nequaquam oritur, quia matrimonium impedit, vel dissoluit.* Si in iste, quòd Bonifacius VIII. in illo capitulo non absolute dixit, cognationem spiritualem non oriri ex sacramento pœnitentia, sed solum ad effectum impediendi matrimonium; quapropter etsi cognatio spiritualis non contrahatur ad impediendum matrimonium, contrahetur ad prohibendum concubitus speciali malitia incestus; eo modo, quo plures Authores sentiunt incestuosum esse accessum ad affinem vltra secundum gradum, quando contra ea est affinitas ex copula illicita; licet incestus ille & affinitas non impediant matrimonium vltra secundum gradum: vt decreuit Concil. Trident. sess. 24. cap. 4. Quod tenent Pet. de Ledesm. de matr. q. 55. art. 3. dub. 5. & in sum. de sacram. pœnit. cap. 19. verb. *ha se de ad-*

*uertir*, & Azcu. libro 2. recopilat. titulo 20. lib. 7. num. 42. in fine, anceps manet, ac cogitandum relinquit. Respondetur, negando quòd sit aliqua affinitas, siue cognatio non potens constituere impedimentum ad matrimonium, & quòd sit potens reddere incestuosum: nec in affine ex copula illicita vltra secundum gradum reperitur malitia incestus, vt tenent alij plures, Gortier. lib. 1. quest. Canon. cap. 23. num. 3. Alcozer in sum. cap. 20. verb. *el penitente*. Ceruanc. lib. 9. Taur. num. 3; & 38. Sa verb. *luxuria*, num. 2. Rodrig. 1. tom. sum. 2. edit. cap. 209. num. 1. concl. 2. & hanc dicit multò probabiliorem Ledesm. de matrim. quest. 55. art. 3. dub. 5. Veracruz append. ad Speculum, vbi de impedimento affinitatis ad fin. Sánchez, de matrim. lib. 7. disp. 67. num. 8. Salzedo addit. ad Bernard. Diaz præf. cap. 84. ad fin. Lmas in sum. 3. part. cap. 8. §. 19. Et tenuit Nicol. Garcia, à quo ipse audiui. Quapropter si in ordine ad impediendum matrimonium cognatio non contrahitur in Sacramento pœnitentia, neque etiam in ordine ad prohibendum concubitus speciali malitia incestus; nam imaginabilis non est vlla cognatio à iure positio orta, quæ in ordine ad impediendum matrimonium vires non habeat; & habeat in ordine ad inducendum incestum: vnde, quæ ad illum impediendum non est inducta, naturam cognationis non habebit.

Neque est specialis prohibitio à iure Pontificio inducta ob reuerentiam Sacramenti. Nam iura allata in primo argumento, si eò tendant, quòd in Sacramento pœnitentia cognatio spiritualis contrahatur, sicut in Baptismo, iam reuocata sunt per Bonifacium VIII. in cap. *quomnis* de cognat. spirit. in 6. vbi summus Pontifex per exclusiuam loquens, ait, quod nequaquam oritur cognatio spiritualis ex datione aliorum Sacramentorum; præter Baptismi & Confirmationis. Et certum est, librum sextum Decretalium posteriori tempore fuisse editum, quàm sit liber Decretorum. Vel eò tendunt illa decreta, ex Symmacho, & Cælestino; vt nota sit confessarius malitia copula cum filia confessionis. Ex verbis tamen iurum non conuincitur, quòd malitia concubitus cum confessionis filia, ad aliam transeat speciem; sed ad summum conuincitur, quòd circumstantia illa notabiliter aggrauet. Et nè faciles sint Confessarij commisioni, pondere delictum exaggerantes Pontifices, adulterium vocat. At quis non videat, quòd ac alterium reuera non sit, nisi copula habeatur cum filia confessionis conjugata? Quod verò Cælestinus decreuerit, æquali pœna puniri copulam cum filia confessionis, atque cum filia Baptismi, non est quia indicet eandem malitiam in vtroque repetiri; sed quia accerentur confessarij à fornicationibus patrandis. Nec mirum: neque iniustitia est, peccatum minoris malitia pari pœna puniri cum peccato maioris: videmus namque perurium, & blasphemiam grauiora peccata esse, quàm præposterum concubitus labem; & tamen hæc incendij pœna punitur; illa autem non. Et merito sanè, cum ius ciuile, vel Ecclesiasticum, quoad puniendâ peccata non tam attendat ad malitiam in ordine ad Deum, quàm ad nocentium inuentum in criminibus in ordine ad homines, quod notauit Vazquez 1.2. tom. 1. disp. 100. num. 23. At habere confessarium copulam cum confessionis filia, adeò nocet Republicæ, atque habere copulam æquâ nita Baptismi. Vnde quando

quando Synmachus Pápa ait, *Omnes, quos in penitentia accipimus, id esse filios nostros, ut in baptisimo susceperis*; similitudinem in eo non ponit, quia sint eiusdem & paris malitiæ; sed quia ita nocet Reipublicæ vnum, sicut aliud delictum: ac si diceret, sicut baptizans qui habet copulam cum à se baptizata, damnatur criminis, quia accedit ad filiam; sic confessarius accedens carnaliter ad filiam confessionis, reus est criminis; non quia accedat ad veram filiam (cùm ex penitentia vera filiatione non oriatur, vt probatum est) sed quia quoad nocumentum Reipublicæ illatam, idem sequitur, ac si accederet ad veram filiam. Solum lato vocabulo nominant iura filiationem in Sacramento penitentia contra dictum; sicut dicitur filius, qui doctrinam ab alio suscipit, & scientiam: quo sensu Paulus dicit: *Per Euangelium in Christo Iesu ego vos genui*, 1. Corinth. 4. & ad Galat. 4. ait: *Filii mei, quos iterum parauero, donec formem Christum in vobis*.

5. Docent nostram conclusionem Ledesma libro de matrimonio. quæst. 36. art. 2. qui tamen veramque opinionem reputat probabiliorē, & in summa, 1. parte de matrimonio. cap. 17. difficultate 3. Sa verb. *confessio*, num. 25. Vazquez tomo de penitentia. quæst. 91. art. 1. dubio 2. numer. 20. qui ait, quod circumstantia illa non mutat speciem, sed solum aggravat; verum tenet, circumstantias aggravantes considerandas non esse. cit. loco num. 3. & dub. 5. num. 3. alibi sæpè; & nos infra, num. seq. pluribus allegatis. Docent Egid. & Filicius num. 9. allegandi, quando fornicia non est actu penitens, sed olim fuit. Hurtado. de matrimonio. dispur. 18. difficult. 1. num. 4. dicens hanc opinionem non carere probabilitate. Anton. Diana tract. 7. resolutio. 12. & hanc opinionem esse probabilem docet Fagundez 2. præcept. lib. 4. cap. 3. num. 3. Videtur etiam tenere Azor tom. 3. lib. 3. cap. 9. quæst. 9. dum ait, non esse incestuosam copulam cum filia confessionis, & addit, opus esse circumstantiam exprimere, quoties fuerit aliqua lege prohibita circumstantia illa. Cùm ergo præfatus Author non asserit, sed sub conditione, dicit, circumstantiam illam considerandam esse, quoties fuerit aliqua lege prohibita; iudicium non leve insurgit, quod iudicemus mentem eius ad id inclinari, quod nulla sit specialis prohibitio. Tenet Basil. de Leon, tractat. particulari de impedim. matrim. impedim. de cognat. sp. iust. causa 30. §. 2. aduertens, olim in antiqua impressione Emanuellem Sa contrarium tenuisse sententiam: eamque expunctam fuisse consulto in Romana impressione: quod verum est, nam in impressione facta Mattiæ anno 1601. considerandam esse talem circumstantiam docere Ioan. de la Cruz in director. conscient. de matrimonio. art. 6. in principio, Henriquez lib. 4. de de penitent. cap. 14. numer. 4. dicens, non esse circumstantiam necessariam considerandam, licet lib. 12. de matrimonio. cap. 1. num. 1. contrarium videatur sentire; vt vidimus num. 2. Hanc sententiam posse seruari in praxi, propter Doctorum autoritatem docet Freitas ad Acuniam de confessar. sollicitant. quæst. 5. numer. 53. Docet etiam nostram asseritionem Bonacina de penitent. disp. 5. quæst. 5. sect. 2. §. 3. difficultate 3. male limitans illam circumstantiam teneri considerari Parochum, eo quod ratione sui muneris sit strictus salutis suæ ouis prospicere. At ex hoc nunquam conuincitur talem concubitum ince-

stuosum esse, vel sacrilegum; sed vt plurimum aliquantulum plus aggravari fornicarium accessum illius, quàm mercenarij confessarij. Et tenere videtur Ioseph de Ortu Parochi, in speculo Parochorum, cap. 26. num. 12. dicens, nullam contrahi cognationem inter confessarium & penitentem, nisi per similitudinem, & quoad penas subeundas taxatas per c. omnes, 30. quæst. 1. Quod idem docet Basil. de Leon. de matrim. lib. 7. cap. 38. num. 7. rectè admonens iura illa antiqua, estd aliquam inducere cognationem, iam consuetudine sublata esse.

6. Fateor tamen fore circumstantiam notabiliter aggravantem; confessarium copulare sibi carnaliter suam filiam; eo quod notabiliter aggravet quod ille, qui sub cura sua suscipit penitentem curate, suscipit (ob quod Cardinalis Roxas Archiepiscopus Toletanus, in constitutionibus synodalibus in casibus referuatis antiquis, reservationem huius casus à prædecessoribus Archiepiscopis inductam, innovauit.) Et hoc solum iura in principio allata conuincunt; nec ex illis conuincitur potest, quod circumstantia illa mutet speciem; non tamen erit necessariò aperienda talis circumstantia; quia circumstantia notabiliter aggravantes, ex præcepto considerandæ non sunt; sed solum ex consilio, cum iudicium substantiale qualitatibus peccati capiatur sufficienter à confessario cognita specie, licet non grauitate. Tenent Diuus Thom. in 4. distinction. 16. quæst. 3. art. 5. Bonavent. distinct. 17. 3. parte distinctionis, art. 2. quæstione 3. Ricard. ead. distinctione, articulo 3. quæst. 5. Almain. in 4. distinct. 17. quæst. 1. art. 2. *Sic nec solum peccata*, Durand. distinct. 16. quæst. 4. Paludan. quæst. 3. art. 3. Dionys. Carthus. in 4. distinct. 16. quæst. 2. Viguer. in summ. cap. 16. §. 4. versic. 17. fol. 498. Antonin. 3. parte, tit. 14. cap. 19. §. 7. Albert. distinct. 16. at. 24. quamuis distinct. 17. videatur contrarium tenere. Adrian. in 4. quæstione 4. de confess. vers. *venio nunc*. Medina codice de confess. quæst. de circumstant. considerandis. Syluest. verb. *confessio* 1. quæst. 9. Summa confess. quæ est Ioannis de Friburgo lib. 3. tit. 34. quæstione 87. Nauar. in summ. cap. 6. num. 6. & cap. consideret, de penitent. distinct. 5. num. 6. & seqq. Vazquez tomo de penitent. quæst. 91. art. 1. dub. 2. Ochaguan. de Sacram. tractat. 2. quæst. 14. Valent. tom. 4. disput. 7. quæst. 11. puuct. 2. conclus. 5. fol. 1649. Zerol in praxi consensit. fol. 30. Ioseph. de Ortu Parochi, in speculo Parochorum, cap. 9. num. 7. Filicius 1. tom. post tractat. 7. in instructione pro confessariis, art. 2. *tertio de circumstantiis*, fol. 215. hanc probabilem reputans. Couar. 4. decret. 1. part. cap. 1. numer. 14. Cantarelus in in præceptis decalogi, lib. 1. cap. 5. numer. 36. Gutierr. quæst. Canon. cap. 31. num. 25. Nicol. de Orbellis in 4. disp. 17. quæst. 1. §. 6. Astensis part. 1. lib. 5. tit. 12. quæst. 2. Coriolan. de casib. referuat. part. 1. sect. 3. num. 5. fol. 276. & videtur docere hanc sententiam Herreræ de peccatis, disputat. 31. quæst. 17. corol. 3. Chapiaulle tractat. de casib. referuat. in examine confessatorum, in fine libri, fol. 390. Antonius Raguciro in lucerna Parochorum, de confessione quæstio 41. fol. 257. Torres in manuali del Christiano lib. 3. fol. 38. Anton. Diana tract. 7. Layman. tom. 1. tract. 2. cap. 10. num. 2. Quod verum esse reor: quamuis circumstantia aggravans intertogeretur à confessario, in quo deceptus est Celaya in 4. dist. 17. quæst. 2. fol. 105. Non enim

habet ius confessarius ad interrogandum aggrauantes circumstantias, vnde nulla interrogatur iniuria si occultentur. Nec verum esse reor. quod ait Garcia 1. tom. de benef. part. 3. c. 1. à n. 142. videlicet circumstantias aggrauantes ex parte subiecti, videtur intentionem & durationem actus non esse necessariò confitendas, fore tamen aggrauantes ex parte obiecti. Quia primò sunt difficilis cognitionis à penitente, non tamen alia. Nam vtræque ad substantiam actus non conducunt. Ex quo fit fornicantem cum sponsa de futuro non obstrictura esse illam circumstantiam fateri, cum specie non mutet; in quo à Sanchez lib. 1. de matrim. disp. 2. num. 9. ab Egidio dis. 22. dub. 1. Hur. disp. 1. diff. 2. Filiucio tract. 10. cap. 27. Sarmiento lib. 1. select. c. 3. discendo sequutus Couar. lib. 4. decret. part. 1. cap. 1. Viual. de sponsal. num. 10. Basil. lib. 12. cap. 6.

7. Id difficile est, an incurrat circumstantiam notabiliter aggrauantem ( vt si fortè velit eam ex consilio manifestare, causa mortificandi se, & humiliandi, vel scrupuli opinionem vitandi ) confessarius; qui audiuit peccata, & non absoluti: Partem negatiuam videtur tenere Henriquez lib. 1. cap. 14. §. 8. & Soto in 4. distinct. 42. dum filiationem spiritualem absolutioni tribuunt; à qua reconciliationis, & filiationis ad Deum prouenit. Et tenere debent omnes illi Authores, qui censent in Sacramento penitentia causari solum gratiam per absolutionem; confessionem verò, & ceteros actus penitentis solum concurrere vt materiam. Verùm iudico, quòd per solam confessionem circumstantiam notabiliter aggrauans oritur; tum quia nemini debet dolus, & fraus parocinari, c. 1. §. 5. quest. 6. & cap. *confituit*, 20. quest. 3. & l. *neque ex dolo*, ff. de dolo. Sed confessarius possit dolosè negare absolutionem, ne scemina efficiatur eius filia; tum quia confessio, ad quam non sequitur absolutio, dicitur sacramentalis; modò fiat à peccatore, in recognitionem suæ culpæ; & cum spe absolutionis impetranda; vt docet Palat. in 4. distinct. 21. colum. 11. fol. 452. Vnde licet confessarius non absoluat penitentem, eo quòd confessio nondum sit perfecta, vel penitens ind dispositus; vel quia vult super casu aliquo consulere; iuxta textum in cap. *officij*, de penitent. & remiss. tamen confessio sacramentalis erit; nec reuelanda. Quæ omnia sustinet Grassis. tom. 1. consil. lib. 4. de cognat. spirit. consil. 1. à num. 20. Seraph. Freitas, in additione ad Acuña quæst. 13. numer. 31. diciturque spiritualis filia, quæ peccata confiteretur: cap. *non debet*, 30. quest. 1. Zetol. in praxi, penitent. fol. 276.

8. Deducitur, quòd si scemina accederet ad confessarium animo alliciendi eum ad lasciuiam, quia erat eius amorè capta, & ideo non absoluta; non oritur circumstantia notabiliter aggrauans, etsi copulam habuerit confessarius cum ea: cum confessio sacramentalis non sit; nec tenebitur Sacerdos celare. Tenet Acuña de confessar. sollicit. quest. 11. num. 11. & eius adnotator Seraphin de Freitas num. 24. loquentes de confessario sollicitato à scemina in confessione; & docentes, non esse deferendum ad Inquisitionis Tribunal crimen illius cum scemina rem habentis. Grassis vbi supra, num. 25. Si tamen Sacerdos in rectum cor conuerteret sceminam, & absolueret, vel etiam si non absolueret, dum scemina confiteretur peccata, animo consequendi iam veniam; circumstantia

aggrauans oriretur ex copula habita cum ipsa: nunquam tamen ex præcepto aperienda, sed solum sub consilio; vt diximus num. 6. Docet Acuña & Seraphin. vbi supra, in simili de confessario sollicitante; in casu denunciandum esse ad inquisitionis Officiam.

9. Sequitur, oriri circumstantiam aggrauantem ex confessione semel facta; etsi à quinquaginta annis, vel supra, Sacramentum fuisset peractum, dum semper daret respectus in confessio, non sauciandi quam semel curauit. Ita Grassis vbi supra num. 22. & 23. Et tenuit Nicol. Garcia, à quo ipse audiui, dum casum huiusmodi consulerem. Quapropter Benedict. Egid. tract. de iure, & privileg. honestat. art. 11. num. 18. in fin. malè resoluit hanc cognitionem mutatione loci, seu personæ extingui, quia perpetua non est. Vnde infert, non committi sacrilegium cum ea, quæ alium confessorem eligit, licet prius filia spiritualis fuisset concubitoris: & in eo distingui à cognitione ex Baptismo, & Confirmatione orta. Eandem doctrinam sequitur Filiucius tomo 1. tractatu 10. part. 2. quest. 5. in fine, fol. 360. Quam tamen differentiam nec ratione, nec autoritate probari; & iura indistinctè loquuntur in vtraque cognitione. Ob quòd deferendus Egidius, præterquam quòd admittit eius sententia facile legi fraus hereticum possit confessarius filia spirituali consulere alium eligere penitentiarium, quò electo prior ad eam accederet, & expleta libidine, iterum se illi in confessarium offerret, & postea remitteret eam ad alium confessarium; & sic ita in infinitum. De quo videndus Freitas de confessar. sollicitan. quest. 5. num. 56.

10. Infertur deinde, quòd si quis furtim audiret sceminam confitentem se Sacerdoti, ex qua cognosceret carnis fragilitatem; & inde ille qui furtim audit, sumeret ansam sollicitandi eam, non oriretur circumstantia aggrauans, dum ipse non sit iunxerit confessioni; licet faceat aliqualem maiorè malitiam reperendam fore in sollicitatione, occasione ex auditis in confessione sumpta ob reuerentiam Sacramenti, quàm si à se motus sollicitationis daret operam. Sicut aliquid grauioris criminis admittit qui audita furtim in confessione reuelat, quàm si sub secreto naturali essent commissa: Viuald. 1. part. de sigillo, num. 10. vbi multos citat. Idem sequeretur, si laicus fingeret se confessarium esse, & audiret sceminæ confessionem: tunc enim cum confessio sacramentalis non sit, neque etiam ex ea oritur circumstantia aggrauans, quamvis laicus ille cum ea copulam habeat. Ita docere debet Acuña de confessar. sollicit. quest. 13. numer. 5. censens, non comprehendi sub breui sollicitatione, in confessione, laicum fingentem se sacerdotem audientem confessionem, & in illa sollicitantem. Nec credendum Raymundo, in summa tract. 2. de cognat. spirit. dicenti, quòd si laicus audiat in necessitate peccata alicuius sceminæ, non potest cum ea contrahere; talis namque confessio minimè sacramentalis fuit, nec potens cognitionem aliquam inducere. Erit tamen alia via immane sacrilegium contra institutionem Sacramenti, ad quam pertinet, non assumi simulatè, & fictitiè, neque vt nomine veri Sacramenti, & prætextu ipsius scelera patrentur: illud namque est Sacramentum occultatorem nequitia efficiere.

Nec interpretes si fuisset confessionis scemina circum

circumstantiam incurret confitendam ob concubitum cum ea : non enim ipse est sacerdos , de quo solum iura loquuntur: sicut nec comprehenderetur sub pœnis breuis contra Sacerdotes in confessione sollicitantes : quidquid quoad hoc contrarium doceat Seraphin. Freitas in additione ad Acuña de confessor. sollicitant. quæst. 13. num. 27.

11. Hinc manifestè colligitur, non reperiri aliquam circumstantiam aggravantem, licet confessorius tactus impudicos ineat cum filia confessionis, etiam in verendis: quia iura allegata in principio solum prohibent fornicationem in ordine ad irrogandam iniuriam Sacramento. Et in pœnalis non fit extensio, ex reg. iur. in 6. Odia enim sunt restringenda: specialiter, quando delictum est minoris malitiaz. Vnde si quis confessorius sustineret opinionem, quod copula cum filia sit necessariò confitenda, non teneretur adhuc in illa opinione fateri se habuisse tactus impudicos cum filia confessionis, si intendebat sistere in tactibus animo firmo non progrediendi ad fornicationem, cum neque volita fuerit fornicatio, nec tactus per iura sint prohibiti in casu presentis disputationis, de quo modò loquimur. Anton. Diana tract. 7. resolutio. 56.

21. Infertur vterius, quod qui vellet ex consilio aperire circumstantiam copulæ cum filia confessionis, aut sequeretur opinionem primam, debeat explicare copulam præpostera veneris cum femina: cum verè se commiscuerit illi, & iura confessionem prohibeant, generalique vocabulo fornicationis quilibet concubitus comprehendatur.

Idem si cum viro filio confessionis præpostera venere accubaret; quicquid in contrarium dicat Basil. de Leon. de impedimento cognat. spiritual. causa 30. §. 2. in tract. particulari de impedim. & lib. 7. de matrim. cap. 38. num. 7. (quamvis ipse præcisè de malitia incestus loquatur.) Quem sequi videtur Freitas ad Acuña de confes. sollic. quæst. 5. num. 53. Nam etsi iura de commissione cum foeminis confessionis filiabus, solum loquantur, eadem omninò ratio procedit respectu virorum pœnitentia filiorum, & eadem irrogatur iniuria Sacramento. Vnde licet in pœnalibus non fiat extensio, etiam ex identitate, seu maiore rationis, vt dicemus num. 13. id intelligendum in criminibus diuersi generis, non in eiusdem; vt contingit in sodomia cum femina, vel cum viro, non in sodomia aut bestialitate, etsi hæc sit longè grauior illo crimine sodomiz. l. Non possum ff. de legibus, & l. 36. tit. finali, part. 7. cap. Ciuitas. de sent. excom. lib. 6. Syluest. verb. Argumentum, vide Azebed. l. 1. num. 15. tit. 4. lib. 5. recopilat. Gutier. lib. 2. pract. qq. quæst. 57. num. 3. Bolaños in curia, verb. Iudicio num. 16. eo modo, quo crimen confessorij sollicitantis vitum in confessione ad carnalia, deferendum est ad Inquisitionis Tribunal; licet Bulla Pij Papæ IV. Archiepiscopo Hispanensi in Regno Hispaniæ Inquisitori Generali, & Clementis VIII. de quo Quaranta verb. ordo, fol. 394. solum loquantur de confessorij sollicitantibus foeminas in actu confessionis; cum ratio in ipsis constitutionibus expressa, ibi, *Nè Sacramentis ab Ecclesia Dei institutis abutantur, aut illis iniuriam faciant*; conueniat etiam huic casui; vt docet Quaranta verb. confessor. in fin. Coriolanus de casib. referuar. parte 1. sect. 2. art. 22.

fol. 236. Acuña de confessor. sollicit. quæst. 6. à nù. 6. Ludouicus Lopez 1. parte instructorij, cap. 35. versicul. *at hic iam*, in fine. Salzedo in pract. fol. magno, cap. 28. versicul. *deponantur*. Manuel Rodriguez tom. 1. regul. quæst. q. 59. art. 4. in fin. & tom. 2. quæst. 27. art. 3. idemque iudicasse Suarez ab Acuña consultum, affirmat ipse Grassis, 1. tom. consilio, conf. primo, de cognat. spirit. in fin. latè disputans hanc quæstionem, à num. 45. Et ea quæ fieri frequentius contingit, nominatim à lege prohibentur, *nam ad ea*, ff. de legib. Nam ad ea quæ frequentius accidunt, leges adaptantur: ob quod sollicitationis foeminarum, non virorum facta est mentio. Sed estò ex bullis Pij & Pauli IV. sollicitantes masculos non comprehenderentur vt conser Souza tract. 1. *de confessorij sollicitantibus* cap. 12. num. 6. At iam ex constitutione Pauli V. die 29. Nouemb. edita ann. 1612. dubitare iam non licet. & iam non posse de hoc dubitari credo, post editum Decretum Gregorij X V. anno 1622. die 30. August. ex illis verbis: *Declaramus, quod omnes, & singuli Sacerdotes, qui personas, quocumque ille sint, ad inhonestam sollicitare, vel prouocare tentauerint, ab Inquisitoribus seuerissime puniantur*. ex eo ergo quod ait, *personas quacumque ille sint*: idem est ac si diceret, siue persona sit femina, siue vir: vt constat ex tenore, infra, num. 67. Et licet prædicta lex respectu sollicitantis pœnalis sit, respectu Sacramenti est fauorabilis ob quod extendenda, quod docet bene glossa, verb. *Alios*, cap. *sicut cuncti* de electio. in 6. & cap. *soluta*, de maiorit. & obediens. Acuña quæst. 7. num. 14. Freitas num. 42. Adducens Azeued l. 5. tit. 13. lib. 5. num. 4. recipi. & de extensione legis pœnalis plura Suarius, de legibus lib. 6. cap. 3. cum sequentibus. Salas eodem tractatu, quæst. 97. tractat. 14. disput. 21. sect. 4. & 5. Bartol. l. si constante, in principio à num. 94. ff. *solut. matrim.* tom. 1. æquius enim est innocenti iniuriam patienti fauere, quam auctori irroganti, fauorabilisque est Bulla illa in fauorem animarum edita. Vnde sine consequentia loqui Acuña quique iudicabit, censentem ex vna parte pœnas breuis contra sollicitantes, extendi ad sollicitantes viros in confessione; ex alia docentem, iura prohibentia commissionem cum filiabus confessionis ad viros non extendi: parem enim rationem in vtroque casu deceret illum iudicare: cum tam Breue, quam iura de solis foeminis sollicitatis loquantur; tum quia leges etiam pœnales, ad similia frequentissimè extendantur; specialiter vbi ipsissima reperitur legis ratio. Sic videmus dispositionem cap. 1. *de maledictis*, quæ est in Clericos, eandem esse & in laicos. Tradit ex communi Farinac. quæst. 105. num. 398. atque in eum, qui non Pontifici, sed Cardinali Legato iniuriam, aut maledictionem infert. Sic etiam similiter eadem pœna, quæ viro est matrimonium bis contrahenti, erit & foeminae bis nubenti, priori supersite viro, ex Antonio Gomez lege 80. Tanti num. 28. & in cap. 2. de apostat. soli Acolyto, qui ministrat Sacerdoti, rebaptizanti irregularitas imponitur, quam ad Sacerdotem rebaptizantem extendunt omnes Authores, cum nullus reperiat textus, per quem talis pœna statuatur rebaptizanti Sacerdoti. Cuius rationem extensionis exponit rectè Suarez 3. parte, quæst. 71. disput. 31. sect. 6. & sodomiticus coitus sufficiens ad diuortium est; cum tamen in iure id tantum disponatur in fornicatione: vt

Sanchez lib. 10. de matrim. cap. 4. num. 8. & Acuña de confessat. foliis. quæst. 6. num. 10.

Sequitur tandem, quod volens sequi opinionem primam vel solum ex consilio confiteri circumstantiam copulæ cum filia confessionis, non teneatur confiteri circumstantiam, quando data opera effunderet semen inter femora feminae, & non in vase; quia ibi non est copula: nec in rigore commisset se confessarius cum femina. Nec obstat, quod pollutio illa inter femora feminae grauius sit peccatum, quam fornicationis simplicis crimen: nam in poenilibus non fit extensio, etiam ex identitate, seu maiori parte rationis in criminibus diuersi generis, vt diximus num. antecedenti, ex regul. odia. in 6. & cap. poena de poenit. distinct. 1. vbi Nauar. à num. 1. reprobans illam glossam, verb. *Italia Dominicus*, num. 9. & Franc. in dict. cap. 1 de temporibus ordin. in 6. Iason in l. cum quidam, ff. de liber. & postum. à num. 9. Dec. in l. si quis id quod, num. 47. ff. de iurisdictione omn. iud. & in lege *salutem enique*, §. in poenilibus, de regulis iuris. Aymon de antiquit. temp. 4. par. lect. *videamus modo*, num. 24. Euerard. Loco à ratione legis larga, à num. 63. Dueñas regul. 187. Castro de potest. leg. poen. lib. 1. cap. 7. docum. 3. Auila de censur. 7. part. disput. 7. dub. 5. cum aliis, Tiraquel. in l. si unquam, verb. *reueratur*. à num. 248. seu 303. Villag. tit. de extens. leg. poen. Bañez 2. 2. quæst. 64. art. 8. in principio, qui ait, quod si sit imposita irregularitas contra sodomitas, non extendatur ad committentes bestialitatem. Garcia 2. tom. de benef. part. 11. cap. 10. num. 205.

Si verò adeo proximè ad vas seminatet confessarius, quod semen intus reciperetur, circumstantiam incurrit, nam eo casu vera commissio reperitur, cum semina miscantur. Quod verò membrum viti vas feminae penetret, magis ad materialem, quam formalem commissionem pertinere est iudicandum. Constat ex gloss. margin. verb. *impedire*, 35. quæst. 2. cap. *extraordinaria pollutio*. E contra verò, si copulam haberet absque feminis effusione, teneatur circumstantiam fateri, vel saltem sub consilio, si sequatur secundam opinionem; quia per copulam absque seminatione, vera sit coniunctio, licet non perfecta, dum non sint effecti vna cato, vt Nicol. Garcia 2. tom. de benef. part. 8. cap. 3. num. 98. Et quando iura prohibent commiseri confessarium cum filia confessionis, de coniunctione tam perfecta, quam imperfecta sunt intelligenda. Vnde dum dicunt iura, *Si confessarius se commiscuerit cum filia confessionis*, &c. idem est, ac si dicerent, si se copulaerit, vel semina se commiscuerint, etiam absque penetratione: nam tam vnum, quam aliud coniunctio carnalis dicitur vna membri cum vase, altera feminis cum semine.

Nec incurrit circumstantiam aggravantem confessarius se filia confessionis mortuae copulans, & seminans (visum quidem iam est, hominem adeo amore captum feminae esse, vel ita luxuria plenum, quod concubinae iam defunctae se carnaliter copulaerit.) Nam tunc idem est ac si cum statua coniunctionem carnalem pararet. Inita gonus verò luxuriae maximam continet deformitatem, contra naturam (scilicet, quia accessus ad defunctam pollutio quaedam est.

Incurreret tamen illam circumstantiam, si filiae confessionis, somno sopitae commiseretur, vel si

ebriae, aut amentis; cum tunc ad veram filiam accederet. Nec obstat eam non peccare. Sicut circumstantiam incurreret confessarius, qui vestibus mutatis loco alterius carnaliter accederet, femina minimè arbitrate confessarium esse.

Eandem circumstantiam incurrit femina confessarii copulam admittens scienter. Nam cum filiatio dicat respectum ad patrem, eadem indecentia inhæret filiae, quæ patri.

E contra verò si confessarius prius agnouisset carnaliter feminam, & postea auscultaret eam sacramentaliter, nullius criminis fieret reus in quacunque sententia (nisi aliquod suboriretur scandalum ex peccato publico) nam tunc filiatio sequitur ad copulam. Quapropter non assentior Nonio in addition. ad 3. part. D. Thom. tomo de poenitent. quæst. 20. art. 2. sententi, fieri rem tunc poenitentiarium sordis venialis ob indecentiam. alleganti que pro se D. Thomam, dicto art. qui tamen illi comes non est: nam iste in solutione ad primum solum ex congruitate quadam id exposcit: tum propter periculum, tum quia minor verecundia in poenitente reperitur: nunquam tamen D. Thom. censet fore crimen, nec etiam veniale. Imo aliquando poterit esse expediens concubinarium confessorem excipere confessionem suae concubinae, si expediret scilicet feminae apud alium confessarium non infamari, vel quia vult femina citius à peccato liberari, aut quia ille qui rem habuit cum illa, scit melius conscientiam feminae scutari. Si tamen periculum interueniret noui consensus carnalis, aut defectus doloris, illicitum esset confessionem auscultare, vt docet Basil. de Leon. lib. 7. de matrim. cap. 38. num. 3. à quo discedo, quatenus ait huiusmodi periculum ferè semper reperiri, & ob id censet nunquam licere, nisi in rarissimo casu confessionem concubinae excipere. Imo licet publicum sit confessarium & feminam in concubinato vixisse, fas erit ipsius admittere confessionem, cum ex actione de se licita nullum possit offerri actuum scandalum, dum alias quoque actio mali speciem non perferat. Vnde deceptus maximè fuit Fagundez 2. praecept. lib. 4. cap. 3. num. 35. arbitrans esse mortale confessarium auscultare confessionem suae concubinae, eo quod in cap. fin. 30. quæst. 1. id dicat decerni. At non percipit textum: ibi namque solum praecipitur confessarium non commiseri cum femina cuius confessionem audierat, non verò percipitur è conuerso, vt non auscultare confessionem eius quam carnaliter cognouerit, iamque illud decretum Celestini quo deceptus fuit Fagundez, reuocatum est per Bonifacium VIII. vt vidimus num. 4.

ADDVCVNTVR PLVRA  
ad sollicitationem foeminarum in  
confessione attinentia, vt ilia, &  
scitu digna.

### SYMMARIUM

*Immane flagitium est, confessarium foeminas in confessione sollicitare, num. 17.*

*Bulla Pij IV. super hoc adducitur, num. 18.*

Decretum

*Decretum Sacri Senatus Inquisitionis, per quod referretur aliud Decretum S. D. N. Clementis VIII. quo Bulla Pauli IIII. confirmatur, adducitur, num. 19.*

*Ex predictarum Bullarum tenore constat, mandato Inquisitionis teneri foeminas denunciare confessarios sollicitantes, num. 20.*

*In quibus casibus propriè interueniat sollicitatio, numer. 21.*

*Manum vel pedem foemina premere in confessione animo lasciuo, est sollicitatio, num. 22.*

*Sollicitans ad furtum, vel homicidium, non comprehenditur sub pena Breuis, n. 23.*

*Si foemina inducat confessarium ad carnale flagitium, non est denuncianda a confessario, numer. 24.*

*Si foemina incipiat sollicitationem, & confessarius consentiat, non ob id erit denunciandus, num. 25. & 26.*

*Foemina ad naturalem concubium prouocans, si reprouocetur à confessario ad propterum, siue molliorem, denunciandus erit, num. 27.*

*Si foemina inuierit ad sodomiticum congressum, & confessarius compleat naturalem, denunciandus erit, num. 28. 29. & 30.*

*Confessarius arte in somnium inducens foeminam, quo sopitam illam agnoscat, penis Breuis subijcitur, num. 31.*

*Non tamen si sopita esset morbo aliquo, numero 32.*

*Episcopi sollicitantes non erunt denunciandi Inquisitionibus, bene tamen Sedi Apostolicae, num. 33. 34. & 35.*

*Lairi fingentes se Sacerdotes, & sollicitantes, non subduntur sub penis Breuis, num. 36.*

*Nec interpres confessionis, num. 37.*

*Comprehenditur tamen Sacerdos iurisdictione carens, num. 38.*

*Confessarius simulans se audire confessionem, si loquatur tamen lasciuè cum foemina, denunciandus est, num. 39. & 40.*

*Sollicitans in usu aliorum Sacramentorum non est denunciandus, num. 42.*

*Confessarius sollicitans in alterius gratiam, denunciandus erit, num. 43.*

*Et etiam si sollicitet ut foemina mediatrix sit ad inducendam aliam.*

*Foemina etiam egregia tenentur adire iudicem ad denunciandum, num. 45.*

*In arbitrio iudicis est quantitas, & qualis sit adhibenda fides foeminis denuntiandis, n. 46. & 47.*

*Confessarius sollicitans, ante vel post, proximè ad confessionem, denunciandus erit, numer. 48. 49. & 50.*

*In quibus casibus cessat obligatio denunciandi, num. 51. cum sequentibus.*

*S. D. N. Gregory Papa XV. constitutio contra sollicitantes in confessione, adducitur, num. 67.*

non destiterint : & aliud positium ab Inquisitionibus latum, quo præcipitur denunciatio sub excommunicationis pœna. Vnde quamuis hoc positium non adesset, ex naturali mandato oriretur denunciandi obligatio : quamuis ob illius violationem non incurreretur censura, quæ solum à positio præcepto nascitur. Arbitror tamen, mandato positio extante de præmittenda denunciatione intra certum terminum non obligaturum naturale mandatum ad denunciandum ante illum terminum : est enim jus positium tunc explicatio iuris naturalis, nisi maxime timeatur damnum Reipublicæ. Tunc enim ante terminum designatum erit præmittenda denunciatio, quamuis si non fiat, censura non incurratur. Nec ex eo, quod tam naturale, quàm positium præceptum sit transgressum, duplex committitur scelus, sed vnum : quia quoties plura præcepta idem præcipiunt sub eadem ratione virtutis, ex fractione diuersorum illorum præceptorum non nascitur diuersa culpa, sicut nec duplici labe inquinaretur, qui in die Dominico, in quo festum alicuius Sancti occurrit, Missam non audiret, aut qui in quadragesima occurrente vigilia, non seruaret ieiunium. Fagandez 2. præcept. lib. 3. cap. 5. num. 10. Layman 1. tom. tract. 2. cap. 10. num. 4. Henric. lib. 5. cap. 5. num. 5. littera S. Vazquez 1. 2. tom. 1. disputat. 98. cap. 3. num. 8. Azor. tom. 1. lib. 4. cap. 2. quæst. 6. Sanch. lib. 9. de matrim. disput. 15. numer. 6. In præsentem igitur de obligatione orta ex præcepto positio erit instituendus sermo : nam obligatio quæ nascitur ex iure naturali ad denunciandum, speciale tractatum non desiderat, sed ibi locum habebit, dum disputatur generaliter, an sit obligatio denunciandi delinquentes in quouis delictorum genere.

Inmane igitur flagitium esse, foeminas in confessione sollicitate, dubitat nemo : cum venenum parerit confessarius illi bibendum, cui antidotum salutis porrecturus erat ; & mortem pharmaco, ac lutum fonti admiscere teneret. Vt docet Salcedo in pract. crimin. cap. 82. verb. *deponatur*. Quod maximè & meritò deplorat Llamas in sum. 3. part. cap. 8. §. 15. Et ob id maximè contra charitatem delinquere talem confessarium, ab omnibus est conclamatum ; tum etiam contra religionem debitam Sacramento scelus committere pariter est notum ; cui iniuriam itrogat, odiosum reddendo, & maculatè tractando. Item contra virtutem poenitentiae, cuius exterior actus habetur sacramentalis confessio, scelus committere, minus manifestum non est, cum exterior poenitentiae actus impediatur ob illatam sollicitationem. Attendentes igitur ad hæc & alia nouimenta ex sollicitatione orientia, summi Pontifices suis decretis sanxerunt, sollicitantes confessario ab Inquisitionibus puniendos, vt constat ex Bulla Pij IV. anno 1564. die 16. Aprilis publicata, ex declaratione facta à S. P. N. Clemente VIII. & viuz vocis oraculo pronunciata in Senatu Generalis Inquisitionis Romanæ, anno 1597. quas adducit Param. de origin. Inquisit. lib. 3. quæst. 10. in fine : Coriolanus de casibus referu.

p. 1. sect. 2. art. 22. fol. 235.

& sunt huius tenoris

17.



**V**ALITER se debeant gerere confessarij circa foeminas sollicitatas in confessione à suis confessariis, agredimur iam non inutiliter tractare. Et in primis aduertendum in denunciatione agenda à foeminis contra confessarios sollicitantes, duplex interuenire præceptum : vnum naturale, quo constringitur quilibet damna Reipub. impedire, & ob id delinquentes denunciare, si à nouimento inferendo

Sanchez Selecta.

I

Bulla

Bulla Pij IV. qua tribuitur iurisdicctio Inquisitoribus in  
Confessarios fœminarum sollicitatores.

18.



ENERABILI Fratri Archiepiscopo Hispalensi, Hispaniarum heretica  
prauitatis Inquisitori generali, Pius Papa IV.

Venerabilis Frater, salutem & Apostolicam benedictionem. Cùm sicut  
nuper, non sine animi nostri molestia, accepimus, diuersi Sacerdotes in Regnis  
Hispaniarum, ac eorum cœuitatibus, & Diœcesibus curam animarum habentes, siue cam  
pro aliis exercentes, aut aliorum audiendis confessionibus pœnitentium deputati, in tan-  
tam proruperint iniquitatem, vt Sacramento Pœnitentiæ in actu audiendi confessiones  
abutantur: nec illi, & qui id instituit, Domino nostro IESV Christo iniuriam facere  
vereantur, mulieres videlicet pœnitentes ad actus inhonestos, dum earum audiunt con-  
fessiones, alliciendo, & prouocando, seu allidere, & prouocare tentando, & procurando,  
ac loco earum per Sacramentum huiusmodi Creatori nostro reconciliatiõis, grauiori  
peccatorum mole eas onerando, & in manibus diaboli tradendo, in diuinæ maiestatis  
offensam, & animatum perniciem, ac Christi fidelium non modicum damnum. Nos in  
animum inducere nequeunt, quòd qui de fide Catholica rectè senserint, Sacramentis ab  
Ecclesia Dei institutis abutantur, aut illis iniuriam faciant, fraternitati tuæ, de cuius  
eximia charitate, virtute, atque doctrina plurimum in Domino confidimus, per presen-  
tes committimus, & mandamus, quatenus per te, vel alium, seu alios, à te deputandum,  
seu deputandos, contra omnes, & singulos Sacerdotes dictorum Regnorum ac illarum  
ciuitatum, & Diœcesum, de præmissis quomodolibet diffamatos, tam seculares, quàm  
quorumuis etiam exemptorum, & Sedis Apostolicæ immediatè subiectorum Ordinum  
Regulares, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, conditionis & præeminentia existant,  
tam super præmissis, quàm super fide Catholica, & quicquid de ea sentiant, diligenter  
inquiras, & iuxta facultatum tibi contra hæreticos, aut de hæresi quouis modo suspectos  
à Sede Apostolica concessarum continentiam, & tenorem procedas: ac culpabiles re-  
pertos, iuxta excessuum suorum qualitatem, prout iuris fuerit, punias: eos etiam, prout  
de iure fuerit faciendum, debita precedente degradatione, secularis iudicis arbitrio pu-  
niendos, tradendo. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac  
Ecclesiarum & Monasteriorum, necnon Ordinum quorumlibet, quorum ipsi Sacerdotes  
fuerunt, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis  
statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis sub quibus-  
cumque tenoribus, & formis, ac quibusuis clausulis, & de actis, etiam motu proprio, aut  
aliis quomodolibet concessis, etiam iteratis litibus approbatis & innouatis. Quibus om-  
nibus iuxta eorum tenores, presentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat  
specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Roma  
apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 16. Aprilis 1561. Pontificatus nostri anno  
secundo, Caesar Glorierius. Concordat cum suo originali.

Matthæus Vazquez.

PIVM IV. Mediolanensem esse refert Illescas 2. part. historix Pontif. lib. 6. cap. 31.  
qui cum in Pontificem electus esset, Natiuitatis D. N. nocte, Sacramentis ab ipso  
Domino institutis fauere æquum erat.

Decretum

Decretum sancti Senatus Inquisitionis, per quod refertur aliud Decretum S. D. N. Clementis VIII. Pontificis Maximi, quo Bulla Pauli IV. confirmatur.

19.

**I**N NOMINE DOMINI, AMEN. Per hoc presens publicum Decreti instrumentum cunctis pateat euidenter, et sit notum, quod in Generali Congregatione Officij Sancte Romane, et vniuersalis Inquisitionis, habita coram Sanctissimo D. N. Clemente Papa VIII. ac Illustrissimis et Reuerendissimis DD. Iulio Antonio Sanctorio S. Bartholomaei in Insula sancte Seuerina; Petro S. Hieronymi Illyricorum Deza; Dominico S. Chrysostomi Pinello: Fratre Hieronymo Bernerio, S. Mariae supra Mineruam Aesculano: Fratre Constantio, S. Petri in Monte Aureo Seriano: et Paulo S. Ceciliae Sfondiato, nuncupatis titulorum Presbyteris, S. Romanae Ecclesiae Cardinalibus, in vniuersa Republica Christiana aduersus hereticam prauitatem Generalibus Inquisitoribus. In negotio sancte Inquisitionis Hispaniarum, super literis felicissima recordationis Pauli Papae IV. et Pij Papae IV. facultatis procedendi contra Presbyteros seculares, et Regulares, in sacramento Penitentiae, seu in actu confessionis Sacramentalis sollicitantes mulieres penitentes ad impudicitiam, seu peccata carnis, Inquisitori Generali Hispaniarum alias concessa, an priuatiue, vel cumlatiue, quoad superiores Regularium dictae Inquisitio contra huiusmodi delinquentes procedere possit. S. D. N. re diligenter, ac mature discussa, auctoritate sua Apostolica declarauit, et decreuit, declarat, et decernit, circa huiusmodi facultatem procedendi nihil esse attentandum, aut innouandum: sed Inquisitionem praedictam in omnibus Regnis, et Prouinciis sibi subiectis, ea iudicialiter vti posse, et debere, sicut in aliis causis ad Sanctissimum Inquisitionis Officium pertinentibus, vt haecenus fecit, etiam priuatiue quoad superiores Regularium cuiusuis Ordinis, et Congregationis, etiam si Mendicantium existant, ipsosque Regulares non eximi ab onere deferendi, seu denunciandi huiusmodi delinquentes, eidem sancto Officio, quemadmodum in aliis casibus, et causis sanctae Inquisitionis, in quibus alij Christi fideles de iure tenentur; sed ad ipsum, sicut alios teneri, et obligatos esse. Et ita Sanctitas sua declarauit, et decreuit, atque perpetuo seruandum esse statuit, omni meliori modo et forma, quibus poterit, potestique, et debet. Latum, datum, et pronuntiatum fuit supra dictum Decretum per supra dictum S. D. N. D. Clementem VIII. pro Tribunali sedentem in folio Maiestatis sua, in Generali Congregatione dicti sancti Officij, habita Romae in Palatio Apostolico, apud sanctum Petrum, Anno a Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, die vero tertio mensis Decembris, feria 5. Pontificatus prelibati Domini nostri Clementis Diuina Prouidentia Papae VIII. Anno primo: ibidem presentibus Reuerendiss. P. Fratre Vincentio Ordinis Fratrum Praedicatorum Episcopo Apontino, et Reuerendiss. P. D. Anselmo Dandino Essenarensi I. V. Doctore, vtriusque signature eiusdem S. D. N. Papae Referendario, dictique sancti Officij Pralatis, et Consultoribus testibus ad praedicta omnia vocatis, habitis specialiter atque rogatis.

**M**erito per S. D. N. Paulum IV. praedicta sancita fuere, cui maxime omnia inhonesta exosa fuere per vitae suae cursum, adeo vt eremiticam agere vitam elegerit, de quo alia miratione digna historiographi concinnant, vt refert Illelscas 2. part. historiae Pontificalis lib. 6. cap. 30. qui fuisse Neapolitanum ait.

20.

**E**X tenore praedictarum Bullarum constat, nullum intimari praecipuum foeminae sollicitatis denunciandi confessarios sollicitantes, sed tantum tribuitur iurisdictioni Inquisitoribus huiusmodi delicta puniendi. Fit ergo mandatum de Sanchez Selecta.

nuntiandi; constringens foeminas sollicitatas solum nasci ex mandato Inquisitorum per suum edictum publicato. Acuña quae. 10. num. 1. At iam ex Decreto Gregorij XV. infra adducto n. 67. praecipuum denunciandi iniungitur penitentibus,

tibus. Vnde quamuis per Inquisitores edictum de denunciando non publicetur, tenebitur poenitens sollicitatus denunciare, post habitam sufficienter notitiam illius decreti; vt patet ex illis verbis. *Mandantes omnibus confessorijs, vt suos poenitentes quos cognouerint fuisse ab alijs sollicitatos, moneant de obligatione denunciandi sollicitatos, &c.* Item licet Bulla Pij III. solum Hisp. Regnis sit concessa, Bulla Greg. X V. ad omnes orbis partes dirigitur. Quia tamen Decreti illius S. D. N. Greg. X V. executio commissã est Inquisitoribus, & adhuc per eos non sit publicatum, suspicari posset quomodo vim obligandi non inducere donec publicetur & iurisdictione per Bullam illam concessa vtantur Inquisitores, eo modo quo est ad alicuius notitiam deueniat, esse latam excommunicationem contra se ob tertie personæ instantiam, siue iudicis officium, illa non incurritur; donec pars, vel iudex excommunicatione vtantur illam intimando, vt docet Garcia 1. tomo de beneficijs, part. 1. cap. 5. num. 582. Suarez tomo de censuris, disput. 26. sect. 2. num. 10. Henriquez in summa lib. 13. cap. 19. numer. 2. & illud obseruatur ex communi praxi iudicum, & supremorum Tribunalium. Verum quamuis certum sit hodie excommunicationis censuram non incurri, licet à iudice sit lata, donec pars ad cuius instantiam fertur, illa vtatur, declaratoriam videlicet intimando: non sic iudicandum reor in presenti casu, videlicet, quod adepta iam notitia decreti à S. D. N. Gregorio X V. editi contra in confessionibus sollicitantes, illud nondum vim obligandi deferat, nisi intimatione, seu publicatione effecta per Inquisitores iurisdictione illismet per illud commissã iam vtantur. Nam cum excommunicatio in creditoris fauorem lata sit donec ipse cum rigore debitum repetat, censetur dilacionem permittere, nec iudex intendit nisi iuxta illius exigentiam, & voluntatem excommunicationem ferre, vt rectè docet Suarez supra. Vel si solum iudex ex officio illam tulerit, donec ipsius intimationem exequatur, excommunicate cum effectu minimè censetur. At decretum S. D. N. Gregorio lex quædam est lata non in fauorem Inquisitorum propriè, sed Sacramenti poenitentie, cuius vindicari violationem instantè ipsomet Sacramentum exigit. Nec publicationem Bullæ non esse effectum; iudicium opinari debet, quod vi nolint Inquisitores iurisdictione per illam concessã, cum parati sint sceleratorum confessoriorum pretextu vel occasione confessionis sollicitantium denuntiationes excipere: sed alijs causis illismet notis publicationem differunt.

### IN QVIBVS CASIBVS propriè interueniat sollicitatio in confessione, vel non?

21.



**S**ub poena Breuis comprehenduntur confessorij, qui verba amatoria ad fœminam dirigunt; seu signis, aut tactibus ad turpes actus pellicunt. Quod probant Bullæ verba ad medium: *In Diuine Maiestatis offensam, & animarum perniciem, & Christi fidelium*

*non modicum damnum alliciendo, & prouocando; vt allicere, & prouocare tentando, mulieres videlicet poenitentes ad actus inhonestos, &c.* Docet Acuña quæst. 7. num. 6. & quæst. 1. num. 24. Freitas illa quæst. 7. numer. 27. Param. de orig. Inquisitionis lib. 3. quæst. 10. num. 116. & 118. Bonacina de obligatione denunciandi confessorium sollicitantem, disput. 6. punct. 3. num. 3. Et liquet etiam ex Decreto Gregorij X V. ann. 1622. die 30. Augusti. ibi: *Aut inhonestos sermões, aut tractatus cum eis habuerint, vt infra, num. 67.*

Et quamuis manum, brachium, vel pedem fœminæ premere, vellicare, digitos intorquere, mammillas tangere, & similia, peccata venialia sint, intra genus luxuriæ, ob paruitatem materię; dummodò absit finis mortalis, vel pollutio visus periculum, vt docent Nauarr. cap. 14. num. 31. Sánchez lib. 9. de matrim. disput. 46. num. 16. Salas 1. 2. quæst. 74. tract. 13. disput. 6. sect. 20. num. 146. & sect. 22. num. 149. Granado 1. 2. de peccatis, fol. 115, num. 6. Freitas quæst. 7. num. 28. Hæc tamen si fiant tempore Sacramenti ministrandi, vel immediatè ante vel post, erunt mortalia, & damnanda ob grauem iniuriam illatam Sacramento; Freitas quæst. 7. num. 33. Quamuis enim intra genus castitatis leuia illa sint, intra Religionis tamen genus grauiã reputantur: sicut licet intra genus temperantiæ ieiunij die modicum cibi sumere leue peccatum sit; nihilominus intra Religionis genus, graue crimen est illo sumpto cibo Eucharistiam sumere. De quo disput. 51. num. 1. & docet Ochaguaia de Sacrament. tract. 3. quæst. 9. num. 7.

Nec comprehenditur sub poena Breuis, qui ad furtum, homicidium, veneficium, aut alia flagitia sollicitat fœminam; contra Peña in directorio Inquisitorum, 2. parte commentar. 81. versiculo, *ille quoque*. Sed tantum qui ad carnalia inducit, vt constat illis verbis: *Ad actus inhonestos, dum earum audiunt confessiones, alliciendo & prouocando, vel allicere, & prouocare tentando.* Docet Ledesm. de matrim. quæst. 56. artic. 2. §. non est idem. Param. lib. 3. quæst. 10. num. 121. & 122. Acuña quæst. 8. numer. 3. & 6. Vbi Seraphin Soufa de confessorijs sollicitantibus, tractat. 1. cap. 13. num. 4. Saiced. in pract. verb. *deponatur*. Bonacina disput. 6. punct. 3. num. 13. Et explicari potest Peña, quod non loquatur de commissione concessã Inquisitoribus ex vi huius Breuis, cum ex vi illius tantum de carnalibus possint cognoscere; sed de Inquisitorum generali illa potestate, qua inquirunt de hæresis suspectis.

Vnde à fortiori sub poena Breuis comprehensum ibunt confessorij, ad nefandum congressum, siue mollicitem, fœminas sollicitantes; cum huiusmodi propriè sint inhonesti actus; imò inhonestioris, quàm naturalis copulæ. Acuña quæst. 8. num. 7.

Sollicitantes verò masculos comprehendique sub Breuis poenis diximus num. 12.

Contra, si fœmina inducat Confessorium ad carnale flagitium, non tenebitur ipse fœminam denunciare: quia Breue tantum in Confessorijs sollicitationi incumbentes fuit editum; Acuña quæst. 9. num. 3. §. & 6. qui sic respondisse Suarium à se consultum, refert. Et constat item ex Decreto Gregorij X V. infra, num. 67. ibi: *Mandantes omnibus confessorijs, vt suos poenitentes, quos nauerint fuisse ab alijs sollicitatos, moneant de obligatione*

22.

23

24.

ne denuntiandi sollicitantes. Ecce quòd mandatum denuntiandi solum dirigitur ad poenitentes sollicitatos, & non confessarios, etiamsi sollicitati sint à poenitentibus. Sousa tract. 1. de confessarijs sollicitantibus, cap. 7. num. 4. Bonacina disputat. 6. punct. 3. num. 20.

25. Et quamvis ex sollicitatione à femina incepta Confessarius turpem actum exercent, non ob id ipse in poenas Breuis incidet; cum illud solum sit editum contra sollicitantes, seu prouocantes ad venerem; nequamquam verò aduerfus committentes carnalia. Docet Acuña quæst. 11. num. 7. & 9. Et ita censuisse Suarium refert. Vnde Parami opinio de origine Inquisitionis lib. 3. quæst. 10. in fin. Sousa tract. 1. de confessarijs sollicitantibus, cap. 6. num. 8. & primo aspectu Freitas quæst. 11. num. 5. censentium in hoc casu comprehendendi confessarium sub Breuis poena, rigida videtur. Et cum in illo euentu non conficiatur Sacramentum, dum femina non animo illud suscipiendis, sed sollicitandi confessarium accedat; nulla iniuria fit Sacramento. In quo sanè videtur fuisse deceptus Freitas num. 13. qui tamen postea num. 24. sententiam nostram amplexus est: ob quæ & alia liber ille de confessarijs sollicitantibus, maxima attentione legendus est, vt intelligatur; obscure namque tam Author Acuña, quam illius Additionator Freitas sunt locuri. Et sanè ob vitandam libri illius ambiguitatem parùm studiosis, motus sui præsentem scribere disputationem; & vt adderem alia ab ipsis omissa. Postremò, quia censeam oppositum esse resoluendum ex aliquibus casibus ab ipsismet adductis. Quamuis fatear librum illum esse maximè vtilem, & dignum, quòd illius authoribus plurimæ referantur gratiæ. At quamuis ex Bullis Pij & Pauli IV. confessarius sollicitatus à femina non incurrat Breuis poenam, iam ex Gregorij XV. constitutione infra adducenda num. 67. illam non vitabit; eo quòd in loco confessionarij actus exequatur turpes. Quod si in aliud tempus differat executionem, & positivè non annuat sollicitationi, nec poenis Gregorij erit subiectus, cum nullum turpem exercent actum. Sousa infra in suo num. 8.

26. Quòd si ad inuicem fiat sollicitatio, à femina scilicet primò, à Confessario deinde, ita vt mutuo sese pelliciant ad turpis actus complementum; non tamen in poenas Breuis cadet confessarius. Nam tunc proprie non dicitur prouocare, sed in prouocationem à femina inceptam consentire, & illam continuare. Ita Acuña quæst. 11. n. 11. Et in hoc sensu non loquitur Freitas quæst. 9. num. 8. vbi contrarium resoluere videtur; adducens pro se Grassium de poenitent. & remisil. consil. 7. à num. 8. Nec arbitror loqui Sousa de confessarijs sollicitantibus, tractat. 1. cap. 6. num. 9.

27. Quòd si femina ad concubitum naturalem prouocet confessarium, ipse tamen reproouocet ad nefandum, siue ad mollitiem, poenas Breuis incurrit; nam respectu actus nefandi, vel mollitiæ ipse confessarius verè prouocat & sollicitat.

28. E contra, etiamsi femina ad sodomiticum congressum inuitet, & confessarius renuat, suadeat tamen ad naturalem, poenas Breuis non vitabit iam ex constitutione Gregorij XV. infra adducenda num. 67. quatenus prætextus confessionis inhonestos exercet tractatus. Præterea jilla prouocatio ad actum naturalem copulæ vera est sollicitatio & verè dicitur; quòd femina sollicitat

ad vnum, confessarius verò ad alterum actum. Quando verò dicitur communiter, quòd qui ad minus malum inducit, non quidem absolute ad malum prouocat, sed facta suppositione, quòd maius damnum non possit vitare; intelligendum est solum, quando is, cui consulitur, constitutum apud se habeat maius illud malum perpetrare, & alia via à malo proposito reuocari nequit: at femina dissuaderi potest à confessario, ne sodomiticum actum exequatur, vt bene docet Sanchez lib. 7. de matrim. disput. 11. num. 15. & 21. plurimis Doctoribus adductis; & femina tenetur tam sodomiam quàm naturalem copulam cauere: nam quamuis liceat alteri consulere minus malum ad vitandum maius, quando ab vtroque dimoueri non potest: at nemini licet sibi tali consilio vti, quippe in altero non potest vtrumque malum vitare, & proinde consulit minus: at in seipso potest, & tenetur vtrumque cauere, vt Sanchez supra num. 27. Vnde femina, cui minaretur mors nisi in sodomiam consentiat, fas non erit offerre vas naturale vt præposterum seruet. Vnde in illo casu voluntas feminae prouocatur à confessario ad aliquod malum, quòd ipsa non committeret, & tenebatur non exequi, quamuis vellet patrare aliud maius. Et idem colligitur si femina ad actum naturalem veneris instiget, confessarius tamen illum renuat, intendens solum tactibus se oblectare, & ad eos solos prouocet: tunc enim denuntiandus erit confessarius, cum tam à copula quàm ab osculis, & tactibus auertere posset feminam. Amoto tamen Gregorij XV. decreto in poenas Breuis non incidet confessarius. Nam femina animo sollicitandi ad confessarium accedens, animo non suscipiendi Sacramentum properat, & consequenter nulla iniuria fit Sacramento, vt diximus num. 25.

29. Si tamen femina confessarium prouocasset, postea verò dolore tacta voluntatem mutet, & absolui cupiat antequam à loco confessionis recedat; confessarius autem sollicitè, poenas Breuis minimè effugiet. Nam postquam cessauit à malo femina, in illo statu est constituta, ac si nunquam sollicitasset; & tunc sollicitatio à confessario facta non posset appellari continuatio feminae sollicitationis; sed noua ex parte confessarij. Acuña quæst. 11. n. 11.

30. Si vocatus confessarius ad ægrotantis feminae sollicitationem ab ipsa sollicitaretur, minas superaddente se exclamaturam, vim sibi ab illo inferti, nisi consentiat; sicque ipse ob vitandam infamiam actui impudico consensum præstet; non erit locus constitutioni. Acuña quæst. 9. num. 9. Grassi de poenitent. de remisil. consilio 7. num. 1. Sousa tract. 1. cap. 14. n. 8. Quia tunc nullum fit Sacramentum. At iam ex constitutione Gregorij XV. infra adducenda num. 67. denuntiandus erit. Quia prætextu confessionis venerem explet confessarius. Et miror quòd Bonacina disp. 6. punct. 3. n. 17. & Sousa, qui post bullam Gregorij scripsere, Acuña & Grassium sequantur.

31. Confessarius arte in somnum inducens feminam, quo sopitam illam agnouit, poenis Breuis subicitur; quia factò fit sollicitatio. Freitas quæst. 9. num. 10. qui tamen immediate ante, oppositum dicere videtur; sed in re nunquam ille confessarius denuntiatus ibit, quia femina somno sopita, cum copulam non sentiat, denuntiandi obligationem vitabit. Et in hoc sensu Freitas dicit, in

huiusmodi casu non adesse locum constitutioni. Verum non aduertit diuersissimum quid esse, illud nempe casum non comprehendi sub constitutione; & aliud esse, excusari feminam à præcepto denunciandi. Idem fortè Bonacina tract. de obligatio. denunciandi confessarium sollicitantem, disput. 6. punct. 3. facetur, sed si id intendat dicere quod nos numero sequenti falsum reputamus.

32. Vnde si non arte, aut maleficio confessarij fuisset somno sopita femina, sed morbo aliquo, aut paroxismo; & illam carnaliter confessarius agnosceret, à pœnis breuis esset immunis. Nam constitutio non decernit pœnas confessariis fornicantibus proximè ad confessionem; sed sollicitantibus. In illo quidem casu confessarius non sollicitantis munus exercet, sed fornicarij. Nam sollicitare propriè est inducere; vt docet Bonacina supra inducere verò propriè est voluntatem alterius mouere: sopita autem femina voluntas minimè mouetur. Ita Freitas, quæstione 9. num. 11.

Nec pœnas breuis effugiet, & cartam continentem constitutionem tradat Confessarius femina peccanti; quamuis non statim legendam conferat: nam cum traditur carta, incipit sollicitatio; & iniuria fit Sacramento, quòd tempore, quo monendus erat peccitens vitam in melius mutare, instrumentum conferatur, quo saucietur.

Et sub pœnis breuis comprehendi arbitror confessarium lasciuè obiurgantem suam concubinam, in actu confessionis, vel proximè ante, vel post. Hispanè *si la pidiese zelos lasciuos*. Nam talis actio maximè prouocatiua est ad lasciuam, vel ad minus est signum ostendens lasciuum amorem; zelosum enim aliquem se ostendere, non est aliud, quàm penitentia signa ostendere, quòd alius, & non ipse solus particeps sit lasciuæ amoris femina: & idem est, ac si tunc diceret confessarius, *peniteo, quòd causam discontinuandi nostram amorem offeras*; vel, *volo, quòd deinceps non offeras*. Quòd magis verum est iam ex decreto Gregorij X V. infra adducto, numero 67. prohibentis in confessione, siue immediate ante vel post, illicitos tractus, siue sermones haberi.

33. Notandum præterea Episcopos sollicitantes non esse subiectos Inquisitoribus, taliter quòd femina sollicitata constringantur eos ad Inquisitionis tribunal deferre. Acuña quæst. 12. num. 5. plures referens. Soufa tract. 2. cap. 2. licet oppositum doceat Bonacina disput. 6. punct. 3. numero 8. iam ex Bulla Gregorij X V. Nam in cap. *Inquisitores*, de hæreticis, lib. 5. decernitur Inquisitores non posse contra Episcopos procedere, aut inquirere de crimine hæresis: & idem statuitur in Concilio Tridentino, sess. 24. cap. 5. de reformatione; de quo Barbosa in remission. Ad Concilium ergò à fortiori non inquirent, si illi non omnino hæretici, sed de hære. si solum suspecti sint. Et id æqua causa sancitum est ob tuendam Episcoporum existimationem; & non quia vitetur scandalum, & damnum diocesis: vt putat Acuña. Quæ quidem ratio minus conuincens est, cum id quoque sequeretur ob denuntiationem delatam ad Sedem Apostolicam. Nec comprehendi Episcopos solum titulares arbitror, cum Acuña, numero 7. Molina tom. 6. de iustit. tractat. 5. disput. 28.

num. 19. Nec Apostolicos Nuntios, aut Sedis Apostolicæ Officiales, num. 8. Molina num. 20. Parinac. de hæresi, quæst. 186. Decian. tom. 1. crimin. lib. 5. cap. 23. num. 10.

Poterunt tamen Inquisitores testium depositiones excipere Apostolicæ Sedi remittendas, Acuña num. 9. Soufa tract. 2. cap. 2. num. 4. Et si timeatur fuga, poterunt Episcopos detinere, dum ad Sedem Apostolicam, vel ad superiorem legitimum deferantur delicta, supra num. 10.

Episcopi tamen electi & non consecrati, siue à Summo Pontifice non approbati, subditi sunt Inquisitorum iudicio, sicut quilibet alius Sacerdos: & sic pariter denunciandi, si sollicitationi vacauerint. Acuña quæst. 12. numer. 11. Freitas num. 31.

34. Nec laci fingentes se Sacerdotes, confessiones excipientes, & sollicitantes, comprehenduntur sub pœnis breuis; cum ab eis nullum fiat Sacramentum. Acuña quæst. 13. num. 5. Soufa tract. 1. de confessariis sollicitantibus, cap. 8. num. 4. Bonacina disput. 6. punct. 3. num. 8. Quamuis æquissimum esset, hos quoque denunciari, denuntiandosque iuberi à dominis Inquisitoribus. Omitto, quòd ob simularum Sacerdotium ex antiqui iuris commissione subduntur Inquisitoribus, veluti de hæresi suspecti; Acuña quæstione 13. numero 10. Videtur tamen non subditi Inquisitoribus laicum fingentem se Sacerdotem, & audientem confessiones; nisi simul absoluat: vt constat ex illis verbis Constitutionis Gregorij XIII. adductæ ab Acuña quæst. 13. num. 17. *Et confessiones audire, ac absolutionem impartiri*. Quam refert Læcius tom. 2. nouæ collect. Apostol. Constit. pag. 387. & in alia Constit. Clem. VIII. die 1. Decembris, anno 1601. in qua fit mentio de alia Constitutione Pauli IV. & alia Sixti V. circa eandem materiam, de quo Soufa supra cap. 9. num. 1. qui ex Constitutione Clem. VIII. ait subiectos iri Inquisitoribus laicos excipientes confessiones, quamuis absolutionem non impertiantur, ex illis verbis: *Confessiones audientes, & infra, Sacramentum confessionem audiuisse*.

Nec si laicus interpres sit confessionis feminae, & inde sollicitet, pœnas breuis luet: vt diximus num. 10. contra Freitam. Docet Soufa tract. 1. cap. 10. num. 3.

35. Quòd si Sacerdos iurisdictione certò carens confessiones excipiat, & sollicitet; pœnas breuis non effugiet: alias enim fraus magna, & dolus otiretur in defraudanda Bulla, cum confessarius posset negare se facultatem ad audiendas confessiones præhabere. Acuña quæst. 14. num. 5. Freitas num. 13. Contra Soufa tractat. 1. cap. 11. num. 9.

36. Si verò mala fides confessarij & penitentis interueniat, quia vterque cognoscit confessionem inualidam iri; & ob id intendere nequeant configere Sacramentum, sub pœnis breuis non comprehendetur confessarius sollicitans: Acuña quæst. 14. num. 6. qui id colligit ex Suarez tomo de penitentia, disput. 33. sect. 2. num. 4. Hentiquez in summa, lib. 6. cap. 21. num. 4. Soufa num. 9.

37. At iam ex Decreto Gregorij X V. anno 1622. die Augusti 30. simulans audite confessiones, vt sic liberius inhonestos sermones habeat cum femina, denunciandus est Inquisitoribus: vt constat ex tenore infra, num. 67. Non tamen sub pœnis

nis illius constitutionis Gregorij XV. comprehenditur confessorius qui dum inhoneste ageret in secreto loco, & alios aduenire animaduertens, simularet sacramentum Pœnitentiæ ministrare. Nam tunc non assumitur Sacramentum vt medium ad efficiendum aliquod crimen quod de facto tunc fiat, quando intercedit simulatio, sed potius ad occultandum scelus quod ante efficietur. Quod si vir & femina pacti fuissent simulatione Sacramenti vtendi ad occultandum suum scelus si fortè ab aliquibus viderentur, sub pœnis Breuis comprehensibunt. Quia tunc assumitur Sacramentum, vt scutum, ad iniquè operandum, & sub illius prætenu crimem aggredi & continuare decernunt.

41. Si confessorius deprehendens feminam verum propositum emendationis non adducere, & ob id absoluendam non iri, adhuc sollicitet, pœnas Breuis non vitabit: quia licet Sacramentum non conficiatur; accusator tamen in foro pœnitentiæ sit; quæ sufficit ad obligationem sigilli. Acuña quæst. 14. num. 10. adducens Suarezium tomo de pœnitentiâ, disput. 33. sect. 2. num. 9. Et liquet quoque ex Decreto Gregorij XV. infra adducto, num. 67. ex illis verbis: *Qui occasione Confessionis, etiam ipsa confessione non sequuta, sollicitare, &c.*

42. Sollicitare item in vsu aliorum Sacramentorum, sub limitibus Breuis non includitur; cum solum loquatur de sollicitatione facta in confessione: Acuña quæst. 15. num. 6. Freitas num. 10. Sousa tract. 1. cap. 13. num. 4.

43. Confessorius sollicitans in alterius gratiam, videlicet instigando feminam, quod alium in copulam admittat, pœnis Breuis subicitur; cum tunc verè sollicitatio interueniat ad inhonestos actus: per accideris autem est, quod cum Confessorio sint exercendi, vel cum alio. Ita Acuña quæst. 17. num. 5. Freitas, num. 13. Grassi consil. 1. num. 41. in fin. de cognatione spiritali. Sousa tract. 1. cap. 14. num. 5. Bonacina disput. 6. punct. 3. num. 6. & 18. Quod etiam decernitur ex Decreto Gregorij XV. edito anno 1622. die 30. Augusti: vt constat ex tenore, num. 67. ibi: *Qui personas ad inhonestas, siue inter se, siue cum alijs perpetranda sollicitare, &c.*

44. Quando verò confessorius feminam sollicitat, non quidem sibi, nec alij copulandam; sed quod mediet, & intercedat, vt alia femina in fornicationem consentiat, pœnas Breuis evitabit; cum talis sollicitatio non sit directa ad exequendum carnis flagitium cum pœnitente femina. Sousa tract. 1. cap. 14. num. 3. Acuña quæst. 17. numer. 8. probabile reputat, quamuis oppositum probabilius. Quem sequitur Freitas num. 14. immeritò tamen. Iam verò reor ex Decreto Gregor. XV. vt infra numer. 67. denunciandum fore huiusmodi Confessorium ex illis verbis, *aut cum pœnitentibus illicitis & inhonestis sermones, siue tractatus habuerint.* Sousa in annotat. 8. num. 6. Inhonesti sanè sermones sunt, pœnitentem inducere, quod mediet, vt alia femina in fornicationem consentiat.

45. Femina tamen egregiè tenentur testificationis causa in sollicitatione adire iudicem. Acuña quæst. 22. num. 14. Freitas num. 32. Id enim nimis durum non esset ob bonum Religionis, nisi clausura, infirmitas, aut alia iusta causa excuset.

46. Ad puniendum Confessorium sollicitantem, erit in arbitrio iudicis quanta, & quibus mulie-

rum testimonio in hac delatione sit adhibenda fides, iudicare; cum ex natura rei crimen hoc sit impossibilis probationis. Freitas quæst. 23. numero 25. adducens Iodoc. in practic. crimin. cap. 50. rubrica de probation. testium. num. 25. Alois. Riccium parte 3. collect. 549. Et in praxi fori Ecclesiastic. 369. Dum refert plurimum fœminarum, quæ sollicitate fuerant, testimonis confessorium coniunctum, non fuisse pœna ordinaria punitum, sed in tortura negantem, per annum suspensum ab animarum cura. Bonacina disput. 6. punct. 3. n. 27. Quamuis Paramus lib. 3. q. 10. n. 158. & 159. & 165. duas fœminas ad probationem delicti requirat: tres Lucius in summa, cap. 24. n. 11. Acuña quæst. 23. num. 11. quatuor exposcit: vnam verò solum Cantera in quæstion. crimin. cap. de vera probatione, num. 47. pagina 313. Vide Martin. del Rio de Magia, lib. 5. in appendice, quæst. 10. & 13. vbi late agit de crimine Magiæ probando per testes singulares. Sousa tract. 2. cap. 12.

47. Addit Acuña quæst. 23. num. 9. Freitas num. 18. de arum fœminarum testimonium non fore sufficiens ad captam confessorij. Cuius rei mentionem fecerat idem Freitas quæst. 4. n. 27. 28. & 38. Sed hoc magis iudicium prudentiæ est committendum; qui inspicere debent qualitatem, & mores fœminarum deferentium delictum, scrutarique, an Diuinus Spiritus, zelus, non odium, nec quavis alia iniqua causa, ad denunciandum inducat. Et præterea qualitatem, & mores confessorij denunciari aduertere, conueniens erit.

Quod si fœmina sollicitata rogasset confessorium sollicitantem an ipsa constringeretur denunciare; poterit confessorius veritatem occultare, & equiuocatione vtendo respondere, fœminam ad deferendum scelus non teneri, videlicet ex suo consilio. Repugnat namque naturali iuri quod aliquis sit obnoxius consilio contra se præstare. Quæ namque ratione excusabitur, si dicat hæreticum non esse denunciandum, dum nesciat ipse contra se interrogationem tendere?

### QVÆNAM DESIDERENTUR, vt in confessione dicatur propriè interuenisse sollicitatio?



48. Vt peccato mortali, & excommunicationis pœna, intra terminu in edicto expressum fœmina constricta est denunciare confessorium sollicitantem, tam in ipso actu confessionis, quam ante, vel post, proximè ad confessionem, siue sollicitatio sit facta in ipso loco confessionis, vel in altero. Docet Acuña tractatu de confessoris sollicitantibus, quæstione 5. numero 6. plures referens. Cum vicinitas actuum ante, vel post, vnum faciat & eundem actum, eandemque dispositionem habeat. iuxta textum in cap. officij, §. Nos autem, de election. l. si veniri, §. in bonis, ff. de priuilegijs creditorum, l. cum antiquitas, Cod. de testam. Docet Paramus de origine Inquisitionis, libro 3. quæstione 10. numero 45. & Freitas quæstione 5. numero 18. plures etiam Doctores pro hac opinione vocans. Quod verò teneatur denunciare

denuntiare intra terminum in edicto expressum, tenet Acuña quæst. 20. num. 1. & quoddam denuntiationem omittere sit culpa contra Religionem Sacramento Pœnitentiæ debitam, docet num. 10. Aduertendum tamen, quoddam licet in Bulla Pij IV. solum dicitur, denuntiandum esse Confessarium sollicitantem in ipso actu confessionis, nullam faciente mentionem de actu proximo ante, vel post ad confessionem, tamenque Doctores extendunt ad actum illum proximum; cum vicinitas actuum ante, vel post, vnum faciat & eundem actum: non quod in eo est vt proximè futurus sit, perinde haberi solet ac si iam esset. penult. ff. de restam. milit. Faber in l. 9. §. vlt. ff. de in ius vocando. iam tamen extensio illa ad actum proximum confessioni ante, vel post, facta est expressis verbis Decreto Gregorij XV. adducto infra, num. 67. ibi. *Qui sollicitauerit in actu sacramentalis confessionis, siue ante vel post immediatè, &c.* Et declaratur quoque extensio in edicto Inquisitorum solito publicari.

Actus autem proximus ille dicitur, inter quem & ipsam confessionem non potest alius magis proximus dari; taliter quoddam Confessarius, nec fœmina ad extraneos actus non diuertit. Freitas quæstione 3. numero 70. Param lib. 3. quæst. 10. num. 42. Decisio Rotæ adducta à García 2. comment. de benefic. part. 11. cap. 3. num. 196. (quamuis ad illud propositum) vbi ait, quod quando inter duos actus, agentes digressi fuerunt ad alios extraneos actus, tunc illi duo actus non censentur correspondenti. Verat. decisio. 197. num. 3. Vnde si post absolutam fœminam Confessarius, vel ea ad extraneum alium actum diuertat: quamuis illam statim sollicitet, non dicitur continenti sollicitare. Egid. de privileg. honest. articulo 11. numero 19. Quapropter falsò asseruit Hurtado de matrim. disput. 18. difficult. 1. num. 4. Confessarium sollicitantem fœminam intra 24. horas post confessionem denuntiandum esse Inquisitoribus. & de pœnitent. disputatio 9. difficult. 4. Vnde in praxi tunc immediatè ante ad confessionem sollicitabit Confessarius, si fœminæ dicenti se velle confiteri, confessionem dissuadeat, & de venereis tractet; Sousa tract. 1. cap. 18. num. 6. (qui contrarius sibi videretur num. 7.) vel etsi non tractet, cognoscat Confessarius fœminam intellexisse dissuasionem à confessione in ordine ad impudicum finem fuisse factam, & fœmina quoque intelligat impudicum fuisse Confessarij intentum in dissuasione. Vnde reiciendi sunt arbitantes solum proximè ante ad confessionem repetiri sollicitationem, quando fœminæ dicenti se confiteri velle Confessarius dissuaderet, ipsa tamen dissuasionem repellente de facto fuisset executioni data confessio, non verò si annuente sollicitationi confessio esset omissa. Reiciendi, inquam, huiusmodi sunt. Nam aliàs sequeretur in potestate sollicitantis situm esse incurtere vel minus Breuis pœnas, cum ipse dum sollicitationem fuisset aggressus & fœmina dissentiret, posset ipsius confessionem non excipere, & inde fraudem legi parare. Si tamen fœmina se velle crastino confiteri diceret, & tunc dissuaderet Confessarius, & venerea ageret, propriè non dicitur sollicitata proximè ante confessionem; cum tunc quando sit sollicitatio, nolit fœmina confiteri: vnde sollicitatio tunc non est proxima confessioni faciendæ, sed proxima conuentioni de illa agenda. Aliàs si

fœmina conueniret cum Confessario de agenda confessione futuro anno, sollicitata diceretur; si tempore conuentionis sollicitasset: quod nullus admittet. Nec immediatè dicitur sollicitare, si lasciuè loquutus fuisset Confessarius cum fœmina, & immediatè post sequeretur confessio, quando per accidens sequuta fuisset illo tempore; videlicet dum Confessarius & fœmina tempore conuersationis impudicæ animum non haberent ministrandi, postea tamen in rectum cor fœmina conuersa confessionem postulat; & tunc satius erit confiteri etiam immediatè ad impudicam conuersationem, quàm confessionem differre, vt etius à peccato liberet fœmina.

Quando verò Confessarius dissuadens confessionem fœminæ, non esset excepturus illius confessionem, sed alius Confessarius, non comprehenditur sub Breui; quia tunc se habet Confessarius, ac si laicus confessionem dissuaderet.

Proximè tamen ad confessionis actum sollicitare dicitur, dum signa impudicæ siue ad lasciuum amorem excitantia ostendit, quia illis signis prouocatur pariter ac verbis fœmina.

Quod si contingat fœminam præsumentem à Confessario esse sollicitandam, ei dicere, animo ficto, se velle confiteri, cum tamen solum velit illa via coitum vitare; & adhuc Confessarius sollicitationem præmittat, denuntiandus erit. Quia cum ipsi non constaret de fœminæ fictione, quatenus ex ipso est, confessionem dissuaserit.

Fit quoque denuntiandum fore Confessarium dissuadentem fœminæ confessionem lasciuæ animo, dicat tamen se ideo dissuadere, quia indigeat fœmina pleniori peccatorum examinatione, hæcque fraude lasciuæ intentionem conetur explere. Nam dum re vera confessionem dissuadeat ad veneris intentum, patum vel nihil refert fraude illa vel altera vtatur. Sic censuere viri graues quos consului.

Vnde sacrilegium quoque erit fœminam sollicitare ante, vel post proximè ad confessionem, cum tunc itidem fiat iniuria Sacramento; quamuis non tanta, ac si sollicitatio in ipso actu confessionis contingeret. Freitas quæst. 5. num. 25. & 30. Sanchez lib. 7. de matrim. disput. 55. num. 3. loquens de Confessario habente rem cum filia confessionis: qui ait esse sacrilegium, quantumuis magna intercelleret mora inter confessionem, & copulam; eo quoddam iniuria semper fiat Sacramento. Sed an hoc exemplum à Sanchez adductum veritatem contineat, diximus num. 3.

## IN QVIBVS CASIBVS cesset obligatio denuntiandi Confessarium sollicitantem?

**P**RIMO, si multi sint anni elapsi post factam sollicitationem, & credatur verisimiliter emendatam iam esse confessionem: hoc enim pia conditio humana pari videret, vt post longum tempus admitti delicti, non deferatur ad punitionis tribunal delinquens; sed præsumatur emendationem iam consequutum esse. Docet Acuña

Acuña tract. de Confessarijs sollicitantibus, quæst. 3. num. 15. Tres verò annos exigit communis Doctorum ad emendationem præsumendam in criminoso: ex Mascardo concl. 600. num. 14. Alciat. regul. 2. præsumpt. 7. Fatimac. in prax. quæst. 23. à num. 26. & decisio. 51. num. 10. lib. 1. vbi agit de suspecto de hæresi, qui adiutur. Quos adducit Seraphin. de Freitas in addition. ad Acuñam. quæst. 3. num. 32. & 33. Et generaliter nullam interuenire obligationem denunciandi delinquentem iam emendatum: ita vt nullam prorsus probabile recidui periculum subit: docent D. Thomas quodlib. 1. 3. art. 1. 3. ad tertium, Adrian. quæst. de correctione fraterna §. pro huius decisione; D. Antonin. 2. parte, tit. 19. cap. 6. §. 4. Syluest. verb. Denuntiatio, quæst. 1. & ibi Arnil. num. 2. Sorus de secreto, membr. 2. quæst. 4. post dubium 3. conclusione 4. Nauarr. summa. cap. 24. num. vltimo, in fin. & cap. inter verba, 11. quæst. 3. in secunda editione, conclus. 6. col. 44. num. 113. Aragon. 2. 2. quæst. 3. art. 7. in fin. Valent. 2. 2. disput. 3. quæst. 10. punct. 5. col. 15. §. Sed rectius hoc negat. Nauarr. lib. 2. de restit. cap. 4. in noua editione, part. 2. dub. 12. num. 120. Sanchez de statu religiofo, lib. 6. cap. 18. num. 49. & videtur clarè sentite Paludan. in 4. distinction. 19. quæst. 4. num. 3. Menchaca controuersia 16. num. 4. Fatimacius de hæresi quæst. 197. §. 2. num. 52. Et loquendo speciatim de Societate Iesu docet Ribadenyera de instituto eiusdem Societatis cap. 34. §. lo quarto: speciatim etiam hæreticum iam emendatum, & occultum non esse denunciandum docet Sorus de iust. lib. 3. quæst. 5. artic. 5. & Rojas de inquisitor. singular. 3. num. 22. qui alios refert. Verùm quoad hæreticum, bene docet Soar, de fide, disput. 20. sect. 4. num. 13. denunciandum non esse, stando in solo iure naturæ. At verò nunc supposito Ecclesiastico præcepto Inquisitorum, adesse obligationem denunciandi hæreticum, quantumvis occultum, & emendatum; vt intelligant hæretici non esse occultandos, etiãsi emendentur; & quia fortè infecerunt alios; & vnus emendatione non satis providebitur; & quia scitè se emendatum ostendit hæreticus: vt docet Simanc. de instit. tit. 19. num. 12. Quamuis esse denunciandum confessarium emendatum doceat Bonacina disp. 6. punct. 3. n. 9.

52. Secundò non erit constricta forma sollicitata denunciare, si videat iam confessarium esse ab alijs forminis denunciatum, & ab Inquisitoribus punitum: iam enim tunc præsumitur esse emendatum, docet Freitas in addition. ad Acuñam, quæst. 3. n. 34. Oppositum censet Sousa tract. 3. cap. 20. num. 11. si plene confessarius non fuisset punitus, quem sequitur Bonacina disp. 6. punct. 3. num. 5. cum seuerius ob duplam sollicitationem quam ob simplicem sit puniendus.

53. Quòd si absolutus perleueret in sollicitationis vitio, esse procul dubio deferendum etiam ob præteritam sollicitationem, docet Freitas supra, cuius tamen oppositum verius reputo: nam obligatio ad denunciandum ob præteritam sollicitationem extincta fuit eo ipso quòd sollicitans confessarius ab Inquisitoribus fuit punitus; nec renascitur denunciandi obligatio, quia iterum in sollicitationis crimen incidat penitentiarius: nec quicquam prodesse potest illa denuntiatio ad secundam punitionem infligendam, cum crimen illud ante primam punitionem fuisset commissum, & ad secundam punitionem solùm sint attendenda delicta commissa post primam: nam deterior non iudicabitur confessarius, quia modò reuelentur aliqua sollicitationis delicta ante primam punitionem patrata; sed ex eo quòd post vnam punitionem in alia noua crimina sollicitationis fuerit lapsus, primam monitionem seu punitionem spernens.

54. Quòd si tamen à Dominis Inquisitoribus sub excommunicationis vinculo fuisset præceptum reuelari delicta sollicitationis commissa ante primam punitionem, arbitror constrictam iri sceminam propalare; quamuis sollicitans confessarius semel fuisset punitus: nam censura illa vndequaque iusta videtur; vel saltem non manifestam complectens iniustitiam. Quocienscumque autem excommunicatio manifestum non continet errorem, aut iniustitiam, timenda est, & ligatur vt docent communiter vniuersi Doctores, tract. de excommunicatione.

55. Excusabitur tamen forma à denuntiatione; si graue damnum metuatur in vita, fama, aut bonis temporalibus proprijs, vel mariti, filiorum, fratris, aut amici maximi, & maximè benefactoris: de quo Sanchez lib. 4. de matrimon. disput. 4. num. 9. plures referens, vt illi mos est (benedictus sit talis vir) cum horum bona, vita, vel honores propria reputentur. Acuña à num. 6. quæst. 19. plures referens: Sousa tract. 2. cap. 8. num. 5. & sequentibus, non enim leges humanæ cum graui nocimento constringunt; præsertim si confessarius ob sollicitationem non tam sit suspectus de hæresi, quàm de luxuria. Et docet Suar. de censur. disput. 20. sect. 3. num. 9. Fagundez 2. præcept. lib. 4. cap. 3. num. 31. Ius namque naturæ facultatem concessit cuiuscunque non solùm propriam vitam, famam, & temporalia bona conseruandi, verùm, mariti, filiorum, fratris, maxime amici, vel affinis, vsque ad quartum gradum, nam vsque ad illum communiter durat affectio naturalis. Imò addit Sanchez libro illo 4. de matrim. disput. 4. num. 12. etiam vltra quartum gradum damnum in affinis reputari proprium, quando esset timor rei tangentis ledentisque valde honorem, vnde toti prosapia etiam vltra eum gradum macula sequeretur. Sed tamen licet ius naturæ illam facultatem conseruandi famam & bona mariti, filiorum, & amici concedat, non propterea obligat vt denunciatio delicti fieri non possit; si scemina velit; nam reus eo ipso quòd crimen commisit, factus est dignus quòd eius scelus denuntietur, vt docet Bart. in l. Lege Julia, ff. de testib. l. 11. tit. 16. part. 3. l. vltim. tit. 30. part. 7. Quod indubitatum est in crimine hæresis, cap. literas, de præsumpt. vbi id notat Abb. num. 8. & constat à fortiori ex cap. 13. Deuteron. & cap. si audieris, 23. quæst. 5. Imò firmitus erit testimonium consanguinei contra sibi coniunctum, cum nemo carnem suam odio habeat. Simanc. Cathol. instit. cap. 42. num. 14. Vnde ius naturæ in prædicto casu solùm excusat à denuntiatione præmittenda, non tamen obligat vt non fiat, & ideo ius illud est excusans, vt dicimus disput. 43. num. 32. & non obligans. Ob quod Iurisperitus l. 4. de testib. sancit, consanguineum non posse constingi testificari contra sanguine sibi coniunctum (vel affinem intra quartum gradum, vt colligitur à simili ex Sanchez lib. 4. de matrim. disp. 4. num. 11. & 12.) magis autem conditioni humanæ

repugnat quòd quis sui consanguinei vel affinis denunciet delictum, quam quòd post denuntiationem ab alio factam, testis munus exequatur, cum in denuntiatione primus auctor esset damnationis sui consanguinei, in iustificatione vero secundus vel tertius. Vnde disput. 34. num. 16. Vnde placet Soufæ opinio tractat. *de confessarijs sollicitantibus*, cap. 7. num. 4. iniquitatis, scilicet, faminam quæ ob sollicitationem copiam sui fecit, constrictam non esse cum suæ famæ iactura denuntiare; solum namque quando bonum publicum magnum periclitatur, cedere debet particulare bonum; quod verò omittatur denuntiatum, in notabilem iacturam reipublicæ non vertitur. Nam si alias scilicet sollicitauit confessarius, illa denuntiationem ferret; si verò illam solum sollicitauit, iam emendatus est, & consequenter commune bonum non periclitatur. Famam at amissam, si iudicè interrogatus confessarius, dicat, & sollicitasse & copulam habuisse, est notum; ad hanc autem aperiendam, ait Soufa constringi confessarium. Denique confessarium sollicitantem denuntiandum non fore antequam fraternè corrigatur, docet Fagandez 2. præcepti lib. 4. cap. 3. num. 3. eo quòd præualeat nequeat præceptum posituum denuntiandi contra diuinum correctionis. Quod probabile iudico principiis extrinsecis ductus.

Vnde si patet naturalis sacerdotio iam initiatus filium suam in confessione sollicitet, ab ea denuntiandum non erit, cum infamiam patris in filios deuenire sit notum.

Fit quoque fratrem naturalem sollicitantem suam sororem, denuntiandum non esse à sorore. Quia fama vel infamia fratris propria alterius fratris reputatur.

Deinde si eueniat maritum factum esse religiosum & confessarium & propriam uxorem factam moniale sollicitare, constringenda non erit denuntiare, cum infamia mariti propria esse uxoris censetur.

Nec denuntiandi aderit obligatio, si scilicet sollicitetur à suo maximè benefactore, aut amico. Potest namque contingere Petrum confessarium beneficia plurima scilicet impendisse, ipsamque gratitudinis vinculo constringi, non tantum damnatum confessario exorandum impedire, verum bonis ipsum afficere. Inhumanum ergo esset scilicet faminam obligare sui benefactoris auctorem damni esse.

Imò si contingat ante impensa beneficia, confessarium sollicitasse, & per tempus sollicitationi incumbendo, maxima beneficia impetiri scilicet sollicitare, non denuntiandus erit. Quia licet dum aggressa est sollicitatio, non aderat excusatio gratitudinis ad denuntiationem omittendam; postea tamen dum munera elargitur etiam ob explendam libidinem, benefactoris naturam non subterfugit, cui damnatum parare inhumanum esset. Præteritum quòd se priuare scilicet faminam beneficiis in futurum suscipiendis, esset idem ac in propriis bonis iacturam sentire: diximus autem supra scilicet faminam non constringi denuntiare, cum bonorum suorum iactura.

Deducitur etiam, non constringi scilicet faminam sollicitatam denuntiare confessarium, qui etsi ipsi scilicet faminae nulla fuerit impetrata beneficia, bene tamen scilicet faminae, filiis, marito, parentibus, vel fratribus. Quia gratitudinis natura non solum ad

gratias agendas obligat pro beneficiis in propria persona susceptis, verum in persona mariti, filiorum, parentum & fratrum, Cum horum bona vel mala, vt supra dictum est, propria reputentur.

Non tamen deobligabitur scilicet famina denuntiationem omittete ob id quod suus cognatus in secundo gradu, à confessario sollicitante munera fuerit consequutus. Nam gratitudinis natura ad rem grauem omittendam non obligat ob fauorem eius, qui amicus est mei cognati in secundo gradu. Cum proprium bonum non reputetur illud quod in utilitatem amici, mei cognati cedit.

Quapropter scilicet famina denuntiare erit obstricta confessarium sollicitantem, qui beneficia impendit amico amici scilicet faminae sollicitatae. Non enim proprium meum bonum est, quod in commodum amici, mei amici vertitur.

Etiamsi firmiter credatur emendatio in confessario sollicitante, per fraternam correctionem non excusabitur scilicet famina à denuntiatione: nam licet in crimine hæresis, vel illam olentibus (quale est de quo agimus) stando in solo iure naturæ, à denuntiatione poterit quis cessare, si firmiter credatur per secretam monitionem fore hæreticum emendationem naturum; vt numer. 51. quia tamen Inquisitorum edictum publicatur de hæretico, siue sollicitante Confessario deferendo, nulla præmissa monitione, quantumuis firmiter credatur emendationem consequuturum, parendum erit præcepto: vt bene docet Arenal de *correctione fraterna*, fol. 188. cum bonum publicum magis sit procurandum, quam particulare; & iudicium de spe emendationis hæretici, aut confessarij sollicitantis nolint Inquisitores committere denuntiatis; sed semetipsis, qui tanquam literati, & in illis rebus experti sanius rem meditantur. Freitas quæst. 18. numer. 30. & deinceps. Et docet Suarez expressè, de fide disput. 20. sect. 4. numer. 11. loquens de hæretico: qui cum retulisset opinionem eorum, qui dicebant præmittendâ esse correctionem, si adlit firma spes quòd hæreticus statim esset emendandus; & consequenter, quòd in tali euentu denuntiandi præceptum cessaret: Respondet, huiusmodi opinionem veram esse, stando in solo iure naturæ, at ex suppositione alicuius iuris Ecclesiastici præcipientis immediate procedendum esse ad denuntiationem, sustineri non debere talem opinionem. Addit tamen optimè præceptum posituum denuntiandi hæreticum, prætermisâ correctione, nec in iure Canonico nec in Bullis Pontificiis inueniri, sed immediate oriri ex præcepto imposto per edicta Inquisitorum, quod non minorem habet vim, quam lex Canonica; cum illius tribunalis potestas, Apostolica autoritate feratur. Et quamuis videatur præceptum ab homine; tamen quia tribunal, à quo procedit, perpetuum est; ideo per modum legis perpetuò durat: docet Auila de censur. 2. part. disput. 5. dub. 4. in fine; dicens in generali pluries cessare obligationem denuntiandi, ex vi iuris naturalis; & tamen superueniente mandato superioris, renasci. Gutierrez quæst. canon. cap. 11. num. 51. Quo sit, illud D. Pau. ad Titum 3. *Post primam, & secundam correctionem, hominem hæreticum deuota*, intelligendum solum: esse intra iuris naturalis limites, non positui: quo, è contrâ præcipitur, correctionem ad hæreticum non præmittere. Omitto quòd ibi loquitur D. Paulus ad Titum, qui Episcopus erat, quem docet

docet, vt antequam sententiam ferat de vitando hæretico à communione fidelium, corrigat; vt si pertinax sit, meritò damnetur. Non verò loquitur Paul. de correctione præstanda à particularibus: vt docet Arevalo *de correctione fraterna*, fol. 194. Vnde Ledesma 2. part. summ. tract. 4. *de la misericordia*, cap. 4. *de la correccion*, post 24. conclusionem. Et Laurentius de Peirinis *de Religioso subdito*, tom. 1. quæst. 1. *de obedientia*, §. 2. in fine reiiciendi sunt, censentes teneri formam prius correctionem mittere de sollicitatione sibi facta, quam denuntiet, dum emendationis spes non desit. Quia tamen difficile speratur, ob id Inquisitores per edicta iubere, absque monitione confessarios denuntiandos fore. Reiiciendi, inquam, sunt ob rationem à nobis adductam. Et quia edicta absolutè præcipiunt denuntiandos ita confessarios, iusta non essent, cum id docerent absolutè, quod Euangelio Christi aduersatur. Non enim æquum erat docere aliquid absolutè agendum, quod solum in præsumpto euentu effici licitum redditur. Sequitur Ledesmam Sousa tract. 2. cap. 6. num. 9. Acuña quæst. 18. num. 4. Et à fortiori non esse denuntiandum confessarium iam emendatum docent prædicti Doctores. Sousa num. 16. qui ait tunc præsumendum esse confessarium emendationem fuisse adeptum, si eadem sollicitata fœmina, res vel quater ad ipsum accedens amplius signa libidinis ostendere non repetiat, & virginitas, & doloris manifestet. Per principia extrinseca hanc posse sustineri opinionem non dubito quoad vtrumque casum, videlicet quòd prius sit corrigendus confessarius, quam denuntiandus, & quòd iam emendatus, non sit denuntiandus: vt principiis intrinsecis ductus falsum esse reor, vt supra hoc numero dixi. Si namque prius esset corrigendus, quam denuntiandus confessarius, via lata aperiretur sollicitationi. Cum posset confessarius sollicitare, frater, aut quòd lasciviam explebit, si fortè fœmina sollicitationi annuat, aut quòd corrigetur, si dissentiat. Cùmque in potestate sollicitantis sit se emendatum esse ostendere, in eius voluntate erit denuntiationem vitare.

57.

Inquisitorum verò edictum obligare, nulla præmissa monitione, patet ex illis verbis; *Si supieredes que alguna persona aya dicho, o tenido alguna cosa de las arriba dichas, assi de viuos, presentes, o ausentes, como de difuntos; sin comunicarlo con persona alguna (porque assi conviene) venga à manifestarlo dentro de seys dias.* Cum ergo præcipiatur nulla habita consultatione fore denuntiandum, ne fortè fugiat denuntiandus: à fortiori præcipitur nullam præmittendam esse monitionem, respectu personæ denuntiandæ; tum quia eum absentes, & defunctos denuntiandos iri mandetur, & ad hos nullam posse præhaberi monitionem sit manifestum; sit edictum obligare ad denuntiationem, nulla præmissa monitione. Et hanc doctrinam defendit pro viribus Freitas ad Acuña, quæst. 18. à num. 30. contra ipsummet Acuña, dicta quæst. num. 14. Bene tamen aduertit Bañez 2.2. quæst. 33. art. 8. dub. 2. ad septimum argumentum, quòd in sacramentali confessione fas erit cuique statum suæ conscientie aperite discretò Confessori, vt certior efficiatur, an teneatur denuntiare, vel non. Et virum doctum consulere quoque erit licitum, ad sciendum, an delictum quod nouit, sit de pœnis con-

Sanchez Selecta.

tentis in edicto; hanc enim consultationem, & adhuc finem excludere non intendunt Domini Inquisitores; vt docet Arevalo de correctione fraterna, fol. 188. seruare tamen secretum tenebitur Doctor, cui facta est consultatio: si tamen actor planè dici possit, absque manifestatione personæ denuntiandæ, aderi obligatio non declarandi, ob edicti mandatum.

58.

Aduertendum, quòd quando dicimus edictum Inquisitorum obligare, vt denuntiatio fiat nulla præmissa correctione fraterna; non in eo sensu est intelligendum, quòd edictum prohibere intendat correctionem absolutè; sed solum obliget, vt denuntiatio non omitratur titulo correctionis factæ, vel faciendæ. Vnde si aliquis dum corrigeret, animum quoque haberet denuntiandi; tantum abest, quòd edicto Inquisitorum aduersetur, quòd potius menti ipsorum maximè faueat: nam cum ipsi intendant delinquentis emendationem, tantum quantum citius medium emendationis fuerit à denuntiaturo appositum, erit tribunali illi placidius; & si videat qui denuntiaturus est, fore profecturam correctionem, vt delinquens à peccato cesset, antequam opportunitas denuntiandi adueniat, corrigere absque dubio tenebitur, animo semper perseuerante denuntiandi. Nec contra hoc, ius positium præualere potest, nisi ex facta correctione fuga delinquentis timeatur, vel aliud nocumentum: nam tunc non sufficet, quòd dum corrigit denuntiaturus animum quoque habeat denuntiandi, sed tenebitur solum denuntiare, & corrigendo tunc peccabit. Hoc si pendatur, difficultatem omnem auferet, qua quidam sunt superati, non capientes quomodo edictum sanctissimi tribunalis Inquisitionis præcipere possit, quòd correctio nulla fiat ante denuntiationem; cum id iuri naturæ conforme sit, & Christi Euangelio, Matth. 18. vt enim iam diximus, non præcipitur per edictum correctionem non fieri; sed quòd quamuis sit facta, non ob id denuntiatio omitratur; quia sic expedit bono religionis, & communi. Quam hercè doctrinam rectè confirmat Marquez *en Gobernador Cristiano*, lib. 1. cap. 22. in 2. editione, §. *con mas verisimilitud*, dum inquit publica criminata posse denuntiare, absque præmissa correctione: non quia tunc non obliget correctio, illa namque cum sit spiritualis eleemosyna, eam elargiendi vtget mandatum, quoties necessitas & emendationis spes interuenerit: sed ideo denuntiare possunt immediatè, quia fama delinquentis iam est amissa per notorietatem peccati, & nihil intererit quòd corrigatur publice.

59.

Nec transacto termino edicti extinguitur obligatio denuntiandi: Acuña quæst. 21. num. 4. & 5. Freitas num. 24. Sousa tract. 2. cap. 20. num. 6. cum dierum illud spatium non detur vt extinguatur, sed vt differatur obligatio. Vnde sponsina edicti ignara, aut iusta causa impedita, denuntiare tenebitur scientia adueniente, vel impedimento abeunte: non tamen teneri statim; sed intra eodem dies, quos edictum signauerat; quia non debet esse peioris conditionis qui ignorauit edictum, quam ille, qui notitiam eius fuit consequutus illico ac fuit publicatum: & à die notitiæ edicti dies computandi sunt; docet, tanquam probabile, Acuña quæst. 21. num. 4. Et ante illos dies nolle Inquisitores obligare, piè credi potest, ex suam illorum procedendi modo. Verius tamen

K 2 videtur

videtur obligare edictum, ante alios dies ab illis, quos ante signauerat, & teneri foemina denunciare cum primum commodè possit; sicut teneretur denunciare ex præcepto naturali, opportunitate adueniente. Nec ob id est peioris conditionis foemina, quæ ignorauit edicti publicationem; cum tam ipsi, quam aliis terminus ad denuntiandum æqualis sit designatus: imò est melioris conditionis per accidens; cum ob ignorantiam edicti excusetur ab obligatione denuntiandi per amplius tempus, quam foeminae edicti gnaræ. Quamuis fatear, id quod docet Acuña esse satis piùm & probabile: & id expressis verbis asserit Filineus 1. tom. tractat. 14. cap. 2. num. 42. loquens in communi de illo, qui cogitur reuelare aliquid sub censura. Suarez de censuris, disput. 20. sect. 1. num. 14. id censet probabile. Et verè hoc tantò sit probabilius, quantò terminus assignatus ad denuntiandum est breuior, videlicet sex dierum; & per illos dies differre denuntiationem, nulla iniuria contra præceptum reputatur. Si verò, excusata fuisset foemina denunciare, ob aliquod impedimentum intra terminum edicti, dum esset illius conscientia, non oportebit illi nouum terminum concedere; quia habuit scientiam, vt posset toto illo tempore deliberare quid, & quomodo agere oporteat, & consulere: vt bene aduertit Suarez supra. Ob quam rationem eandem sententiam sequitur Henriquez libro 13. cap. 18. num. 6. & in commentar. litera Q. ait sic assentiri recentiores Theologos; videlicet à die notitiæ esse computandos dies, quod idem docet Sa verb. *denunciatio*, num. 1. & verb. *excommunicatio*, num. 22. Sed aduertendum, foemina, quæ ob ignorantiam edicti non denunciavit intra terminum, teneri denunciare, saltem ex vi iuris naturalis, itatim ac commodè possit, si necessitas denuntiandi instet, vt diximus num. 17.

60. Foemina verò conscientia edicti, & non denuntiatis intra terminum, excommunicationem incurrit; à qua absolui non potest per Bullam Cruciatam, nisi facta sit denuntiatio, aut per foeminam non stet, quin fiat; cum lapsa pars non sit adepta satisfactionem, videlicet Inquisitores, quorum iustum mandatum non est impletum. Acuña quaest. 21. num. 8. Sousa tract. 2. cap. 20. num. 8. Si tamen foemina conscientia edicti, iter ageret ante terminum publicationis impletum, ad oppidum, vbi non adesset opportunitas denuntiandi, aut quia Inquisitionis tribunal ibi nunquam est situm, aut alia causa; probabile erit non constringi foeminam præuenire denuntiationem ante impletionem termini designati per edictum, si tantum loquatur ex iuris positivi obligatione: quia lex non obligat denunciare, nisi intra illum terminum, nec constringit præuenire denuntiationem ante in aliquo casu, eo modo quo nec teneri quem præuenire tempus annuæ confessionis, communionis, ante recitandi officium diuinum, ante terminum designatum per leges; quamuis sciat ille qui non præuenit, reddendum iri impotentem ad non implendas leges; probabile iudicant aliqui. Quia admilla probabilitate casus præsens probabilis erit. Nec tenebitur foemina ab iter agendo cessare, sibi non necessarium; nec expectare dies edicti, si nolit ante illos denuntiare: sicut non teneretur non iter agere pedester sibi non necessarium, qui sciret se reddi impotentem ex eo ad ieiunandum; vt dicemus disput. 34.

num. 21. Diximus non teneri præuenire denuntiationem, ex vi præcepti positivi: nam ex vi naturalis si maximè timeretur damnum Reipublicæ, aut metueretur fuga Confessarij, quia atibi quoque nociturus esset, præuenire teneretur; vt diximus num. 17. Probabilius tamen est, etiam ex vi iuris positivi tenere foeminam illam præuenire denuntiationem ante terminum designatum per edictum.

Edictum autem, quod vnoquoque anno in Quadragesima solet intimari ab Inquisitoribus, vt scilicet foemina in confessione sollicitatæ, deferant intra certum terminum Confessarium sollicitantem (communiter sex dierum terminus solet assignari) duo importat; & præceptum à superiore legitimo dimanans, & excommunicationis lætæ sententiæ pœnam. Præceptum autem non finitur elapso termino, sed durat semper, cum sit quædam lex, cuius natura est perpetua, donec reuocetur. Fagundes 2. præcepto lib. 4. cap. 3. num. 31. Vnde in quavis hora foemina præcepti illius sit adepta notitiam, incipit obligari ad denuntiandum in fine termini designati; sicut in quouis momento, quo aliquis scit rem à se possessam bona fide, esse alienam, incipit constringi domino suo eam restituere. Et qualiter rem alienam inuito domino retinens absoluendus non est, donec eam reddat, quando bis, aut ter fuit absolutus, ob fidem datam de restituendo; vt disp. 10. num. 14. eodem quoque modo foemina sollicitata, & promittens se denuntiaturam habita opportunitate, bis, tertio absolui poterit; vterius tamen non, donec præceptum denuntiandi adimpleuerit. Acuña quaest. 21. num. 10. Sed hæc procedunt, si tantum attendatur ad naturam implendi præcepti; etsi nullam haberet iniunctam excommunicationem.

62. Quia tamen præceptum iniunctum ab Inquisitoribus circa denuntiationem in Confessarios sollicitantes sub excommunicationis pœna intimatur, sicut præceptum perpetuum est, nec temporis lapsu extinguitur, nisi expressè reuocetur; vt docet Suar. de fide, disput. 20. sect. 4. num. 11. Auila de censur. 2. part. cap. 5. disput. 5. dub. 5. quamuis Henriquez lib. 13. cap. 18. num. 4. litera M. in commentario asserat, edictum non obligare pro toto anno; nullam tamen assignat ipse determinatam durationem: sic & excommunicationis pœna perpetua est; vt docet Rodrig. in addition. ad §. 9. num. 69. & refert Gateia 2. tom. de benefic. part. 11. cap. 10. num. 142. Vnde à die habitæ notitiæ, & elapsi termini, siue primi, siue secundi, iuxta opiniones num. 5. 8. relatas, incipit foemina ligari censura, si culpabiliter denunciare omittat. Quapropter si foemina confiteatur, post habitam notitiam edicti, & termini lapsum, negligentem se fuisse in delatione criminis, ne quidem semel absolui poterit; quantumuis fidem det se illico denunciandi mandatum executuram. Nam cum à peccatis nemo absolui valeat, nisi à censura antea sit immunis, & à censura illa absolui nequeat per Bullam, nisi prius satisfacta parte, videlicet Inquisitoribus; sit ne semel quidem foeminam fore absoluendam. Acuña quaest. 21. num. 6. & 8. Et in simili docet Suar. tom. de censur. disput. 7. sect. 5. num. 45. Gutier. quaest. cap. non. cap. 5. num. 30. & 31. Sot. in 4. distinct. 22. quaest. 2. art. 3. column. 4. versiculo præterea, quod non sit absoluendus ille, qui excommunicatur; donec

donec eiciat concubinam, nisi prius sit expulsa, nec sufficit, quod proponat expellere, vel si domini Inquisitores, pars læsa in rigore non dicuntur; nam vt asserunt Gutierrez, Sotus & Suarez supra, iudex in rigore non dicitur pars: nec in Bulla comprehenditur illa voce *satisfacta*; sed tertia persona, quæ læsa fuerit in vita, honore, vel bonis temporalibus: at ad modum partis læsæ se habent, & absoluedi non sunt contrauenientes illorum mandatis, donec de facto paruerint.

63. Quod si post iam incurtam censuram iustum impedimentum superioriat, non denuntiandi statim; aut quia tribunal longè distat, & magnum Iubileum intercedit, quod lucrari intendit foemina sollicita; aut quia si Eucharistiam non suscipiat, notam in fama patteretur, poterit ab excommunicatione absolui, data cautione iuratoria comparandi confessum ac opportunitas locum præstiterit; quia tunc meliori modo, quo potest, datur parti satisfactio: & id ita velle interpretandum est piam Inquisitorum conditionem Acuña quæst. 21. num. 9. vide Sanchez in summa, lib. 2. cap. 13. à numer. 17. Suarez tomo de censuris, disp. 6. sect. 5. à num. 38. Grassis lib. 4. decisionum, cap. 16. num. 6.

64. Si foemina quæ iam censuram incurrit, denuntiationis præceptum adimpleat, poterit virtute Bullæ à quocumque Confessario absolui à censura: nam satisfacta parte, absoluedi priuilegium ab omnibus censuris traditur in Bulla, vel à mendicantibus, virtute priuilegiorum, vt docet Freitas quæst. 21. nu. 31. poterit absolui. Sousa tract. 2. cap. 12. num. 8. Nec indigebit foemina, se negligentem fuisse in delatione fateri Inquisitoribus in Sacramento poenitentia; nec extra: cum illi ad Sacramentalem peragendam confessionem eoram ipsis foeminas non constringant.

65. Ex Bulla Clementis VIII. videntur constringi omnes cognoscentes sollicitationis crimen denuntiare, ibi: *Ipsosque Regulares non eximi ab onere deferendi, seu denuntiandi*: & saltem adesse denuntiandi obligationem de Confessario sollicitante, tanquam de suspecto de hæresi, colligitur ex mandato Inquisitorum intimato per edictum, adducto à Paramo, de origine Inquisitionis, lib. 3. quæst. 5. num. 43. fol. mihi 623. ibi: *Iustissimus, argue mandauimus presens mundatum, ac publicum, & generale edictum dari, & promulgari apud vos omnes singulos, & unumquemque vestrum, eadem iam dicta causa, & ratione; vt si dignaueritis, intellexeritis, videritis, aut prauia cognitione sciueritis aliquem, vel aliquam personam viuam, vel presertim, vel absentem, aut iam defunctam sinxisse, promulgasse, dixisse, aut ore protulisse aliquam, vel aliquas opiniones, aut verba hæretica, suspecta, erronea, temeraria, male sonantia, scandalum redolentia, aut aliquem hæreticam blasphemiam contra Deum, & eius sanctam Fidem Catholicam: & contra id, quod amplectitur, docet, predicat, & tenet nostra sancta Mater Ecclesia Romana, nobis declaratis, dicatis, & manifestetis.* Ecce quod denuntianda præcipiantur acta de hæresi suspecta, ibi: *suspecta.* Cum igitur Confessarius sollicitans, de hæresi habeatur suspectus; ex huius edicti mandato denuntiandus erit. Vnde si foemina, vel vir credant certò Confessarium aliquem, foeminam, vel masculum sollicitasse; vel quia sollicitationem audire, vel quia firmiter existimant, ab

illis non esse infamia afficiendum Confessarium, nisi reuera sollicitantis scelus commisisset, tenebuntur delictum deferre ad Inquisitionis tribunal; ex dicta Bulla Clementis VIII. vt docet Bonacina disput. 6. punct. 3. num. 16. & consistit ex Bulla Gregorij XV. adducenda num. 67. Edgundez 3. præcept. lib. 4. cap. 3. num. 31. & ex edicto Inquisitorum in illis verbis. *¶ O que algun Confessor, Confessores, Clerigos, o Religiosos, de qualquier estado, o condition que sean, en el acto de la confession, o proximately a ella ayan sollicitado a sus hyas de confession, pronouacandolas, o induziendolas con hechos, o palabras, para actos torpes y deshonestos, &c.*

Iam tamen non solum procedere posse Inquisitores contra Confessarios foeminas in Sacramento confessionis sollicitantes; sed etiam contra eos in confessionali de rebus inhonestis extra occasionem confessionis colloquentes; referi Coriolanus de casibus referentis, parte 1. sectione 2. articulo 23. folio 238. ex Congregatione illustriss. Card. Sanctæ Inquisitionis, prout sequitur. *Feria quinta, die decima, Iulij, millesimo sexcentesimo decimo quarto, in generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis, coram Sanctissimò Domino Nostro Domino Paulo, Diuina providentia Papa V. ac Illustrissimis, & Reuerendissimis DD. Petro, tituli Sanctæ Mariæ in via, Bellarmino, Ferdinando Taberna, tituli Sancti Eustachij, & Ioanne Garcia, Sanctorum quatuor Coronatorum Mellino nuncupatis, Presbyteris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, aduersus hæreticam prauitatem in tota Republica Christiana generalibus Inquisitoribus, à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis. Facta relatione, quod multi Confessarij tractant cum mulieribus in confessionali extra occasionem confessionis de rebus inhonestis, sanctissimè decreuit, vt contra huiusmodi Confessarios procedatur in sancto Officio. Quod idem decretum quoque est per Gregorium X V. Anno millesimo sexcentesimo vigesimo secundo, die trigesimo Augustini, cum aliis casibus. Vnde prouidentia summa, & cura solita ipsemet D. N. Gregorius X V. incumbens pro grege à D. N. Iesu Christo sibi commisso & condolens quoque Confessariorum malitiam eo vsque creuisset, quod foeminas, quatum confessiones excipiunt, non vereantur ad venerea prouocare, sollicitare, & inducere, poenas per Prædecessores suos contra in Sacramento confessionis sollicitantes innouans; ad novos iam casuum suorum decretum extendi stabilit, quod videlicet, iam non solum Confessarij in actu confessionis sollicitantes punitioni Inquisitorum ad sint subiecti; verum eorum punitionem non effugiant simulantes confessiones auscultare, & loquentes lasciuè cum foeminis poenitentibus, & illicitos sermones seu tractatus inhonestos habentes, vt constat ex eius tenore.*

Implebitur tamen, denuntiandi præceptum, si denuntiatio fiat coram familiari, L. Commissario, aut Secretario, aut Consulore, qui sanè tenebuntur delictum deferre ad tribunal. Obligari namque denuntiantes, ad tribunal immediatè accedere, onus graue esset, & absque necessitate infunctum. Et coram Ordinario loci sat erit fieri denuntiationem, non tanquam Ordinario, sed tanquam Ordinario Inquisitore, iuxta Concil. Trident. sess. ...

66.

SANCTISSIMI D. N.  
GREGORII PAPÆ XV.  
Constitutio contra sollicitantes in  
Confessionibus.

Gregorius Papa XV. Ad perpetuam rei memoriam.

67.



**V**NI VERSI Domini gregis curam quanquam immeriti, cœlesti dispositione gerentes, sedulo inuigilare tenemur, ut ab omnibus prauis contagiis conseruetur immunis, multoꝛque maiori studio prouidere, ut omnis pestis ab eis auertatur, quibus alios sanandi officium est commissum, ne quod Euangelica scripta nos admonent, sale infructuato non sit, in quo saluatur, et ad nihilum proficit ultra, nisi ut mittatur foras, et conculcetur ab hominibus. Quoniam autem à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, quibusdam in locis prouisum fuit, ut impium, ac nefandum scelus, quod non solum inter Christi fideles non esse, sed nec etiam nominari debet, procul ab eis arceatur, videlicet, ut aliquis Sacerdos ad sacras audiendas confessiones deputatus, Sacrosancto Pœnitentiæ Sacramento, sollicitando pœnitentes ad turpia, abutatur, ac pro medicina venenum, pro pane aspidem porrigat, et ex cœlesti medico infernalis veneficus, ex parte spiritali proditor execrabilis animarum reddatur. Idcirco. Nos ea, quæ his perniciosissimis Diaboli insidiis arcendis certis locis salubriter constituta sunt, ut nullibi desideretur, quantum ex alto conceditur, prouidendum duximus. Aliàs siquidem à feliciss. record. Pio Papa IV. Prædecessore nostro emanarunt literæ tenoris subsequenti, videlicet. Pius Papa IV. Venerabili fratri Archiepiscopo Hispalens. in Regnis Hispaniarum hæreticæ prauitatis Inquisitori Generali. Cum sicut nuper, non sine animi nostri molestia, accepimus, diuersi Sacerdotes in Regnis Hispaniarum, atque etiam in eorum Ciuitatibus, et Diœcesibus curam animarum habentes, siue eam pro aliis exercentes, aut aliàs audiendis confessionibus pœnitentium deputati, in tantam proruperint iniquitatem, ut sacramento Pœnitentiæ in actu audiendi confessiones abutantur, nec illi, et qui id instituit Domino Deo, et Saluatori nostro Iesu Christo iniuriam facere vereantur: mulieres videlicet, pœnitentes, ad actus inhonestos, dum earum audiunt confessiones, alliciendo, et prouocando, seu allidere, et prouocare tentando, et procurando, ac loco earum per Sacramentum huiusmodi Oratori nostro reconciliationi, grauiori peccatorum mole eas onerando, et in manibus Diaboli tradendo, in Diuina Maiestatis offensam, et animarum perniciem, Christi fidelium scandalum non modicum. Nos in animum inducere nequeunt, quod qui de Fide Catholica rectè sentiunt, Sacramentis in Ecclesia Dei institutis abutantur, aut illis iniuriam faciant, Fraternitati tuæ, de cuius eximia pietate, virtute, atque doctrina plurimum in Domino confidimus, per præsentem committimus, et mandamus, quatenus per te, vel per alium, seu alios à te deputandum, seu deputandos contra omnes, et singulos Sacerdotes diœcesiorum Regnorum, ac illorum Ciuitatum, et Diœcesum de præmissis quomodolibet diffamatos, tam seculares, quàm quorumuis etiam exemplorum, ac Sedi Apostolicæ immediatè subiectorum Ordinum Regulares cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, et præminentie existant, eam super præ-

missis

missis, quàm super Fide Catholica, & quid de ea sentiant diligenter inquiras, & iuxta facultatum tibi contra hereticos, aut de heresi quouis modo suspectos à Sede Apostolica concessarum continentiam, & tenorem procedas, ac culpabiles repertos iuxta excessuum suorum qualitates, pro vi iuris fuerit, punias, eos etiam si, & pro vi de iure fuerit faciendum, debita precedente degradatione secularis Iudicis arbitrio puniendos tradendo. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum, necnon Ordinum quorumlibet, quorum ipsi Sacerdotes, fuerint etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & cõsuetudinibus, privilegijs quoque, indulgijs, & literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis etiam Motu proprio, aut alias quomodolibet concessis, etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus eorum tenores presentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, caterisque contrarijs quibuscumque. Data Romæ apud sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris die xvj. Aprilis, M. D. L. XI. Pontificatus Nostri Anno secundo.

¶ Igitur vt literæ prædictæ perpetuis futuris temporibus, & vbique locorum inuiolabiliter obseruentur, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostra, ac de consilio venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium cõtra hereticam prauitatem generalium Inquisitorum præinsertas literas huiusmodi, ac omnia, & singula in eis contenta Apostolica auctoritate tenore presentium approbamus, & confirmamus, illisque omnibus, & singulis inuiolabilis Apostolica firmitatis robur adiicimus, illasque non solum in prædictis Hispaniarum Regnis, sed in quibusvis Christiani Orbis partibus firmiter, & inuiolabiliter obseruari precipimus, & mandamus. Ac præterea, ne in futurum de piænitia delinquentibus imponenda, & de modo contra eosdem procedendi ab aliquo dubitari possit, statuimus, decernimus, & declaramus, quod omnes, & singuli Sacerdotes tam seculares, quàm quorumuis etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apostolica immediatè subiectorum ordinum, institutorum, societatum, & Congregationum, Regulares cuiuscumque dignitatis, & præminentie, aut quouis privilegio muniti existant, qui personas quæcumque illa sint, ad inhonestas, siue inter se, siue cum alijs quomodolibet perpetranda in actu Sacramentalis confessionis, siue antè, vel post immediatè, seu occasione, vel prætextu confessionis huiusmodi, etiam ipsa confessione non secuta, siue extra occasionem confessionis in confessionario, aut in loco quocumque, vbi confessiones Sacramentales audiuntur, seu ad confessionem audiendam electo, simulantes ibidem confessiones audire, sollicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, siue tractatus habuerint, in officio sanctæ Inquisitionis seuerissimè, vt infra, puniantur. Et præterea omnes hereticæ prauitatis Inquisitores, & locorum Ordinarios omnium Regnorum, Prouinciarum, Ciuitatum, Dominiorum, & locorum vniuersi Orbis Christiani in suis quemque Diocesis, & Territorijs per has nostras literas etiam priuatiuè quoad omnes alios specialiter, ac perpetuè Iudices delegamus, vt super his contra prædictos simul, vel separatim in omnibus, pro vt in causis Fidei iuxta Sacrorum Canonum formam, necnon Officij Inquisitionis huiusmodi constitutionis, privilegia, consuetudines, & decreta diligenter inquirant, & procedant, & quos in aliquo ex huiusmodi nefarijs excessibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate, & circumstantijs, suspen. ab executione Ordinis, priuationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcumque, ac perpetuè inhabilitatis ad illa, necnon vocis actiua, & passiva, si regulares fuerint, exilij, damnationis ad tres annos, & carceres etiam in perpetuum absque vlla spe gratiæ, aliasque penas decernant, eos quoque si pro delicti enormitate grauiores penas meruerint, debita precedente degradatione Curie seculari puniendos tradant. Dantes etiam facultatem Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus generalibus

Inquisi

*Inquisitoribus, ne delictum tam enorme, & Ecclesie Dei tam perniciosum remaneat ob probationum defectum impunitum, cum difficilis sit probationis, testibus, etiam singularibus, concurrentibus presumptionibus, indicijs, & alijs adminiculis delictum probatum esse arbitrio suo iudicandi, & Curia seculari, ut presertur, reum, tradendum esse pronunciandi. Non obstantibus omnibus, quæ dictus prædecessor in suis literis prædictis voluit non obsistere, ceterisque contrarijs quibuscumque. Mandantes omnibus Confessarijs, ut suos pœnitentes, quos nouerint fuisse ab alijs, ut supra, sollicitatos, moneant de obligatione denunciandi sollicitantes, seu, ut presertur, tractantes, Inquisitoribus seu locorum Ordinarijs prædictis: quod si hoc officium prætermiserint, vel pœnitentes docuerint non teneri ad denunciandum Confessarios sollicitantes, seu tractantes, ut supra, ijdem locorum Ordinarij, & inquisitores illos pro modo culpa punire non negligant. Volumus autem, ut presentium transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius persone in dignitate Ecclesiastica constituta munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra ubique habeatur, quæ presentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostensa, quodque eadem presentes litteræ, seu illarum exempla ad valvas Basilicorum S. Ioannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ affixæ, omnè ita ardeant, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent. Datum Romæ apud sanctam Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die xxx. Augusti, M. DC. XXII. Pontificatus Nostri Anno secundo.*

S. Card. S. Sufannæ.

68;

**P**er huiusmodi autem S. D. N. Gregorij XV. decretum constare enique poterit, quam per illud sint addita ad ea quæ per prædecessores Pontifices, Pium videlicet I V. & Paulum I V. contra in confessionibus nefandum scelus sollicitandi impudenter agredientes sancita sint. In primis namque Bullis puniendos per Inquisitores in actu Sacramentalis confessionis sollicitantes, seu ad venerea prouocantes feminas, fuit stabilitum: & extensione quadam ob rationis pacitatem, eidem punitioni fieri subiectos sollicitantes immediate autè, vel post ad confessionem, à Doctoribus & à Tribunali illo Sanctæ Inquisitionis fuit obseruatum. Quia tamen impudentia confessariorum, simulandæ artem adinuenerit, nitentium presentes deludere, & in existimationem trahere, tunc temporis pœnitentiæ Sacramentum ministrati, cum venenum & aspidem feminis portigerent: sanctè, hercle, & necessariò ob immunitatem Sacramenti tuendam, fuit à S. D. N. Gregorio XV. iudicatum, hos confessarios sic simulantes, pœnis per Inquisitores infligendis comprehendere, siue in loco confessionarij in Ecclesia destinato, siue extra Ecclesiam, ad audiendam confessionem electo, siue in domo femina simulatio illa interueniat, dum videlicet prætextu confessionis agendæ vocaretur confessarius; utriusque tamen intentione venereorum agendorum ad simulandum ducerentur. Ut notaui Bonacina in tom. de clausura tract. de obligatione denunciandi confessarios sollicitantes, dispur. 6. punct. 3. Pro complemento denique animaduertendum est, si contigerit in tam immane scelus confessarium prolabi, quod in sacramentali confessione, vel proximè ad illam, aut prætextu confessionis, sollicitationis crimen commiserit, non fore necesse illi ad aperiendum suum crimen confessario, explicare an tactus impudicos, an oscula, an copulam, an verba inhonestæ cum pœnitente

habuerit, sed sufficere dicere se sollicitasse: quod verò copula vel oscula fuerint commissa, materialiter se habent in ordine ad sollicitationem, sicut qui pollutionem vel copulam perpetrasset in loco sacro, satis fuisset dicere se sacrilegium commississe, tacendo an per pollutionem, aut copulam: imò iuxta satis probabilem opinionem cum omnia sacrilegia sint eiusdem speciei, satis erit confessario sollicitanti fateri, se sacrilegium commississe tacendo an illud fuerit commissum sollicitationis vitio, aut alio crimine. Sequitur ex dictis male Fagundez 2. præcept. lib. 4. cap. 3. n. 31. diuise tanquam probabilius non adesse obligationem denunciandi confessarium sollicitantem immediate ante vel post ad confessionem, sed tantùm cum qui in ipso confessionis actu scelus sollicitationis patrat. Non enim fuit ab ipso animaduertum, quod citò ex Bullis Pij & Pauli I V. solum sollicitans in actu confessionis sit denunciandus, ex edicto tamen Inquisitorum Castellæ saltem promulgato adducto num. 65. & ex præfata Bulla Gregorij X V. iam illud probabiliter non potest sustineri.

#### EXPLICATIO CONSTITUTIONIS Gregorij XV. de sollicitatione in confessione.



**S**OLICITANTEM occasione confessionis decernit Summ. Pontifex denunciandum fore. Ille verò occasione confessionis sollicitate dicitur, qui opportunitate sumpta ex confessione sollicitat, v. g. si vocatus fuisset confessarius in domum alicuius feminae ad eius excipiendam confessionem, vitroque verum ani-

num

num perficiendi sacramentum habente, post tamen de rebus minime ad confessionem spectantibus confabularentur, & foeminam velle in alium diem differre confessionem assereret, quibus inspectis confessarius si sollicitaret, occasione confessionis sollicitationis scelus fuisse aggressum, erit arbitrandum. Nec talis dicitur immediate ante confessionem sollicitasse, cum ante sollicitationis initium, in alium differre diem confessionem decreuisset foemina.

Præterea etiam confessionis sollicitationis nefas aggredientem demittendum fore, stabilis Pontifex; præterea autem nihil aliud est quam velare, vnum scilicet agendo, & aliud omnino diuersum exterius ostendendo. Quapropter ille dicitur præterea confessionis sollicitare, qui inuitat foeminam ad confessionem, vt eam sollicitet, si ambo decernant simulare confessionem, vt licentius de rebus inhonestis loquantur. Addit tamen Soula præterea confessionis sollicitationem parari: quod docet in annotat. ad tractat. de confessariis sollicitantibus, num. 12. At deceptus sanè est, cum hic casus pertineat ad sollicitantem extra occasionem confessionis, vt immediate dicemus.

Sollicitantem quoque extra occasionem confessionis in confessionario, aut in loco quocumque vbi confessiones sacramentales audiuntur, seu ad confessionem audiendam electo, simulantem ibidem confessiones audire, denuntiationi esse obnoxium sancit Summ. Pontif. Vnde si confessarius & foemina decernant velamine confessionarij turpiter confabulari, huius constitutionis reus erit confessarius.

Hinc fit poenis huius constitutionis non comprehendendi confessarium, qui cum moniali paciscitur, in confessionario turpiter confabulari. Quando talis locus indifferens est tam ad vrbane lo-

quendum, Hispanè, *A regimr visitas*, quam ad excipiendas confessiones, vt moris est in pluribus huius Curia Matritensis monasteriis. Nam cum Summ. Pontifex asserat sollicitantem in confessionario, denuntiandum esse dum simul et quoque confessionem ibidem pro tunc effici, sit loquentem in confessionario indifferenti ad vrbane loquendum, vel sacramentum perficiendum, denuntiandum non esse, si desit in confessionario simulandi animus.

Vnde etiam sciat confessarius monialis animum simulantem esse, vt notam ab aliis monialibus concipiendam vider, dum tamen ipse à simulatione distet, paratus non occultare tunc temporis sacramentum non ministrari, denuntiandus non erit. Quia simulationem adesse ex parte confessarij erit opus, iuxta constitutionis continentiam vt intuenti constabit.

Quapropter etiam rectè sciat confessarius videntes illum in loco confessionarij iudicandos fore, tunc sacramentum ministrari, dum tamen ipse sine animo confessionem simulandi assistat, poenas constitutionis vitabit. Quia, vt iam dictum est, simulatio in confessionario desideratur, vel quod agat opus, aut locum occupet, qui ad alios fines nisi confessionis non sit destinatus.

Vnde si moniales aliquem diem destinatum ad solùm confessiones habeant, & tunc confessionarium loca nullatenus, nisi ad confessionis finem aperiantur, tunc confessarius sollicitans monialem, aut inhonestos sermones aut tractatus habens, denuntiandus erit. Quia tunc simulata confessione locus confessionarij ei tribuitur, aliàs minime; & quamvis ipsi simulandi animus desit, cum tamen exterius se gerat ac si perficiendi sacramenti adesset intentio, sit, simulationis opus tunc interuenire, quantumcumque absit simulandi animus.



## DISPVAT. DVODECIMA.

Num Superior iure referuationis possit concedere subditis facultatem eligendi Confessarios ad casus referuatos, cum onere tamen comparandi coram se, ad iterum crimina confitenda, vel extra sacramentum narranda?

### S Y M M A R I V M.

*Argumentum à parte affirmatiua, num. 1.*

*Prima sententia, num. 2.*

*Authoris iudicium, num. 3.*

*Obiectio aduersa, num. 4.*

*Consuetus casus referuatos in articulo mortis, non tamen habentes annexam excommunicationem, non tenentur coram superiore comparere, numero 5.*

*Concedens facultatem eligendi confessarium, non potest imponere poenitentiam subdito, quod certiore faciat confessarium ad hoc, vt sub poenitentia inuiguet sacramentalem confessionem siendam Superiori, num. 6. & 7.*

*Alia scitu digna, num. 8. & 9.*

*Ad argumentum respondetur, num. 10.*

Sanchez Selecta.



**D** posse fieri videtur: nam sicut iure iniunctæ poenitentia potest altrungi poenitens; his eadem peccata sacramentaliter aperire, vt censemus disput. sequent. numer. 2. pari ratione quibus superior iure referuationis, ad his eadem crimina fatenda obligare. Equam namque rationem in vtroque casu procedere quilibet iudicabit.

Quod tuetur Vazquez tom. de poenitent. quart. 91. artic. 3. dub. 7. à num. 13. præsertim, num. 24. & 26. esse probabile, & ita in Societate I E S V concessum esse iter agentibus, aut iis qui in aliis Collegiis negotiorum causa versantur. Imò existimat id fieri posse sola voluntate, & preterea superioris referuanis casum, etiam sine consensu inferioris acceptantis illam; quem requirerebant

tebant necessariò. Palud. in 4. distinct. 17. quæst. 5. artic. 1. Nauarr. cap. 26. num. 12. & in cap. *Placuit*, de pœnitent. distinct. 6. à num. 106. vsque ad 119. Graff. 1. part. summ. lib. 1. cap. 13. num. 76. Henriquez lib. 6. cap. 5. num. 2. & 3. Egid. 2. tom. de sacrament. disput. 8. num. 119. & 124. Et reputat factis probabile esse Ochag. de sacrament. tract. 2. quæst. 26. num. 10. Torr. de iustit. disp. 64. num. 4. Maior in 4. distinct. 17. quæst. 6. Adrian. in 4. in materia de confessione, quæst. 5. §. *ideo pro solutione*. Ledesma in 2. part. 4. quæst. 8. artic. 2. dub. 19. Et eandem videtur supponere Caietan. verb. *absolutio*, cap. 1. & Medin. Cod. de pœnitent. quæst. de confessione fratribus privilegiatis facta. Veja 2. part. casu 31. Coriol. de casibus reservatis, part. 1. sect. 1. art. 8. fol. 49. Chapiuile de casib. referu. cap. 8. fol. 66. Docet etiam Suarez tomo de pœnit. disput. 30. sect. 5. num. 8. & 21. & 27. censens, itidem solo iure reservationis absque consensu subditi posse illum astringi ad comparandum iterum coram superiore. Discordat tamen Suarez à Vazquez, quòd ille non posse obligari iterum ad confitendum sacramentaliter peccatum reservatum superiori, censet numer. 31. sed solum ad comparandum, & manifestandum suum crimen, siue sacramentaliter, siue extra sacramentum; quia non potest in hoc maius onus imponi, quam sit necessarium ad finem reservationis. Item quia non est cogendus pœnitens, vt si aliqua peccata non reservata postea commisit, illa superiori confiteatur. Quem sequitur Hurtado de pœnit. disput. 11. difficult. 11. & 13. Vazquez verò quæst. 93. art. 3. dub. 8. num. 40. non nisi ad sacramentalem confessionem posse obligari arbitratur; quia reservatio reuera fit ad iudicium confessionis, non ad iudicium exterioris: nec ius concessum à Christo ad reservandum peccata; vt constat ex Trident. Sess. 14. cap. 7. concessum est aliter, quam intra limites sacramenti. Vnde velle superiore iure reservationis sibi narrari crimina extra sacramentum pœnitentiae, esse naturam reservationis mutare, & consequenter naturam sacramenti, quantum ad aliquid: quod fieri non posse ab homine ex omnium mente liquide constat: vnde licet ad finem reservationis fas esset narrare crimina, extra sacramentum, & in electione pœnitentis sit taliter dicere si velit; superior tamen ad extra, vel intra sacramentum manifestare non potest indifferenter obligare; cum id repugnet naturæ, & essentiae reservationis. Fateor ingenuè melius Vazquij quam Suariz esse iudicium, supposito, quòd delegatio fieri queat cum onere comparandi coram superiore: quod an verum sit, num. seq. dicemus. An verò alia lege præter reservationis, possit Prælarus præcipere sibi manifestari peccatum extra confessionem, resolvemus negativè disput. 46. à 23. vsque ad 26. Et docet Suarez tom. de pœnit. disp. 21. sect. 2. num. 6.

### *Authoris iudicium.*

3. **A**T te melius perpensa ait idem Vazquez quæst. 93. art. 1. dub. 6. à num. 11. & quæst. 91. artic. 3. dub. 6. in fin. iure reservationis non posse superiorem ad eadem bis peccata aperienda sacramentaliter astringere subditum; vnde sententiam, quam supra quæst. 91. art. 3. dub. 6. 7.

& 8. sequutus fuerat, reicit (in omnibus operibus ab hoc Doctore editis, nullam aliam sententiam retractatam reperi, aded omnia à principio callebat.) Nam quamvis omnes Sacerdotes non habeant iure Diuino applicatam debitam materiam, in quam ferant sententiam absolutionis, nisi illis applicetur à superiore, & ita vnus ab alio eam accipiat; tamen quod attinet ad potestatem actiuam iurisdictionis, omnes sunt pares, & immediate à Deo illam accipiunt. Vnde quilibet confessarius absolvens, vltimò iudicat peccata, alij Sacerdoti iudicanda ea non relinquens: cum enim vnus ab alio non accipiat potestatem iudicandi, sed à Christo; vnusquisque est vltimus iudex in illa causa. Quod secus est in causa excommunicationis, in qua Sacerdotes omnes non accipiunt potestatem à Christo absolendi, sed eam etiam iurisdictionem actiuam accipiunt à supremis Pastoribus. Vnde superior tantum potest iure negandæ materię Sacerdoti inferiori: at ea concessa, vt iam illius valida sit absolutio, nequaquam pender à secunda absolutione, taliter quod possit dici peccatum in prima absolutione non esse totaliter, & vltimatè absolutum, sed initialiter, & dependenter ab vltima absolutione, à referuante impertienda: eo modo quo in foro inferiori negotium non vltimò iudicatur ab inferiori iudice; sed datur locus appellationi ad supremum iudicem, à quo vltimum, & definitum iudicium expectatur in vltima instantia. Vnde vis reservationis in eo sita est, quòd superior impediatur nè alius confessarius de tali, vel tali peccato iudicet, non verò in eo, quòd peccata semel in confessione iudicata, referuentur vltimo iudicio Superioris. Vnde constitutio Cisterciensium, præcipiens, fratres confitentes sua peccata intra annum ordinariis confessariis à superioribus assignatis, teneri, in fine anni eadem crimina aperire sacramentaliter Abbatibus, vim habet ratione voti, vel iuramenti præstiti ab inferioribus, aut iure pacti, & conventionis profitentium illam regulam: qualiter fortè obligantur Religiosi Societatis Iesu, cedentes iuri non confitendi quod iam erat confessum, eo modo quo cedunt iuri denuntiandi sua delicta immediate superiori, prætermissa correptione fraterna; vt dicemus disput. 46. n. 28. aut quia sequuntur opinionem illis visam probabilem. Quam Vazquij sententiam verissimam esse reor: præter quem patronos habeo Nauarr. summ. cap. 26. num. 26. Paludan. in 4. distinct. 20. quæst. 1. artic. 2. conclus. 3. Syluest. verb. *confessio* 1. quæst. 19. in fin. qui cõto expressius loquuntur de absolutione facta in articulo mortis; eorum tamen ratio pariter procedit, etiam extra illum articulum, dum aiunt, non posse aliquem obligari ad eadem bis confitendo peccata, quando semel legitimo confessario fuerit denudata. Quo fit quòd cum probatum sit num. antecedenti contra Suarium, delegationem non posse fieri cum onere comparandi coram superiore, extra Sacramentum, nec etiam intra, vt ex hoc num. liquet, nullatenus delegationem sub onere illo inducete præceptum obligans subditum ad comparandum, nec extra, nec intra Sacramentum.

4. Dices; subditus iter agens & lapsus in reservationem, poterit inferiori Sacerdoti confiteri; vel dicendo reservata, & non reservata; vel solum dicendo non reservata; iuxta dicta disput. 32. num. 10. Igitur frustra poscet facultatem à superiore, quòd absolui

absolui possit à referuatis, si cum onere comparandi concedatur; & aliis indicet pœnitentem, iuxta sententiam Suarij, & aliorum, ad comparandum teneri; sed satius illi erit confessionem præmittere coram inferiore Sacerdote, & postea comparere. Responderetur tamen; confessionem referuatorum debere fieri iuxta Suarij mentem etiam inferiori Sacerdoti tom. de pœnit. disp. 31. sect. 3. num. 1. 3. & 8. & Sacerdotem absolueret, quando occurrit aliqua necessitas communicandi, vel celebrandi, ad vitandam infamiam, vel aliud graue nocumentum; non tamen valida erit confessio, si extra hunc casum fiat, nec absolutio; vt pote à non habente iurisdictionem: quod etiam docet Llamas 2. part. summ. cap. 7. §. 12. Pœnitens ergo, qui illam sequitur sententiam, quod possit delegari facultas eligendi confessarium ad referuata, cum onere tamen comparandi; ad hoc petet, quòd etiam extra casum necessitatis possit confiteri, & absolui, quapropter non frustra postulabit. At iuxta nostram sententiam, facultatem eligendi confessarium rogando, & obtinendo, liber pœnitens manebit ad iterum comparandum coram superiore, nec ad confitendum eadem peccata; nec ad extra Sacramentum propaganda. Vide Vazquez tom. de pœnit. disput. 91. art. 3. dub. 9. vbi multa de obligatione, vel non obligatione confitendi coram inferiore peccata referuata.

Hinc deducitur, confitentem in articulo mortis casus referuatos, non teneri iterum sacramentaliter denudare coram superiore; eò quòd nec etiam extra mortis articulum ad id teneatur, adepta facultate pro referuatorum absoluteione, vt immediate dictum est: tum quia etiam in iure conceditur absolute facultas absoluedi à referuatis in articulo mortis, quando non est excommunicatio: quando verò excommunicatio fuit annexa peccato referuato, tenebitur comparere ratione excommunicationis, quia sub illa conditione iterum comparandi facta est absolutio ab excommunicatione in articulo mortis, & in aliam nouam incidet, si non comparuerit, iuxta cap. Eos, de sententia excommunicationis. Tradunt Nauarr. in summ. cap. 26. num. 26. Palud. in 4. distinct. 20. quæst. 1. art. 2. conclus. 3. Coriolan. de casibus referuatis, parte 1. sect. 2. artic. 16. fol. 198. num. 8. in fine. Syluest. verb. *confessio*, 1. quæst. 19. sine. Suar. tom. de pœnitent. disputat. 30. sect. 5. num. 32. Sanchez summ. lib. 2. cap. 13. num. 24. & plures refert Barbof. in remission. ad Concilium, sess. 14. cap. 7. num. 7. Cotel. in praxi pœnitent. fol. 215. & 265. Chapiuile de casibus referu. c. 7. fol. 55. & 76. Reginald. 1. part. praxi, lib. 1. num. 62. Viuald. de confessione, num. 65. Et fauet vsus Ecclesiæ, nunquam enim in illo articulo talis modus referuationis introduchus est. Docent etiam Zambran. cap. 4. de pœnitent. dubio 4. num. 25. fol. 141. Medina in summ. lib. 2. cap. vltim. regul. 2. Angl. quæst. de confess. art. 4. diff. 5. Cord. in summa, quæst. 18. artic. 2. dict. 2. Rodriguez in Bulla, §. 9. num. 56. Antonius Ragucius in Lucerna Parochorum de absoluteione, quæstio 131. fol. 346. Henriquez lib. 6. cap. 9. n. 3. Ledesma in summ. 1. parte de sacram. pœnitent. cap. 14. ferè in fine. Llamas 1. part. summ. cap. 7. §. 11. fol. 80. qui optimè aduertit, articulum mortis, non esse mathematicè accipiendum, dum scilicet adest vltimus halitus, sed dum timeret amissio loquelæ, & vsus

rationis in periculosa infirmitate. Imò, nihil maxime ardet iudicari articulum mortis, quoad effectum absoluteionis à referuatis, si timeatur amissio vsus rationis perpetua, licet mors non timeatur: quod etiam docet Sanchez summ. lib. 2. cap. 13. num. 2. Zamb. de casib. in art. mortis prælud. 1. fin. Cerol. in praxi pœnitent. fol. 97. Arbitror item, absoluteionem à referuatis posse impendi à prima die infirmitatis periculose, vt doloris lateris, tabardillo, &c. quia amittens vsus rationis absque absoluteione, ita est constitutus in periculo damnationis, ac si absque absoluteione motefetur. Si tamen casus referuati excommunicationem habeant annexam, tenebitur comparere iuxta caput, Eos, de sentent. excommunicat. in 6. non vt absoluaatur sacramentaliter, sed vt recipiat pro excommunicatione vltimam sententiam: sic Vazquez tomo de pœnit. quæst. 93. artic. 1. dubio 6. num. 15. & ceteri allegati. Sanchez summ. lib. 2. cap. 13. num. 31. qui optimè aduertit non esse imponendum onus comparandi, quando virtute Iubilei, vel Bullæ fit absolutio à censura, aliàs priuilegium nihil operaretur. Sic Medin. lib. 3. summ. cap. 12. Henriquez lib. 6. de pœnitent. cap. 9. num. 2. in comment. littera N. & lib. 13. de excommunic. cap. 29. num. 3. Suar. 4. tom. in 3. part. disput. 30. sect. 1. num. 6. Manuel in addition. ad Bull. §. 9. num. 44. Viuald. de absolut. num. 68. Quod de hæretico absoluto in articulo mortis non est sic intelligendum, quamuis habeat Bullam, quia illa nihil circa hæresim concedit. Sic Sanchez supra.

Nec assentior Suario tom. de pœnitent. disputat. 30. sect. 5. num. 23. & 24. Graff. 1. part. summ. cap. 13. lib. 1. num. 76. Vazquez tom. de pœnit. quæst. 93. art. 1. dub. 6. num. 11. Villalob. in summ. tract. 9. difficult. 65. censentibus, absque dubio posse superiorem concedere facultatem absoluedi à referuatis, sub ea conditione, quod ipse Sacerdos quem eligit pœnitens imponat ei pœnitentiam virtute clauium, confitendi scilicet iterum crimina superiori, & ita teneri pœnitentem certiore facere Sacerdotem quem eligit, vt eam sibi imponat pœnitentiam. Addit tamen Vazquez, quòd esto hoc modo quis obligari possit, firmum non esse hunc referuandi modum, quia alius confessarius audita confessione, aut idem commutare poterit postea pœnitentiam illam. Et quòd hoc modo possit imponi obligatio iterum confitendi, docet Paludan. in 4. distinct. 17. quæst. 5. art. 1. n. 6. Non inquam assentior, nam sic superior referuans, cum onere scilicet, quòd à confessario iniungatur sub pœnitentia reiteratio confessionis, in mesem alienam falcem mitteret, & in iurisdictione aliena iudicaret, solus enim minister audiens confessionem, iudex erit pœnitentiæ iniungenda. Vnde ab alio iudice non poterit taxari qualis, quantave sit iniungenda. In quo discedo à Coriol. de casib. referu. part. 1. sect. 1. art. 19. fol. 97. Et concessa semel illi facultate absoluedi, vltimate iudicabit absoluedum, cum immediate à Christo accipiat potestatem, tam circa absoluteionem, quam circa iniunctionem pœnitentiæ: ab eadem namque radice oritur vtraque potestas, & pari iure immediate à Christo dimanar. Aur quare minùs, quàm alia? Quod docet Agid. tom. de Sacram. disputat. 8. num. 117. & suffinet idem Vazquez quæst. 93. art. 1. num. 14. cum dicat, Sacerdotes omnes parem habere iurisdictionem

actiuam, tam circa absolutionem à peccatis, quam circa pœnitentiam iniungendam; & medendum peccatis illius, qui iam ei est constitutus subditus. Vnde sibi metè contrarius videtur Vazquez.

7. Ex quo elicitur, quòd licet possit confessarius iniungere sub pœnitentiæ vinculo, pœnitentem teneri dicere in confessione agenda se tunc confiteri, quia ad id sub pœnitentia fuit astrictus, vt dicemus disput. sequenti, num. 6. At non elicitur, posse obligari dicere confessario, quòd sibi imponat sub pœnitentia iterum confiteri; taliter quòd ad illam iniungendam teneatur confessarius: cum nullus pœnitentiarius debeat pœnitentiam imponere ab alio præscriptam; sed quam ipse iudicat decere.

8. Vnum tamen est notandum, pro praxi seruanda in absolutione peccatorum reseruatorum, quòd si pœnitens obtenta facultate à superiori, pro absolutione reseruatorum fecit apud inferiorem confessionem inualidam, vt si hictè confessus fuisset, non tenebitur postea illud peccatum confiteri superiori reseruanti: nam confessio subsequuta, siue valida, siue inualida, non reuocat facultatem semel à superiore concessam: docet Angl. de Florib. de Conf. Chapiau. de casib. reseru. cap. 8. fol. 66.

9. Ex quo sequitur aliud, quòd si accepta tali fa-

cultate consistendi, videlicet reseruata inferiori, pœnitens non confiteatur illo anno, potest sequenti anno cuiunque inferiori confiteri, & ab eo absolui; Chapiau. de casibus reseru. cap. 8. fol. 66. vt enim iam dictum est, facultas concessa est absolute, quæ ad omne tempus extendi poterit, nisi à superiore concedente esset restricta.

Ad argumentum responderetur, non æquam procedere rationem in reseruante, ac in confessario iniungente pœnitentiam reiterandæ confessionis; reseruans namque, concedensque facultatem eligendi confessarium, cum onere iterum fatendi peccatum illud superiori, efficit, quòd peccatum non absoluitur maneat; donec superiori aperiat sacramentaliter. At iniungens pœnitentiam reiteratæ confessionis eorundem criminum, minime efficit, quòd peccata semel confessa absoluta non maneant; sed solum onus imponit pœnitenti ea fatendi, nisi de nouo velit peccare, pœnitentiam transgrediendo. Vnde obiectum reseruationis erit peccatum iam confessum: obiectum verò confessarij iniungentis confessionem sub pœnitentia, est nouum præceptum inducere, fatendi scilicet peccata iam detecta; vt scilicet ea sint materia circa quam præceptum, seu lex fertur.

10.



## DISVPT. DECIMATERTIA,

### An Confessio sacramentalis possit iniungi sub pœnitentia à Confessario?

#### S V M M A R I V M.

- A**rgumentum à parte negatiua, num. 1.  
**A**uthoris iudicium, num. 2.  
 Potest negari absolutio pœnitenti, nolenti acceptare pœnitentiam sacramentalem rationabilem, numero 3. & 4.  
**A**liaratio, qua Authoris iudicium probatur, n. 5.  
 Iniungi potest sub pœnitentia, quòd teneatur pœnitens dicere, se esse astrictum confiteri vinculo iniunctæ pœnitentiæ, num. 6.  
 Imponi etiam potest pœnitentia, quòd pœnitens coram eodem Sacerdote, non alio confiteatur, num. 7.  
 Confessarius non potest imperare sub vinculo pœnitentiæ, quòd pœnitens statim confiteatur, ac lapsus fuerit in tale, vel tale peccatum, num. 8.  
 Differre, vel anticipare per tres, vel quatuor dies confessionem iniunctam sub pœnitentia, nullum est peccatum, num. 9. & 10.  
 Ad argumentum responderetur.



**C**ONFESSIIONEM sacramentalem non posse iniungi sub pœnitentia suadet; quia vel iubetur à confessario, peccata semel confessa iterum confiteri pœnitentem, vel peccata, quæ non sunt commissa, si fortè in ea lapsus fuerit. Non primum, cum nullo humano iure possit quis obligari ad peccata semel confessa rursus confitenda; vt docent Paludan. in 4. dist. 17. quæst. 5. art. 1. num. 6. Almain. in 4. distinct. 17.

quæst. 1. in fine, qui alios refert, Nauarr. in summ. cap. 9. num. 1. & in cap. placuit, de pœnitent. distinct. 6. à num. 106. vsque ad 119. & in cap. contrarium, distinct. 5. num. 20. Ledesma 2. part. 4. quæst. 8. artic. 2. dub. 19. Durand. in 4. distinct. 17. quæst. 15. num. 10. D. Thom. 1. quodlib. artic. 12. Medin. Cod. de confess. quæst. de confess. frat. privileg. facta, Suarez tom. de pœnitent. disput. 30. sect. 5. num. 6. & disput. 22. sect. 8. num. 8. Vazquez tomo de pœnitent. quæst. 91. art. 3. dub. 7. num. 14. Neque secundum; quia aliàs non imponeretur pœnitentia absolute, sed conditionaliter; scilicet, si fortè de nouo adhuc peccata. At absolutæ confessioni non est iniungenda conditionalis pœnitentia: nam si demus pœnitentem non ulterius in lethale fuisse prolapsum, minime tenebitur confiteri; ergo nec pœnitentiam iniunctam implere. Iam ergo daretur Sacramentum pœnitentiæ absque parte satisfactoria, saltem absolute adimplenda; sed solum sub conditione; scilicet, si fortè fuerint noua peccata, & consequenter crimina detecta in prima confessione, non punientur absolute, sed conditionaliter tantum: quod admitti neuiquam debet. Et licet in casu ægritudinis pœnitentis imponatur pœnitentia sub conditione intellecta; scilicet si superuixerit infirmus, vel nisi aliud iustum impedimentum superoriatur: natura tamen pœnitentiæ in his casibus iniuncta est absoluta, & solum per accidens conditionalis, excusans ab implatione ob impedimentum per accidens superueniens.

Natura

Natura verò pœnitentiæ frequentis confessionis; si forte de nouo in illa, vel talia crimina lapsus fuerit pœnitens, essentialiter est conditionalis; dum iterum confiteri pœnitentem per se non sit obligatorium, nisi per accidens eueniat noua habere peccata. E contra pœnitentia iniuncta infirmo, & quæcumque alia sano, per se obligant, nisi per accidens excusetur pœnitens ob impotentiam.

### *Authoris iudicium.*

2. **T**Ripliciter posse confessarium sacramentalem confessionem sub pœnitentia imperare; perpendendum est. Primò, iubendo eadem crimina tunc confessa, iterum confitenda fore. Secundò, imperare potest confessionem absolutè, non determinando, an eadem, vel noua peccata sint aperienda in confessione iniuncta sub pœnitentia, vel an mortalia, siue venialia; sed ab omnibus his obstrahendo. Tertio modo, dicendo pœnitenti; *Iniungo tibi sub pœnitentia statim confiteri simul acque commiseris hoc peccatum; quod modo aperis.* De quo tertio modo dicemus num. 8. Sanè duobus illis modis imponi posse iudicij; tum quia confessio sacramentalis actus Religionis est, & consequenter apta materia, quæ iniungi possit sub pœnitentiæ vinculo; tum etiam, quia bis eadem confiteri peccata maiorem pudorem gignere pœnitenti; quàm si simul tantum detegerentur, nullus in dubium vertet; & consequenter maiorem mortificationem. Igitur sicut alias mortificationes iniungere potest pœnitentiarius sub pœnitentia, quibit & hanc: aut quare minus? Docet Vazq. tomo de pœnit. quæst. 19. artic. 3. dubio 7. numero 12. Sa verb. *satisfactio* num. 3. Nauarr. in summ. cap. 9. num. 1. Coriolan. de casib. referu. part. 1. sect. 3. fol. 266. & constat ex praxi communi confessariorum: tradit etiam Suar. tom. de pœnitent. disput. 22. sect. 8. numer. 5. censens, posse Ecclesiam obligare fideles ad vsum huius Sacramenti pœnitentiæ indifferenter, siue habeat mortalia, siue venialia: fit ergo & confessarium posse sub pœnitentia obligare, & posse Ecclesiam obligare ad confessionem venialium: censet Alensis 4. parte, quæst. 77. memb. 1. art. 1. & 2. D. Thom. in 4. distinct. 17. quæst. 3. art. 1. Bonauent. in 4. distinct. 17. art. 4. quæst. 1. Ricard. artic. 2. quæst. 4. ad primum. Qui intelligendi sunt de obligatione agendi talem confessionem, tanquam exercitium sanctum & religiosum: actus verò religiosus, materia poterit esse præcepti, & ex fine aliquo necessario præcipi ob placandum scilicet Deum, vel aliquid impetrandum; sicut etiam præcipere possit, vt omnes sacramentum Eucharistiæ, vel ieiunent, &c. Hinc deduco fundamèto niti, non posse lucrari Iubilæum concessum sub onere confessionis, & communionis; etiam ab illis qui mortali non sunt lauciati, nisi præmissa confessione: nam cum dictum iam sit, confessionem sacramentalem præcipi posse, vt actus quidem religiosus, etiam non habentibus mortiferum crimen; eodem modo valere Summum Pontificem indulgentiæ concedere sub onere confessionis haud dubito, quantumcumque careant mortali cupientes illis potiri. Quod probabile reputat Suar. tom. de pœnitent. disp. 52. sect. 3. numer. 5. licet probabilius arbitretur, non

exigi confessionem, nisi à lethali infectis, dum aliud expressè, & specificè non declaratur in confessione indulgentiæ; quod nunquam, vel raro fieri existimat: quod etiam docet Corduba in quæstionario, lib. P. quæst. 27. princ.

3. Non posse confessarium non absolueri pœnitentem nolentem acceptare pœnitentiam iniunctam frequentis confessionis, censet Nauarr. in summa, cap. 9. num. 1. & in cap. placuit, distinct. 6. num. 115. eo quod nulla lege humana sanciri possit, peccata ritè confessa iterum confitenda fore: addens, quod si pœnitens voluntariè consentiat illi pœnitentiæ, rectè possit obligari ad eius impletionem. At ad id non esse cogendum pœnitentem ex eo arbitratur, quod hoc esset nimis difficile, & contra veram rationem legis, quæ tolerabilis esse debet. Quod si pœnitens consentiat, manere astrictum pœnitentiæ adimplendæ, inde etiam probat Nauarr. quod etiam ex voto possit se altringere ad peccata semel confessa, iterum confitenda: vt similiter expressè docet Adu. in 4. de Sacrament. Confess. quæst. 5. §. *sed difficultas est*, fol. 84. Et ita responderi Nauarr. ad statutum Cisterciensium, quo præcipitur, fratres confitentes sua peccata per annum ordinatiis confessariis, iterum Abbatibus in fine anni teneri confiteri: quod sanè statutum à duobus Summis Pontificibus stabilium esse idem affirmat.

4. Ad hæc sententiæ Vazq. tom. de pœnitent. quæst. 91. art. 3. dub. 7. num. 12. existimantis, posse confessarium obligare pœnitentem ad acceptandam pœnitentiam iniunctam confessionis, & negare absolutionem: quotiescumque namque pœnitentia medicinalis est, & tolerabilis, ius habet confessarius ad compellendum pœnitentem acceptare, & negare absolutionem; alias in nullo calu poterit iure coactionis confessarius, in ordine ad imponendam pœnitentiam: quod tamen falsum est, iuxta ferè omnium mentem, paucis demptis, assententibus pœnitentem non altringi pœnitentias acceptare, si pœnam in Purgatorio expiandam velit differre. At obligari pœnitentem iterum, vel sæpe eandem peccata confiteri, vel indifferenter confessionem sibi præcipi, siue venialium, siue mortalium, medicinale est ipsi, tam ob pudorem, quàm ob bonam consuetudinem gignendam ex crebra confessione: nec intolerabilis lex erit. Sicut enim intolerabilis non est lex, qua se ex voto altringit pœnitens ad iterum eandem crimina detegenda confessario: eodem sanè modo intolerabile neutiquam iudicari debet, quod à confessario sub pœnitentia præcipiatur. Quod enim à se, vel ab alio oriatur obligatio nil refert, si aliàs circa materiam intolerabilem lex ferretur ad hoc, quod vim obligandi contineret: eam tamen pœnitentiam iniunctam iterum contendere mutare potest in aliam idem, qui iniunxit; vel alius confessarius, ex causa rationabili; vt docet Vazquez de pœnitent. quæst. 91. artic. 3. dub. 7. num. 35. & nos probabile in praxi sustinemus, disput. 14. num. 7. & 8.

5. Deinde Summum Pontificem posse vota castitatis, Religionis, & alia commutare in menstruas confessiones nemo dubitat, vt tradit Sanchez de matrim. lib. 8. disput. 9. num. 20. At non existentibus nouis criminibus, vt commutato voti implenda sit, necessarium vtique erit peccata antea confessa iterum aperire; vel aliqua crimina absolutioni subiicere siue sint mortalia, siue venialia.

Fit ergò posse imponi fideli obligationem, rursus coram confessario sacramentaliter denudare peccata. Interdicitne quicquam obligationem oriiri iure commutationis, aut penitentia in iuncta?

Fateor, quòd esto in rigore posset penitens vinculo penitentia obligari ad eadem peccata iterum confitenda; non nimis æquum fore præceptum, quando penitens libenter acceptaret penitentiam confessionis frequentanda, de quibuscumque criminibus ipse veller confiteri; tunc sanè rigidum esset illum constringere, quòd peccata iam confessa necessariò repeteret, nisi veller penitentiam iniunctam infringere: nam confessio sacramentalis horum, vel illorum criminum, medicinalis est, & ad comparandam bonam consuetudinem frequentanda confessionis est apta: & nulla fortè ratio inueniri poterit, qua sit melius penitenti eum astringi ad repetendum peccata iam confessa, quàm indifferenter obligari, siue illa, siue alia peccata velit aperire. Et piè agendum est cum penitente, neque pudore confundendus.

6. Insuper, posse in rigore confessarium iniungere sub penitentia, non solum eadem peccata iterum confitenda fore; verùm, quòd teneatur penitens dicere se tunc esse astrictum confiteri vinculo iniuncta penitentia, eo quòd sic certior factus confessarius cognoscat penitentem consuetudinem peccandi habere, dum tali penitentia fuerit ligatus: illa namque narrare, pudorem maximum, & mortificationem non modicam patere penitenti quilibet iudicabit. Licet enim disputatione 9. num. 6. censeamus, penitentem non teneri consuetudinem peccandi confiteri; id intelligendum est, dum ad eam aperiendam vinculo penitentia non fuerit deuinctus, aut iuramento, vel voto à se emissio.

7. Animaduertito vltèrius, penitentiarium non solum posse astringere penitentem ad iterum confitenda sua peccata; verùm quòd illa adaperiat coram seipso, & non alio confessario. Nam coram eodem sapè confiteri, pudorem maximum, & mortificationem gignere penitenti pudorato quis dubitabit? Præterea quòd ad medendum peccati maximè interest eundem iudicem, & medicum semper adire. Et licet penitens patiatur difficultatem ob huiusmodi obligationem à confessario iniunctam; non tamen patitur vexationem, dum ad illam imponendam ius habeat penitentiarium: aut quare minus? Nec inde posse passim huiusmodi iniungere penitentiam confessarium intelligas, sed solum in casu maximè necessario ad curationem penitenti, de quo possunt concipi spes penitentiam minimè transgressurum.

Et quamuis penitens Bullam habeat Cruciatam, vel aliud priuilegium eligendi confessarium, non oberit, quin obligetur sua penitentia, vnum determinatum confessarium adire. Nam priuilegium illud concessum à Summo Pontifice, solum operatur, quòd ab inferiori legislatore non possit derogari per contrariam legem in foro exteriori latam, non verò interiori, qualiter fertur lex iniuncta penitentia. Nec huic contraria erit mens Pontificis concedentis priuilegium in fauorem penitentis, & non in odium, & destructionem: quam sanè sibi paratet, vtendo priuilegio, & eligendo sibi nociuum confessarium.

Minimè tamen confessarius impetare poterit

sub penitentia, confessionem fieri, si iterum in huiusmodi crimine incidere penitens, dicendo illi: *Te astringo penitentia vinculo intra vnum, vel duos dies simul ac commiseris hoc peccatum, statim confiteri.* Quòd argumento à principio facto conuincitur: nam si demus penitentem non vltèrius in illud peccatum fuisse prolapsum, non teneretur confiteri, nec penitentiam impositam implere. Iam ergò daretur sacramentum Penitentia absque parte satisfactoria, saltem absolute adimplenda. Docet Sanchez in summa lib. 3. cap. 5. num. 17. Sorus lib. de iurament. abus. cap. 12. Vega 2. part. summ. cap. 64. casu 4. in quientes, non teneri acceptare aliquam breuem orationem recitare, vel eleemosynam largiri pro singulis iuramentis, aut fornicationibus committendis. Et par ratio procedit, non teneri acceptare iniunctam confessionem: tradit Tolet. in summ. lib. 3. cap. 18. num. 3. qui addit, debere confessarium dicere penitenti, quando frequentem confessionem iniungit; *Ego non te obligo, sed solum doceo, quòd tu aliàs facere teneris.*

Ex quo deducitur, quòd si penitens ad defendendam prauam consuetudinem peccandi iudicaret fore omnino necessarium medium, frequentius confiteri, teneretur acceptare, non distincto præcepto; sed ratione virtutis contrariae ad vitium, cuius habet consuetudinem. (Ex conscientia tamen erronea posset penitens contra præceptum penitentia iniuncta, peccare non pluries confitendo; quando ad id arbitraretur penitens, manere se astrictum, & executioni non fuisset addictus) eo modo, quo ægrotans corporaliter teneretur parere medico applicanti medicinas, non distincto præcepto obedientia; sed præcepto, quo est astrictus propriam conseruare vitam. Salas de legib. disput. 10. sect. 1. num. 2. Et fortè Suarez 2. tom. de Relig. lib. 3. de iuramento, cap. 8. num. vlt. contrarius non est prædictis auctoribus; quamuis censet, teneri penitentem acceptare aliquam orationem breuem, vel eleemosynam elargiri pro singulis iuramentis; cum, nulla adhibita distinctione, de obligatione ad acceptandum vinculo penitentia, vel religionis, quo quisque tenetur falsa, vel inania vitare iuramenta, loquatur. Aduertere tamen liber obiter cauendam esse doctrinam quamdam falsam ad ductam à Valero, de differentiis vtriusque fori, verb. *obediencia*, differentia 3. videlicet infirmum constrictum esse obedire medico in foro exteriori, eo quòd accersito semel medico contractus inter ipsum & infirmum oritur illi parendi; non tamen obligati in foro interiori. Quia videlicet fas sit infirmo curationem recusare, eligendo potius mortem pro Christo tolerare, quàm sanitatem nancisci. Quòd hercè falsum est. Tum quia ridiculosa est illa obligatio in foro exteriori: tum quia in interiori tenetur infirmus omnia media simpliciter necessaria ad salutem querere, nec validum esset votum de opposito, licet sine parienti mortem pro Christo fieret. Et Carthusianis solum licet ex voto se abstinere à carnibus, quòd inualidum esset, si fieret circa abstinentiam omnium medicinarum.

Animaduertito tamen, non transgressurum penitentiam illum, cui esset iussum intra vnum mensem confitendum fore, si per tres, vel quatuor dies vltra mensem confessionem differret; præsertim ex causa: quia non potest esse magnum

gnum datum in mora modici temporis, l. si de-  
bitore, l. et si post tres, ff. si quis cautionibus, Faber  
in C. Fabriabo, lib. 7. tit. 2. definit. 39. num. 5. Quia  
omnibus condemnatis indulgetur tempus ad sa-  
tisfaciendum humanitatis gratia; l. cum similiter, 16.  
§. 1. ff. de compensatio. Faber supra numer. 7. &  
idem iudico, si vorum esset emissum de confessio-  
ne agenda: non enim ita mathematicè præfigen-  
dus est terminus, nec Deus adeò rigorosus exa-  
ctor erit iudicandus. Imò si intra octo dies à men-  
se elapso solemnis aliquis dies sequeretur, vel Iu-  
bilæum, posse differri confessionem vsque ad il-  
lum diem, mihi præsuadeo, si ægrè pœnitens fer-  
ret bis intra octo illos dies confiteri, vel Iubi-  
læum non lucrari. Ad maiorem tamen securita-  
tem, si commodè possit, petat ab eodem confessa-  
rio differri terminum, vel ab alio; qui sicut com-  
mutare posset pœnitentiam illam ex causa, potius  
terminum elongaret; quod minus quidem est.

10.

Et posse anticipari per octo dies minimè dubi-  
to, ex causa illa Iubilæi, vel solemnis diei. Quod  
si per tres hebdomadas confessionem præueniret,  
fortè non implebit præceptum, cum mens iubentis  
eò tendat, vt per mensem curet pœnitens mû-  
dam habere conscientiam: certior namque expe-  
riencia sumitur emendationis pœnitentis per spa-  
tium vnus mensis, quàm vnus hebdomadæ.

Nec argumentum in principio obest; nam-  
est lex exterior ferri non possit, quòd aliquis  
ritè confessus sua peccata, & ab eis legitime abso-  
lutus teneatur eadem iterum denudare, videlicet  
si lex illa ferretur à superiore post confessionem  
factam, eo quòd intolerabilis, & nimis rigida  
foret: vt admittit Vazquez tomo de pœnitent.  
quæst. 91. art. 3. dubio 7. num. 14. Suarez tom. de  
pœnitent. disput. 22. sectione 8. num. 6. & sect. 7.  
num. 20. in quo sensu arbitror, locutos esse so-  
lùm Doctores primo argumento vocatos: pote-  
rit tamen ferri lex in foro interiori sacramentali  
à confessario; cum nec intolerabilis sit, sed potius  
medicinalis: vt diximus num. 4. Non enim supe-  
rior ferens legem in communi fatendi peccata  
semel confessa, arbitrari poterit, an medicinale  
sit, vel non; & necessarium subditis obligationem  
illam existere iterum eadem crimina fatendi, qua-  
liter iudicat confessarius id expedire pœnitenti:  
at tantum onus imponere subditis absque neces-  
sitate, intolerabile puratur prudenter. Nec de vir-  
tutibus æquum erit legem inducere, quando illud  
necessarium non esset; & alias difficile esset illis va-  
cate; præsertim dum in pœnam alicuius delicti  
non esset inducta, qualiter à confessario iniungen-  
te pœnitentiam reiterandæ confessionis, ferretur in  
pœnam, scilicet criminum sibi pœfactorum.

11.



DISPUT. DECIMAQVARTA,

Num Confessarius possit extra confessionem commutare  
pœnitentiam ab alio Confessario iniunctam  
pœnitenti?

SUMMARIUM.

Intra confessionem licere, admittunt ferè vniuersi, nu-  
mer. 1.

Argumenta proponuntur, 2. 3. & 4.

Notabile ad questionem, num. 5.

Prima sententia, num. 6.

10. Auctoris iudicium circa praxim, 7. & 8.

Impugnatur ratio aliquorum Doctorem, num. 6.

Nec etiam ab eodem confessario potest mutari pœniten-  
tia extra confessionem, n. 10.

Impugnatur Henriquez, n. 11.

In praxi poterit confessarius mutare pœnitentiam ab  
alio iniunctam, eisdemmet criminibus auditis in  
confessione, n. 12.

Et posse etiam si sit pro reseruatâ iniuncta, numer. 13.  
& 14.

Nec impedire poterunt Superiores hanc commuta-  
tionem, n. 15.

Nec ob id illuditur iudicium reseruantis, nume-  
ro 16.

Non tenetur confessarius mutare pœnitentiam, à se,  
vel ab alio iniunctam, si nolit, n. 17.

Non potest confessarius pœnitentiam erogando elemosy-  
nam mutare, vt applicetur ipsi pœnitenti, tanquam  
pauperi, num. 18.

10. Auctoris iudicium speculatiuum, numero 10.  
& 10.

Auctoris argumenta soluntur, numer. 21. 22. & 23.



11. T quidem intra confessionem lice-  
re commutare pœnitentiam admit-  
tunt ferè vniuersi, existente iusta, &  
rationabilicausa, tam iniunctam à se,  
quam ab alio inferiori confessario,  
aut æquali: & an à superiori, postea dicemus.  
Docet Suarius tom. de pœnitent. disp. 38. sect. 10.  
Reginald. lib. 7. num. 88. Nauarr. in summ. cap. 26.  
num. 21. Vazquez tom. de pœnitent. quæst. 94.  
art. 2. dub. 3. num. 9. Nonius de pœnitent. quæst. 13.  
art. 2. §. dubitatur etiam, pag. 369. & dub. 4. pag. 367.  
Coninch. disput. 10. de satisfact. dub. 12. num. 100.  
Bonacin. de sacrament. disput. 5. quæstion. 5.  
punct. 3. num. 1. Rosella verb. confessio. Sacramen-  
talis, num. 11. Angel. confessio. 6. num. 4. Syluest.  
confessio. 1. quæst. 27. Victor. quæst. 221. Ledesm. 1.  
part. 4. quæst. 29. art. 4. Ioan. de Friburgo, in summ.  
confessor. tit. 44. lib. 3. quæst. 133. fol. 200. Causa  
rationabilis erit necessitas, vel notabilis utilitas, vel  
difficultas pœnitentis in præstanda pœnitentia,  
vel obliuio pœnitentiæ aliàs iniunctæ: ita Do-  
ctores adducti. Nec tantum poterit commutari  
in æqualem, verum minui, seu mitigari. Nam  
est, adimpletio pœnitentiæ iniunctæ sit iure di-  
uino debita, sicut & præceptum confessionis di-  
uinum est, extendens se ad omnes suis ipsius partes,  
at mediante iudicio humano est orta talis obligat-  
io iuris diuini. Quando autem ius diuinum obli-  
gat ex radice iudicij humani dispensabile, & com-  
mutabile

mutabile est; vt contingit in obligatione voti, super quod dispensat Pontifex; eo quod iudicium humanum errare potuit, & æquum erat ab alio iudicio prudentiori corrigi: præsertim in sacramentis, quæ instituta sunt ad animarum salutem, non in laqueum.

3. Extra confessionem verò posse pœnitentiam mutari, suadet quod votum possit; vt docent Henriquez lib. 7. de indulgent. cap. 30. num. 6. & tanquam probabile Rodrig. 2. tom. summ. cap. 99. numer. 6. Santius lib. 8. de matrimon. disput. 15. num. 25. & ferè expressè Sor. lib. 7. de iustit. q. 4. art. 3. col. 9. vers. *Post hæc de privilegijs*, vbi asserit, dispensationem voti nihil ad votum pœnitentiæ pertinere; sed esse distinctam facultatem, quam Pontifex suscipienti Bullam concedit; quo fit, Solum pro eodem accepisse dispensationem, & commutationem. Et posse dispensari in voto, ex commissione à Papa, pro solo foro interioxi extra confessionem: docent Nauarr. lib. 5. consil. in 2. edit. tit. de privilèg. consil. 11. numer. 2. & in summ. cap. 28. num. 41. D. Antonin. 3. part. tit. 24. cap. 77. fin. Sa, verb. *excommunicatio*, in 1. inquieres, facultatem habentes absoluedi, vel dispensandi foro interioxi, posse id extra confessionem exequi. Gallego de cognat. spirit. cap. 23. numer. 2. Et prædictus Santius lib. 8. de matrimon. disp. 34. numer. 29. in fin. inquierens, hanc esse plurimorum, quos ipse consuluit. Et posse Religiosos virtute suorum privilegiorum dispensate in votis extra confessionem, quamuis dicatur ablatius ille absolutus, *Confessionibus auditis*; qui tantum ad solam peccatorum absolutionem refertur, & non ad dispensationem expediendam docet n. 30. & in summa lib. 4. cap. 54. numer. 15. & cap. 44. numer. 17. Fauet doctrina Suarij, 2. tom. de Religion. lib. 6. cap. 16. num. 4. quatenus ait, non opus esse in communitate, vel dispensatione voti, confessione; quando privilegium id expressè non explicat, sed tantum exposcit confessorium approbatum ab ordinario, commutantem in foro conscientia: quod tantum exigitur in Bulla Cruciatæ per hanc clausulam: *Possint eligere confessorem ex approbatis ab Ordinario, & ab eo quotienscumque peccatorum, & censurarum, &c. absolutionem recipere, & illis vota omnia, vtramarino, castitatis & religionis dumtaxat exceptis, in aliquod subsidium huius expeditionis, per eundem confessorem commutari possunt*. Si igitur votum extra confessionem potest commutari, virtute Bullæ concedentis facultatem eligendi confessorium, qui commutet; similiter ab habente dictam Bullam videtur posse eligi confessorius, qui pœnitentiam commutet extra confessionem: aut quare minus?

4. Deinde pœnitentia poterit mutari in euidenter melius propria autoritate pœnitentis, sicut potest votum vt docent ferè vniuersi, quos postea adducemus. Non ergo ex sui ratione potest, intra confessionem mutari: quod verò in minus mutetur, causam adesse, erit necessarium tantum. Imò ad mutandam pœnitentiam in euidenter æquale, autoritatem confessorij non exigere videtur consonum, sicut nec ad mutandum votum in euidenter æquale, docent Medina in summ. cap. 14. Henriquez lib. 2. de pœnit. c. 20. §. 5. Aragon. 2. 2. quæst. 88. art. 12. dub. 1. dict. 3. Reputat probabile, & in praxi tutum Suarius 2. tom. de Relig. cap. 2. c. num. 4. & Alcocer in summ. de commuta-

tionem votorum, cap. 16. conclus. 6. fol. 58. pag. 1. Lessius de iustit. cap. 40. dub. 11. num. 9. Manuel. 2. tom. summ. cap. 100. num. 4. Maior in 4. distinct. 38. quæst. 4. col. 3. vers. *tertio agitur*. Sa, verb. *voti irritatio*. num. 10. Quod & ego vetum puto; cum in nihilo dispenseretur, reddendo Deo rem æqualem, & ita gratam: quamuis fatear difficile fore hanc æqualitatem cognoscere. In commutatione verò, solum ratione admixtæ dispensationis, ibi inuentæ, autoritas exigitur prælati: ob quod quando commutatio fit in euidenter melius ea non requiritur; quia pura commutatio absque admixta dispensatione reperitur, vt docet D. Thom. 2. 2. quæst. 88. artic. 12. quatenus ait, ea ratione in votorum commutatione exigi Prælati autoritatem, quod oporteat in hac commutatione determinare, quid sit Deo gratius. Et in propriis terminis posse votum commutari in euidenter melius, docent Imol. cap. *peruenit* el 2. num. 2. de iureiurando. Maior. in 4. distinct. 38. quæst. 3. col. 3. vers. 3. *arguitur*. Et ibi Bachonus, quæst. 5. art. 6. Angel. verb. *votum*, 4. num. 2. fin. Caiet. 2. 2. quæst. 88. art. 12. paulò post princip. & in summ. verb. *votum*, cap. vltimo, Arnil. ibi. num. 14. lex regia 7. titul. 18. part. 1. Abulens. cap. 30. Numeror. q. 10. Sor. lib. 7. de iustit. quæst. 4. art. 3. col. 2. vers. *At de commutatione*. Nauarr. summ. Latin. cap. 12. num. 75. Couarru. de pact. 1. part. §. 3. numer. 4. versic. *Ego verò*. Cord. in summ. quæst. 149. Aragon. 2. 2. quæst. 88. art. 12. dub. 1. dict. 1. Alcocer in summ. cap. 16. *De votorum commutat.* conclus. 3. fol. 57. pag. 1. Pedraza, in summ. præcept. 1. §. 8. Medin. lib. 1. summ. cap. 14. §. 7. Regul. 2. Graff. lib. 2. decis. 1. part. cap. 30. num. 1. & 5. Ouand in 4. distinct. 38. disput. vnica in proposito. 2. 7. Philarch. de offic. Sacerdot. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 22. fin. Lopez 1. part. instruct. cap. 49. fin. Ioan. Benedic. in summ. de peccat. lib. 1. cap. 9. paulò ante fin. Coron. confess. part. 3. tract. de voto, num. 18. Angles Flor. 2. part. quæst. vnica de voto, art. 8. difficult. 4. conclus. 1. & 2. Gomez in Bulla Cruciatæ clausul. 11. num. 112. Manuel in eadem Bulla §. 7. num. 105. & tom. 2. summ. cap. 100. num. 4. Azor. tom. 1. lib. 11. cap. 18. quæst. 1. Sayro in Claui Reg. lib. 6. cap. 12. num. 5. Chapiaule de casib. referat. fol. 89. Valent. 2. 2. disput. 6. quæst. 6. punct. 7. col. 9. vers. *Idæ ipsa ratione*. Lessius lib. 2. de iustit. cap. 40. dub. 11. num. 87. Sorb. in compendio privileg. mendicant. verb. *votum*; in annotationibus suis, notab. 2. Suar. 2. tom. de Relig. lib. 6. cap. 18. à num. 4. Santius in summ. lib. 4. cap. 49. num. 4. Tolet. lib. 4. cap. 18. num. penult. Ledesim. 2. tom. summ. tract. 10. cap. 8. sine tertiæ partis, vers. *Resposta de la comutacion*. Viual. 3. parte, cap. 14. num. 14. Sa verb. *votum*, vbi de irritatio, num. 14. Henriquez lib. 5. de pœnitent. cap. 20. num. 5. & lib. 7. de indulgent. cap. 30. num. 5. Et est sententia communissima; cui non obstant aliqui Doctores contrarium arbitantes; videlicet propria autoritate votum non posse in euidenter melius commutari, vt D. Thom. in 4. distinct. 38. quæst. 1. art. 4. quæst. vltim. in corpore. Innocent. cap. *peruenit*, el secundo, num. vnico, de iureiurando; & ibi Ioan. Andreas statim in princip. Hostien. num. 1. Ancon. num. 5. Bald. num. 2. Anchar. num. 7. Abb. numer. 2. Henric. num. 1. Bellamera, num. 2. Felin. num. 1. Alexand. de Neuo num. 7. D. Bonauent. in 4. distinct. 38. art. 2. quæst. 2. & ibi Ricard. art. 8. quæst. 1. Supplement. Gabr. ibi, quæst. 1. artic. 5. versic. *de voti*

voti redemptio, littera Y. & ibi Palat. disp. 3. col. 27. fol. 875. Syluest. verb. *votum*, 4. quaest. 7. distin. 2. Malderus de virtutibus, tract. 10. cap. 5. dub. 11. §. *dico tertio*. Si ergo ad commutandum votum/in euidenter aequale vel melius sufficit propria aut thoritas; sufficere etiam ad commutandam penitentiam.

Nec obstat, si dicas cum Sanch. in summ. lib. 4. cap. 49. num. 9. ad 6. argumen. Henriquez 1. part. summ. lib. 5. c. 20. §. 3. Reginald. lib. 7. praxi. cap. 1. in princip. Ochagau. tract. ultimo de satisfact. sacramentali, quaest. 12. num. 2. penitentem non posse propria auctoritate mutare in euidenter melius penitentiam; eo quod lex implendi iniunctam penitentiam non a se, sicut voti; sed a confessario emanarit, quam legem ipse non potest tollere. Non inquam obstat: nam quoties quis abundantiorum solutionem offert pro debito, ad quam esset ex lege astrictus, legem non soluit, sed abundantius impleat. Nec censendum erit nouam legem penitentem sibi auctoritate propria imponere, mutando penitentiam; nec actum iudicij exercere, & iurisdictionis; sed vberius implere legem a confessario impositam; sicut commutans propria auctoritate votum in euidenter melius, non actum iurisdictionis exercet; vt bene docet Sanctius in summ. lib. 4. cap. 49. num. 9. ad quartum: sed abundantiorum offert solutionem.

Item nullus inficiabitur, penitentem, cui esset iustum sub penitentia elargiri eleemosynam certo pauperi, posse eam offerre pauperiori; quantum finis confessarij non tantum esset obligare penitentem ad erogandam eleemosynam, & per accidens nominata fuisset persona: verum esset, obiectum penitentiae iniunctae esset illi pauperi subuenire; nam eleemosyna quatenus medicinalis est, & poenalis penitenti, idem operatur, siue vni vel alteri erogetur, & quatenus praecipua intuitu subueniendi illi pauperi, impedire non poterit actum perfectiorem, nec illam esse mentem confessarij fas esset, degeneraret quidem a Christi intentione, intendens animas perficere medijs sacramentis, & non impedire illarum maiorem profectum. Nec valet tunc posse penitentem confessarium adire, vt in melius commutet; & inde non impediatur animae profectus. Nam saltem, confessario non comparent, aut nolente commutare, impeditur.

Pro quaestione dilucidatione animaduertendum, aliud esse inquirere; num confessarius possit extra confessionem mutare penitentiam ab alio iniunctam, non auditis peccatis, ob quae fuit imposita, nec etiam alijs de nouo confessis: & aliud, an possit non auditis peccatis, ob quae fuit iniuncta, confessis tamen de nouo alijs: taliter quod conficiendo penitentiae sacramentum, verificetur penitentiam mutari concomitanter in sacramento, quamuis non effectiue ex sacramento eorundem peccatorum, quorum penitentia mutatur.

Non opus esse ad mutationem penitentiae confiteri penitentem eadem peccata, ob quae fuit iniuncta: sed eam extra confessionem posse commutari, si peccatorum ob quae fuit iniuncta cognitionem habeat confessarius, siue quia illa in confessione audierat, & illorum nondum est oblitus; siue quia penitens ea narrat extra confessionem; docent Rodrig. summ. 1. part. cap. 56. num. 8. & in addition. ad Bullam, §. 9. num. ex 102.

Sanchez Selecta.

mih fol. 506. Nauarr. summ. cap. 26. num. 22. & tom. consil. lib. 5. de penitent. & remiss. consil. 26. allegans Ludouicum Roman. in Glos. cap. *tempora*, 26. quaest. 7. & Decium, in cap. *at si clerici*, §. *de adulterijs*, col. 3. de iudic. Chapiauile de casibus referuatis, cap. 12. in fine. fol. 106. docet Valent. 4. tom. disput. 7. quaest. 14. punct. 4. in fine. Coriolanus de casibus referuatis, part. 1. sect. 2. artic. 21. num. 2. fol. 332. Sa verb. *satisfactio*, num. 5. Summa Corona 4. part. de sacram. penitentiae, quaest. 8. mih fol. 168. Ledesma 2. part. 4. quaest. 20. art. 4. Villalob. summ. tract. 9. difficult. 79. num. 5. Joseph. de ortu Parochi, cap. 10. numer. 45. & 72. Astenis 2. part. tit. 31. lib. 5. ante finem, absolute pronuntians, posse penitentiam iniunctam ab vno confessario, commutari ab alio inferiori: nihil dicens, an extra confessionem, vel intra, Victor. in summ. numer. 213. Pet. de Ledesma. 1. part. summ. de sacram. penit. cap. 23. fine; asserens, opus non esse confiteri penitentem secundo confessario distincte omnia peccata: sed sat esse aliquam noticiam offerre: quod eisdem verbis docet Ludouicus de S. Ioan. 1. part. summ. q. 10. artic. 3. dub. 2. in fine, fol. 540. Toler. in summ. lib. 3. cap. 11. n. 5. fin. fol. 460. Valerius de differentijs vtriusque fori, verb. *Index*, differentia 13. numero 5. qui male tamen ait penitentiam punitiuam intra vnam vel duos dies posse commutari, medicinalem vero quocumque tempore, in vtraque namque aqua militat ratio.

Henriquez vero lib. 2. de penitent. cap. 22. num. 1. docet, non fore necessariam confessionem eorundem peccatorum: bene tamen aliorum. Anton. Fernandez in instructione confessoris, & penitent. docum. 7. fol. 37. num. 5. Et reputare videri probabile Possuim. de offic. Curat. cap. 6. num. 106. fol. 254. Viuald. de satisfatione num. 28. & 31. adducens Caieran. in summ. verb. *confessio*, §. *Confessio sacramentalis multis de causis*, col. 5. fol. mih 41. qui id tamen non dicit, sed tantum non teneri penitentem iterare confessionem ob obliuionem penitentiae iniunctae: male etiam adducens pro hac sententia Sotum, Paludan. & Syluest. qui expressis verbis oppositam docent, vt num. sequenti videbimus. Patrem vero Henriquez sequitur Veja part. 1. casu 15. §. *Et quamuis*.

### Authoris iudicium circa praxim.

Horum tamen Doctorum sententiam falsam Hecor, casu enim admissio, quod possit penitentia commutari (quod an verum sit, dicemus postea num. 10.) necessario commutandam fore arbitror, eisdemmet peccatis auditis, saltem grauioribus, & quae creditur probabiliter fuisse iniunctam, & quae statum penitentis constituerunt (nam leuia peccata, & quae ex occasione, aut consuetudine non promanant, non dicuntur statum constituere) docent Margarita confessor. fol. 60. §. *Quamuis circumstantia sine consistenda*. Angel. verb. *confessio*, 1. num. 13. D. Anton. 3. part. titul. 14. §. fin. cap. 10. Syluest. verb. *confessio*, 1. quaest. 27. & num. 3. Paludan. in 4. distinct. 17. quaest. 5. in fin. & ibi Ricard. Angles Flor. quaest. de clauib. art. 2. difficult. 5. Cañedo in summ. de Sacram. penitent. cap. 9. fol. 234. Graff. 1. part. decif. lib. 1. cap. 31. a num. 11. & tom. 1. consil. lib. 1. consil. 2. numer. 8.

& 14. fol. 37. & 38. Vazquez tom. de pœnitent. quæst. 94. art. 2. dub. 3. num. 7. Suarez dicto tom. disput. 38. sect. 10. num. 4. Coninch. de sacramen. disput. 10. de satisfact. dub. 12. Reginald. lib. 7. num. 42. & 93. & in praxi de prudentia confessarij, cap. 20. fin. fol. 422. Nonius tom. de pœnitent. in addit. ad 3. part. quæst. 13. art. 2. dub. 3. Veja 3. part. casu 1. pag. 12. Bonacina de Sacram. disput. 1. quæst. 5. sect. 4. punct. 3. num. 7. Pefant. in additio. ad D. Thom. quæst. 18. disput. 2. conclus. 2. Possunt de offic. Curat. cap. 7. num. 106. probabiliorem hanc censens sententiam, Filicius, tom. 1. tractat. 8. cap. 2. num. 50. Qui enim commutat pœnitentiam, antiquam auferendo, nouam imponit: at implicat partem sacramentalem conficij absque toto sacramento, quod docet Veja supra. Et quidem commutantem, legem nouam imponere, docet Santius lib. 3. de matrim. disp. 10. à num. 8. & lib. 8. disput. 14. num. 2. dicens, habentem facultatem dispensandi in lege, non ob id habere ad commutandum; quia quid amplius est; legem commutare, quam in illa dispensare: nam qui dispensat, omnino auferit obligationem; qui verò mutat, tollit vnâ obligationem, & imponit aliam. E contra vero in voto, quid amplius est dispensare, quam commutare: nam per dispensationem omnino auferitur obligatio; per commutationem non auferitur, sed idem vinculum voti manet, circa aliam materiam. Quam differentiam difficile capio. Nam, qui commutat votum castitatis in confessiones menstruas, v. g. tollit vnâ vinculum, scilicet castitatis, & imponit nouum, videlicet confessionis. Et quamuis maneat obligatio voti ad menstruas confessiones, non est, quia prior obligatio non sit iam extincta propriissimè, scilicet ad castitatem seruandam, sed quia vouens petens commutationem, eo ipso quod commutationi consentit obligat se de nouo, vinculo voti: vt expressè admittit prædictus Santius lib. 3. de matrim. disput. 10. num. 9. Vnde commutans votum verè tollit vnâ obligationem, & imponit aliam, & impertinenter se habet ad veritatem huius rei moralis quod immediatè imperio suo imponat commutans eam nouam obligationem; siue mediatè efficiendo, quod commutatus de nouo se obliget voto, aliàs commutationem non facturus.

8.

Qua ratione conuictus, arbitror oppositam sententiam improbabilem esse, etiam præctice, sed omnino opus esse ad commutationem pœnitentia peragendam, eademmet grauiora crimina sacramentaliter narrari, nam esto, per principia extrinseca, scilicet ob auctoritatem Doctorum dicimus disput. 41. num. 7. posse aliquem operari iuxta opinionem aliorum, quantumuis eam reputer falsam: id tamen verum non est, quoties ratio omnino euident, & conuincens auctoritati Doctorum opponitur, vt contingit in præsent. Non enim poterit tunc quis existimare, se decipi in sua opinione, & iudicium deponere, quod necessarium maximè erat, vt deserta propria opinione, aliorum esset sequenda: tunc enim iudicatur manifestum errorem interuenire in opinione aliorum, qui nulla tergiversatione possit celari. Quicumque opinionem euidenter falsam sequeretur, veritatem euidentem deserere opus esset; quod crimen iudicandum fore nemo dubitabit. Vt latius dicimus 2. tom. disput. Tantùm id verum habebit, quando ex rationibus licet ferè eui-

dentibus reputat suam opinionem veram, & aliorum falsam, eo quod cum dictis rationibus omnimoda formido contrariæ partis non excludatur, & possit iudicare, opinionem suam veram reputans, ferè aliorum falsam sibi videri: quia vium argumentorum propriæ opinionis ipse non soluit, quæ ab alio ferè sufficienter diluentur. De quo Garcia tomò de benefic. part. 1. cap. 5. §. 4. à num. 360. qui ingenuè faretur nullum posse opinionem aliorum amplexari, quam reputat euidenter falsam, ob rationem à nobis allatam, quamuis non adeo exactè ab ipso explicetur, cuius iudicij etiam sunt Valentia 3. tom. disput. 6. quæst. 7. punct. 4. Lopez 1. tom. instruct. cap. 220. & 287. Salon. 2. 2. quæst. 63. art. 4. controuers. 2. Granado 1. 2. tractat. 12. disput. 3. sect. 2. numero 16.

Nec placeat alia ratio, quam maximi habent Doctores huius nostræ opinionis; quod scilicet repugnet rationi naturali, debitam assignari pœnitentiam delicto incognito; & ob id arbitranus opus esse ad commutationem pœnitentiæ peccata recensere sacramentaliter, & ob quæ fuit imposita. Non inquam ratio illa efficax est: nam extra confessionem relatione peccatorum facta, neruos ratio non habebit, & ex quantitate pœnitentiæ iniunctæ, alia æqualis posset commensurari.

Vnde displicet, quod admittunt communiter Doctores, posse extra confessionem confessarium eandem à se iniunctam pœnitentiam mutare, si memoria retineat peccata: nam vt diximus, mutando pœnitentiam, verè aliam imponit; imponere autem sacramentalem partem sine eo quod fiat sacramentum, implicare conuincimus.

Nec Henriquez sententia libro 2. de pœnitentia, cap. 22. num. 1. docentis opus non esse eadem peccata confiteri aliquam, dum alia confiteatur, ad mutandam pœnitentiam, probabilis erit censenda: si enim eadem peccata ob quæ iniuncta fuit pœnitentia, non confiteatur, omnino impertinens erit alia confiteri, quia pœnitentia, quæ modò est mutanda, non est pars sacramenti præsentis, vbi noua crimina dicuntur: igitur quod fiat, vel non, nihil refert.

In praxi tunc poterit confessarius mutare pœnitentiam ab alio iniunctam, eisdemmet criminibus auditis in confessione: cum nulla extet ratio contrarium euidenter conuincens; & adsit aliàs communis confessariorum vsus pœnitentias commutantium, & plurimorum Doctorum auctoritas num. 7. relatorum, posse commutari docentium.

Et posse item in praxi, confessarium pœnitentiam pro reseruatâ iniunctam à reseruante mutare, existimo: admissio namque semel, quod possit confessarius legem sui æqualis mutare, etiam poterit superioris; quia æqualis illi est, dum peccata non manent iam reseruata. Nec poterit superior ita semper reseruare, quod etiam postquam à se absoluta sint semel, non possint ab alio absolui. Constatente igitur pœnitente eadem peccata, pro ipsis poterit iniungi noua pœnitentia, & antiqua, à reseruante iniuncta extingui. Docent Vazquez tom. de pœnitent. quæst. 94. art. 2. dub. 3. num. 9. Cerol. Prax. de pœnitent. cap. 15. quæst. 10. §. Dico 2. Valent. tom. 4. disput. 7. quæst. 14. punct. 4. ante finem. Bonacin. de sacramen. disput. 5. quæst. 5. sect. 3. punct. 3. num. 6. Et in eandem sententiam

inclinat

inclinat Ledesm. 2. tom. 4. quæst. 20. art. 4. & Medina Cod. de confess. quæst. 45. & ait Suarius tom. de pœnitent. disput. 38. sect. 10. num. 15. id posse fieri ex pia interpretatione superioris, Pefant. in addit. ad 3. part. quæst. 28. disput. 2. conclus. 1. Et docet gloſſa in cap. *tempora* 26. quæst. 7. verb. *in iudicio*, & cap. *accedens*, verb. *in tua distinct.* 50. Speculat. tit. de dispensatione §. *inve de Episcoporum*, num. 21. Iason in l. 1. num. 5. C. de precib. *Imperat.* & l. *omnes populi*, num. 13. ff. de iustit. & iure. Felin. cap. *accusasti*, fin. de accusation. & cap. *si clericus §. de adulteris*, in fin. de iudic. Hippol. singulari 182. n. 3. Alexand. de Aristot. in enchiridio. 1. part. cap. 6. numer. 11. fol. 56. Anton. Fernandez en la instrucion de confesores, docum. 7. numero 4. fol. 37. Chapiavile de casibus referuatis. cap. 1. 2. in fine, fol. 106. vbi docent, posse Episcopum ex causa minuere pœnitentiam à Pontifice impositam, per l. *si hominem*, 30. ff. mandati, vbi deciditur posse ex iuxta causa procuratorem mandato domini contrauenire. Dico itaque posse confessarium pœnitentiam à superiore iniunctam mutare; quia præsumatur rationaliter, velle superiorem pœnitentiam à se iniunctam, in aliam conuerti, dum rationalis adfuerit causa, & expediens fuerit saluti pœnitentis, fragilitate, vel maiore vtilitate id exposcente, quod expressè docet Ioan. de Friburgo, in summ. confessor. lib. 3. tit. 34. fol. 10.

14. Vnde non assentior assentibus oppositum, Nauarr. in summ. cap. 22. fin. Sa verb. *satisfactio*, num. 5. summa Coron. de pœnitent. num. 46. quæst. 8. Coninch disp. 10. de satisfactio. dub. 11. 2. num. 100. Suar. de pœnitent. disput. 48. sect. 10. num. 14. Veja 3. part. casu 1. Reginald. lib. 7. n. 91. & in praxi de prudentia confessorij cap. 20. num. 7. fol. 420. Syluest. verb. *confessio*, quæst. 27. Rodrig. 1. part. cap. 56. num. 8. Henric. lib. 5. cap. 22. num. 5. Nonius de perib. pœnitent. quæst. 13. art. 2. §. *dubitanr etiam*. Cardin. Clem. vlt. de pœnitent. & remis. Angel. verb. *confessio*, 6. num. 4. Tabiena, dicto verb. num. 21. Syluest. referens Monach. & Rayner. verb. *confessio*, 1. quæst. 27. Arnil. num. 30. Turrectem. cap. *tempora*, 26. q. 7. num. 4. Monald. summ. de pœnitent. diuidentia fol. 176. Astensis 2. part. tit. 31. lib. 5. ante finem.

Et posse simplicem Sacerdotem mutare pœnitentiam peccatorum mortalium, quæ iam sunt confessa, ex dictis principiis necessariò fore inducendum existimatio, cum iam respectu simplicis Sacerdotis ea referuata non sint. Nec video quam ratione Suarius tom. de pœnitent. disput. 38. sectio. 10. in fine, asserat, oppositum fateri vniuersos: cum potius id admittere debeant, dicentes posse inferiorum mutare pœnitentiam pro referuatis iniunctam.

Iuuar item, quòd probabile sit, posse Episcopum, & quemlibet confessarium, virtute Bullæ Cruciatæ dispensare, seu commutare votum non referuatam, quamuis aliquod referuatam fuerit in illud commutatum, vt si votum castitatis fuisset à Summo Pontifice commutatum in confessiones menstruas, posset confessarius, vel Episcopus commutare hoc omnes menstruarum confessiones vt docent Suarez 2. tom. de Relig. lib. 6. cap. 20. num. 15. Santius in summ. lib. 4. cap. 40. num. 46. & in libro 8. de matrim. disput. 9. num. 20. Lessius lib. 2. cap. 40. dub. 13. de voto, num. 105. Sair. Clau. Regia lib. 5. cap. 12. num. 23. Ludouic. Roman. Sanchez, Selecta.

singular. 464. Syluest. verb. *votum*, 4. quæst. 7. fin. Menchaca, quæst. illustr. lib. 1. cap. 25. numer. 25. Henrique lib. 6. de Indulgent. cap. 30. num. 53a, verb. *votum*, num. vlt. Arag. 2. 2. quæst. 88. art. 12. paulò aute solut. ad 1. Rodrig. 2. tom. summ. c. 96. fin. Malderus de virtut. tractat. 10. cap. 5. dub. 11. fol. 712. Ergo etiam confessarius inferior poterit mutare pœnitentiam pro referuatis iniunctam.

Et quamuis superiores queant referuare materiam, in qua votum referuatam fuit mutatum, vt à nemine talis materia possit mutari per dispensationem, vel commutationem extra confessionem, vel quocumque alio modo auferre materiam ex vi cuiuscunque priuilegij (v.g. onus confitendi peccata per menses) ac non poterunt impedire, quin eisdem peccatis confessis (quæ referuata iam non sint) pœnitentia non imponatur, & pristina commutetur, sicut commutatur, quoties casus non sunt referuati; vt docet Vazquez tom. de pœnitent. quæst. 94. artic. 2. dub. 3. num. 9. & quæst. 93. artic. 1. dub. 6. num. 15. asserens, quòd quamuis superior concedens facultatem pœnitenti eligendi confessarium pro referuatis, possit illam delegare, sub ea conditione, quod ipse Sacerdos, quem eligit pœnitens, imponat ei pœnitentiam confiteri irerum crimina superiori, & ita astrictum esse pœnitentiam, certiore facere Sacerdotem, quem eligit, vt eam sibi imponat pœnitentiam. At quamuis hoc modo possit quis obligari: firmum tamen non esse hunc referuandi modum, quia illa pœnitentia poterit, audita confessione, ab alio commutari, siue ab ipsomet iniungente. Sentit igitur non posse superiorem prohibere, quin pœnitentia à se iniuncta commutetur.

Nec infertur illud iudicium referuantis, si pœnitentia ab eo imposita commutari possit. Nam referuatio, quæ introducta est ad Christiani populi disciplinam, teste Trident. sess. 14. cap. 7. rectè saluatur, negando iurisdictionem inferioribus Sacerdotibus, ad impediendam absolutionem: inde enim atterunt homines à similibus delictis perpetrandi; ob quod, vt bene aduertit Vazquez supra, in genere dixi, Concilium referuare posse peccata, non verò vt obligati perpetuò manerent pœnitentes pœnitentia à superiori imposita.

Nec obligati confessarium ad pœnitentiam rationabilem mutandam, existente causa, arbitror; quamuis censeat ex opinione aliorum, de se posse agere: tum quia nullus constringitur aliorum sequi opinionem, & suam deponere: quamuis id posse, si velit, iam diximus: tum quia esto, propria opinione habeat posse mutari pœnitentiam, adhuc ad mutandum non tenebitur; quia ius pœnitentis respectu confessorij quamuis propriij Parochi, tantum ad postulandam absolutionem, incepta iam confessione, vel ad illam audiendam, extenditur; non ad mutandam sententiam in alio foro prolatam: sicut nec tenebitur vota pœnitentis commutare, quicquid contrarium asserat Santius in summ. lib. 4. cap. 54. num. 12. quantum ad vota; eo quòd sit iudex delegatus in pœnitentis favore petentis ius, ex priuilegio Bullæ, vel iubilæi sibi concessum. Quod idem docet Aragon. 2. 2. quæst. 88. art. 12. in dubio quod mouet circa secundam conclusionem, fol. 1141. Chapiavile de casibus referuatis, quæst. 2. difficult. 17.

fol. 32. Viuald. 3. part. cap. 14. num. 58. Stunica de voto, quaestione 5, num. 38. Sayr. Clavi Regia lib. 6. cap. 12. num. 18. sine. Regulares verò nullam committere culpam, non commutando vota, ait Sanchez; quia nullus astringitur vi suo privilegio. Quod non conuincit; nam sicut Bulla, aut aliud privilegium ad eligendum confessarium, verè fauor est poenitentis; & tamen non poterit obligare confessarium, quòd eius confessionem auscultet: sic pariter quia privilegium sit consecutus ad vota commutanda, non quibit obligare ad commutationem. Privilegium namque illud non est concessum ad obligandum confessarios: sed tantum ad hoc, quòd potestate commutandi potiantur, qua sine illo carebant. Et quamuis Episcopus peccet, & infidelis dicatur, cap. *quarto*, 2. quaest. 5. Chapiuile de casibus referentis, quaest. 2. difficultate 17. fol. 32. denegans dispensationem voti subdito perenti ex iusta causa, idè est, quia iure commutatiuæ iustitiæ tenentur iudices ordinarij suam exercere iurisdictionem in subditos postulantes, ex pacto interueniente inter Rempubl. & illos. At delegati, qui nullo stipendio sunt conducti, quare suam, quam valent exercere iurisdictionem, exequi erunt astricti? Nec iurisdictionem delegaram admittunt cum onere exercendi, etiam nolentes; sed cum omnimoda libertate agendi ius, vel non: & ad commutandi vota delegatus etiam est Parochus. Posset tamen euenire in charitatem delinquere confessarios, omittentes poenitentia vel votorum commutationem, intuentes periculum fractionis, nisi inuentur: vel maximam afflictionem, & cordis angustiam poenitentis, vel votum habentis: & eodem modo tenebuntur Regulares, si Parochus, vel alius confessarius non adesset, qui commutaret.

Nec posse confessarium commutare poenitentiam erogandi eleemosynam, per solam applicationem ad ipsummet poenitentem, tanquam ad pauperem reor. Nam vel potest erogare aliis pauperibus, vel non: si nequaquam valet, immunis redditur à præcepto; & tunc commutatione opus nullatenus est, sed ad summum declaratione: si verò potest, quamuis interueniente aliqua incommoditate, erogare tenebitur aliis: nam applicando illam sibi, nihil efficit boni operis, in quod commutari dicatur eleemosyna. Docet Santius in summ. lib. 4. cap. 49. numer. 6. asserens item, nec etiam autoritate Superioris, posse votum eleemosynæ commutari in applicationem ipsius, vouentis, vt pauperis; quia talis applicatio nullam habet rationem eleemosynæ. Nemo namque ex propriis sibi largiri eleemosynam dicitur; bene verò ex alienis. Lotca 2. 2. sectione 3. disput. 38. vt si alicui esset commissum inter pauperes dispensare aliquam eleemosynam, posset sibi met pauperi partem æquam applicare; cum tunc alius elargiatur eleemosynam, & ipse tantum sit minister executor. Et sic integrum erit executori testamentario, cui iussum esset summam aliquam inter pauperes distribuere, sibi, si verè pauper sit, sicut aliis pauperibus, applicare: vt docent D. Thomas 2. 2. quaest. 32. art. 9. ad 3. & ibi Caietan. & Aragon. circa illam solutionem. Masian. Socin. consil. 11. num. 6. volum. 1. Anton. Rosel. de Indulgentiis, n. penult. habetur tom. 14. tractatum. Ioan. Dilectus de arte testandi, tit. 7. cautela 10. num. 2. habetur tom. 8. tracta-

tuum, part. 1. Tabien. verb. *elemosyna*, quaest. 13. num. 4. & Armill. numer. 9. Nauarr. in propugnaculo apolog. ad librum de redivibus, monito 13. num. 13. Ledesin. 2. part. 4. quaest. 15. art. 7. fol. 130. pag. 4. Menoch. de præsumpt. 125. num. 17. Segura in directorio iudicum, 2. part. cap. 11. num. 14. Angles de Florib. 1. part. tract. de restit. quaest. 7. difficultate 3. Tolet. in fin. summ. tractat. de peccato mortali, cap. 31. in fine. Lopez 3. part. instructor. cap. 107. de elemosyna, quaest. 9. Rodrig. 1. tomo summ. 2. edition. cap. 199. num. vltim. & quaest. regular. tom. 3. quaest. 70. art. 4. Ledesin. 2. tomo summ. tractat. 4. cap. 3. conclusionem 16. Vega 2. tom. summ. cap. 27. casu. 2. Anton. Gomez in Bulla, clausula 8. num. 7. in fine. Santius de statu Religioso, lib. 6. cap. 11. num. 54. qui hanc doctrinam restringit, num. 55. nisi testator cognoscat pauperatem executoris; quia tunc præsumitur, nolle aliquid applicari executori; cum ipse testator possit legare, & non fecit. Quæ tamen ratio non omnino conuincit; quia potuit ob pudorem, aut obliationem non legare: & cum expressè non sit exclusus, & aliàs pauper sit, ius ad eleemosynas habebit, cum cæteris inopibus: vt docet Ledesin. 2. tom. tract. 4. cap. 3. post 15. conclus. Similiter & res incertas furto ablatas, restitutioni obnoxias potest, si pauper sit, sibi applicare, iuxta verissimam sententiam, vt bene aduertit Santius libro de statu Religioso, lib. 6. cap. 11. num. 54.

### *Authoris iudicium speculatum.*

Quæ hæcenus diximus, probabilia nobis videntur per principia extrinseca, ob auctoritatem scilicet Doctorum, & Confessariorum vsu. Per intrinseca autem, scilicet rationes, nec etiam superiorem posse inferioris Confessarij mutare poenitentiam, fatemur, nec etiam eisdem peccatis sacramentaliter auditis. In hoc namque foro poenitentia (semora reservatione) omnes Sacerdotes sunt æquales; quia omnes vtuntur potestate à Christo accepta; & vt ministri eius absolunt: & idè à quocumque data, est definitiua sententia, & vltima; & à nulla poterit mutari. Qua ratione diximus dispositione 12. num. 3. superiorem committentem absolutionem à reservationis, non posse eam delegare, cum onere iterum ea coram se consistendi; quia vltimo iudicio iudicata suere à confessario delegato. Cum igitur pares omnes Sacerdotes sint, & par in parem non habeat iurisdictionem, ex Regula Juris in 6. & ex cap. *Imotuit*, de elect. l. *ille à quo*, §. *tempellium*, ff. ad Trebell. l. 4. ff. de arbit. Mandol. de inhib. quaest. 8. num. 3. Porreles verb. *competenti*, part. 1. num. 7. pag. 429. Sarauia de iurisdictione admissorum, quaest. 32. num. 14. Etiam in foro poenitentia, vbi iudicium debet esse stabilis, sit vnus alterius non posse mutare lenientiam. Omnes verò Sacerdotes esse æquales in foro poenitentia docent Pesant. in add. ad tertiam partem D. Thomæ quaest. 28. disput. 2. conclus. 1. & aliquos hanc nostram propositionem docere tenet Suarius tom. de poenit. disp. 8. sect. 11. num. 8. quos non nominat. Docet Vazquez tomo de poenitentia quaest. 94. art. 2. dub. 5. num. 8. Sor. in 4. distinct. 20. quaest. 2. artic. 3. ad solut. 4. asserens, foras esse posse

posse superiorem commutare pœnitentiam inferioris; & æqualem non posse, docet Victor. summ. tract. de Clauibus, num. 19. mihi fol. 205. Ludouicus de S. Ioan. 1. part. sum. quæst. 10. art. 2. dub. 2. fol. 340. Vega *en espejo de Curas*, 1. tom. cap. 11. num. 412.

Nec valet quod dicunt recentiores; secundum, scilicet Sacerdotem, non exercere imperium in primum: sed in pœnitentem subiectum: nam vezirritam reddit confessarij sententiam, & obligationem; vt bene docet Pefant. in addit. ad 3. part. D. Thom. quæst. 28. disp. 2. concl. 1.

20. Nequaquam tamen ob id remedio destitutas animas pœnitentium erit arbitrandum. Nam vel pœnitentiæ iniunctæ sunt irrationabiliter iniunctæ, & tunc ad eas implendas non tenebitur pœnitens, (an verò ad partem dicemus disp. sequenti.) Et sibi impuret iudex, quoddam pœnitentiam indiseretam iniunxerit: vel estò, à principio fuerit prudenter iniuncta; superueniat tamen impotentia, excusatum iri pœnitentem, dubitet nemo; vt docet Suarez tomo de pœnitentia, disput. 38. sect. 10. in princip. Sor. in 4. distinct. 20. art. 3. quæstio. 2. Et quidem si liqueat de impotentia, aut impudentia iniunctæ pœnitentiæ, opus non erit confessarij declaratione; sicut nec ad alia præcepta implenda: nec tenebitur commutationem petere, cum nulla sit ratio obligationis, vt in aliis præceptis, & votis patet: & docet prædictus Suarius; eo quod obligatio caderet super talem actum in indiuiduo, qui iam non est moraliter possibilis: si verò dubius sit pœnitens, an impotentia sit sufficiens ad excusandum, consulere erit constrictus confessorum, non vti iudicem, sed vti doctum, vel alium Doctorem: docet Ludouicus de San Ioan. 1. part. sum. quæst. 10. artic. 3. dub. 2. fol. 340. & fortè sceminam recti iudicij quorum consilio, & declaratione tuta reddatur pœnitentis conscientia. Si verò pœnitentia rationalis sit, & impotentia non superueniat, sed tantum agrè ferat pœnitens illam implere, non ob id ab alio confessorio erit mutanda; cum sacramentum pœnitentiæ iugum sit, & pœnale. Quid igitur mirum pœnam sentiri in illius partium implerione?

21. Primum argumentum vires non habet: nam

communio voti, quamuis sit de re pertinet ad forum conscientia, non tamen ad forum pœnitentiæ; mutatio namque pœnitentiæ est noua impositio. At implicat, imponi pœnitentiam abque sacramento.

22. Ad secundum negamus posse pœnitentem mutare suam pœnitentiam in euidenter melius; cum nec possit in seipsum actum iudicij sacramenti pœnitentiæ exercere. Quod docet Bonacina de sacrament. disput. 5. punct. 3. fin. Sancius summ. lib. 4. cap. 11. num. 36. in fine. Vnde Villalob. summ. tract. 9. difficultate 79. conclusione 1. deferendus est; censens, in melius posse pœnitentem suam pœnitentiam commutare, siud alium virum doctum. Commutatio verò voti in euidenter melius, non est actum aliquem iurisdictionis in seipsum exercere; sed declarare id sibi licere, cum magis gratia sit Deo materia subrogata, quam prima. Quod idem docet Sancius supra

Ad replicam dicimus, commutantem in euidenter melius pœnitentiam, posse aliquid superaddere; vt si alicui esset iniunctum tres Psalmos recitare, & recitaret sex. Et de hoc nullum est dubium; cum ea non sit commutatio, sed superadditio, & verè quod præceptum est, implatur, & aliquid amplius, quo casu abundantius solvere dicitur, sicut soluens ante diem plus præstat quam debet. L. *labentis* 1 §. alius l. *eum qui*, ff. de annuis legatis, Anton. Faber in consultatione pro duce Sabaudia contra Duces Mantua. part. 2. num. 17. fol. 403. Si verò muret de vna in aliam rem, etiam meliorem, fieri non posse probauimus: nec abundantius soluit ex eo, cum id, quod præceptum est, per legem non soluat: sed dicitur, rem meliorem efficere absolute, nihil conducen-  
tem ad legem, quam seruari tenetur.

23. Ad tertium, fortè impleuit pœnitens suam pœnitentiam, erogando elemosynam pauperiori, quia id ex præsumpta voluntate imponentis, & intellecta conditione præsumitur: quam confessarium non habere irrationabile quid esset, & pro illa parte irrationabiliter esset iniuncta pœnitentia, si confessarius vellet pauperiori non subueniri, & quid extrinsecum sit ad naturam pœnitentiæ, vt pœnalis, siue quatenus medicinalis, nam magis, quam aliam personam iuuare.



## DISPUT. DECIMAQVINTA.

An pœnitens impotens ad implendam totam pœnitentiam sit adstrictus soluere partem?

### SUMMARIUM.

Quando materia est diuidua, pœnitens tenetur soluere partem, si impotens sit ad totum, n. 1.

Minimè si sit indiuidua, n. 2.

Non valet in pane, & aqua ieiunare, non tenetur modo consueto, num. 3.

Tenebitur tamen orare, quamuis non flexis genibus, si eo modo non possit, n. 4.

Non tenetur interesse Missæ qui tempore Praefationis accessit, num. 5.

Septem Psalmi Pœnitentiales materia diuidua est,

& obligat ad partem, n. 6. contra Santium.

Tertia pars Circuli Virginis materia indiuidua est, num. 7.

Ob præceptum Superioris vetantis impleri pœnitentiam suspenditur obligatio, num. 8. 9. & 10.

Ob obliuionem pœnitentiæ iniunctæ, non adstringitur pœnitens iterum eadem peccata faceri; sed sufficit negligentiam declarare sacramentaliter, num. 11.

Tenebitur interrogare confessarium, si commode potest, quamuis sit pœnitentia iniuncta, num. 12.

Qualiter se debeant gerere confessarij in prædicto casu,

*su quando non remittuntur poenitentia ab ipsi  
data, num. 13.  
Alia inuenies respue ad num. 17.*

1.



**P**OENITENTIAM partem poenitentiae adimplere teneri, quando non posset totam, & materia praecepta esset diuidua, manifestum reor. Vnde tenebitur date in elemosynam quinquaginta, quando erogare centum esset illi iustum, si solum ad quinquaginta esset facultas. Praeceptum namque dandi centum a primo incipit; & materia praecepta est vnum, & duo, & tria, &c. Eo modo, quo voti teneretur partem implere, qui non potest totum, quando materia diuidua est, vt qui emisit votum ieiunandi totam Quadragesimam, & non valeret ieiunare nisi dimidiam, ad id solum teneretur. Et qui non posse omnes horas Canonicas recitare, esset constrictus ad illas quas posset. Quamuis Garcia 1. tom. de benefic. 3. part. cap. 1. numer. 222. dicat non constrictum iri ad recitandum alias Horas, qui non valeret Matutinum cum Laudibus. Nam Matutinum cum Laudibus licet non sit maior pars officij, est tamen praecipua & principalis. Nec obstat air praecceptum de ieiunio Quadragesimae obligare pro diebus quibus posset homo ieiunare. Nam huiusmodi praecceptum est distinctum pro quolibet die, at praecceptum de recitando officio est vnicum tantum pro toto officio diei, sed licet vnicum sit praecceptum, est tantum circa materiam diuisibilem, cuius quaelibet pars per se sola implebilis est.

2.

At si materia poenitentiae, aut voti sit indiuidua, v. g. quod matutina hora recitetur absque Laudibus: qui non posset Psalmos, & Lectiones recitare, non teneretur ad quodlibet seorsum, vt docet Garcia supra num. 221. Quamuis Nauarr. cap. quando, de consecrat. distin. 1. num. 15. hanc irrideat opinionem. Eam tamen docet Santius in summ. lib. 1. cap. 19. num. 8. licet dicat teneri ad Psalmos, quando officium recitaretur de Feria; eo quod tres Lectiones, & Responsoria, modica reputetur materia; quae sufficiens non est ad moralem integritatem matutini tollendam. Quod mihi non probatur; nam esto respectu Psalmorum sit minor pars, est tamen maximè principalis & substantialis, ita vt absque Lectionibus non addit Officium Canonicum. Aliqua namque in quantitate minora aliis, non cedunt illis in qualitate. Quod docet Garcia supra num. 221. ¶ Ex quo infero, caecum non esse adstrictum matutinam horam recitare, licet memoria retinet Psalmos; cum Lectiones legere nequeat: nec tenetur socium quarete; praecceptum namque recitandi non ad id obligat; sed solum permittit posse recitari cum socio, vt attentius, & iucundius Officium dicatur, & communionem socij sit tuum, quod ab eo recitatur. Vnde deceptus est Nauarr. de oration. cap. 12. num. 19. & 13. & Azor lib. 10. tom. 1. cap. 13. quæst. 3. & 6. consentes ad quarendum socium esse obligatum infirmum, qui per se solum muneri recitationis satisfacere non potest. ¶ Infero, posse cum socio recitari Psalmos inunctos sub poenitentia, vel ex voto, nisi aliud expressè sit iniunctum. Quod docet Lessius libro 2. cap. 37. num. 52. ferè in fine. Si vero caeco se aliquis in socium offerat ad recitandum, non tenetur illum admittere; quia recitare cum socio priui-

legium est, & fauor, quo non vti potest liberè. Quamuis Garcia num. 215. dicat constrictum iri admittere quando solitus erat cum socio recitare, non tamen quando recitare cum socio non solebat. In quo dicitur, cum semper sit fauor seu priuilegium posse vti socio ad horarum recitationem, quod respuere erit liberum, quantumuis pluries priuilegiatus consueuisset priuilegio frui; & quamuis habens Bullam Cruciatam non possit Missa non interesse tempore Interdicti, id euenit, quia tunc Bulla non est proprie priuilegium ad audiendam Missam; sed remouet prohibens, scilicet Interdictum.

Perpendendum obiter, infirmum, etsi valentem conuersari cum amicis se inuisentibus, non ob id constringendum esse Officium Diuinum recitare: quia amicis confabulari, potius animi diuersionem vt proprium obiectum respicit, quam attentionem: è contra Officium Diuinum recitare; attendere autem tunc, agtorantis salmi iacturam aliquam adducere posset. Sine attentionem verò preces fundere peius est, quam ab illarum recitatione penitus cessare, cum de natura orationis sit, attentionem sibi semper sociam habere, vt fatetur maior pars Theologorum: & ad id posse Ecclesiam per recitandi Officium Diuinum praecceptum obligare; nec implebit mandatum, qui non attentè precum muneri se traderet. Si tamen reget non animo cum Deo loquendi, Psalmos, vel Lectiones legeret, aut vtrumque; sed solum recreationis causa, & diuertendi animi cupiditate ductus, consultius ager tunc taliter legendo, quam à lectione astinendo, vt docet Lessius lib. 2. cap. 37. num. 62. nisi ob mortificationem recreationis defectum ex non lectione exoriandum pati vellet: nam tunc cessare à Lectione, satius fore nemo in dubium vocabit. Quapropter dum Azor tom. 1. lib. 10. cap. 13. quæst. 1. inquit dolorem capitis, peccatoris & stomachi non excusare ab horarum recitatione, intelligendus necessariò venit de leui dolore, quod explicuit dum dixit potius eas affectiones dicendas fore incommoda valetudinis quam infirmitatis.

3.

Deinde si alicui sub poenitentia esset indictum, vno die in pane & aqua ieiunare, neque taliter posset, non etiam teneretur ieiunare modo consueto Ecclesiae: cum illud ieiunium, vt quid indiuiduum, praecipiat. Sed tamen si posset ieiunium consicere sumendo parum vini, aut modicum quid obsonij, ad ieiunium fore deuinctum arbitror, cum per talem sumptionem vini & obsonij non dissoluatur natura ieiunij in pane & aqua. Docet Santius vniuersaliter loquens de praecceptis lib. 1. cap. 19. num. 5.

4.

Quod si vnum recitare horarium praecipetur flexis genibus, & taliter nequiret poenitens recitare, non excusaretur alio modo recitare: quia quod flexis genibus recitetur, modus est poenitentiae, quo deficiente, substantia implenda manet.

5.

Et maximè probabile iudico, accedentem ad audiendum Sacrum, tempore quo Praefatio dicitur, & non extat aliud celebrandum, minimè teneri reliquis illius Missae interesse. Quamuis oppositum doceant Suarius 3. tomo, in 3. part. q. 83. art. 6. disput. 88. sect. 2. fol. 1314. Santius supra, num. 6. Et à fortiori, qui tantum posset vsque ad consecrationis tempus interesse, non censeretur constrictus vsque ad illud assistere, cum in illa parte

parte præceptum de audiendo Sacro nequeat impleri, quoad substantiam. Quod utrumque constat ex usu fidelium, etiam timoratorum.

6. Nec approbo quod docet Santius supra, n. 4. vouentem recitare septem Psalmos pœnitentiales, & non potentem integros recitare, non teneri ad partem, eo quod materia indiuidua sit. Diuiduam enim esse inspicit quilibet, sicut qui voueret septem argenteos dare in elemosynam: à primo enim Psalmo incipit præceptum, & ad quodlibet seorsum tendit, & ad omnes simul. Vnde cui iniunctum esset sub pœnitentia septem recitare Psalmos, ad partem esset adstrictus, impotentia extante ad totum.

Aduerte, quod si sententia Villalob. quam retulimus disput. antecedenti, num. 2. vera esset, videlicet, & quod in euidenter melius possit à pœnitente pœnitentia mutari, crederem haud difficile; pœnitentem, cui esset iussum Psalmos septem recitare, soluere satis, vnum septies recitando, præsertim si esset ex maioribus: nam finis confessarij iubentis septem recitari Psalmos, est, laborem talem iniungere, quod maiora causeret ex recitatione septenorum, quam duorum, vel trium: at æqualis labor oritur pœnitenti ob recitationem septenam vnius, atque ob vnam septem Psalmorum, præsertim si Psalmus septies recitatus esset ex maioribus: & si attendamus ad satisfactionis valorem, fortè maior obueniet ex vnius Psalmi magni septena recitatione, quam ex recitatione septem Psalmorum, quando pœnalius esset vnum septies recitare. Si verò non ad laborem attendat Confessarij, dum pœnitentiam iniungit; sed ad mysteria contenta in Psalmis, vel ad particularem deuotionem recitandi septem, & non vnum; tunc septem essent recitandi. Quia tamen illam sententiam falsam reputauimus, idè & præsens casus admittendus non est. Omitto, quod, vt vera esset illa sententia, explicare opus erat quod dum mutatur pœnitentia in euidenter melius, non sufficit, quod sit melius satisfactorie; sed melius etiam medicinaliter.

7. Arridet tamen quod dicto num. 4. lib. 1. cap. 19. Santius docet, scilicet tertiam partem Citeuli Virginie, Hispanè *vn tercio del Rosario*, indiuiduam materiam reputari: deficientibus enim aliquibus *Aue*, Rosarium non dicitur. Et idem dicendum est, respectu illius qui vouit illam tertiam partem recitare, & totum non posset, ad nihil teneri.

8. Et excusatur item pœnitens à præcepto implendæ pœnitentiæ, ob præceptum Superioris vetantis opera iniuncta. Vnde Religiosus, & vxorata, & seruus, quibus esset iniuncta pœnitentia ieiunandi, vel iniuendi aliquam Ecclesiam, & à Prælato, marito, vel domino impediretur operum executio, à labe fractionis pœnitentiæ essent immunes; eo quod tunc moraliter sint impossentes pœnitentias adimplere, & discordias pati non teneantur; nec commutationem petere in alia opera Prælato, marito, vel domino occulta, eo quod nullus sit alstrictus bis eadem peccata fateri, præsertim pudorem inducentia; & alias dixerimus disput. præcedenti non posse mutari, nisi eisdem peccatis auditis.

9. At cessante prohibitione, vt quia vxor vidua effecta est, & Religiosus factus est Præjatus, aut iter agit, vel aduenit alius Superior id non prohibens (& idem de seruo) impletè tenebitur pœ-

nitentiam; quia ex prohibitione, solum suspensæ fuere, & non ablatæ, nisi pro certo die essent implenda; qui iam elapsus fuerat.

Nec seruus debebit alium querere dominum, quem sciat non; veterum pœnitentiæ impletionem, sicut nec vt impleat ieiunium, quamuis cognosceret apud alium minus laboraturum, sicut nec diuitem teneri ab operibus seruilibus vacare ob ieiunium seruandum, dicimus; late tract. de ieiunio, disputat. 5. 4. num. 14. eo quod ex præcepto pœnitentiæ, aut ieiunij solum obligetur quis ea implere potentia extante, non autem potentiam querere. Id enim non est præceptum infringere, sed modum, quo non obliget præceptum, perquirere, seu fugam præcepti: vt tractatu de ieiunio, dicto loco dicimus.

Minimè teneri puto pœnitentem, eadem peccata iterum fateri ad suscipiendam nouam pœnitentiam, etiam si ex negligentia culpabili oblitus esset pœnitentiæ iniunctæ: sufficit saltem peccatum negligentia fateri. Docent Petrus de Soto lect. 2. de satisfactione, folio 201. Vazquez tomo de pœnitentia, quæst. 94. arr. 2. dubio 4. Sor. in 4. distinct. 20. quæst. 2. artic. 2. in solutione cuiusdam tertij argumenti, Maior distinct. 17. quæst. 6. dubio vlt. Palud. distinct. 17. quæst. 5. fin. Caietan. in summa, verb. *confessio*, §. *confessio sacramentalis multis de causis*, folio 41. Ochagauia tractatu vltim. de satisfactione sacramentali, q. 13. fol. 288. Vega 2. parte summa, cap. 64. casu 2. fol. 627. Suarius tomo de pœnitentia, disput. 22. sectione 17. num. 5. Gabr. in 4. dist. 14. quæst. 1. Medin. Cod. de confess. iteranda, quæst. de hac re, Nauarr. in summa, cap. 9. num. 18. Victor. num. 107. Coninchus disput. 10. dubio 9. fine. Zerol. praxi pœnitent. cap. 21. quæst. 8. conclusione 4. fol. 292. Filiucius 1. tomo, tractat. 7. cap. 4. num. 97. Anton. Fernand. in *la instruccion de Confessores*, document. 7. num. 4. folio 27. Vnde Bachonus in 4. distinct. 16. art. 2. oppositum asserens deserendus est.

Teneretur tamen interrogare Confessarium, si commodè posset, ne de pœnitente verificetur illud Psalmi 35. *Noluit intelligere, vt bene ageret*. De lege inquirere astringimur, quando latam esse cognoscimus. Quod si nec Confessarius reminiscatur, aliam est arbitrium iniungere nequit extra confessionem, quantumuis minimum temporis intercesserit inter absolutionem, & obliuionem, dum iam à pedibus Confessarij discesserit pœnitens, & causa sacramentalis sit finita. docet Coninchus disput. 10. dub. 9. fine, Filiucius vbi supra.

Poterunt tamen Confessarij non reminiscentes pœnitentiæ impositæ, ob vitandam molestiam fœminarum obliuaturam pœnitentiæ, & postulantium aliam iniungi, designate aliquod opus ab illis agendum; non animo intimandi pœnitentiæ: cum id extra confessionem nequeant; sed vitandi preces importunas eorum: quæ si contentæ essent, quod illis diceretur, *Age quod volueris*: fatius esset; eo quod sic operandæ materia scrupulis eis non offeratur, in frangendo id, quod sub pœnitentia esse iniunctum, arbitrantur.

Inferitur ex dictis, implentem maiorem partem pœnitentiæ, & omitentem modicam in se, solum delinquere venialiter. At si modica esset tantum iniuncta, & illam culpabiliter non imple-ret, lethali ter peccato iudico, ductus ex principiis iurisphœsici; vt dicimus num. 77. cum truncum

10.

11.

12.

13.

14.

& defectibile reddat Sacramentum; quod graue quid est: sicut enim ille, cui impositum esset sub poenitentia, vnam tantum Salutationem Angelicam recitare, & nollet acceptare absque causa, absoluentis non esset, vt indispotus, renuens integrare sacramentum: eodem modo non volens implere iniunctam orationem Angelicam, mortaliter peccabit, cum nolit implere illam obligationem, quam sub mortali acceptauit. Et quamuis oratio Angelica, secundum naturam orationis materia modica sit, secundum quod materia, & pars constituitur sacramenti poenitentiae, grauis est reputanda: sicut deglutire guttam aquae, secundum se quid modicum sit; at post illius sumpcionem Eucharistiam sumere, quid graue est; eo quod praecipuum pronuntietur de non sumendo Eucharistiam post sumpcionem cibi, aut potus, quantumuis exigui; & graue semper praecipuum violatur, & in re graui, videlicet in religio sitis sacramenti, sicut simoniae crimen mortale erit, rem spiritualem vendere, etiam exiguo pretio: de quo Santius summ. lib. 1. cap. 4. numero. 1. alios adducens.

15. Et licet emittens votum recitandi vnum *Aue*, & intendens ad mortale se obligare, adhuc omittens, non peccet mortaliter; quia in re modica delinquit: nec animus se obligandi sub mortali, sufficit, cum semper circa rem leuem versetur obligatio: vt docent Vazquez tomo 2. in 1. 2. disputat. 158. cap. 4. numero. 34. Sorus lib. 7. de iustit. quaest. 2. artic. 1. column. 3. versic. *Per hoc*, & lib. 8. quaest. 1. artic. 7. dubio 1. Cord. summ. quaest. 188. punct. 1. versic. *Ni tam poea*. Santius summ. lib. 4. cap. 12. num. 6. Ledesma. 2. tom. summ. tractat. 10. cap. 3. dubio 2. eo modo, quo nec legislatorem posse in materia leui obligare sub mortali, docent Driedo lib. 2. de libertate. Christiana, cap. 1. post 2. propos. versic. *temerarie mandantium*, quod in alia editione est lib. 1. cap. 2. artic. 3. eodem versic. Castro lib. 1. de leg. penal. cap. 5. document. 2. Valent. 1. 2. disputat. 6. punct. 6. column. 957. Azor tomo 1. lib. 5. cap. 6. quaest. 5. Medina 1. 2. quaest. 96. artic. 4. in 1. regul. Salon. 2. 2. quaest. 77. artic. 1. conuouers. 8. column. 2. versic. 3. Suarius de legibus, lib. 3. cap. 25. num. 2. Tolet. summ. lib. 8. c. 22. numero. 3. Auil. de censur. 2. part. cap. 5. disputat. 1. dubio 2. fol. 41. Rodrig. in quaest. regul. tomo 1. quaest. 6. art. 11. gloss. in cap. *Qui in Eccles.* de constitut. Bartol. in l. filius, num. 8. de restit. Matien. lib. 5. compilatio. lib. 2. tit. 2. gloss. 3. num. 8. Anton. Gomez in l. 3. Taur. num. 13. Villalob. summ. tractat. 2. difficult. 19. numero 3. Salas 1. 2. tom. 2. quaest. 71. tractat. 13. disput. 2. sect. 11. num. 30. Sa verb. *votum*, num. 16. Sayr. Clau. Regia lib. 3. capit. 7. num. 14. limitans num. 16. vt hoc sit in legislatore seculari; secus in Ecclesiasticis: cui non adhaereo; par in virtusque reperitur ratio. Imò, licet in virtute sanctae obedientiae praeciperet; vt Castro, & Santius summ. lib. 1. cap. 4. num. 4. licet inquam emittens votum rei leuis, etiam cum animo se obligandi ad mortale, non possit grauem obligationem inducere, vt illius omisso sit lethale; nec id possit legislator, praecipiens rem leuem: confessarius tamen rem leuem sub poenitentia iniuncta, poterit praecipere implendam sub mortali: & id semper intelligitur, quia materia grauis reputatur, partem integram sacramentum omittente, vt dictum est.

16. Imò, quamuis iudico, posse legislatorem pra-

cipere rem grauem, animo solum obligandi ad veniale; vt docent Nauarr. summa, cap. 23. numero 48. & 49. Medina tractatu de ieiunio, quaestione 7. §. *supereff*, Caietan. summa, verb. *Pracepti transgressio*, Castro de le poenali, lib. 1. cap. 5. document. 4. Suarez de legibus, lib. 3. cap. 27. numero 7. Tolet. summa, lib. 8. cap. 20. num. 4. fine. Vega 2. tomo, summa, cap. 23. casu. 2. Anton. Fernand. in instruct. confess. document. 1. fol. 6. Salas de legibus, disput. 10. sect. 6. & qui alios adducit. Granada de legibus, fol. 240. num. 17. Layman. tom. 1. tractat. 4. cap. 16. num. 2. Valent. 1. 2. disp. 7. quaestio. 5. punct. 6. quaestio. 2. Sayr. in Clau. Regia, lib. 3. cap. 7. num. 1. & 17. Carbon. de legibus, lib. 7. disput. 4. paulo post princ. regul. 1. Sanchez de matrim. lib. 1. disput. 9. num. 6. & in sum. lib. 4. cap. 1. num. 30. & de statu religioso, lib. 6. cap. 4. num. 25. Grassi. decif. lib. 2. cap. 57. num. 6. Villalob. summ. tractat. 2. difficult. 19. num. 4. Salas 1. 2. tom. 2. quaest. 71. tractat. 13. disput. 2. sect. 11. num. 30. Rodriguez 1. tom. quaest. reg. quaest. 6. art. 13. in princ. Reg. lib. 15. num. 44. qui arrens legendus est: nam oppositum videretur dicere, videlicet in materia graui non posse Legislatorem ad culpam leuem obligare. Et id non posse censent Vazquez 1. 2. tom. 2. disput. 158. cap. 4. numero 32. & Salon. 2. 2. quaest. 77. art. 1. conuouers. 8. §. *tertio quia*, & Aragon. 2. 2. quaest. 62. art. 3. col. 5. §. *Secundo est aduertendum*, Ochagavia tractat. ultimo de satisfactione sacrament. quaest. 8. num. 7. Zapata, tractat. de iustit. distrib. 2. part. c. 3. fol. 114. Victor. relect. de potest. ciuili, numero. 19. Megia pragm. paris, conclus. 1. num. 111. Bellarmin. tom. 1. conuouers. part. 2. conuouers. 5. de *membris Ecclesie militanibus*, lib. 3. cap. 11. in solutione ad penult. Medin. 1. 2. quaest. 96. art. 4. fol. 874. censentes, non posse Legislatorem rem grauem praecipere sub reatu tantum leui: quibus non assentior, & minus Grassio 1. par. decif. lib. 2. cap. 57. n. 6. Sor. lib. 1. de iustit. quaest. 6. art. 4. Salonio 2. 2. quaestio. 77. artic. 1. conuouers. 4. §. *tertio quia*. Quatenus inquirunt, non posse Legislatorem saecularem definire, quod sua lex sub culpa veniali, vel mortali seruetur; quia tantum potest constituere opera in specie virtutis, aut vitij: secus Ecclesiasticum Legislatorem; qui cum spiritualis iudex sit, potest legem condere, discernendo inter mortale & veniale. At in vtroque aequam procedere rationem quisque concipiet.

Quamuis igitur verum sit, posse Legislatorem praecipientem rem grauem obligare tantum ad veniale (quod maxime verum esse arbitror) non inde sequitur, posse confessarium imponere poenitentiam implendam sub onere tantum veniali, nec hoc ab illius voluntate pendere, sicut alia leges pendunt à suis legislatoribus; quamuis enim quod talis, vel illa poenitentia iniungatur, praecipuum humanum sit: at quod aliqua imponatur, ex Christi praecipuo manat; iniuncta tamen poenitentia à confessarii voluntate minime pender, quod grauis iniuria fiat sacramento fraudare illum illa parte absque causa. Et quidem quando poenitentia grauis esset, non esse in confessarii voluntate ad veniale tantum constringere, docent Coninchus de sacramentis, disput. 10. de poenitent. dub. 8. num. 65. Nonius de poenitent. quaest. 15. art. 1. & quaest. 13. art. 2. diffic. 2. concl. 4. Bonacina de sacramentis, disp. 5. quaest. 4. punct. 4. num. 4. fine. Contra Medin. Cod. de confessione, tract. 2.

tract. 2. quæst. 48. & Suar. tom. de pœnit. disp. 38. sect. 7. num. 5. Ochagauia tract. ult. de satisfact. sacram. quæst. 8. num. 7.

17. Non implentem tamen leuem pœnitentiam, siue iniunctam pro solis venialibus, vel mortalibus iam confessis vel non, tantum delinquere venialiter: docet Henrici. lib. 5. cap. 20. num. 3. in comment. littera I. sine, & num. 4. & in comment. littera M. hanc dicens communem. Nauarr. sum. cap. 21. num. 43. saltem de iniuncta pro venialibus. Reginald. 1. tom. lib. 7. num. 77. Suarius tom. 4. disp. 38. sect. 7. num. 5. Coninchus disp. 10. n. 80. & 81. Rodrig. 1. tom. summ. cap. 36. num. 9. Vega 2. part. cap. 63. casu 2. fol. 628. Ochag. tract. ult. de satisfact. sacram. num. 7. Bonacina disp. 5. quæst. 5. num. 4. & alij. Quia quamuis integritas sacramenti non seruetur, tamen est in re valde extrinseca & secundaria, vt ait Suar. & quid leue reputatur ex hac parte sacramentum non integrare.

Fateor huiusmodi sententiam probabilem esse practicè ob auctoritatem Doctorum eam docentium, at ex principiis intrinsecis ductus probabilioris arbitror contrariam. Cùm enim plurimi ex autoribus huius secundæ sententiæ fatean-

tur mortale esse crimen, pœnitentem nolle acceptare aliquam pœnitentiam sine causa, & acceptatio sit ordinata ad impletionem, difficile capitur maiori vinculo obligari pœnitentem ad acceptandam pœnitentiam leuem, quam ad ipsius impletionem; præcipuè quòd acceptatio non sit pars satisfactoria sacramenti, sed impleto operis iniuncti. Vnde magis consequenter Suarius tom. de Pœnitent. disput. 38. sect. 7. num. 5. docet obligationem acceptandi pœnitentiam leuem esse solum sub veniali. Sed magis communis consensus Doctorum docet obligationem ad acceptandam aliquam pœnitentiam esse sub mortali: nam pœnitentes nolentes sine causa acceptare, absque absolutione dimittuntur; ob peccatum autem veniale solum, neutiquam denegare fas esset absolutionem. Vide Trident. sess. 14. cap. 8. Vázquez tom. de pœnitent. quæst. 94. artic. 2. num. 5. Et teneri Confessarium sub mortali, imponere aliquam pœnitentiam, docet Ludouicus de S. Ioan. 1. part. summ. quæst. 10. art. 4. dub. 3. qui sine causa id admittit de confessione mortalium; tamen reticens, quando confessio esset venialium.



## DISPUT. DECIMASEXTA,

Num Confessarij possint præcipere sub pœnitentia Psalmos, Responsorja, vel alias Orationes recitandas, pro Animabus in Purgatorio existentibus.

### S V M M A R I V M.

- ✓ *Autoris iudicium, num. 1.*
- ✓ *Obiectio aduersus resolutionem, n. 2.*
- ✓ *Solutio obiectiois, num. 3.*
- ✓ *Probabiliter defenditur, satisfactionem sacramentalem non causare distinctos gradus remissionis pœna ab illis qui correspondent operi operantis, num. 4. 5. 6. 7. & 8.*
- ✓ *Et probabile videtur Auctori, opus sub pœnitentia iniunctum etiam adimpletum in peccato mortali remittere pœnam pro peccatis que erant dimissa, num. 9.*
- ✓ *Probabilius multo est, distinctos gradus remissionis pœna correspondere parti satisfactoria ex opere operato, ac sunt illi qui correspondens operi operantis, num. 9. & 10.*
- ✓ *Alia obiectio aduersus Autoris iudicium, n. 11.*
- ✓ *Quamuis confessarij iniungentes aliquas orationes ad pœnitentiam offerendas pro animabus Purgatorij, tantum intendant valorem impetrationis illis applicari, directè non prodest Animabus talis pœnitentia, num. 12. & 13.*

### *Autoris iudicium.*

1. **M**os est plurimis confessariis iniungere sub pœnitentia Nocturnum defunctorum, Psalmos, vel Responsorja recitanda à pœnitentibus pro Animabus in Purgatorio existentibus. Sanchez Selecta.

stantibus. Rectè tamen non procedunt: nam sacramentum pœnitentiæ ad remissionem culpæ & pœnæ pœnitentis est institutum, & vt satisfaciatur pro pœnis debitis, pars illa integralis (satisfactio videlicet) est ordinata. Contra naturam igitur huius institutionis erit partem satisfactoriam iniungere, quæ pro pœnis debitis à pœnitente non proficit, sed pro alienis. Et idem est, partem satisfactoriam pro alienis pœnis iniungere, atque nullam satisfactionem imponere. Vnde pœnitens, cui onus satisfaciendi pro aliis esset iniunctum, quamuis teneatur opus designatum exequi, nequaquam erit restrictus illud applicare aliis: nam in hac parte irrationabilis fuit pœnitentia: docent Vega summ. 2. p. cap. 63. casu 4. Pedraza cap. 7. de la penit. y absolution, fol. mihi 149. Nec aduersatur Sanctius lib. 8. de matrim. disp. 34. num. 41. dicens, dispensantem in foro conscientie in voto Religionis, vel castitatis, posse iniungere sub pœnitentia recitare orationem Dominicam & Angelicam pro animabus purgatorij. Nam ibi loquitur minimè de pœnitentia sacramentali, sed de pœnitentia in foro secreto iniuncta; quod diuersum est ab illo, vt explicat num. 29. & 30. Aliud enim est forum interius, aliud verò forum sacramentale, vt diximus disput. 14. num. 2. Omitto actum internum præcipi non posse sub pœnitentia, eo quòd pars sacramenti visibilis debet esse sicut sacramentum. Et docet Santius in sum. lib. 4. cap. 11. num. 36. Halens. in 4. part. quæst. 84. memb. 2. art. 1. Almain. tract. de satisfact. distinct. 15. quæst. 1. vel quia pœnitentia sacramentalis per

modum humani præcepti imponitur, quod non solet cadere in actum internum, contra Sua-  
tium tom. de pœnitent. disput. 37. sect. 6. num. 2.  
& tom. 2. de religion. lib. 3. cap. 6. num. 17. & Re-  
ginald. tom. 1. lib. 7. num. 22. Basil. de Leon. lib. 1.  
de matrim. cap. 7. n. 5. Ochagauia de Sacramentis  
tractatu de satisfactione sacramentali, quæst. 7.  
num. 4. fol. 276. At applicationem satisfactionis  
sic, vel aliter fieri, quid internum est. Non igitur  
sub præcepto confessarij cadere potest opus ab  
illo iniunctum ad pœnitentiam applicandam in  
aliis, quamuis id non esset contra institutionem  
sacramenti: quod probatum est.

2. Si dicas, opus designatum sub pœnitentia dum  
fit, continere satisfactionem ex opere operato, &  
ex opere operantis, iniungique vnam ex his sa-  
tisfactionibus applicandam pro animabus, alia  
pœnitenti reserua: procedit hoc, admissio posse  
applicationem imperari.

3. At licet admittamus hanc doctrinam tanquam  
veram, non prodest solutio: nam vel præcipitur  
applicari satisfactionem ex opere operato; & hoc  
præcipi non posse ostendimus, eo quod contra  
naturam institutionis huius sacramenti sit par-  
tem sacramentalem satisfactionis pro alienis cri-  
minibus applicari. Et quia in libertate pœnitentis  
non est applicare aliis partem illam ex opere ope-  
rato correspondentem: sicut non potest applica-  
re aliis indulgentias concessas sibi præstita ele-  
mosyna, v. g. tanquam conditione, illud enim  
esset thesaurum Ecclesie dispensare, vt docet  
Suar. tom. de pœnitent. disput. 52. sect. 7. num. 6.  
& 7. Vel iubetur applicari satisfactionem ex opere  
operantis correspondentem: & hoc item impe-  
rari neuriquam potest; nam pars illa ex opere  
operantis correspondens, cum sit pars Sacramen-  
ti, eo quod satisfactio iniuncta à confessario ne-  
cessariò debet esse sacramenti pars, aliàs ad ipsius  
impletionem nullatenus pœnitentiarius quierit  
constringere pœnitentem, fit posse obligari pœ-  
nitentem ad applicandam aliis suam satisfactio-  
nem sacramentalem: quod falsum esse conuici-  
mus, num. 1.

4. Omitto, quibusdam placere, verum non esse,  
valorem aliquem satisfactionis correspondere  
operi iniuncto sub pœnitentia ex opere operato,  
præter illum quem continet ex opere operantis,  
Sot. in 4. distinct. 19. q. 1. art. 5. Ledesm. 2. part. 4.  
quæst. 13. art. 3. dub. 4. & indicat Adrian. quæst. 4.  
de satisfactione in solutionibus argumentorum  
(quanquam in hoc genere maioris meriti & sa-  
tisfactionis sit, quia sit ex præcepto Sacerdotis)  
Nam Christus tantum promisit gratiam habitua-  
lem, & alia auxilia, & supernaturales quosdam  
effectus suscipientibus sacramenta, vt Trid. Sess. 7.  
Can. 6. 7. & 8. remissionem autem pœnæ tem-  
poralis, etiam non interueniente actu suscipien-  
tis sacramentum, numquam promisit. Vnde sus-  
cipienti absque rationis vsu extremam Vnctio-  
nem, Eucharistiam, Confirmationem, & pœni-  
tentiam sacramentum, eo quod alij testificantur  
signa doloris indicasse, remissio pœnæ temporalis  
non obligat, cum absque dispositione & proprio  
actu ea sacramenta susceperit. Igitur vt pars sa-  
tisfactoria pœnitentiæ pœnam remittat, actum  
elicitorum à pœnitente excoisat. Et quamuis pars  
illa instituta sit à Christo, vt remittat peccata, non  
conuincitur distinctos gradus remissionis causari  
ab illis qui causantur ex opere operantis, sed tan-

tum ordinasse, confessarium posse cogere pœni-  
tentem ad exercendum aliquem actum satisfac-  
torium, & remissionum pro pœnis. Vel quamuis  
non posset ad acceptandam pœnitentiam con-  
stringere, sufficit ordinasse Christum, posse impo-  
ni, ad hoc quod dicatur instituisse partem hanc  
satisfactoriam esse pro pœnis remissionum.

5. Et quamuis concedamus Vazquio tom. de  
pœnitent. quæst. 94. art. 2. dub. 5. num. 8. Cerolæ  
in praxi pœnitent. fol. 372. Ruyz controuers. 95.  
alleganti Scot. in 4. distinct. 17. quæst. 1. art. 2. §.  
Respondeo, Martilio in 4. quæst. 11. art. 3. Celaya  
in 4. distinct. 15. quæst. 3. fol. 69. Medina Cod. de  
confess. quæst. de pœnitent. iniuncta extra gratiam  
adimpleta, Patri Ruego en el purgatorio de la con-  
sciencia, alio nomine appellatum, saluacion del  
alma, part. 2. cap. 12. §. 2. fol. 115. satisfactionem  
sacramentalem remittere statim pœnam debitam  
pro peccatis dimissis, quamuis in peccato morta-  
li impleatur, quod etiam mihi maximè probabile  
videtur, eo quod ad soluendum debitum alicui,  
opus non est amicos esse soluentei & credito-  
rem, sed id offerri, quod deberur. Tum quia ma-  
gis tepugnans, actum qui peccatum est, assumi à  
Deo ad causandam gratiam, quam actum qui pec-  
catum non est, ad causandam remissionem pœnæ,  
quamuis sit factus in malo statu, vt per se est com-  
pertum. At si aliquis confiteatur ob vnam glo-  
riam, cum vero tamen dolore, & proposito, talis  
confessio, quamuis peccatum veniale sit, causat  
gratiam vt instrumentum diuinæ virtutis vtentis  
ad influendam gratiam substantia operis, quæ bo-  
na est, vt docet Vazquius tom. de pœnitent. q. 94.  
artic. 2. dub. 5. num. 13. melius igitur ad causan-  
dam remissionem pœnæ poterit assumi tanquam  
instrumentum opus satisfactorium bonum quoad  
substantiam, & finem, quamuis fiat in peccato  
mortali, Et à fortiori debent consentire Docto-  
res censentes, satisfactionem etiam non sacra-  
mentalem oblatam pro pœna remittere illam.  
Scot. in 4. distinct. 15. q. 1. art. 5. Gabr. distinct. 26.  
quæst. 2. art. 3. dub. 3. Maior distinct. 15. quæst. 1.  
Nauarr. in cap. de pœnitent. distinct. 6. in princip.  
& ferè vniuersi Scoti discipuli. Quamuis igitur  
admittamus prædictis Doctoribus, satisfactio-  
nem sacramentalem remittere statim pœnam,  
quamuis offeratur in peccato mortali, non con-  
uincitur inde distinctos gradus remissionis cor-  
respondere satisfactioni ex opere operato, ac sunt  
illi qui correspondent operi operantis: cum in il-  
lo casu nulla remissio correspondeat operi ope-  
rantis, bene tamen ex opere operato: sed tantum  
probatur gradus illos pœnalitatis, & valoris bo-  
nitate mortalitatis actus satisfactorij, qui ratione ma-  
li status satisfaciens tunc non profunt ad satisfac-  
ciendum, reddi tamen habiles ad satisfaciendum,  
eo quod coniungitur sacramento tanquam illius  
pars ad remittendam pœnam pro peccatis dimis-  
sis debitam. Et quando pœnitens existens in gra-  
tia offert opus satisfactorium vt quatuor, quod  
etiam iniunctum fuit sub pœnitentia, duplici titu-  
lo remittuntur quatuor gradus pœnæ, titulo sci-  
licet sacramenti, & titulo operis operantis, vt de-  
ficiende quolibet alio remitterentur.

6. Et quamuis à duabus causis totalibus physicè  
concurrentibus non possit idem pendere effectus,  
bene tamen à duabus causis moralibus: possunt  
enim duo homines consulere idem furtum, & la-  
tationem mouere totaliter ad furandum ex consilio  
vnius,

vnus, & totaliter etiam ex consilia alterius. Nam cum ambo consulant totum furtum, totus effectus ab vtrisque pendet totaliter, non totalitate qua excludat consortium alterius causa etiam in totum effectum influentis, sed totalitate effectus, quid totus effectus quoad omnia in eo reperta, à qualibet causa pendet. In causis vero physicis dispar procedit ratio: nam si totus effectus ab vna est productus, nihil restat, quod ab alia produci possit. Influxus vero seu causalitas mortalis effectum semel productum moraliter, potest iterum producere. Cum enim huiusmodi causalitas in consilio siue imperio consistat (siue in aliis modis qui ad illos duos reducuntur) & imperium, siue consilium ad intellectum suscipientis mandatum, siue consilium dirigatur, & intellectus capax sit plura mandata, vel consilia recipere, fit non obesse vnum iam recepit, quin possit & aliud à quo consulatur quoad totum effectum exequendum. Cum igitur sacramenta moraliter efficiant suos effectus, poterit æquè eadem remissio pœnæ à duplici causa moraliter pendere, videlicet ab opere pœnali, vt opus operantis est, & etiam vt pars sacramenti.

7. Vnde si mens Soti in 4. distinct. 19. quæst. 1. artic. 5. col. 3. fol. 898. sit pœnitentiam iniunctam virtute clauium nullatenus operari remissionem pœnæ ex opere operato (& hanc esse eius mentem ex verbis & ratione ab ipso adducta deducitur) veram non iudico illius sententiam. Sicut enim sacramentum ex opere operato efficit, sic & illius partes: at pars satisfactoria præcipue instituta est ad remittendam pœnam, & id significat: nam tunc satisfaciunt quando debitum dimittitur; sacramenta autem nouæ legis id efficiunt quod significant. Si verò intendat partem satisfactoriam operari remissionem pœnæ, non tamen distinctos gradus remissionis efficiendo, quam sint illi qui correspondent operi operantis, existimo probabile, & defenditur rationibus allatis, num. 4.

8. Nec oppositum huius docere Suarium tomo de pœnitent. disput. 98. sect. 2. numer. 2. Vaquez dicto tom. quæst. 84. artic. 1. dub. 2. numer. 12. & quæst. 94. art. 2. dub. 5. num. 15. Ochagauiam tractat. vit. de satisfactione sacramenti, quæst. 7. numero 6. Tolet. lib. 3. cap. 11. num. 3. posset aliquis probabiliter arbitrari, dum docent, pœnitentiam sacramentalem operari ex opere operato remissionem pœnæ: non enim illos sentire dicit distinctos gradus remissionis pœnæ correspondere pœnitentiæ ex opere operato, & distinctos operi operantis ob rationem adductam num. 4. sed tantum velle, gradus actionis satisfactoriæ effici partem sacramenti, & vt sic remittere pœnam ex opere operato in illo gradu quo debita erat illis remissio antequam coniungerentur sacramento.

9. At quidquid sit de Soti sententia, quam vt probabilem tutati sumus num. 4. distinctos etiam gradus remissionis pœnæ correspondere operi satisfactorio & ex opere operato, & ex opere operantis, verius mihi videtur. Nam quamuis incertum sit, omnia sacramenta remittere pœnam ex opere operato, piè tamen creditur, vt docet Suarez tom. de pœnitent. disput. 98. sect. 2. & præcipue de sacramento pœnitentiæ, maximè ratione huius partis satisfactoriæ. Tum quia sicut Summus Pontifex concedit mediis indulgentiis re-

*Sanchez, Selecta.*

missionem pœnæ danti elemosynam, vel oranti, & distincti gradus remittuntur ex applicatione indulgentiæ, ac sunt illi qui ratione actum orationis & elemosynæ correspondent. Quare item credendum non erit applicuisse Christum ex his meritis distinctum gradum remissionis pœnæ ab illis, qui ratione operis suscipientis sacramenta respondent, & ordinasse, tantum requiri vt conditionem, ea sacramenta recipi: quamuis absque vilo actu & vñu rationis suscipiantur. Vnde optime norauit Vazquius tom. de pœnitent. quæst. 94. artic. 1. dub. 3. numer. 3. in sacramentali satisfactione partem pœnæ remitti meta Dei condonatione ex applicatione meritum Christi; docentque hanc conclusionem Doctores allegati, num. 8.

Nec obstat ratio, qua conuictus est Sotus in 4. distinct. 19. artic. 1. quæst. 5. quæst. 5. col. 3. fol. 898. videlicet, opus satisfactorium non causare pœnæ remissionem ex opere operato: aliàs sequeretur posse per opus, quod peccatum est, satisfieri: vt aliquis ob vnam gloriam erogaret elemosynam sub pœnitentia iniunctam, cum peccatum veniale non impediat sacramentorum effectum. Non, inquam, obstat, tum quia possemus dicere non remittere pœnam partem satisfactoriam ex opere operato, quando actus satisfaciendi veniale peccatum esset. Nam quod veniale peccatum non impediatur sacramentorum effectum, solum euenit in sacramentis, in quibus actus pœnitentis partes sacramenti non sunt, vt docet Vazquez tom. de pœnitent. quæst. 94. art. 2. dub. 5. num. 13. quapropter admittit ipse, in illo casu satisfactionem sacramentalem frustrari suo effectu, non verò frustrari confessionem factam ob inanem gloriam, quia hæc non est tota causa effectus sacramentalis, nec totum sacramentum ex veniali sine confessionis vitatur, cum illo casu nec vitatur absolutio, in qua est vis præcipua causalitatis, nec dolor de peccatis qui finem malum habere non potest: at remissio pœnæ temporalis tota responderet post sacramentum actui satisfactionis iniunctæ à Sacerdote. Tum quia licet actus satisfactorius ob vanam gloriam peccatum sit, quia tamen quoad substantiam est bonus, eleuari potest à Christo ad remissionem pœnæ, sicut eleuatur confessio ob inanem gloriam effecta: & hæc esse videtur efficacior ratio quam illa quæ à Vazquez est adducta. Nam non satisfaciunt, confessionem non esse totam causam effectus Sacramenti: nam si eleuatur confessio ad causandum effectum taliter, quod ab ipsa dependeat tanquam à causa efficiente, non refert quidquam eleuari simul ad illum effectum causandum alias partiales causas, cum tunc verificetur, actum qui peccatum veniale est, effectum Sacramentalem causasse.

Dices, posse iniungi sub pœnitentia elemosynam spirituales erogari animabus Purgatorij, sicut imponitur, elemosynam temporalem elargiendam ita pauperibus: igitur imponi poterit sub pœnitentia Nocturnum defunctorum, Responsoria, &c. pro animabus Purgatorij tanquam elemosyna spiritualis.

Minimè obstat, nam in temporali elemosyna distinguitur satisfactio à materia elemosynæ, quæ erogatur. Vnde dispensans eam, tribuendo pauperibus nummos v. g. si potest referre valorem satisfactionis elemosynæ correspondentem. At elemosyna spiritualis animabus dispen-

sanda, non est aliud, quam spiritualia aliqua bona in illarum satisfactionem erogari: pecunia enim (vt ita dicam) quae ipsis tribuitur in elemosynam, est satisfactionem aliquam pro ipsis applicare. vnde idem est praecipere poenitentem ob elemosynam aliquos Psalmos recitare pro animabus, atque inberi suam satisfactionem aliis applicare. Rectè tamen praecipere poterit, aliquam elemosynam temporalem offerri pro animabus, vt scilicet stipendia pro Missarum sacrificiis habeantur, quae offerri possint pro ipsis: tunc enim elemosyna illis oblata, est quid distinctum ab applicatione satisfactionis offerentis, & erogantis elemosynam. Non tamen poterit imperari Sacerdoti sub poenitentia Missam dicere, & illam offerre pro animabus, cum dictum sit partem satisfactoriam iniunctam applicandam fore pro ipsomet poenitente, & non pro alienis debitis.

12. Quod si confessariis iniungentes aliquas orationem offerri pro animabus non intendunt praecipere valorem satisfactionis pro ipsis applicari, sed impetrationis, praeterquam quod id nunquam excogitant confessarij, nihil proderit animabus applicare valorem impetrationis ad eam poenas remittendas: Deus enim nunquam remittit alicui poenam pro peccatis debitam, nisi oblata, seu applicata condigna satisfactione: puniatio enim, vel remissio poenae est materia iustitiae vindictivae, & non beneficentiae, & ideo postulat modum verae solutionis, & non gratuita remissionis. Docet D. Thom. in 4. distinct. 45. quaest. 3. art. 3. ad 6. & ibi-

dem Sor. quaest. 2. artic. 3. in fin. 1. conclus. D. Bonauent. in 4. distinct. 45. quaest. 2. Suarez tom. de poenitent. disput. 48. sect. 5. num. 5. Proderit tamen occasionaliter & remote valorem impetrationum pro animabus applicare, videlicet impetrando Deum mouere corda fidelium, vt reminiscantur aliquas satisfactiones pro illis offerre, vel quod liberatio animarum à Purgatorio acceleretur, etiam si necessum sit diuturnitatem temporis intentione poenarum compensari: hoc enim commutationis genus, quamuis aliquam gratiam continere videatur, non tamen omnino excludit aequitatem iustitiae. Quibus modis ait praedictus Suarez, Beatos pro animabus in Purgatorio existentibus orate.

Vnde non assentior Doctoribus censentibus valorem impetrationis prodesse directè ad remissionem poenae animatum in Purgatorio: quod docet Caietan. 1. tom. opuscul. tract. 16. quaest. 5. Nauarr. in Comment. iubil. notab. 22. num. 15. Vigner. in summ. cap. 16. §. 4. vers. 33. Nec existimet aliquis fauere huic opinioni, cap. *Anima*, 13. quaest. 2. ibi: *Anima defunctorum quatuor modis soluntur, aut oblationibus Sacerdotum, aut precibus sanctorum, aut charorum elemosynis, aut ieiunio cognatorum.* Non sequitur orationem numerari, quia gratuita remissionem poenae, ac sine debita solutione obrineat anima: sed quia est vnum ex praecipuis operibus satisfactoriis, quia sub illo comprehenduntur omnes actus Religionis & Pietatis ad Deum, vt bene Suarez tomo de poenit. disput. 48. sect. 5. num. 13.

13.

## DISPUTATIO DECIMASEPTIMA,

Num contingere possit prius puerum habere usum rationis ad peccandum venialiter, quam mortaliter. Et dato, quod illud eueniret, an esset obligandus ad Eucharistiam suscipiendam?

*De quo aliter inquiri potest sic:*

Vtrum videlicet, cum usu rationis sufficienti ad veniale solum, obligetur puer ad Communionem?

### SUMMARIUM.

*Intelligentia ad titulum questionis, n. 1.*

*Argumentum à parte affirmatiua, n. 2.*

*Nasabile ad intelligentiam questionis, n. 3.*

*Quid sentiat D. Thomas? n. 4.*

*Aliqua venialia sunt notiora nonnullis mortalibus, num. 5.*

*Autoris iudicium, num. 6.*

*Et si teneretur puer praecipuo Communionis cum solo usu rationis ad veniale, non tamen teneretur praecipuo confessionis, num. 7.*

*Aliquantulum difficultius est examinare, num adueniat prius usus rationis ad committendum veniale ex imperfectiore libertate, quam mortale, num. 8. & 9.*

*Soluitur argumentum in principio adductum, numer. 10.*



**R**o intelligentia tituli questionis norandum, usum rationis in praesenti non accipi pro quocunque discursu circa materias naturales, aut artificiales; sed pro discursu, quo homo discernit inter bonum, & malum morale. Contingit enim saepe puerum discurrete circa res naturales, fugiendo famem, & inquitendo cibum etiam cum industria & discursu, & edificare sibi domum lignis & lapidibus, prius iacians fundamenta, & alia quae absque discursu fieri non valerent: nequaquam tamen discernit inter bonum & malum morale. Quod optime

1.

timè docet Molin. 1. part. quæst. 24. art. 1. §. 5. *Quo loco*, ubi ait pueros & amentes non solum operari sponte, sed etiam multa efficere liberè, ita ut in ipsorum potestate sit ea efficere, vel non; aut efficere contraria, ut docet etiam Victor. relect. *de puero peruenienti ad usum rationis*: verum ea ex eo nec ad culpam nec ad demeritum eis imputantur, quod non discernant ratione inter bonum, & malum morale, quantum satis est ad culpam, aut meritum, de quo plura refert Sanchez lib. 1. *de matrim.* disputat. 8. num. 22. & 23. Nec inflans usus rationis accipiendum est pro instanti indiuisibili metaphysice loquendo, sed pro instanti morali, includente totum illud tempus necessarium, ut intellectus absoluat perfectè deliberationem suam usque ad conclusionem iudicij, quod notauit Curiel 1. 2. quæst. 89. art. 6. dub. 2. §. 2. *Granado 1. 2. de peccatis tract. 4. disput. 2. num. 13.* imò in moralibus posse dari rationis vsum circa vnam materiam, non verò aliam docet Fagundez 2. præcept. lib. 1. cap. 3. num. 20.

2. Videtur ergò posse contingere priùs puerum habere vsum rationis ad peccandum venialiter, quàm mortaliter. Nam maior libertas requiritur ad peccandum mortaliter, quàm venialiter: cum mortale peccatum absque plena libertate committi non possit, benè tamen veniale. Dato igitur, quòd in quolibet genere imperfecta perfectis sint priora, sit deueniendum esse priùs ad affectionem imperfectæ libertatis, quàm plenæ.

3. Pro explicatione tamen obseruandum est, peccatum veniale tripliciter posse considerari. Vnum, quod ex suo genere sit tale, ut mendacium iocosum, vana gloria, &c. Aliud, ex patuitate materie ut furtum rei leuis. Tertium, ex imperfectione libertatis: quod quamuis circa materiam grauem versetur, & sit contra præceptum ex se obligans ad mortale, non violatur tamen simpliciter hoc præceptum ob defectum consensus, vel deliberationis. Sanchez in sum. lib. 1. cap. 1. num. 3. & 12.

4. Loquendo igitur de peccato veniali ex suo genere, siue ex patuitate materie, D. Thomas 1. 2. quæst. 89. art. 6. & in 2. distinct. 28. quæst. 1. art. 3. ad 5. *de veritate*. quæst. 24. art. 12. ad 2. *de malo*, q. 5. art. 3. ad 8. quæst. 7. art. 10. ad 8. in 2. distinct. 42. in exposit. lit. & quæst. 1. art. 5. ad 7. eius opinionis, & iudicij est, ut quoties quis ob defectum usus rationis excusatur à peccato mortali, multò magis excusetur à veniali, si committat aliquid, quod ex suo genere sit tale. Idem tenet Victor. 2. part. relect. *de puero perueniente ad usum rationis*, numer. 11. ait enim, notiora esse peccata mortalia, homicidium, peritium, &c. quàm venialia, ut verbum otiosum, mendacium, &c. Cui sententiæ libenter consentiunt Doctores adducti numero 6. contra Adrian. in 4. in materia de poenitent. sit. *de remissione peccatorum post mortem*, quæst. 3. ad 3. Valent. 1. 2. disput. 6. quæst. 19. punct. 3. paulò ante solut. argument. Maior. in 3. d. 38. quæst. 14. column. vlt. quem in hoc valde commendat Nauarr. prælud. 9. num. 10. Salas 1. 2. tom. 2. quæst. 89. tractat. 13. dif. 18. sect. 8. num. 44. censentes posse priùs adesse vsum rationis ad peccandum venialiter, quàm mortaliter. Sed nostra sententiæ verissima est: quam rueri tenentur omnes illi, qui cum D. Thoma, quæst. illa 89. sentiunt, cum peccato originali non posse reperiri solum veniale.

5. Supponamus tamen quædam esse venialia ma-

gis nota, quàm aliqua mortalia, ut mendacium, quàm concupiscentia rei alienæ: & plura mortalia esse notiora, quàm venialia, ut furtum, aut homicidium, quàm vana gloria, aut ludus inordinatus. Quod notauit Vazquez 1. 2. quæst. 89. art. 6. num. 2.

### Authoris iudicium.

6. **N**unquam poterit puer deuenire ad cognoscendum aliquam actionem ex suo genere peccatum veniale esse, quin etiam cognoscat, & iudicet de mortali, si istius materia occurrat. Ex genere namque loquendo cognoscibilior est materia mortalium, quàm venialium, utpote quæ grauior, & dissonantior rationi. Vnde etiam contingere possit, quempiam cognoscere aliquid esse veniale, minus verò vtrum sit mortale, ut dicemus num. 11. Vniuersaliter tamen loquendo respectu omnium mortalium, nunquam perueniet puer ad vsum cognoscendi venialia, quin etiam habeat cognitionem respectu alicuius mortalis. Sic Vazquez ubi suprà. *Granado 1. 2. de peccatis, tractat. 4. disput. 1. lect. 2. in fine.* Nam ut homo possit peccare venialiter, cognitionem horum duorum principiorum practitorum habere debet, videlicet: *Quod tibi fieri non vis, alteri ne facias. Bonum est sequendum, & malum fugiendum.* Si enim inuincibiliter ignoraret malum esse fugiendum, licet rem de se venialem non fugeret, ad culpam tamen ei nequaquam imputaretur. At quando homo illa duo principia cognoscit, capax est fugiendi culpam in materia graui, aut prosequendi, imò faciliùs ex illis principiis conclusiones in materia mortali deducet, quàm veniali; cum hoc minus dissonans rationi sit, quàm illud. Curiel. 1. 2. quæst. 89. art. 6. dub. 1. §. 2. Medin. Zunel, Conrad. dicta quæst. indicant factis. Capreol. in 4. d. 19. quæst. vnic. art. 3. ad 2. contra secundam conclusionem. D. Thom. in 2. d. 42. quæst. 1. artic. 5. ad 7. Lorca 1. 2. tom. 2. disput. 63. membr. 1.

Hinc fit, quòd quando quaritur, An cum sufficienti usu rationis ad veniale, & non ad mortale, obligari debeat puer ad communionem? sit respondendum negatiuè, cum procedat quæstio de casu non supponente: at si dabilis esset casus, quòd scilicet priùs adueniret usus rationis ad labendum in venialia, quàm in mortalia, obligandus foret, quia cap. illud, *Omnis viriisque sexus*, obligat ad communionem eos qui ad annos discretionis peruenerunt: & absoluta discretio est, inter bonum & malum venialiter discernere. Vnde qui sciret confiteri sua venialia cum vero proposito & dolore, sciret etiam reuereri Eucharistiam, & quid recipiat, cognoscere. Nec deducas, nos definire, primum peccatum hominis necessariò debere esse mortale, ut arbitratur D. Thom. 1. 2. quæst. 89. art. 6. & plures cum eo, ex eo quòd doceamus non dari priùs rationis vsum ad veniale, quàm mortale, cum longè diuersum sit vnum ab alio. Quapropter Vazquez qui contra D. Thom. putat, primum hominis peccatum non necessariò debere esse mortale, nobiscum sentit, non priùs oriri rationis lumen ad lapsum in venialia, quàm in aliquod mortale. Quod idem docet Lorca 1. 2. tom. 2. disput. 63. membr. 1.

7. Non tamen tenebitur puer præcepto confessionis

tionis annuæ; illo enim solum obligantur mortale habentes; ut constat ex cap. *Omnis vtriusque sexus*, de pœnitent. & remiss. cum ibi præcipiatur, omnem Christi fidelium vtriusque sexus omnia sua peccata debere confiteri: quod de venialibus intelligi non potest: quia nullus omnia confiteri valet. Teneat tibi Glor. D. Thom. in 4. distinct. 17. quæst. 3. quæstion. 3. ad 3. Graff. in decision. 1. part. lib. 1. cap. 10. num. 1. Sotus in 4. distinct. 18. quæst. 1. art. 4. col. 3. Ledesma in summ. 1. part. tract. de pœnitent. cap. 17. conclus. 1. Nauarr. de pœnit. distinct. 5. §. *Cautus*, in princip. Et constat ex Trident. Sess. 14. Can. 7. decernente necessarium esse omnia mortalia confiteri, venialia autem solum licere fateri. Et ex cap. 5. eiusdem Sess. per hæc verba: *Nam venialia, quibus à gratia Dei non excludimur, & in qua frequenter labimur, quantum rectè & utiliter circa omnem presumptionem in confessione dicantur, quod pœnitentium usus demonstrat: taceri tamen circa culpam, multisque alijs remedijs expiari possunt.* Vaquez tom. de pœnitent. quæst. 90. art. 2. dub. 2. n. 10. Durand. in 4. quæst. 9. num. 4. distinct. 17. Gabr. dict. distinct. q. 1. artic. 2. post conclus. 2. Paludan. in 4. distinct. 17. quæst. 2. art. 4. conclus. 2. Caietan. 1. tom. opuscul. tract. 5. quæst. 1. Maior in 4. distinct. 17. quæst. 2. Angel. verb. *confessio*, 2. num. 4. Medin. Cod. de confess. quæst. de confitenti. venial. Almain. in 4. distinct. 17. quæst. 1. art. 3. Suarez tom. de pœnitent. disput. 36. sect. 2. num. 7. Hentiq. lib. 5. c. 4. num. 4. & lib. 4. cap. 15. num. 3. addens, posse Ecclesiam obligare ad confessionem venialium: nam est, non sit necessaria materia, est tamen vtile ea confiteri, & ob utilitatem nostram & cultum diuinum posset obligare, sicut posset obligare ad sacramentum Confirmationis, & extremæ Vnctionis, ut quidam obligasse putant. Quare cum ad id se posset homo obligare ex voto, non poterit ab Ecclesia: Quod etiam docet Suarez tom. de pœnitent. disput. 22. sect. 8. Vaquez de pœnit. q. 90. artic. 2. numer. 5. & 6. & bene limitant, nisi adsint aliqua mortalia. Nam cum directè præcipiatur confessio, ut quidam actus religiosus, sufficienter adimpletur quomodocumque fiat, confessione mortalium, siue venialium. Limita etiam, nisi mortalia, aut venialia iam confessi vellet pœnitens confiteri: tunc enim non esset obligatus confiteri noua venialia. Et de facto confessionem venialium præceptam monachis Benedictinis esse in Clement. *Ne in agro Dominicæ*, docet Vaquez num. 6. Caietan. tom. 1. opuscul. tract. 5. quæst. 1. dicens, in illa Clement. non dictum fuisse monachum teneri confiteri omnia sua peccata, sicut dicitur in cap. *Omnis vtriusque sexus*. Vnde deducit, præceptum ad venialia consistenda latum fuisse, quod sub mortali obligaret: quia licet venialia lenissima sint, at confessionis actus res gravis est. Quod docet Vaquez tom. de pœnit. q. 90. art. 2. n. 9. licet solum ad veniale obligare asserat. *Canus relect. de pœnit. p. 5. §. de verò huic questioni.*

Aliquantulum difficultus est examinare, Num adueniat prius usus rationis ad committendum peccatum veniale ex imperfectione, & defectu libertatis quam mortale. Illud suadere videretur argumentum factum in principio: Tum quia usus rationis non in instanti, sed successiue acquiritur, prius deueniendo ad imperfectum rationis usum quam perfectum.

Caietanus & Zumel 1. 2. quæst. 89. art. & Lot-

ca 1. 2. tom. 2. disp. 63. memb. sequenti Durandum in 4. distinct. 16. quæst. 2. ad 2. Cordubam in summ. quæst. 60. dicto 4. & in quæstionario lib. 2. quæst. 9. ad 5. vers. *Et si arguatur*, nodum difficultatis dissolunt, docentes, quod licet peccatum veniale ex imperfectione, committatur in exercitio cum semiplena libertate, supponit tamen potentiam perfectè liberam in actu primo, quæ posset tale peccatum cum omnimoda libertate committere, nisi per accidens voluntas ob motum alicuius vehementis passionis impediretur. Vnde licet ante usum rationis sit imperfecta libertas in esse physico circa res naturales & artificiales, non tamen est imperfecta deliberatio in genere moris, quatenus implet discretionem boni à malo, cum statim ac homo discernit bonum à malo in materia veniali, magis idoneus sit discernere in mortali, ut diximus num. 6. Quod probabile reputat Zambranus de casibus in art. mortis, c. 4. dub. 3. n. 2.

Ex quo primi argumenti vis in principio positi inanis relinquitur: nam licet in exercitio, & in actu secundo minor libertas requiratur ad committendum veniale, quam mortale peccatum, (quod an verum sit, videbimus disputatione sequenti) non tamen in actu primo. Nec etiam imperfectiora priora sunt perfectioribus, nisi sint dispositio per se requisita ad perfectiora. At discernere imperfectè inter bonum & malum, non est necessariò requisitum ad discernendum perfectè. Verum post hæc scripta, ex plurimum puerorum confessione apprehendi, potentes esse ad cognoscendum, mendacium iuramento firmatum dissonum esse, & Deo offensuum, & ut tale subiiciendum fore confessioni percipiunt: at quanta sit ea iuramenti falsi culpa, prius ne gratia vel non, minimè per ipsos adipiscitur. Quod sit ipsos sic falsò iurantes solum venialiter delinquere ex imperfecta cognitione offensæ. Ut enim venialiter inficiantur, lat est id agere, quod percipiunt, agendum non fore tanquam malum: quia tamen non sunt potentes discernere grauitatem malitiæ, à mortali sibi immunes nullus negabit. Et quando plures auctores quos refer Sanchez in summ. lib. 1. cap. ... dicunt peccate mortaliter eum qui cognoscens aliquid mali agere, non curat discernere num veniale sit, vel mortale; ex eo enim periculo peccandi mortaliter se vltro tradit, quod verissimum arbitror, non tamen dicti Doctores à nobis tradita auersantur, cum puer dum iurat falsò, etsi cognoscat se malum committere, non tamen se illi offert, quod deuinctus sit examinare quanta sit culpa, nec ob id se tradere periculo committendi mortale cognoscit; sicut percipitur à grandæuo. Vnde auctores allegatos num. 9. non esse amplexandos censet. Nec obstat quod qui potens est ad discernendum in materia veniali, potentior sit in mortali, nam puer non discernit an iuramentum falsum veniale sit, sed tantum cognoscit esse malum, & Deo offensuum. Si enim imperfecta libertatis oriatur ex aliquo accidentaliter motu, videlicet passione turbante iudicium, tunc verum est quod asserunt Doctores num. 9. adducti; & ex illorum ratione constat solum in hoc sensu fuisse loquutos. At quando imperfecta libertas non accidentaliter est, sed essentialiter tenetæ atati, tunc prius poterit committi veniale, quam possit mortale, ut dictum est, quod non explicuere auctores adducti.

## DISPUTATIO DECIMA OCTAUA.

Num semiplena deliberatio, & semiplenus consensus sufficiant constituere veniale peccatum? Vel, An adeò plena aduertentia, & plenus consensus requiratur ad peccandum venialiter, sicut ad mortaliter?

## S V M M A R I V M.

*Authoris iudicium, num. 1.*  
Proponuntur difficultia aduersus Authorem iudicium, à num. 2. usque ad 6. inclusiuè.

*Authoris iudicium.*

**S**EMIPLENA deliberatio, & semiplenus consensus sufficiunt ad veniale peccatum. Nam obiectum dissonum propositum voluntati ex semiplena aduertentia, proponitur cum indifferetia aliqua, vt de se est manifestum. Ergo voluntas vult obiectum cum aliqua libertate, igitur cum aliquo peccato. Videoque Doctores communiter supponere dari peccatum veniale ex imperfectione libertatis, contra Ochamum in quolibet, vt refertur ab Almain. in opere morali, tractat. de primis motibus, fol. mihi 77. & à Cordib. lib. 1. quaest. 24. §. ad rationes autem, fol. mihi 207. asserentem, non dari peccatum veniale ex imperfectione deliberationis, sed mortale esse si versetur circa materiam grauem, solum enim admittit peccatum veniale in motibus appetitus, vt etiam refert Lorca 1. 2. tom. 2. disp. 28. in principio, Vazquez 1. 2. tom. 1. disp. 107. n. 1. & Salas 1. 2. tom. 2. disput. 74. tract. 13. art. 3. fol. 164. qui licet referat Alexand. 2. part. quaest. 137. membr. 2. pro sententia Ochami, potius contrarium dicere videtur; ex opposito verò plurimos esse, qui in semidormientibus, & semiebris, nolint admittere peccatum veniale, refert d. Lorca disp. 63. membr. 1. in fine.

Sed quæ mihi se offerant difficultia aduersus conclus. proferam. Nam committens veniale ex imperfectione, aut potest aduertere se delinquere in materia graui, & culpabiliter non aduertens ex subreptione committit peccatum; & tunc à mortali non excusabitur, cum possit, & teneretur aduertere, & aliàs materia sit grauis: aut verò quando ex subreptione peccatum committit, aduertere non potest, quòd materia sit grauis, vel leuis, sed solum, se in communi peccare; at hoc etiam mortale est, cum se exponat periculo peccandi mortaliter. Sic Vazquez 1. 2. tom. 1. disput. 107. cap. 3. in fin. Zumel. 1. 2. quaest. 74. art. 8. disput. 1. Thom. Sanchez in summ. lib. 1. cap. 1. num. 9. Si autem non aduertat; nec etiam in communi se peccare, tunc nec mortaliter, nec venialiter peccabit: vt Sanchez lib. 1. cap. 1. num. 8. Petr. de Soto de instruct. Sacerd. lect. 9. Vazquez 1. 2. tom. 1. disput. 105. cap. 5. num. 13. & 14. & latius disp. 107. cap. 3. num. 6. & 7. Azor tom. 1. lib. 4. cap. 5. quaest. 4.

Granado 1. 2. controuerf. 6. de peccatis, tract. 2. disput. 2. sect. 3. n. 28.

Dices, quòd aduertat malitiam in communi, quia tamen non cum plena & perfecta aduertentia, sequitur solum venialiter peccare: quòd notauit Vazquez 1. 2. tom. 1. disput. 107. cap. 4. num. 11. quòd idem est atque quòd dicit Almain. supra, videlicet solum obligari sub veniali aduertere, eo quòd debile sit tunc iudicium, & non sub grauiori præcepto oportuit illum obligari. Sed tunc iniquo; num potuerit plenius aduertere, vel minus? si potuit, & non considerauit, dum tenebatur, mortaliter peccabit, eo quòd in materia de se graui delinquit. Nec satisfacit Vazquez responsio num. 12. (qui obiectionem à nobis allatam contra à se dicta asserti) illo casu non posse plenius considerare, quia plena consideratio libera (hoc est in genere boni, vel mali moraliter) ex plena consideratione naturali oriri debet: at quia ex passione aliqua affectus operans non potest plenè considerare obiectum, quid ei bonitatis naturalis conueniat, quæque passiones naturales habeat, sequitur plena consideratio etiam circa naturalia obiecti carere. Hinc vires desumit argumentum: nam si plenè malitiam obiecti considerare non valet, etiam à veniali excusabitur, cum tunc operans in statu sit quo non possit cessare à cogitatione malitiæ illius obiecti, & consensu in illud ipsum: aut si cessare potest (quòd necessariò admittendum, vt culpa aliqua inueniatur, & notat Azor tom. 1. lib. 4. cap. 5. quaest. 4. in med. & quaest. 3. in med.) à mortali non excusabitur.

Sed dices, quòd potest cessare à peccato imperfectè; cuius impotentia condolens Deus, ad grauiorem quam venientem culpam non decremit imputare. Tunc inquiri; num per imperfectè posse cessare, intelligas difficultè posse cessare? & hoc quidem à mortali non excusabit in materia graui: nam aliàs excusaretur à mortali consergens tentationi carnali maxima passione illectus, cum difficultè à non consentiendo se possit expedire. Vel per difficultè posse cessare intelligis, quòd à parte rei etsi velit, non possit cessare: quòd sanè si admittas, à veniali culpa excusatus ibit operans, dum id agat à quo licet velle, non potest cessare.

At dices secundo cum Vazq. 1. 2. tom. 1. disput. 107. cap. 2. num. 11. Cordub. lib. 1. quaest. 2. dub. 9. in 5. opinione, in 2. part. proposit. 2. quòd tum potest plenius considerare operans malitiam obiecti; quia tamen illud prouenit à potentia imperfecta & leui, ortum habente ex leui iudicio, & cognitione rationis, solum veniali culpæ operatio imputatur: fas enim est grauiori non astingi operantem. Nam cum mortale peccatum dissoluat Dei amicitiam, & constituat hominem dignum

quum æterno supplicio, credendum non est, ita facile hominem incidere in huiusmodi culpam, vt quacunque imperfecta consideratione reus efficiatur tanti supplicij. Quod etiam notauit Sanchez in summ. lib. 1. cap. 1. num. 6. Almain. tract. 3. moral. cap. 24. Non obest responsio, nam sicut ob id, quod quis tenuem potentiam habet ad cessandum ab actu malo mortali, licet absolute & simpliciter possit cessare, nolit Deus operanti culpam grauem imputare, quamuis non cesset; eadem ratione nec venialem fas erit incurtere ex eadem cessandi impotentia: cum ad cessandum à veniali, maiorem operans non habeat potentiam, quam à mortali. Semper namque lumen rationis tenue, & consequenter consensus in obiectum erit imperfectus. Cum igitur, licet adsit consensus imperfectus circa rem sub mortali prohibitam, mortale crimen non iudicetur, imperfectione iudicij & consensus excusante, ne fiat mortale, quod secundum se erat lethale; potius excusauit, ne fiat veniale, quod secundum se non erat veniale. Consensus enim ille imperfectus excusatio est peccati, minimè verò constitutio: & consequenter veniale nequaquam orietur. Nec ipsamet excusatio à mortali est constitutio venialis criminis, quasi dempra parte maiori, necessarium sit minorem inueniri. Nam id solum reperiri in rebus quantitatis dubitabit nemo, quarum vna necessariò præsupponitur ad alteram: non verò in rebus diuersi ordinis, quarum vna alterius minimè est fundamentum.

4. Deinde, Deus non imponit præceptum semihomini, sed integro: at operans ex semiplena aduertentia, vt semihomo operatur: incapax igitur erit frangendi tunc præceptum, quod reuera impositum illi non est. Et non offenditur homo à semiebrio contumelia affectus, vel à semiexcitato à somno, & iniuriandus erit Deus à semideliberante, aut à semiexcitato à somnis? Nihil minus: nec ipse quam homo delicatior est, aut laqueos parat.

5. Præterea inquiri, num quando quis imperfectè deliberat de dicendo mendacio iocoso, peccet venialiter, vel non? Dici equidem nequit, veniale fore peccatum: nam si imperfectio deliberationis excusat, ne sit mortale quod de se graue erat, pariter fas erit, vt excusetur à veniali, quod secundum se solum veniale est: aliàs fauorabilior esset imperfectio considerationis, & consensus mortali, quam veniali peccato: quod sane absque fundamento admittendum iudicabit quisque, vel ille sic imperfectè deliberans de dicendo mendacio, venialiter non peccat. Quod si admittatur, intentum consequemur, quod scilicet imperfecta libertas causare veniale peccatum nequaquam sufficiens sit. At dices, argumentum solum conuincere eo euentu peccatum operantem venialiter ex imperfectione libertatis, minimè tamen commillurum crimen ex genere suo veniale, eo modo quo imperfectè delibe-

rans circa rem mortalem solum ex imperfectione subit criminis venialis reatum. Nec mirum quòd id, quod ex suo genere est veniale, mutet modum acquiritendi labem venialem ob consensus imperfectionem, scilicet, quòd id quod antea ex genere suo erat veniale, modum huius venialitatis (vt ita dicam) mutet, & fiat veniale ex imperfectione. Vnde discrimen inter veniale ex genere, & veniale ex imperfectione seruati colligitur, quòd veniale ex genere nullatenus committi queat absque plena aduertentia, & deliberatione, seu consensu in illud: at vt committatur veniale ex imperfectione, plenam aduertentiam seu consensum minimè desideret, imò respuat. Minimè obstat solutio: nam si id quod secundum se erat mortale, nullas qualitates mortalis criminis, sed solius venialis recipit ob consensus imperfectionem: igitur, quod secundum se erat solum veniale, nullas qualitates criminis venialis æquum est recipere, aliàs, vt supra diximus, fauorabilior, & melioris conditionis esset imperfectus consensus circa rem mortalem, quam circa leuem, dum veniale à labe veniali non excuset; bene tamen mortale à mortali. Nam, quòd solum venialis modum mutet, parum refert operanti dum reatum culpæ incurrat, & sit ob eam puniendus parum magis, vel minus, si fiat ex plena aduertentia, vel semiplena. At minor qualitas, quam criminis venialis dari non valet. Fit ergo nullam criminis rationem inueniendam in deliberante, & aduertente imperfectè de dicendo mendacio, & consequenter nullum reperiti peccatum in motibus semideliberatis, saltem quando obiecta ex suo genere leuia respiciunt. Et idem locum habet in semideliberante rem modicam furari. Hæc sunt quæ aduersus communem, & receptam doctrinam, quòd scilicet dentur venialia ex imperfectione, mihi occurrere: ob quæ aliqui viti docti, quos consului, nullum dari veniale peccatum ex imperfectione consueverunt, sed contrarium verum est, vt diximus num. 1. & quamuis Salas 1. 2. tom. 2. quæst. 89. tract. 13. sect. 8. num. 49. asserat, dixisse aliquos semiplenam libertatem non sufficere ad veniale; id tamen non esse raturum censet.

6. Notandum tamen ad praxim, plurima excusari venialia peccata, præsertim in timoratis Dei, qui potius subire mortem eligerent, quam ex aduertentia veniali labe inquinari. In his sanè quam plurimi motus inordinati semiuoliti non sunt, sed omnino naturales. Vnde quando contingat ipsos dubitare, an aduertentiam, & consensum habuerint circa obiectum dissonum, admittenda est regula Medinae 1. 2. quæst. 74. artic. 8. in fin. & lib. 2. summ. cap. 17. quæ talis est. *Si dubitans sit moribus bonis inbutus, timidaque conscientia, credendum est illum nec etiam imperfectè consensisse. Secus de viro prauo & corrupta conscientia: quia cum prior veniale peccatum odio profequatur, nullum consensum præstitisse est credendum: secus de viro deprauatorum motum.*

## DISPUT. DECIMANONA,

An ad committendum veniale peccatum sufficiat interpretatiua aduertentia, quod quis posset & teneretur aduertere: vel requiratur actualis saltem imperfecta ad veniale ex imperfectiōe deliberationis?

## S V M M A R I V M.

*Authoris iudicium, num. 1.*

*Reyciuntur Zumel, & Valencia, num. 2.*

*Infideles excusantur à labe infidelitatis, quando Fides non est illis sufficienter propofita, num. 3. & 4. & 5.*

*Excusantur etiamfi opinionem probabilem habeant de sua seclia, adhuc vetèla prababiliori, num. 6. 7. & 8.*

*Non ad omnes orbis partes peruenit notitia Euan-gelij, num. 9. & 10.*

*Authoris iudicium.*

I.



**N** F E R A S vterius ex dictis numer. 1. præcedentis disputationis satis vtiliter pro timoratis, non iudicanda venialia ea quæ committuntur nulla præcedente aduertentia, solum ex interpretatiua, quia scilicet non aduertit operans dum potest, & tenetur: nam absque consideratione actuali circa obiectum saltem confusa, dari peccatum censeo impossibile. Docet Vazquez 1. 2. quæst. 74. art. 6. d. 107. cap. 3. à num. 6. & quæst. 76. artic. 2. disput. 123. cap. 2. num. 4. & disput. 124. cap. 2. num. 5. Cordub. lib. 1. quæst. 23. dubio 10. Syluest. verb. *delectatio*, quæst. 1. dicto 4. Granado 1. 2. fol. 122. numero 2. Torres opuscul. fol. 562. Layman. 1. tom. tract. 1. cap. 4. num. 6. Cornejo 1. 2. tom. 1. tractat. 7. disput. 3. dub. 1. Sanchez in summa, lib. 1. cap. 16. num. 21. & 32. Suarez 5. tom. in 3. part. disputat. 4. sect. 8. num. 18. Vbi ait considerandum esse, an aliquando veniat in mentem tale præceptum, vel dubitatio aliqua de huiusmodi obligatione, vel aliquid simile, quo possit homo scientiam talis præcepti inquirere, & si nihil huiusmodi aliquando menti occurrat, esse ignorantiam, inaduertentiam, seu obliuionem inuincibilem. Henric. quodlibet. 6. quæst. 32. Gerson 2. part. compend. Theolog. alphab. 30. lit. D. & asserit Vazquez dicta disputat. 107. cap. 3. Doctores Complutenses initio de hac doctrina dubitasse, at te maturius pensata illam publicè docuisse. Docet etiam Alexand. 2. part. quæst. 108. num. 7. & 11. Bonavent. in 2. distinct. 29. super 2. part. text. & 2. part. distinct. art. 2. quæst. 2. Albert. eadem distinct. artic. 13. D. Antonin. 2. part. tit. 9. cap. 1. § 15. referens Petrum de Tarantasia, Angel. verb. *cogitatio*, n. 2. Caietan. 2. 2. quæst. 88. artic. 1. & 1. 2. quæst. 6. artic. 8. & in summa, verb. *delectatio*, & verb. *consideratio*, Armilla verb. *delectatio*, num. 1. & *cogitatio*, eodem num. Contad. 1. 2. quæst. 74. art. 4. in prin-  
*Sanchez, Selecta.*

cip. & circa solut. tertij, Almain. tract. 3. moral. cip. 14. Nider. 9. præcept. cap. 4. Petri de Soto de institut. Sacerd. lect. 6. de remed. peccat. Consentunt Paludan. in 4. distinct. 18. quæst. 6. artic. 2. num. 5. Gabr. in 2. distinct. 42. quæst. 1. art. 3. dub. 3. Sayr. Clau Regia lib. 8. cap. 7. numer. 6. Cosin. Philarch. de offic. Sacerdot. 2. part. lib. 4. cap. 18. Curiel. 1. 2. quæst. 76. art. 2. dub. 4. in princip. Salas dicto art. tract. 13. disput. 8. sect. 11. num. 87. Suarez de Fide, disput. 17. sect. 1. num. 8. & plane docet D. Thom. quæst. 15. de verit. art. 4. ad 10. qui omnes docent, inconsiderationem omnino naturalem esse, quando aduertentia circa obiectum, an sit peccatum saltem in vniuersum, non præcedit, vel periculi, vel expressa aliquam dubitatio, seu scrupulus.

Nec scio quam ratione Zumel 1. 2. quæst. 76. art. 3. disp. 2. dub. 4. M Valent. 1. 2. quæst. 6. disput. 6. punct. 1. & alij quos adducit Salas 1. 2. tom. 2. tract. 13. disput. 8. sect. 11. num. 86. contraria opinionioni assentire potuerit, putans ad peccatum interpretatiuam aduertentiam fat esse, scilicet non considerandi quando quis tenetur, licet ignoret, vel non aduertat. Ratio verò nostræ assertionis satis est manifesta: nam impossibile est operanti fore voluntarium malitiam actus, si nunquam considerauit in eo reperiri, nec per se ipsum se potest constimere in actuali prima consideratione circa quodlibet obiectum seu negotium. Nam cum voluntas ferri non possit in incognitum, ipsa voluntas non poterit esse causa, vt potius hoc obiectum seu negotium cogitandum occurrat, vt notauit D. Thom. 1. 2. quæst. 9. artic. 6. & ibi Vazquez optimè num. 10. 11. & 12. tom. disput. 189. à num. 113. Mont. Lorca, & Salas. Sed ad primam cogitationem in quolibet negotio homo excitatur à Deo, vel ab Angelo mouente imaginationem illius, & deinde intellectum, vel à sensibus exterioribus, quia scilicet visui aut auditui aliquid occurrit; vel ex causa aliqua interiori ipsius imaginationis, vt accidit in somnis. Has tamen causas omnes creatas Deus providentia sua tali ordine disposuit, vt in tali & tali momento fieret effectus, & vt fiat remouet impedimenta quæ possent has cogitationes impedire. Angelus verò in prima cuiuscunque negotij cogitatione à solo Deo valet moueri: caret enim alijs principijs quibus homo adiuuatur, scilicet sensibus, & imaginatione: nec vnus Angelus alterius potest excitare intellectum. Quæ omnia rectè notauit Vazquez vbi proxime, num. 11. & 12. quod etiam docet disputat. 107. cap. 3. num. 8. & nos etiam latius dabimus in tractat. de locutione Angelotum, quem edere non diu immotabitur, placente Deo.

○

Hinc

Hinc infetas, infidèles non solum excusari à labe infidelitatis, quando nihil de Fide diuina audire, vñasserit D. Thom. 2. 2. quæst. 10. artic. 1. tibi Lorca, Banez, Ludouic. Torres disput. 28. dub. 2. Conard. relect. de Indis, conclus. 1. idem de contractib. quæst. 100. Almain. tit. 1. moral. cap. 4. Vega. 6. lib. in Trident. cap. 19. Castro lib. 1. de lege pœnal. cap. 14. Vazquez 1. 2. disput. 120. cap. 3. Sanchez in summa lib. 1. cap. 16. num. 32. Armacan. lib. 8. de quæst. Armenor. cap. 39. Petus de Soto tract. de ratione medendi peccata, lect. 2. Soto in 4. distinct. 1. quæst. 1. art. 2. Azor tom. 1. lib. 1. cap. 13. quæst. 2. Soar. de Fide disput. 17. sect. 1. num. 7. Cano de sacram. in genere, part. 2. Verùm etsi notitiam habeant Fidei, dum eis non sit sufficienter propòsita, quod contingit quando mysteria Fidei non confirmantur consuetatione suorum errorum, vitæ sanctitate, & bonis rationibus quæ illis sufficientes esse debeant ad credendum. Quod docet Caietan. 2. 2. quæst. 1. art. 4. Victor. relect. de Indis conclus. 1. 3. & 4. Vazq. 1. 2. disput. 120. cap. 5. initio, Santius in summa lib. 2. cap. 1. num. 6. & lib. 1. cap. 16. num. 32. Salas 1. 2. tom. 2. quæst. 76. tract. 13. disput. 8. sect. 2. num. 3. 1. Herrera in 2. sent. disput. 35. quæst. 12. Curiel 1. 2. quæst. 75. art. 2. dub. 3. Lorca 1. 2. tom. 2. disput. 30. Nec enim cui libet proponenti mysteria Fidei credere tenentur, cum scriptum sit Ecclesiast. 19. *Qui cito credit, leuis est corde.* Imò si leuiter mouerentur ad deserendam sectam suam, lethali ter inficerentur, cum legem quam salutarem esse sunt arbitrati, absque sufficienti ratione deserunt. Et licet quis non delinquat amplectendo illud quod verum est materialiter & formaliter, poterit deficere si solum sequatur illud quod solum materialiter est verum, respectu autem infidelis cui nostra fide sufficienter non est propòsita, falsa iudicatur formaliter, estò materialiter veritatem continet.

Vnde paruuli hæreticorum, qui ab initio inani fide à parentibus fuerunt instructi, videntes insuper eam in sua Ecclesia publicatam, & à maiori parte vicinorum recipi, excusantur à crimine hæresis. Quia donec illis sufficienter sit propòsita Fides, eam recipere non tenentur, Castro lib. 1. de iusta hæreticor. punit. cap. 8. dub. 2. Simane. de eghol. institutio. tit. 3. 1. num. 7. Arag. 2. 2. quæst. 11. art. 2. dub. vlt. qui licet non loquantur de baptizatis inter hæreticos nutritis, at eadem est ratio, vt bene Sanch. lib. 2. cap. 1. num. 8. Nam quamuis illi filij hæreticorum diligentiam adhibendo, inquirendo, aut bene viuendo (vt tenebantur) huius obligationis notitiam assequerentur, quia tamen nullum habuere motiuum ad eam notitiam inuestigandam, cum dubium non conceperint an eorum sit erronea secta, talis ignorantia inuincibilis iudicatur: eodem modo quo plures esse rusticos fideles, infra dicemus, qui inuincibiliter ignorant mysteria quæ explicitè tenentur credere; vt docent Nauarr. summ. in cap. 11. Hispanè num. 18. Latine num. 22. vers. 8. Banez 2. 2. quæst. 2. art. 8. dub. 2. pag. 428. Vazquez 1. 2. tom. 1. disput. 121. cap. 2. num. 3. Azor tom. 1. lib. 8. cap. 6. quæst. 7. & cap. 7. quæst. 3. & cap. 8. quæst. vltim. Sanchez in summa lib. 2. cap. 3. num. 20. Lotca 1. 2. t. m. 2. disputat. 10. memb. 1. §. *Secundo probatur.* Soarez de Fide, disp. 15. sect. 1. num. 10. Ledesm. 2. tom. summa. tract. 1. cap. 3. concl. 7. Sair. Clau Reg. lib. 2. cap. 9. numer. 15. in fin. Et sapè hanc

ignorantiam contingere tenet Vazq. & Azor, quamuis raro inuenire dicant Banez, Ledesm. & Azor dicto cap. 6. quæst. 7. sibi contrarius. cap. 7. quæst. 3. & cap. 8. quæst. vlt. quos quoad hoc sequi non libet, cum maxime probabile sit, nunquam dubium aliquod concipere, an secta eorum sit erronea, sicut fidelibus communiter loquendo, nullo tempore dubium aduenit, nunquam Fides quam profitentur, vera sit, nec nò, adiuvante ad non verendum id in dubium communi applausu & acceptione illius Fidei ab vniuersis fidelibus.

Imò vt rectè notant Sair. num. 13. Clau Reg. lib. 2. cap. 9. Vazquez 1. 2. tom. 1. disput. 120. cap. 3. num. 9. etiam si aliquibus circa fidem & religionem quam ipsi profitentur, aliqua dubitatio subrepat, satisfacere videntur conscientiæ; si eos qui doctiores apud ipsos habentur, consultant, qui tamen illos potius in suis erroribus confirmant, quam in vera Fide, de qua nihil audierunt; nec villo modo cognoscere valentes, relicto horum consilio teneri ad Deum confugere orando. Et vt rectè aduertit Vazquez 1. 2. disput. 121. cap. 1. in fin. & Azor tom. 1. lib. 8. quæst. 7. cap. 6. Sair. vbi proxime, Soarez de fide disput. 15. sect. 1. numer. 10. adhuc inter Christianos concedi potest, esse non paucos rusticos, qui absque culpa ignorent, aliqua mysteria Fidei ex his, quæ necessaria sunt: quia ab his, quorum curæ mandati sunt, siue patochis, siue parentibus instructi non sunt, nec admoniti, nec ipsi alios adire possunt à quibus doceantur. Si igitur in Christianos inuincibilis admittitur ignorantia, mirum non erit admittendam esse inter hæreticos seu infidèles, licet Fidei notitiam habeant?

Verùm etsi hæc vera sint, maiori tamen expositione indigent, quàm à Doctoribus sint elucidata; opus enim erit, vt teneatur infidelis rusticus Fidei sibi propòsitis assentiri, taliter illius intellectu manere conuictum, quod contrariæ partis nullum habeat iudicium probabile, nec ab intrinseco, quia nullis rationibus probabilibus nititur, nec ab extrinseco, quia autoritate impugnantium Fidem non sulcitur: eo quod clarè videat illorum auctoritatem leuem esse, nequaquam sufficientem ad reddendum securam conscientiam, vt illorum opinio sequi possit. Vnde infero, quod si infidelis probabiliter ab intrinseco, hoc est, per rationes probabiles, iudicat res Fidei esse credendas, contrarium, etiam probabiliter concipiens ab extrinseco, hoc est, ob auctoritatem Doctorum, ad credendum non teneri: sicut enim ad operandum, vel non, fas est cui libet opinionem solum probabilem ab extrinseco sequi, adhuc relicta sibi visa vera; vt dicimus disput. 41. n. 7. vbi Authores referemus: sic enim ad credendum vel non, licitum erit infideli opinionem sibi visam probabilem amplectari adhuc probabiliori neglecta, vt expressè admittit Santius in summa lib. 2. cap. 1. num. 6. Quod optime confirmat D. August. lib. 5. confessio. cap. vlt. cuius verba Hispano idiomate placet referre. *Ni me patria que por esso luego denia seguir la fe catholica por tenor ella tambien varones doctos que la defendiesen, respondiendole doctamente, y copiosamente a sus contrarios, ni tampoco tenia por bastante razon para condenar y tener por malo lo que antes seguia ver que podia ser defendido con yqual apariençia, ansí ello, como su contrario.*

7.

Quo fit, minus rectè dixisse Bañez 2. 2. quæst. 10. art. 1. dub. 3. conclus. 3. & 4. & Ledesm. 2. tom. summ. tract. 1. cap. 5. conclus. 5. & 6. Laymā 1. tom. fol. 202. cap. 10. num. 3. asserentes, teneri infidelem Euangelium credere, si sibi sit propositum tanquam magis credibile, & si sua secta credibilis quoque illi videatur, eo quòd licèt lumen naturale non dicter, quodcunque credibile esse amplectendum, vt in re tanti momenti dicter necessario amplectendum esse, quod credibilis apparet. quamuis in aliis materijs dicter, satis esse amplecti probabilem partem. Hoc, inquam, verum non est, nam sicut in alijs materijs vbi offensa moralis intercedere posset, fatentur ipsam non committi ab operante ex opinione minus probabili, licèt res maximi momenti sit, Deum offendere mortaliter, vel non, sic quoque ab infidelitate excusabitur infidelis non credens, quæctus opinione minus probabili.

8.

Fit quoque, minus rectè dixisse Santium in summ. lib. 2. cap. 1. num. 6. præfatam doctrinam ex Bañez, & Ledesm. veram solum esse in articulo mortis, taliter, quòd infidelis teneatur tunc credere parti magis credibili, atque adeo si Fides sit proposita, vt credibilior, illi fidem dare erit constrictus, quia adueniente mortis articulo non superest iam tempus melius examinanda rei, & ob id tenebitur partem tutiorem amplecti. Quòd verum non est: nam opinio, quæ in salute securam credit conscientiam ad operandum, vel non, tutam quoque reddit in articulo mortis, cum in vitioque tempore æqualiter constringatur homo Deum non offendere. Tum quia, vt dicimus disput. 42. num. 12. inter opiniones in conscientia securas, re vera vna non est securior altera, quoad imputabilitatem: nam supposito, quòd operans iuxta quamlibet, nullum committit peccatum, non magis securus erit operans ex vna, quam ex alia opinione, cum nulla detur maior securitas, quam non peccare: vt dicemus latius disput. 44. num. vlt. Tum, quia, vt dicemus disp. 44. num. 1. quoties fit comparatio vnius opinionis probabilis ad alteram probabiliorē, liberum est cuique minus probabilem sectari ob rationem ibi adductam etiam in materia Sacramentorum: at dum comparatio interuenit inter opinionem & sententiam certam, quando ex omissione sententiæ certæ nobis vel alijs exoriri possit graue damnum, & ex ortu opinionis nullum magnum vitetur nocumentum, ratione charitatis tenemur sententiam certam sectari: at in nostro casu licèt Euangelium proponatur vt credibilis ad salutem æternam comparandam, nunquam tamen proponitur vt medium omnino certum: ob idque charitatis præceptum non cogit illi hæere potius quam oppositæ sectæ. Cum solum constringamur eligere media certa ad nostram salutem, non autem quæ sub dubio & opinione versantur, num certa sint vel non. Sic dicimus disput. 44. num. 13. §. *Rursus*, existentem in articulo mortis depinctum iri ad contritionem conari dum Sacramentum penitentia suscipit. Quia esto probabilis satis sit opinio censens attritionem puratam attritionem sufficere: at id certum non est, sed sub opinione & dubio, in extremis vero media dubia deserere, & certa amplecti sumus obnoxij, nisi propriæ charitati velimus obfistere, non autem in alijs temporibus.

9.

Denique aduertendum, plures esse de facto Sanchez Selecta.

orbis partes, ad quas Euangelij noticia non denegetur, & ob id in illis partibus degeutes maximè excusatos esse ab infidelitatis peccato. Nec obstat Psalmistam dicentem Psalm. 18. *In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum*. Nam non de prædicatione Apostolorum loquebatur ad literam, vt defendit Vazquius infra, & Pereira super Epistol. ad Roman. cap. 10. disputat. 4. num. 15. Caietan. & Sot. super dictam Epistolam, sed de sono calorum, qui apud omnes nationes erat notus: intendit namque in illo Psalmo ostendere Dauid ex operibus naturalibus effectus à Deo, illius gloriam exaltari: & ob id incipit: *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum: & postea subdit, adeo cæli gloriam & potentiam Dei extollunt & magnificant, quòd illorum sonus, id est, cursus & verba eorum, id est, stellæ, quæ tanquam linguæ cælis deseruiunt ad ostendam illorum pulchritudinem, & consequenter Artificis peritiam & excellentiam, in omnem terram, & apud omnes nationes sit notus: & in hoc sensu literali, & non solum in mystico adduci huiusmodi verba à D. Paul. ad Roman. 10. Sequitur Iansen. dicto cap. 10. & defendit Vazquez 1. part. disput. 97. cap. 5. num. 29. nam cum dixisset D. Paul. *Quicumque invocauerit nomen Domini, saluus erit: & quomodo invocabunt eum in quem non crediderunt? proponit statim excusationem: Quomodo credent, si non audierunt, aut quomodo audient, sine predicante? statim tamen excludit hanc excusationem, dicens: Et quidem in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum*. Quali dicat D. Paul. Excusare se non intendant gentiles, quòd verum Deum naturæ authorem non adorent, ex eo videlicet, quòd illius notitiam non sint adepti: non inquam, ex hoc excusentur, quia vnum esse tantum Deum, eumque adorandum lumine naturæ adeo notum est, quòd cæli ipsi id ostendant, cum ipsi ab alio, quam à vero Deo effici non potuissent, eumque cælum & eius sonum, hoc est, cursum, & verba eorum, hoc est, stellæ, omnes nationes intueantur, sit, ait D. Paul. ex nullo capite excusari posse gentiles, quòd verum Deum non colant.*

10.

Præterea quamuis daremus Euangelium fuisse prædicatum in omnibus orbis prouincijs, affirmari non potest fuisse singulis hominibus, & personis sufficienter propositum, vt rectè notauit D. Thom. super Epistol. ad Roman. cap. 10. & docet Soar. tom. de Fide, disput. 17. sect. 1. num. 13. & tradit D. Augustinus Epistol. 80. Anselm. super Matth. cap. 24. Imò quamuis aliquando daremus fuisse singulis personis sufficienter propositum, posset obliuioni esse tradita propositio Euangelij, taliter, quòd inculpabiliter se gererent, non credentes, cum non statim, & in tempore metaphysico, quo aliquis apprehendit sufficientiam propositæ Fidei, teneatur credere. Vnde in illo intervallo temporis potuit infidelis obliuisci omnino factæ propositionis quoad rationes in singulari, sed solum tenetur in tempore morali, ita vt in re tanti momenti non reputetur notabilis mora arbitrio prudentis ad amplectendam Fidem: sic expressè Sanchez in summ. lib. 2. cap. 1. num. 3. Valent. 2. 2. disput. 1. quæst. 2. punct. 5. Azor tom. 1. lib. 8. cap. 27. quæst. 8. Suarez tom. de fide, disput. 13. sect. 5. num. 5. Indirectè videri posset alicui esse voluntariam infidelitatem infidelis, nam si

ipse naturæ legem seruaret, Deus lumine supernaturali suum intellectum illustraret, indeque fidem nancisceretur. At qui omittit efficere aliquid ad quod tenetur, effectus subsequutus est illi voluntarius, vt dicemus disput. 21. num. 5. & sequentibus; teneri autem infidelem ad legis naturalis obseruationem, nisi cæcus dubitabit. Sed nec ob id esse voluntariam infidelitatem erit manifestum. Nam vt optimè animaduertit Cornijo 1. 2. tom. 1. tract. 4. disput. 1. dub. vlt. vt aliquid sit voluntarium indirectè & imputabiliter non sufficit remota quædam obligatio, at obligatio ad seruandam naturæ legem non est proxima obligatio ad tollendam ipsam infidelitatem, cum proxima dispositio sit aut interior à Deo illustratio, aut fidei auditio, vel planum miraculum in eius testimonium, vt communiter fatentur Doctores in materia de fide. Sed inquires, quando censendum sit infidelem seruare naturæ legem, vt à Deo illuminetur? Si quidem ille actum studiosè viuendi habeat, tum illuminabitur, licet occasio seruandi præcepta non se obtulerit: nam in illo proposito omnium mandatorum impletio virtualiter continetur. Si verò huiusmodi actum non habeat, sed per occasiones occurrentes præ-

cepta naturalia seruet, difficilior erit assignare quando sit illuminandus: cum possit tempus viginti annorum elabi absque eo quod omnium præceptorum occasiones fuerint oblata. Sed in primis supponamus præcepta negatiua, satis impleri per negationem actus; ex eo enim quod quis nunquam occiderit, aut non fornicatus fuerit, implet satis hæc mandata, quamuis non fuerint oblata occasiones occidendi, & fornicandi, & ab illis abstinuerit, inter decem præcepta naturalia, solum præceptum sanctificandi festa, & honorandi parentes sunt affirmatiua, præceptum sanctificandi qualiter hebdomada occurrebat, cum exemplo Dei septimo die requiescente, finimus in quacumque lege etiam naturæ septimo die à laboribus cessare. Mandatum autem de parentum honoratione vel non post multum temporis se offerret, vel saltem eius impletio in animi præparatione contineretur. Nec credendum est multum temporis elapsurum absque eo quod infidelis proponeret actus, mandatum illud obseruare, si occasio occurrere se offerret. Quo denique sit non opus esse longos expectare dies vt illuminaretur infidelis, seruata semel lege natura.



## DISPUTATIO VIGESIMA,

Num iuramenta omnino indeliberata orta ex praua consuetudine iurandi peccata sint in se, vel saltem in causa?

### SUMMARIUM.

*Quàm utilis sit disputatio tam confessarijs, quam penitentibus, num. 1.*

*Non satis Doctores hactenus explicarunt, an sint peccata iuramenta indeliberata ex praua consuetudine orta? n. 2. 3. & 4.*

*Autoris iudicium, n. 5. & 6.*

*Doctores afferentes negandam esse absolutionem habenti consuetudinem iurandi, intelligendi sunt de habente consuetudinem iurandi ex aduerentia, num. 7.*



**V** T I I S est hæc disputatio tam confessarijs, quam penitentibus, eò quod iuramenta maximè frequentia sint; expedietque maximè scire, num sint peccata, vel non: nec etiam in causa, ne grauentur penitentes à confessarijs putantibus scelera esse illa, quæ peccata non sunt.

Aduertendum autem non satis Doctores explicauit, quam ratione impuratur ad culpam iuramentum, habenti consuetudinem iurandi, absque indagatione sitne verum vel falsum quod iuratur; absque vlla distinctione censentes iuramentum ab habente huiusmodi consuetudinem peccatum esse; cum distinguere debeant ad scopum veritatis attingendum. Nam si iurans falsum, etiam ex consuetudine, actu non recorderetur, nec aduerterat, quod res iuramento attestata sit falsa, vel saltem dubius maneat de veritate ipsius, nullum peccatum committet, quia iuramentum

inconsideratum est actus naturalis. Et iuramentum indeliberatum omnino, nullum peccatum esse in se ipso, nec veniale, nec mortale, docet D. Thom. 2. 2. quæst. 89. art. 3. ad 1. Durand. in 3. distinct. 39. quæst. 5. num. 6. Ricard. ibid. artic. 3. quæst. 1. Paludan. quæst. 2. art. 1. Maior. in 3. distinct. 39. quæst. 4. in princip. in 3. conclus. & in 2. probat. eius conclus. & in solut. ad 2. contra 3. conclus. Scot. in 3. distinct. 39. quæst. vnic. artic. 1. in fin. Antonin. 2. part. tit. 10. cap. 7. §. 1. immediate ante versic. *Tribus autem modis.* Suarez tom. de Relig. tractat. de iurament. lib. 3. cap. 7. à num. 3. vsque ad 8. Et loquens de blasphemia docet idem, tom. 1. de Relig. tract. 3. lib. 1. de irreligiosis. cap. 6. n. 2. Syluester verb. *Blasphemia*, quæst. 4. Sa verb. *Blasphemia*, in fin. Sanchez in summa, lib. 2. cap. 5. num. 28.

Nec ex eo, quod ex antiqua consuetudine iurandi, illud iuramentum ortum habeat, inferri debet, quod sit peccatum in se ipso: sicut habenti consuetudinem occidendi homines in ebrietate constituto, homicidium peccatum nequaquam in se ipso est, cum nec sit actio humana, vtpote ab ebrio, sed solum est effectus peccati, vt docent Adrian. in 4. quæst. 3. de Eucharist. quæst. incipit, *Vterius*, in solut. 7. argumenti, Maior. in 4. distinct. 9. quæst. 2. præsertim conclus. 4. & distinct. 17. quæst. 8. conclus. 4. Alexand. 2. p. q. 113. numer. 7. Vazquez 1. 2. tom. 1. disputat. 24. cap. 2. & 3. Sanchez in summa, lib. 1. cap. 16. numer. 45. Suarez 12. tom. de Religio. lib. 5. de iurament. cap. 7. numer. 7. Paludan. quæst. 3. in 4. distinct. 9. Lessius de iustitia, & iure, lib. 4. cap. 3. dub. 3. numero

meto 26. & indicat Gabr. in 2. distinct. 22. quæst. 2. art. 2. post 3. conclus. Granada 1. 2. de peccatis, tractat. 4. disput. 3. num. 7. Layman 1. tom. tract. 2. cap. 3. num. 5. quamvis esse peccatum in se ipso occisionem ab ebrio factam, & non solum quando se inebriavit doceant Caictan. Contad. Medin. 1. 2. quæst. 71. & quæst. 77. art. 7. Valent. 1. 2. disput. 6. quæst. 1. punct. 4. dub. 3. Lorca disput. 7. Durand. in 2. distinct. 35. quæst. 1. num. 6. Soto in 4. distinct. 12. quæst. 1. art. 7. Cornejo 1. 2. tract. 7. disput. 3. dub. 13. Salas 1. 2. sect. 9. num. 109. qui plures refert. Imò iuramentum in consideratum ex consuetudine oritū, efficax argumentum est ab illo non posse ita facile cessari: ob consuetudinem enim non est homo potentior ad aduertendum, imò minùs, vt notauit Sanchez in summ. lib. 3. cap. 5. num. 28. & num. 19. in princip. sibi contrarius num. 31.

4. At dices, ebrio impatari homicidium in causa, scilicet, quando se inebriat, licet non quando committitur. Igitur & iuramentum inconsideratum, licet non imputetur quando actu sit, bene tamen in causa, quando recordatur iurans suæ prauæ consuetudinis, & non proponit illius emendationem; aduertens illum prauum vsum iurandi eouque peruenisse, vt sit proxima & moralis occasio incendiendi in plurima iuramenta indeliberata. Quo euentu iuramenta indeliberata etiam omnino, & non solum semideliberata, admittit Sanchez in summ. lib. 3. cap. 5. num. 32. esse lethalia, & voluntaria in causa, & docent omnes DD. allegati num. 2. & Ludouicus de Granada *en guía de peccadores* 2. lib. cap. 11. Layman tract. 2. tom. 1. cap. 3. num. 6.

### Authoris iudicium.

5. Minimè tamen ego iuramenta falsa indeliberata, esse scelera in causa censeo: cuius erit ratio solutio obiectionis, quæ non obest. Nam homicidium ex sui natura est malum, siue fiat modo humano, vel non, licet ad culpam non imputetur nisi videnti ratione: non enim requirit scientiam ex parte obiecti, sed solum ex parte actus, vt actus sit liber, vt notauit Torres 2. 2. disput. 55. dub. 2. ferè in fine. At iuramentum non solum ad culpam non imputatur, nisi fiat cum rationis vsu, verum nec de se malum est: iuramentum namque essentialiter non est tale, nisi fiat cum vsu rationis, sicut nec blasphemia, nec hæresis, maledictio, aut contumelia essentialiter non est talis nisi cum ratione committatur. Sunt enim aliqua genera peccatorum, quorum essentia consistit in eo quòd cum rationis vsu patrentur, vt Sanchez lib. 2. summ. cap. 8. num. 24. & lib. 1. c. 16. num. 44. Vazquez 1. 2. tom. 1. disp. 127. cap. 3. num. 11. Torres 2. 2. disput. 55. dub. 2. §. *Pluribus ex doctrina tradita*. Montef. 1. 2. tom. 2. quæst. 76. art. 5. quæst. 9. num. 138. Hæc sanè peccata ex parte sui obiecti scientiam requirunt. Maior in 4. distinct. 17. quæst. 8. conclus. 4. Ledesm. 2. tom. summ. tract. 1. cap. 6. difficult. 5. ob quod asserunt, expertum se in ebrietate hæreses profiteri, excommunicationem non incurrere, licet asserat Ledesm. se aliquando contrarium tanquam certum tenuisse, modò oppositum probabilius putans. In homicidio enim materialis tora essentia homicidij reperitur, scilicet priuare hominem vita; sed hæ-

resis essentia solum reperitur in eo, quòd quis videns & sciens articulis diuinæ Fidei contradicat, vt D. Thom. 2. 2. quæst. 11. art. 2. ad 3. & ibi Caietanus, Canus lib. 12. de locis, cap. 9. col. 2. versic. *illud deinde consecrarium est*. Castro lib. 1. de iusta hæret. punit. cap. 9. & lib. 2. cap. 18. Nauarr. in summ. cap. 11. Hispanè num. 17. Latine num. 22. Torres de Trinit. quæst. 32. art. 4. in 2. part. comment. assert. 2. Sanchez in summa, lib. 2. cap. 17. num. 20. Corduba lib. 1. quæst. 17. §. Azor tom. 1. lib. 1. quæst. 9. cap. 14. Vazquez 1. 2. quæst. 75. art. 3. disput. 126. cap. 2. Henric. lib. 13. de excommunicat. cap. 17. num. 31. in comment. lit. Z. Manuel 1. tom. summæ, 2. edit. num. 84. Tolet. in summa in Bull. Cœn. excomm. 1. num. 6. & lib. 4. cap. 3. num. 7. Bañez 2. 2. quæst. 11. art. 2. col. 3. col. 2. Arag. ead. quæst. art. 1. col. 7. versic. *Dico secundò*, Zúnel 1. 2. quæst. 76. art. 4. disput. 1. paulo ante 5. concl. Ledesm. 2. part. summæ tract. 1. cap. 6. conclus. 4. Sair. Clau Regia lib. 2. cap. 9. num. 34. Torres 2. 2. disputat. 55. dub. 2. Alexand. 2. part. quæst. 161. memb. 1. Durand. in 4. distinct. 13. q. 5. num. 6. Paludan. dicta quæst. 3. art. 1. conclus. 1. Gabr. quæst. 2. art. 1. nor. 3. Syluest. verb. *Hæresis*, in princip. Armilla eod. tit. num. 1. & 2. Item cum conuitium, seu contumelia in iniuriam conuerti non cedat, nisi ab viente ratione proferatur, vt expressis verbis docet Vazquez 1. 2. tom. 1. disp. 127. c. 3. num. 21. Sanchez in summ. lib. 1. c. 16. numer. 44. Montef. 1. 2. tom. 2. quæst. 76. art. 4. quæst. 9. num. 138. Fit in ebrietate expertum se hæreses, seu conuitia in Deum proferre, in creaturas maledictiones, reatum horum peccatorum non incurrere etiam in causa, scilicet, quando sit ebrius, cum rectè noscat, blasphemias, hæreses, & maledictiones peccata minimè fore, nisi tempore vsus rationis proferatur. Quòd si eo sine vinum vsque ad ebrietatem sumat, vt hæreses, seu maledictiones in ebrietate proferat, reus efficitur horum peccatorum ob deprauatam illam voluntatem; cum hoc tamen discrimine, quòd volenti se inebriare cum intentione occidendi in ebrietate, imputatur verè homicidium in illa voluntate se inebriandi, vt occidat, cum homicidium factum in ebrietate verè sit homicidium. At volens hæres proferre in ebrietate, blasphemias, seu maledictiones, non vult illud quòd reuera hæresis est, blasphemia, seu maledictio; ob quòd crimina hæresis, maledictionis, &c. velle non dicitur, solumque voluntas illa deprauata se inebriandi ad dicendas hæreses, peccatum contra Fidem erit; non quidem hæresis, sed infidelitatis, ex praua affectione ad Fidem. Vel hæresim reducitè possemus appellare, eo modo quo ignorantiam Fidei peccatum hæresis reductiue appellat Canariensis relatus à Sanchez in summ. lib. 2. cap. 7. num. 24. cuius tuetur sententiam. Docet etiam Torres 2. 2. disput. 55. dub. 2. in fin. Cordub. quæst. 17. §. 7. versic. *Ex quo sequitur*. Canus de locis, lib. 12. cap. 9. col. 3. versic. *Quibus argumentis*, Valent. disput. 1. quæst. 11. punct. 1. difficult. in solut. ad confirmat. 1. & ad 3. licet contrarium doceat Vazquez 1. 2. disp. 126. cap. 3. num. 9. §. *Cæcorum queret aliquis*. Contumeliæ etiam voluntas in ebrietate dicendæ non peccatum contra iustitiam, sed odij in proximum esse, facile quisque sibi persuasum habebit. Cum enim contumelia peccatum iniustitiæ non sit, nec in dedecus contumelia affecti cedat, nisi à rationis

comprobat dicatur, sic nec in iniuriam aut dedecus Dei cedit, illum testem falsitatis adducere, nisi ab rationis comprobat adducatur: nec peccatum perituri erit, vt expressis verbis docet Vazquez 1.2. tomo 1. disp. 127. num. 11. cap. 3, Montel. 1.2. tomo 2. quaest. 76. art. 4. quaest. 9. num. 138. Irrogabit ne aliquam iniuriam mihi insanus, aut ebrius, eo quod dicat me aliquid vidisse, cuius testimonium feram, quod tamen nequaquam vidit? Nihil minus; contemniam eum, miserando potius infirmitatis ipsius, quam iniuriae mihi inflictae, quae sane nulla fuit. Est enim de ratione iniuriae, vt ab offensore rationis capace oriatur. Quo fit iuramentum indeliberatum omnino, etiam ab habente consuetudinem iurandi, ne quidem veniale peccatum esse in causa scilicet in consuetudine constituite iurantem in proxima occasione incidendi in iuramenta indeliberata. Nam cum dictum sit iam, iuramenta indeliberata omnino, non inferre iniuriam Deo, velle ea in causa scilicet in consuetudine iurandi, non erit velle quod essentialiter malum est, nec iniuriosum Deo. Sicut velle haereses proferre in ebrietate, aut contumelias iacere, peccatum haeresis, aut iniustitiae non est: sic nec peccatum perituri erit velle indeliberate pietate, vt Vazquez 1. 2. tom. 1. disput. 127. cap. 3. num. 11. Sed ad summum erit contra veritatem, & rectam infectionem ipsius, constitui in morali occasione, falsa dicendi; nunquam tamen erit contra religionem. Porerit etiam aliquando contra iustitiam esse, si iutans cognoscat ex consuetudine sua iurandi indeliberata iuramenta emanare in tertiae personae damnus, quae ipse nequaquam retractat.

¶ Ex quibus deducitur, quod dum aliquis se inebriat animo iactandi contumelias, blasphemias, aut iuramenta falsa tempore ebrietatis, si in eo ea iactet, non tenetur confiteri se illa iactasse, sed satis erit explicare se inebriasse animo illo. Nam vt probatum satis est, illa dicere tempore ebrietatis, peccata non sunt, sed ad summum erunt effectus peccati, quos fateri non tenetur.

Ex quo vltimate colligitur, iuramenta omnino indeliberata orta ex consuetudine iurandi, nec in seipsis esse peccata, nec in sua causa: sicut contumelia praeuisa ab ebrio dicenda in ebrietate, nec in se, nec in sua causa peccatum contumeliae est, vt potest ex sui natura requirere, quod a ratione vrente proferatur. Filiucius 2. tomo, tract. 25. cap. 10. num. 317. limitat tamen bene Montel. 1.2. tom. 2. quaest. 76. art. 4. quaest. 9. num. 138. quod quamuis ex verbis, aut operibus contumeliosis ebriorum, ratione sui non sequatur nocentum aliquod; tamen propter audientes qui possunt concipere suspensionem contra famam aliorum, possunt esse peccatum in istis quando sunt praeuisa ante ebrietatem: & idem dicit de blasphemia, si audientes inducerentur ad errandum in Fide. Aduerte tamen tunc non interuenire proprie peccatum blasphemiae, aut contumeliae, sed scelus inductionis contra Fidem, & peccatum infamationis proximi.

Nec inde sequitur dari occasionem, vt iurandi consuetudo, absque indagine sit ne verum, vel falsum, quod iuratur, pravi pendatur ab hominibus scientibus peccatum non committi, nec in se, nec in sua causa in iuramento indeliberato;

nam consuetudo iurandi falso, aut absque indagine sit ne verum, vel falsum quod iuratur, vt culpabilis sit, debet acquiri iuramenti falsis ex aduertentia, quod reprehensione dignum est, vt pote peccatum. Si vero homo consuetudinem haberet iurandi falso inaduertenter ex contrinatis falsis iuramentis inconsideratis, talis consuetudo culpabilis non esset, sicut nec actus, quibus fuit genita: per accidens tamen posset esse peccatum ratione scandali & mali exempli, quo audientes falsa iuramenta cognoscentes esse falsa, occasione rapetent ad similiter falso iurandum; ignotantes etiam iurantem illum, a quomalam desumunt exemplum, indeliberate iurare, imò credentes ex plena deliberatione iuramenta prodire.

Hinc deducito, Doctores asserentes negandam esse absolutionem habenti consuetudinem iurandi, absque indagatione sit ne verum, vel falsum quod iuratur, intelligendos solum esse de habente consuetudinem iurandi cum aduertentia, & aduertenter omittendi indagacionem; cum tunc quodlibet iuramentum peccatum sit: non autem quando inaduertenter proferuntur iuramenta, cum tunc non sunt peccata, quantumcumque ex pessimo vsu iurandi nascantur; quicquid in contrarium doceant Gab. in 3. distinct. 39. quaest. 2. art. 2. conclus. 1. Caietan. 2.2. quaest. 89. artic. 3. in fin. Nauarr. in vtraque summ. cap. 12. num. 6. Valent. 2.2. disp. 6. quaest. 7. punct. 3. pauld ante fin. Sair. in Clau Regia, lib. 5. cap. 5. num. 10. Caietan. in summ. verb. perituri, cap. 1. & ibi Armill. num. 1. Angles 2. part. quaest. vnic. de voto, art. 1. difficult. 3. conclus. 2. vel. Hinc qui iurandi, &c. Et loquens de blasphemia Tolerus lib. 4. c. 13. numer. 7. dicit esse blasphemiam mortalem dictam inaduertenter ab assueto blasphemare, nec curanti consuetudinem extirpare. Et minus crede Ledesma 2. tom. summ. 11. tract. 1. 1. cap. 5. dub. 5. dicto 2. Valent. 2.2. disput. 6. quaest. 7. punct. 3. column. antepen. Sair. Clau Regia, lib. 5. cap. 5. num. 10. fin. Manuel Rodríguez 1. part. summ. cap. 91. numer. 11. §. *Adiso para los confesores*, docentibus, fore mortale iuramentum inconsideratum, ortum habens ex consuetudine iurandi veritatem, & cauendi perituri, cum consuetudine tamen mentiendi absque iuramento, propter periculum coniungendi iuramenta cum mendacio. At in hoc decipiuntur: consuetudo enim vnius contraria est alterius consuetudini, & consuetudo vitandi perituri vigil est ad non coniungendum mendacium cum iuramento. Negare veto, seu differre absolutionem) quod idem est) vt contra Azorium & alios probauimus disput. 9. num. 13. procedit secundum mentem docentium, habenti consuetudinem peccandi negandam, seu differendam fore absolutionem. At ex nostra sententia quam retulimus disputat illa 9. num. 6. vbi resoluimus habenti consuetudinem iurandi negandam non fore; consequenter dicendum erit, habenti consuetudinem iurandi, & aduertenter omittendi indagacionem veritatis, negandam non esse, si proponat firmiter emendationem.

\*\*

## DISPUT. VIGESIMAPRIMA

An requiratur expressa voluntas consentiens moribus sensualitatis, ad hoc ut sint peccata, vel sufficiat non consentire, nec respuere, negativè scilicet se habendo?

## SUMMARIUM.

*Status controversia delectatur, num. 1.*

*Prima sententia, num. 2.*

*Authoris iudicium, num. 3.*

*Responsio ad fundamentum adversæ sententiæ, num. 4. & 5.*

*Sensiens ventrem motum absque periculo consentiendi non tenetur aliò diuertere cogitationem, nec localiter se movere, à num. 6. usque ad 12. inclusivè.*

*Nec uno vel alio modo accubans tenebitur situm mutare, etsi timeat pollutionem, dum tamen absit periculum consentiendi, num. 13.*

*Vtilis doctrina pro veneris motibus non incurrendis servanda, num. 14.*

*Quodlibet peccatum mortale in genere luxuria non est causa efficaciter influens in pollutionem, contra Thomam Sanchez & alios, & ideo pollutio ex illa causa edueniens in somnis non est necessario consentienda, num. 15. 16. 17. & 18.*

*Magni emolumenti doctrina, num. 19. & 20.*

*Quando veneria delectatio notabilis est, & periculum in eam consentiendi, peccat mortaliter non curans diuertere, ac venialiter solum si modica sit & ex obiecto, num. 21.*

*Quomodo sit cognoscendum, quando delectatio sit modica, vel notabilis, num. 22.*

*Alia ratio unde dignosci possit levis, vel gravitas carnalis delectationis, num. 23.*

*Obiecta difficilis adversus conclusionem, num. 3. allatam, num. 24.*

*Quid respondeant Doctores, num. 25.*

*Coniux se carnaliter delectans in absentia alterius coniugis minime peccat, num. 26.*

*Peccant tamen vidua, & sponsus de futuro, capientes delectationem veneriam de præterita copula, vel de futura, num. 27.*

*Ratio qua pollutio voluntaria sit intrinsicè mala adducitur ex alijs Authoribus: quæ rejicitur, & tandem quid Author sentiat, explicatur à n. 28. usque ad 29. inclusivè.*



**I**tem dictum sit disputatione 18. aduertentiam ex parte intellectus, & consensum ex parte voluntatis requiri ad peccatum; dubitabit quis, num sicut ex parte intellectus requiritur expressa aduertentia ad reatum peccati incurrendum, requiratur etiam ex parte voluntatis expressus consensus ad hoc, ut motus appetitus sensitivi plena aduertentia perseverans peccatum sit; vel sufficiat, voluntatem negativè se habere circa motum, nec admittendo, nec respuendo. Supponendum item est ad plenam in-

telligentiam ferè omnium quæ dicenda sunt in disputatione, veneriam delectationem esse motum quendam carnis inclinantem ex sui natura ad explendam libidinem media pollutione vel fornicatione, hoc est ad experiendum carnis gustum, contra rationem oppositum distantem, vnicò verbo id dicamus, inclinantem ad hoc ut bonum delectabile honesto præferatur.

Primo sufficere ad peccandum voluntatem non reprimere motum appetitus, dum possit, docet D. Thomas 1. 2. quæst. 74. art. 6. tribuens peccatum voluntati, vel imperanti illicitas passiones, vel non reprimenti. Consentitunt Vazquez 1. 2. disput. 108. cap. 2. Pesant. 1. 2. quæst. 74. art. 16. disput. 5. Valent 1. 2. disput. 6. quæst. 4. punct. 3. Azor tom. 1. lib. 4. cap. 6. quæst. 5. Sayr. Clauj Regia, lib. 8. cap. 7. num. 3. Lessius lib. 4. de iustit. cap. 3. num. 117 Zumel 1. 2. quæst. 74. artic. 8. disput. 2. Montel. 1. 2. tom. 2. quæst. 74. art. 8. quæst. 2. n. 32. Curiel. 1. 2. quæst. 74. art. 8. dub. 2. conclus. 1. & 2. Mattinez 1. 2. tom. 2. quæst. 74. art. 8. 2. part. tractatus delectat. morose, dubio 1. conclus. 3. Coriolanus de casibus reservatis, part. 2. num. 8. fol. 767. Torres opuscul. fol. 567. Est enim motus concupiscentiæ de se inordinatus, & homini ut homini repugnans, quem non solum obligari æquum est eum non amplectari, nec in eo consentire; verum illi resistere, ne perdat. Et ut acutè satis notavit Pesant. 1. 2. quæst. 74. art. 10. disput. 5. in fin. Quæcumque turpis & obscœna delectatio appetitus sensitivi per se allicit voluntatem ad consensum, quæ nisi auxilio Divino staret, sine dubio caderet. Ad permittere hominem in se illud, quod de se inducit ad lapsum, dissonum rationi est; aliàs licitum esset se periculo labendi in peccatum exponere absque causa & necessitate: quod falsum esse diximus disput. 10. numero 8. Castitatis equidem virtus passiones corporis moderati, tanquam obiectum proprium respicit, ut innuit D. Thomas 2. 2. quæst. 151. art. 2. & ibi interpretes. Vnde hominem videntem in se ipso motus insurgere adversus castitatem, & non reprimentem, à castitatis virtute recedere liquidò constat: dum in pugna inter castitatem & appetitum, minimè stet à parte castitatis, pugnando contra insurgentes motus: aliàs liberè posset homo manere in magna delectatione sensus absque villo peccato; & ita castitatis virtus non ad moderandas passiones appetitus esset instituta, sed solum ad cohibendum, ne voluntas in veneris consentiat; quod tamen nullus admittit. Voluntas enim de se facilis est, ad non consentiendum veneris delectationibus, nisi ab appetitu induceretur ad consentiendum. Vnde D. Thom. 1. 2. quæst. 60. art. 2. & quæst. 36. art. 6. & quæst. 56.

artic. 4. alias ponit virtutes in ordine ad operationes, alias in ordine ad passiones. Quæ enim ponuntur in ordine ad operationes, versantur in ordine ad alium, vt iustitia, & eius subiectiua partes, vt pietas in ordine ad parentes, obseruantia ad dominos, &c. & hæc in voluntate subieciuntur ad reddendam illam facilem ad beneficiendum aliis: nec indiget habitu reddendi se facilem & promptam ad sibi metipsi beneficiendum, cum ad hoc natura sua sit inclinata. Cum verò passionibus suis voluntati resistat appetitus, ille ipse indiget habitu moderante passionis: vt optime notauit Vazquez 1. 2. tom. 1. disp. 85. num. 23. aduertens, virtutem castitatis delectationes tam internas voluntatis, quam externas appetitus comprimere, & moderari.

### Authoris iudicium.

**H**abens delectationem veneream, cessante tamen periculo consensus in eam, vel periculo in pollutionem consensus, nullo modo peccabit, ne quidem venialiter, si solum permittat appetitum delectari, negatiue se habendo: præsertim si teneat displicentiam in voluntate, quæ licet quantum ad reprimendum appetitum, actus inefficax sit, quantum ad cohibendum tamen liberum voluntatis consensum, efficax existit: vt acurè satis (sicut omnia) animaduertit Sanchez in summ. lib. 1. cap. 2. num. 3. Nam etsi voluntas regeat appetitum teneatur, obligationi sufficienter satisfacit, gubernando ne rapiat voluntatem, vt consentiat, vt ibidem Sanchez num. 3. in fine, licet ipse admitrat, fore peccatum veniale, non resistere; quia ad id homo secundum quid obligatur: quod non credo: nam præceptum positum sub veniali ad resistendum, totum ordinatur ne homo consentiat in delectationem. Igitur non consentiendo, adimplet præceptum non annuenti, & etiam præceptum resistendi: cum superflue præciperetur resistencia, quando absque illa non consentiret homo delectationi. Sicut nec peccaret venialiter qui non assentiretur tentationibus, licet nullo modo, aut saltem tepide resistisset: nisi ex non resistendo periculum consentiendi incurteret; & tunc etiam mortale esset, si materia esset gravis.

Et necessum esse, voluntatem positiuè consentire propriæ delectationi ad hoc saltem, quod peccatū mortale sit, docent Adrian. in 4. quæst. 5. de Eucharist. §. 2. Caietan. in summa, verb. *Delectatio*, versic. *Magna tamen hic*, Armilla eodem tit. numero 2. Et eam sententiam indicat Nauart. in summa, cap. 16. num. 9. Aduertunt tamen prædicti Authores, peccatum non futurum esse, si nec admittat, nec respuat voluntas motum sensitiui appetitus, dum absque periculo expressè consentiendi, sed solum finat appetitum delectari: & id faciat voluntas, motus parui pendens, & nihil de illis curans. Quam etiam docet D. Thom. de veritate, quæst. 15. art. 4. ad 10. D. Bonauent. in 2. distinct. 24. in 2. part. num. 50. & art. 2. quæst. 2. num. 75. vbi addit, etiam cum consensus periculo non esse certum esse mortale, quando adest displicentia de delectatione: cui non assentior: tum quia periculum consentiendi præuidere, & illud nolle amouere non secum paritur displicentiam de habita delectatione: tum quia pericu-

lum peccandi admittentem absque causa, delectatione diximus disput. 10. num. 8. Gerson 2. part. tractat. de delectat. moros. Alphabet. 30. lit. C. Rosel. verb. *Delectatio*, num. 2. Armill. num. 2. & verb. *Cogitatio*, num. 3. Tabien. quæst. 6. Soto in 4. distinct. 12. quæst. 1. art. 7. conclus. 1. Nauart. in summa, cap. 11. num. 12. versic. 4. Cordubens. libro 1. quæst. 23. dubio 10. ad 7. Alcozer in summa, cap. 5. conclus. 11. cap. 20. fol. 72. versicil. *Et delectatio*, Sanchez in summa, lib. 1. cap. 2. numero 13. reputans hanc opinionem in rigore metaphisico probabiliorem, & in praxi satis probabilem: præsertim si habens delectationem, habeat formalem displicentiam; quæ licet quantum ad reprimendum appetitum sit actus inefficax, quantum ad cohibendum tamen liberum voluntatis consensum, est efficax, & lib. 9. de matrimo. disput. 45. num. 25. Medina 1. 2. quæst. 74. artic. 6. document. 5. fol. 675. Tolet. lib. 5. cap. 14. numero penult. Rodriguez 1. tom. summ. 2. edit. cap. 21. num. 1. & 3. Angel. verb. *Cogitatio*, num. 2. Herrera in 2. disput. 33. de peccatis, quæst. 7. conclus. 1. Lorca 1. 2. tom. 2. disput. 28. membro 2. & disput. 24. fine, Conrad. in summa, quæst. 50. Rodriguez verb. *Luxuria*, cap. 194. conclus. 1. Vega, verb. *Delectatio*, casu 1. & 2. Lopez 1. parte instruct. cap. 2. versic. *Quinto modo*, & 74. §. penultim. & cap. 75. §. *Imo*, & §. *Ad sententiam Medina*, Ledesma part. 1. 4. quæst. 12. artic. 7. conclus. 9. Marfil. in 2. quæst. 16. artic. 1. ad primam rationem, Conrad. 1. 2. quæst. 74. articulo 6. notab. 3. 4. & 5. Syluest. verb. *Delectatio*, quæst. 1. num. 2. Anton. Maurus in summa. Corona, cap. 1. num. 26. Granada 1. 2. fol. 116. num. 2. & probabile reputat Layman 1. tom. tractat. 3. cap. 6. num. 7. Medicis in summa. part. 2. cap. 21. Rainet. versic. *Delectatio*, cap. 9. Tarant. in 2. distinct. 24. Angelus cap. 6. moral. §. 5. & Salas consentire videtur huic opinio 1. 2. tom. 2. quæst. 74. tractat. 13. disput. 6. sect. 3. num. 19. in fine, qui licet asserat se iudicium nolle ferre super hanc rem, sed aliis arbitrandam relinquat, ex ante tamen dictis deducitur huius esse opinionis. ¶ Imò nec etiam veniale esse, negatiue se habere circa venetas delectationes ablente periculo consentiendi, docent Alensis 1. part. quæst. 108. alias 125. membr. 7. Bonauent. in 2. distinct. 24. parte 1. artic. 2. quæst. 2. & idem docuisse plerosque Theologos, & inter illos Victoriam, docet Zummel 1. 2. quæst. 74. quam ipse fateri videtur, & censet probabile Salas 1. 2. tom. 2. quæst. 74. tractat. 1. 3. disput. 6. sect. 3. num. 30. & docent quoque aliqui ex supra adductis: qui quamuis expressis verbis, non asserant, non esse veniale negatiue se habere in delectationibus, ex illorum verbis colligunt. Et sanè si obligatio positiuè resistendi admittenda est, potius sub mortali, quam sub veniali erit.

Nec aduersæ sententiæ fundamentum obest: nam vt traditum est iam numero præced. sufficienter voluntas appetitum dirigit non consentiendo operi eius: nec obistere tenebitur homo appetitui motui, ne perseueret, nisi timeat periculum consentiendi, nec contra castitatem operabitur si non consentiat, quæ ad moderandas passiones appetitus est instituta; quas moderatur illis consensum non exhibendo. Neque ob id castitatis habitus in voluntate erit constituendus, sed in appetitu sensitiuo, vt promptus, & facili-

lis reddatur ad ita leniter, & moderatè passionibus suis utendum, quòd ipsa voluntas superior semper maneat, non absolutè solùm (nam hoc modo respectu consensus in quacumque actione semper superior manet) sed etiam facilis ad non consentiendum. Mirorque meritò Vazquez ex vna parte arbitrantem dari in indiniduo actum indifferentem, vt diximus disput. 4. num. 1. & disput. 7. num. 10. censere ex alia constrictam reddi voluntatem appetitus morum positivè reprimere: sicut enim appetitus motus de se indifferens est, vt diximus disput. 2. num. 2. quam ratione voluntas absque peccato non poterit illum cum indifferentia relinquere, non constituendo honestum finem, quod per repressionem apponi intelligimus? Præterquam quòd quid minus est voluntatem negativè se habere in non reprimendo actum appetitus, quam positivè velle operari actum indifferentem.

Nec dicetur voluntatem virtualiter velle, & approbare sensualitatis motum, dum non reprimat, & possit: nam ad hoc vt voluntas aliquid velle dicatur indirectè, requiruntur tria; videlicet quòd possit opus agere, quod non agat, & teneatur agere: vt D. Thom. 1. 2. quæst. 6. art. 3; sibi Caietan. Medina, Zumel, Vazquez, Curiel dub. 2. §. 3. Valent. 1. 2. disput. 5. num. 1. Salas disput. 1. sect. 4. tract. 1. Montef. 1. 2. disput. 9. quæst. 5. num. 87. & 92. Lorca 1. 2. quæst. 6. art. 3. Vigner. cap. 3. §. 4. Granado 1. 2. fol. 70. num. 4. Cornejo 1. 2. tom. 1. tract. 4. disp. 1. dub. 9. At voluntatem non teneri reprimere probauimus; cum ipsa solùm gubernare sensus appetitus teneatur: sufficienter verò gubernat; consensus neuiquam præstando. Quam etiam doctrinam de inuoluntario docet Sayrus Clavi Regia, lib. 2. cap. 2. numero 3. Nauar. in summ. prælud. 6. num. 4. Aduerte tamen cum Vazquez, & Granado 1. 2. fol. 79. num. 7. aliud esse omissionem esse voluntariam; aliud, effectum siue euentum sequutum ex omissione esse voluntarium: omisso enim voluntaria erit, licet non sit præcepta; sicut omisso non audiendi Missam in die festiuo voluntaria est, at euentus sequutus ex illa omissione non est voluntarius, cum non teneatur non omittente Missam ad quam sequitur effectus. Et qui posset gubernare nauim, & non fecit dum non teneretur, licet expressè velit omittente gubernationem, adhuc submersio non erit voluntaria: aliàs Deo volenti non impedire peccata, ei imputarentur, cum possit impedire & non faciat, non solùm auxilium efficax non præbendo, sed etiam expressè illud negando; Vazquez supra num. 1. Salas num. 47. in fin. Montef. 1. 2. disput. 9. quæst. 5. num. 91. & 84. Præterea licet admittamus, motum sensualitatis, quem non impedit, dum potest voluntas, esse voluntarium, non inferre licebit, imputari ad culpam: nam ad hoc quòd aliquid dicatur voluntarium imputabiliter, illæ tres conditiones requiruntur, quòd scilicet agens possit, & non agat, & teneatur: at vt sit voluntarium physicè, ex mente plurimum, videlicet Salas & aliorum, fat est, quòd possit agens impedire, & non impediat.

Hinc primò deducitur, sentientem in seipso venereum motum, non teneri aliò diuertere cogitationem, si non timeat periculum consentiendi in eum, vel in pollutionem: consulendum tamen penitentibus est, vt diuertant; cum difficile sit

*Sanchez Selecta.*

cogitationem aliò non diuerti, & periculum consentiendi cessare. Imò ex sententia aliquorum licet expressè voluntas nolit reprimere motum, sed ob id omitrat, vt sequatur motus, siue continueatur, non tamen est illi voluntarius: nam vt notauit Vazquez 1. 2. tomo 1. disput. 24. num. 19. vt aliquid sit alicui voluntarium, oportet ad voluntatem, sicut ad causam influentem reuocari; ad hanc autem non potest referri effectus ex omissione, nisi quando ille qui non impediuit euentum, ex precepto tenebatur impedire. Erat tamen volitus & peccatum: nam vt aliquid dicatur voluntarium, satis est, si eius voluntas in ipsum feratur, quamuis voluntas causa illius non sit. Videndus Montef. 1. 2. disput. 9. præsertim num. 88. & 93. qui cum Vazquo omnino consentit. Cornejo 1. 2. tom. 1. tract. 4. dub. 9.

Obiicies: si ex eo quòd voluntas expressè omitrat resistere motibus sensualitatis eo fine, vt sequantur, non inferatur voluntarios esse: ergo; nec voluntari imputabuntur. Sicut illi qui omittet gubernare nauim etiam eo fine, vt submergetur, dum non teneretur ex officio, non imputaretur submersio contra iustitiam; licet sit contra charitatem, si absque suo magno detrimento posset subuenire. At omittens non reprimere motus sensualitatis eo fine, vt habeat, si voluntarij illi non sunt, contra castitatem neuiquam peccabit; sicut nec alter contra iustitiam in submersione nauis. Quòd si contra castitatem peccatum non sit, nec contra aliam virtutem erit: nulla sane aduersus quam procedat, appareat. Igitur nullatenus peccatum erit nolle reprimere motus etiam eo fine, vt habeantur. Quod asserere falsum est, cum aliud non sit, non resistere motibus eo fine vt habeantur, quam illis consentire.

Respondetur, permittentem nauim submergi eo fine, vt submergatur, non peccare contra iustitiam, si ex illa non sit obligatus; peccabit tamen contra charitatem, cum semper obligetur quis ex hac virtute ad impediendum damnum proximi absque suo magno detrimento: non tamen semper obligatur ex iustitia; cum ad inducendam huiusmodi obligationem, peccatum aliquod intercedere debeat inter partes: ad inducendam verò ex charitate obligationem, sine suppositione aliqua ab hominibus proveniente, statim ex naturali iure immediate oritur obligatio sibi iniucem subueniendi. Cum igitur permittens nauis submersioem eo fine, vt submergatur, contra charitatem peccet; si posset subuenire absque magno suo detrimento: etiam permittens motus appetitus eo fine, vt habeantur, contra castitatem delinquet: cum hæc virtus statim iure naturali obliget hominem ad non consentiendum appetitus motibus, nulla facta extrinseca suppositione, quam exposcit iustitiæ virtus; pacti scilicet & conuentionis inter partes. Vnde bene aduertit Montef. 1. 2. disput. 9. quæst. 5. num. 89. quòd vt euentus sequatur ex omissione sit voluntarius, sufficit prohibitionem interuenire præcepto cuiuscumque virtutis, & non tamen iustitiæ; vt aliqui sunt rari. Quem sequitur Cornejo 1. 2. tom. 1. tract. 4. disput. 1. dub. vii. qui bene aduertit debere ex iustitia interuenire obligationem, vt restituendi vinculum exoritur, cum sola iustitiæ læsio ad restituendum inducat.

Notandum cum Martinez 1. 2. tom. 2. quæst. 74. art. 8. dubio 1. fol. 573. aliud esse meture pol-

P

lutionem

lutionem venturam, aliud, timere consensum in ipsam. Ex quo inferendum, in aliquibus casibus fas esse alicui, non tantum se exponere periculo pollutionis, verum etiam periculo consensus: nam vt diximus disput. 10. num. 8. quoties aliquis ex causa necessaria, vel urgente, se exponit periculo peccandi, non ob id delinquit, dum quando se obicit tali periculo, determinatam habeat voluntatem non peccandi, cum tunc inuoluntarium sit periculum. Sic Parochus qui ex auditis in confessionibus expertus est in pollutiones consentite, non peccat confessiones auscultando; dum determinatus sit non prolabi, quamuis eas auscultet. Deinde chirurgus qui pudenda foeminarum causa medendi videt, vel tangit, expertus ex alio, illas concupiscere, vel voluntarie pollui, ob illud periculum à curatione non tenetur cessare, nec peccat illi se committendo, dum determinatus sit non peccare, quando partes illas videat, aut tangat: vt expressè admittit Sanchez lib. 9. de matrimon. disput. 45. num. 6. & ob eandem rationem foemina poterit ostendere pudenda chirurgo, causa medicinae, etiam cum periculo consentiendi. Vtcrius, qui pedester ambulare non potest, aut equitare ad eius honorem conducit, expertus tamen in pollutiones ex eo obueniens consentite, non tenetur ab equitatione abstinere, nec peccat periculo illi consentiendi se tradendo, dum semper determinatus sit non consentire, quando equester agat: & sic de aliis plurimis exemplis. Aliquando verò solum est licitum periculo pollutionis se exponere, nequaquam tamen periculo consentiendi in illas, quod fiet, quoties pollutio obuenerit ex aliqua causa per accidens concurrente ad pollutionem, & aliàs non veget aliqua legitima ratio ad id efficiendum ex quo prouenit pollutio: sic confessarius ex deuotione solum audiens confessiones expertus pollui, non tamen consentire, non peccabit confessiones excipiendo, quia cum audire confessiones causa per accidens sit pollutionis, illas non tenetur vitare ob solum pollutionem, quæ voluntaria illi non est, nec in se, cum illam non velit, nec in causa, cum illa sit per accidens. Similiter qui sine iactura aliqua, nec incommodo pedester posset ambulare, & noller, expertus tamen pollutiones habere, non tamen in illas consentire, equitando non peccaret, cum equitatio causa per accidens sit pollutionis, & tunc nec in se, nec in causa esset illi voluntaria. E contra verò aliquando nefas est non solum periculo consentiendi in pollutiones se tradere, verum periculo solum pollutionis, vt si quis in genere luxuriæ causam per se efficaciter influentem in pollutionem apponeret, expertus pollui, quantumuis etiam expertus sit dolere quòd obuenerit pollutio, peccat: quia tunc voluntaria est pollutio in causa per se influente efficaciter in pollutionem, & tunc apponens talem causam, expertus solum erit, non consentire pollutioni in se, bene tamen illi consentire vt in causa: & consequenter falsò allegabit, se ex illa causa expertum esse pollutionem habere, non tamen in illam consentire: nam ad hoc quòd propriè dici possit, illum experientiam adeptum esse consentiendi in pollutionem, satis est, quòd illam sit assequutus, habendo pollutionis consensum in causa per se efficaciter influente; vnde qui tactus per nimium tempus continuatas haberet in foeminarum vitandis, vel

prope, vel alibi fortè, & experientiam esset adeptus in pollutionem venire, quamuis etiam expertus sit dolore morderi, quòd obuenerit, peccat periculo illi pollutionis se obiciens, cui etiam in causa consentit.

Præterea deducitur, non teneri aliquem localliter se mouere, etiam si occupatus non sit in negotio à quo cessare nequeat, aut non deceat, vt in audiendis confessionibus, ad hoc quòd delectationem carnalem diuertat. Vnde cenfeo, scholasticum stimulum venerea delectatione, non teneri locum studij mutare, etiam sub veniali. Docet Vazquez 1. 2. tom. 1. disput. 115. num. 9. In quo à Thom. Sanchez lib. 9. de matrimon. disput. 45. num. 22. & à Pefant. 1. 2. quæst. 74. art. 10. disput. 5. in fine, discedo, contrarium insinuantibus.

Præterea colligitur, assistentem in oratione præsertim mentali, & venerea delectatione vexatum, non teneri à loco orationis assurgere, licet speret motum carnis mitigandum; si tamen cesset periculum consentiendi. Imò adhuc in prima sententia dicendum est, quòd si morus ille sensualis diu perseveret, non sit nimis anxius motum patiens ad illum repellendum: nam vt notauit Pefant 1. 2. quæst. 74. art. 8. disput. 5. si vir, probus & timens Deum fatigatur, & laborat in ea delectatione repellenda, & nihilominus eam adhuc manere sentiat, non peccabit, de ea abigenda amplius minimè curans. Satis enim est, si in eam non consentiat expressè, præsertim si expertus esset eo magis delectationem roborari, & inualescere, quo illi magis obnititur; & contra minui, imò etiam totaliter desinere cum negligitur. Quòd docet Curiel 1. 2. quæst. 74. art. 8. dub. 2. §. 3. & colligit id ex D. Thom. 2. 2. quæst. 35. artic. 1. ad 4. & 1. ad Corinth. 6. lect. 6. vbi exponens id quòd Paulus dicit, fugiendum esse fornicationem, inquit, tentationem luxuriæ vincendam esse, potius fugiendo, quam resistendo, quia continua eius cogitatio auget potius incentuum peccati. Ex quo consulunt Doctores non nimis immorari poenitentes oportere in cogitatione rerum carnalium, dum recolunt memoriam ad confitendas. Imò si quis expertus fuisset se in illecebris consentire, quoties ad confitenda crimina carnalia, examinat conscientiam, non confitutum iri ad numerum fornicationum examinandum, arbitror. Cum enim præceptum de integranda confessione diuinum sit, cum tanto rigore non obligat, quòd videlicet ob illud implendum se exponat quis vehementi tentationi, quam nimis difficulter vitare potest: sicut nec teneretur quis sacrum adire, dum cognosceret ibi adesse foemina cuius exatdesceret amore, aut inimicum ad cuius vindictam concitaretur nimis: si namque ob commodum aliquod temporale vitandum, potest prætermitti annualis confessio, vrgentiùs integritas ob fugiendum nocumentum spirituale, quòd etsi in potestate poenitentis sit illud vitare, minus tamen ægrè. Tenebitur tamen post se data iam concupiscentia & semoto periculo consentiendi, numerum fornicationum examinare & fateri. Sicut qui ob aliquam causam tacuit criminis circumstantiam, deficiente causa ad circumstantiæ confessionem erit obnoxius. Satis ergo erit in illo casu confiteri numerum fornicationum quas verosimiliter cogitat fuisse commissas: sit enim confessio tunc, eo modo quò potest fieri.

Inferitur

12.

Inferat deinde, accubantem sic vel aliter, & sentientem se ex tali situ in pollutionem venire in somno, vel etiam in vigilia, dum absit periculum consensus, & determinatus sit non consentire, & experientiam consentiendi non habere, non teneri aliter decumbere; licet illi minimè vitilis esset talis modus decumbendi, sed solum ad commodius quiescendum in lecto intenderetur: quod esse verum constat ex dictis num. 9. ubi diximus, non constrictum esse aliquem vitare causam per accidens influentem in pollutionem, quamvis experientiam sit assequutus pollutionis, dum tamen absit periculum consensus. Unde Sotus in 4. distinct. 12. quæst. 1. artic. 7. circa medium, excusat à peccato eum qui iacet supinus absque intentione pollutionis, etsi sciat ex tali modo iacendi futuram: quamvis ipse petat ad excusationem peccati, non aliter posse ita commodè dormire: quod necessarium esse non credo. Si verò prior modus decumbendi esset illi necessarius ad leniendum aliquem dolorem, vel ad dormiendum, non teneri modum accubandi variare, admittunt etiam adversarij, cum tunc pollutio voluntaria non sit, neque etiam interpretatiuè. Nullus enim teneretur cum damno, sensualitatis motibus inuoluntariè sibi obuenientibus resistere: alias iugum Dei onerosum esset, nec castitatis virtus iuste tunc poterit conqueri de homine, quod moribus aduersis illam non resistat actionibus exterioribus: vt docent Sayrus Clau Regia lib. 8. cap. 5. ante num. 13. & Toler. lib. 5. cap. 13. num. 6. Curiel. 1. 2. quæst. 74. art. 8. dub. 1. §. 3. fol. 496.

Inferat vitæciùs, fœminam, vel virum sentientem veneream delectationem ob superpositionem vnius femoris in aliud, non teneri modum situs mutare, absente periculo consensus, & determinati sint non consentire, & aliàs experti sint consensum non præstitisse vnquam, vel saltem ratò consensisse delectationi prouenienti ex tali modo situs.

13.

Aduertendum tamen, adhuc in contraria sententia discrimen versari inter delectationem captam de præfenti ab accubante sic, vel aliter, & pollutionem præuisam habitam in somnis: quod scilicet absque iusta causa in contraria sententia (non in nostra) nullus licitè possit sic, vel aliter decumbere, dummodò non sit illi talis modus cubandi vitilis, & expediens, si ex ipso situ præfens delectatio venerea oriatur: at poterit dormire sic, vel aliter, etiam nulla causa obligante, licet præuideat pollutionem in somnis euenturam; quia talis, vel talis modus iacendi non est causa per se & efficaciter influens in pollutionem: aliàs nunquam deficeret pollutio taliter dormiendo. Nec Medici assignare poterunt, illum, vel alium cubandi modum esse per se causam influentem in pollutionem. Sed cum solum sit causa per accidens, eam vitare nullatenus quis tenebitur, licet in ea sit præuisa pollutio, vt diximus numero 9. Quod expressè docet Sanchez lib. 9. de matrim. disput. 45. num. 16. Vazquez 1. 2. 1. tom. disp. 115. cap. 3. num. 9. qui etiam aduertit, necessarium non esse confiteri pollutionem in somnis sequutam, & præuisam in causa etiam mortali, vt in ebrietate: quia pollutio in somnis habitata non est peccatum in se, vt pote ab homine non vitentatione orta. Quod idem docet Santius lib. 9. de matrim. disput. 45. num. 31. Medin. 1. 2. quæst. 71.

Sanchez Selecta.

art. 5. vers. Est aliud dubium, Henriquez lib. 5. de pœnitent. cap. 5. numer. 5. contra Marfilium in 2. quæst. 21. artic. 2. supplemento 2. consentiens, in somnis posse gratiam amitteri, aut in ebrietate per homicidium tunc commissum & præuisum antea, vel per pollutionem præuisam in delectatione venerea antea habita. Neque etiam est voluntaria pollutio in causa, cum ea per se non habeat influxum in illam: sed sufficit fateri peccatum ebrietatis. Quod quamquam plurimi fideles explicent (ait Vazquez) id euenit, quia nesciunt non esse peccatum: vel etiam quòd eo facto rectè explicant culpam quam commiserunt, præbendo causam & occasionem; ideòque prohiberi non debent à taliuè euentuum confessione. Hæc Vazquez. Quamvis verò ratione melius explicetur ebrietatis dicendò pollutionem fuisse sequutam, quam si illa taceretur, non video. Nam aut pœnitens certus est in ebrietatem se incidisse, vel non; si sit, absque confessione pollutionis poterit ebrietatem explicare. Si verò certus non sit de ebrietate contracta, eam vt certam confiteri non erit fas, quia ex eo quòd pollutio sit secuta, efficax indicium neuiquam est ad dignoscendam ebrietatem fuisse incurfam, cum contingat aliquando, ex magna crapula non sequi pollutionem; è contra verò sequi aliquoties, ex minori, vel nulla. Sed an salubre erit confiteri pollutiones nocturnas, ob pudorem ex illorum narratione conceptum, diximus disput. 1. Vbi agimus, num imperfectiones, quæ peccata non sunt, sit vitilios confiteri, quam ab earum narratione abstinere?

Econtra video, plures pœnitentium qui causam pollutioni dederunt, præuidentes illam in somnis esse sequendam ex longa experientia, nunquam tamen facientes se causam pollutioni præstitisse, nisi quando de facto sequuta fuit pollutio, & tunc confitentur se habuisse in somniis pollutionem cui causam dederunt. Econtra agendum erat, causam videlicet pollutionis dedisse fateri, tacendo si velint, num fuerit sequuta, vel non in somniis, quia tunc peccatum non est, sed peccati effectus. Quamvis minus rectè censcat Sanchez lib. 9. de matrim. disput. 45. num. 30. non satis esse confiteri causam pollutionis, sed etiam ipsam pollutionem conuictam fore, eo quòd ipsa pollutio verè & propriè peccatum sit, in quo decipitur. Sed nostram sententiam docet Sot. in 4. distinct. 12. quæst. 1. artic. 7. Hinc fit vbi ait quòd si aliquis confiteretur ex proposito procurasse pollutionem, forsitan non esse opus confessione alia. Et expressissimè Salas 1. 2. tom. tractat. 7. disput. 6. sect. 8. num. 6. id etiam extendens ad homicidium sequutum in somnis. Nec obstat Ecclesiam in hymno completorij recedere somnia rogare, ne corpora polluantur. Non id rogare est arbitrandum, quòd putet ipsa pollutionem in somniis habitam scelus esse, sed ne recordatione captæ in somniis delitiæ, superioratur in vigilia pollutionis acceptatio seu delectatio. Alios inueni pœnitentes, qui si per diem cogitationibus aut in honestis loquutionibus fuerunt dediti, & inde somnia habuere immunda, non contenti erant se de turpis cogitationis crimine accusare, sed etiam inde somnia impudica orta fuisse, quod ridiculum est, cum somnium peccatum non sit in se, nec in causa. Quia licet turpis loquutio causa sit somnij obseceni, non inde est causa peccati; quia somnium

P. 2 impu

Impudicitia non solum non imputatur ad culpam somnianti, verum nec essentialiter est peccatum. Ebrio namque licet dum occidit hominem, non imputetur ad culpam homicidium; ex se tamen agit actum peccati. Quapropter est qui edit calida eo sine; quo nocturnam habeat pollutionem; imputetur pollutio; inde est, quia pollutio voluntaria siue in se, siue in causa, peccatum est; at qui ederet calida ut fomina impunda haberet, non peccaret, quia somnium impudicum voluntarium in causa nullo iure prohibitum est, cum ex somnio immundo nullatenus impediatur generatio, sicut ex pollutione. Deinde non pauci penitentium inveniuntur, qui si per noctem secum in toro habuerit feminam, & decies sunt illi copulati, se per totam noctem accubuisse cum femina fatentur, reticentes numerum fornicationum. Cum potius contra numerus exprimens foret, & tacendum si voluerint an accubuerint cum femina vel non: hoc heresle nec species mutat, imo nec aggrauat.

14.

Sed id difficilius, an quodlibet peccatum in genere luxuriae, ut verba turpia, cogitatio, tactus in vigilia habitus, per se sint causa influentes in pollutionem. Docet Thomas Sanchez lib. 9. de matrimonio, disput. 45. num. 16. quemlibet actum in genere luxuriae mortalem, esse per se causam pollutionis, & notabiliter in illam influentem. Si vero actus in genere luxuriae peccatum veniale sit, ut cogitatio turpis ex imperfecta deliberatione, aut tactus manus, visus, verbum aliquantum libidinosum, & venialiter turpe in pollutionem non influit. Sic docet Sanchez supra num. 19. & Caletan. 2. 2. quaest. 64. art. 8. colum. 3. Hentique lib. 9. De matrimonio, cap. 16. numer. 6. & lib. 8. De Eucharistia, cap. 51. num. 2. Sa verb. Luxuria, versiculo, Si pollutionis, D. Thom. 2. 2. quaest. 154. art. 5. Turcercemata cap. Non est distinctio. 6. num. 2. vbi culpam pollutionis iuxta culpam causa metiuntur. Iterum Caletan. in opuscul. tom. 1. tract. 22. De pollutione, quaestione vnicuique, art. 2. Sotus in 4. distinctio. 12. quaest. 1. artic. 7. paulo post principium, Angel. verb. Pollutio, num. 1. Medina in summa, cap. 14. §. 18. Vega 2. tom. summa cap. 67. casu 1. Bartholomaeus de Ledema De Eucharistia, dub. 24. Alexander in suo Enchiridione, 2. parte, tractatu De luxuria, § Super crapulam, Salas 1. 2. tom. 2. tract. 13. disp. 6. sect. 18. n. 118. & 119. Granado 1. 2. fol. 111. n. 1. 2. & 18.

15.

At censeo, verba impudica, cogitationem turpem, & tactus, quae sint crimina mortalia, etsi sint causa per se ordinata ad pollutionem, non tamen efficaciter in illam influentes, alias fere nunquam apponerentur, quin sequeretur pollutio. Contrarium tamen euenire testatur experientia. Quapropter cum inefficaces causa sint pollutionis, non magis influunt in eam, quam si essent per accidens causa. Imo aliquando crapula, quae causa per accidens est pollutionis, efficacius influit in pollutionem, quam turpis cogitatio. Si ergo quando cogitatio turpis praesens est, non influit in pollutionem, nec appetitum efficaciter mouet ad illam habendam, quomodo credi potest influxuram, quando absens utpote in somnis? Nam licet in somnis homo pollutioni non resistit, etiam si non resistat in vigilia, & sit praesens cogitatio obscena, vel impudicus tactus, non datur influxus efficax pollutionis, experientia magistra. Aut dicant aduersarij; quoniam vir-

tus physica mansit in appetitu causata a cogitatione turpi, habita in vigilia, possit physice influere in pollutionem habitam in somnis? cum notum sit causam nullam physice operari posse, nisi ipsa, vel aliqua virtus eius actu existat. Si tamen cogitatio turpis coniungeretur cum membri erectione, per tempus durante, seu cum magna commotione spirituum genitalium; efficaciter haberet influxum in pollutionem; tunc enim cum illa commotio sit causa per se efficaciter influens in pollutionem, & cogitatio turpis sit causa illius commotionis, tenebitur homo auferre causam causae pollutionis. Vnde cogitatio turpis sola, tantum est causa remota influens in pollutionem; causas vero remotae influentes vitate non tenemur; ratione pollutionis; quatenus vero in se maiore sunt, illas fugere semper obligamur. Et reuera Sanchez nostram profertur sententiam, nam dicta disput. 45. num. 23. postquam dixit, omnem actum turpem contra sextum praecipit, si in eo prauideatur pollutio, etiam non intenta, habere specialem malitiam contra naturam, postea limitat, si tamen ita non daret illa cogitatio turpis, vel ha adsint circumstantia, ut non timeatur probabiliter pollutio, non erit peccatum mortale pollutio praeter opinionem sequuta: quia alias omnis consensus, in delectationem veneream, si praeter spem sequatur pollutio, haberet pollutionis malitiam; imo licet non sequatur, ratione periculi talem haberet malitiam, quia daretur causa notabilis pollutionis: quod nemo docet. Hac Sanchez. Vnde velis, vel non Sanchez, fateri tenetur, actus turpes de se non esse per se causas efficaciter influentes in pollutionem, sed ratione commotionis spirituum genitalium. Et nostram sententiam expressum docet Salas 1. 2. tom. 2. tract. 13. disput. 6. sect. 18. num. 118. quaest. 74. Lis igitur inter DD. num. 14. vocatos, (quos sequitur Sanchez, & nos, ex eo pendet, quod illi fateantur, participare labem pollutionis illum qui habet cogitationem turpem, siue aspectum, in quo prauideatur pollutio. At nos id non admittimus, licet prauideatur, quia prauidetur in causa non efficaciter influente: quae quoad influxum in pollutionem, ita se habet ac si esset causa per accidens, v. g. crapula, in qua licet sit praesens pollutio, non paticeps efficitur labis illius per se inebrians, vt diximus num. 13.

16.

Nec obstat dicere, praedicta esse causas per se ordinatas ad pollutionem, vel fornicationem, quia taliter appellantur quod a pollutione accipiant malitiam, tanquam ab obiecto, & in ordine ad illam prohibeantur, vel in ordine ad copulam fornicariam. Toto vero caelo distat, aliquam causam esse per se ordinatam ad effectum, vel esse per se solum efficacem ad producendum effectum. Huic doctrinae consensit Nicol. Garcia, (qui tractatus de beneficiis feliciter edidit) quem consului, addens tamen, tactus tunc esse causam per se efficaciter influentem in pollutionem, quod essent nimis contrarij (quod etiam admittit Sanchez, vt immediate vidimus) quia tunc incipit pollutio; ex illo enim motu, & agitatione mouentur spiritus deseruientes generationi, & semen è lumbis incipit decidere: aequalentque illi tactus confricationi membri; quam esse causam per se efficaciter influentem in feminis emissionem, nullus dubitabit.

Hinc inferitur, habentem per diem cogitationem turpem mortalem, verba impudica, & tactus,

17.

Aus,

Etus, dummodò non sint continuati modo explicato num. precedenti, scilicet cum commotione spirituum genitalium, non teneri confiteri pollutionem sequutam in somnis, & præuisam, magis quam si apposuisset causam per accidens ad illam: his autem postis diximus supra num. 15. non teneri illas apponentem, pollutionem sequutam in somnis confiteri. Imò & si tactus sint continuati cum commotione spirituum, magna non intercedit obligatio confitendi pollutionem sequutam in somnis. Nam si statim non sequitur pollutio, signum est talem commotionem influxum efficacem non habere in pollutionem, & multo minus in eam quæ in somnis euenit cum ipsa longius à commotione distet. Huic consentit doctrinæ vir doctissimus à Societate. I. E. S. V. Quod idem docet Caietan. 2. 2. quæst. 154. art. 5. ubi ait, quòd desiderium habendi pollutionem siue affectus, si accipitur absolute ut desiderium tantum, tunc est causa remota pollutionis; siue verò accipitur ut commotiuum corporis ad pollutionem, sic habet rationem causæ imperfectæ & dispositiuæ & per accidens, & ita (infern Caietan.) quod non est magis in se peccatum huiusmodi pollutio nocturna orta ex desiderio pollutionis ut commotiuo corporis, quam pollutio ex cogitationibus morosis siue voluntate pollutio nis. Quando verò pollutio peccatum sit, dicemus num. 35. in fine. Ut autem unico verbo quid in hac re verum sic comprehendam, aduertendum nullam dari causam intra genus luxuriæ, quæ efficax sit ad pollutionem sequutam in somnis. Nam si dum præsens adest causa, influxum efficacem non habet, minus multo illum habebit dum absens reperitur. Quapropter opus non erit fateri pollutionem præmissam in omni causa quæ sit peccatum mortale intra genus luxuriæ, nisi quando causa fuisset apposita ea intentione, quòd videlicet sequeretur in somnis pollutio, ut aduertit Vazquez 1. 2. tom. 1. disp. 15. num. ...

18. Nec tenetur adhuc in contraria sententiâ, sentiens manè in lecto membri erectionem absque titillatione, surgere. Pro quo notandum solam membri erectionem, motum inordinatum non esse aduersus castitatem, nisi titillatio, hoc est carnis gustus præsentiat: & experientia teste sola membri erectio gustum non affert. Ex retentione enim vrinæ prouenit sæpè membrum arrixi, quæ tamen expulsa, statim membrum laxatur. Nec dicitur ille motus inordinatus, quia contra virtutem: sed lato tantum vocabulo, quatenus voluntati non subditur: subderetur tamen in statu innocentia, in quo nisi voluntas vellet membri erectionem, neuiquam appetitus inciperet. Ut verò motus ille erectionis aduersus castitatem esset coniunctus cum delectatione venerea necessario repetiti debebat: castitas enim velut proprium obiectum respicit oblectationes venereas moderari, ut docet D. Thomas 2. 2. quæst. 151. artic. 3. Igitur ubi abfuerit carnalis delectatio, absens etiam erit inordinatio contra castitatem. Vnde per contrarium experientia testatur, reperiti aliquando absque membri erectione carnis gustum, & delectationem, ut patet in agris, vel conualescentibus, senibus, aut in iam defessis ex coitibus, qui intentantes secundum, vel tertium accessum, membrum non erigunt: de quo Medici quos consului: sentiunt tamen veneream delectationem in genitalibus; imò nonnunquam se-

minis effusionem, ut docet Sanchez lib. 9. de matrim. disput. 98. num. 4. & reperitur in partibus fluxum seminis, aut in ligatis maleficio; his enim opera dæmonis membrum laxatur, ita vt penetrare nequeant vas femineum; & emittunt tamen semen: de quo Sanchez supra disput. 94. num. 6. Fit ergò manifestum, separari interdum membri erectionem à delectatione venerea, & è contra. Hinc demum deducunt plures DD. non teneri surgere à lecto manè sentientem membri erectionem absque delectatione venerea; teneri verò è contra, si sentiat delectationem veneream etiam absque membri erectione. Notanter dicitur teneri è lecto surgere, manè sentientem membri erectionem, & titillationem: tum quia crebro contingit matutinis temporibus huiusmodi motus homines sentire ob calorem noctis præcedentis, & fortè ob obsoniorum adminiculum; tum etiam quia si huiusmodi delectationem sentiret homo è principio accubationis, ob eam deuitandum, è lecto surgere non tenebitur; esset enim hoc nimis molestum. At in nostra sententiâ etiam si cum membri erectione gustus carnis præsentiat, non tenebitur quis lectum deserere, deficiente periculo consensus, quod timeri debet, & maximè præcaueri; cum aliàs difficile sit tale periculum abesse.

19. Si verò venerea delectatio notabilis esset, hoc est circa obiectum graue, & periculum in illam consentiendi interueniret, sub mortali peccato quis surgere à lecto teneretur; eo quòd tunc grauiter lædatur castitas. Colligitur ex Sanchez lib. 9. de matrim. disput. 46. num. 39. dicente, peccare mortaliter turpia verba loquentem, si inde capiat notabilem delectationem veneream; è contra verò si modica sit delectatio, & aliàs nullum sit periculum luxuriæ grauis in dicente, nec audiente: solum venialiter peccaturum ob paruitatem materiæ, nisi fortè esse obiectum graue luxuriæ, verba turpia loqui iudicetur: nam tunc etiam si modica delectatio reperiar, mortale erit, iuxta dicta à Santio tom. de statu Religioso, libro 5. cap. 6. num. 12. & à nobis supra num. 25. In materia namque luxuriæ, sicut & in aliis præceptis dari potest leuitas materiæ, vt rectè Sanchez disput. 46. num. 9. & Armil. verb. *Impudicitia*, n. 1. in fin. Nauar. cap. si cui, de peccat. dist. 1. num. vlt. *Sot. De Doctrina Christiana*, fol. 26.

20. Quòd si surrexisset à lecto minimè proficiat, tenebitur etiam auxilium Dei implorare, ut asserit Rodrig. in summ. 2. part. cap. 22. *De la oration*, Angel. *De oratione*, 2. dif. concl. 2. fol. 326. Syluest. verb. *Oratio*, fere in fine, Aragon. 2. 2. quæst. 83. art. 3. *sed quoniam* Martin. del Rio disquisit. magic. fol. 373. Suarez. tom. de Relig. lib. 1. cap. 29. num. 7. *Medin. De oratione*, quæst. *De necessitate orandi mentaliter*, Nauar. in summ. cap. 13. n. 18. & in *Enchirid. De oratione*, cap. 3. n. 14. D. Thomas 2. 2. quæst. 83. & communiter Doctores. Et quamuis tunc oratio non obliget per se, sed per accidens oratione periculum, erit tamen duplex peccatum omittente orationem, & venere delectari. Et sic delinquet contra Religionem, & castitatem omittens orate tempore grauis tentationis carnalis. Contra castitatem obligantem per se, contra religionem verò constrigentem per accidens, sicut omittens confessionem criminis mortalis tempore communionis delinquit contra religionem per se obligantem, ne sacrilegè Eucharistia

charistia suscipiatur, & contra poenitentiae virtutem per accidens vinculum inducentem confitendi mortalia ante communionem, dum excusatio legitima non intercedit. Et tunc virtute poenitentiae tenemur per accidens ad contritionem habendam conari. Et docet D. Thom. 2. 2. quaest. 87. art. 3. ad 2. Suarez supra cap. 29. num. 8. & 10. ut enim recte ait, ideo Deus ordinavit petitionem esse necessariam ad obrinendum auxilium, vel remedium, in huiusmodi necessitatibus, ut ipsaemet necessitates quodammodo cogere homines ad confugiendum ad Deum, cumque per orationem colendum. Nec obstat sequi minus peccare, qui nulla vexatus tentatione, in seculo rueret; quam illum qui urgente pressus, cum primus orare non esset adstrictus. Nec obstat item dictum disput. 7. ubi resoluimus reuertentem inspirationibus Divinis distincto non pollui scelerare ab illo in quod rueret, v. g. luxuriae: at damnabilis est operam iam à Deo oblatam eicere, quam non oblatam non peiere.

21. Sed id difficilius ad praxim, quandoam cognoscatur, delectationem veneream esse modicam, vel notabilem: modicam videtur appellare Sanchez lib. 9. de matrim. disput. 46. num. 9. illam, quae secum non trahit periculum pollutionis, aut consensus in copulam carnalem. E contrario, notabilis erit, quae comes habuerit periculum pollutionis, vel copulae, non quod periculum illud essentialiter constituat notabilitatem delectationis, ut ita dicam; sed quod tanquam ab effectu, & signo cognoscatur, tunc notabilem esse delectationem, quando periculum imminet pollutionis, vel copulae: è contra verò, non stante huiusmodi periculo, tanquam ab effectu colligitur, delectationem modicam fuisse, nec vires habentem ad iuducendum tale periculum. Sed non est expectanda huiusmodi experientia ad reiiciendum & reprimendum hos motus, quia id esset extinguere ignem, conflagratam iam domo.

22. Haec tamen ratio ethi frequenter vera sit, & admittenda in pluribus casibus, non tamen in omnibus: nam in senibus, aegris, vel conualescentibus, aut in defessis ex pluribus coitibus, periculum pollutionis, vel copulae deficit, non tamen notabilis delectatio venerea (nec deficit periculum pollutionis, quia in illis deficit membri erectio, ut diximus num. 19. cum absque membri erectione pollutio provenire possit.) Ratio igitur universalis ad ferendum iudicium de gravitate, vel leuitate delectationis, ab experimento illam sentientis erit desumenda. Si enim delectationem fere turbantem rationem sentiat homo, ad aliamque cogitanda praeter carnalia non permittentem, notabilis, & gravis iudicabitur: quae circumstantiae si deficient, levis & modica reputari debet. Nisi forte dixerit quis, nunquam euenire delectationem veneream mentem turbare, nisi adsit pollutionis periculum. Quod si verum sit, reincidit haec cum sententia Thomae Sanchez.

23. Sed obiicit aliquis aduersus conclusionem num. 4. allatam, & conserdat probare, non esse peccatum contra castitatem, insurgentes motus sensualitatis expresse admittere. Nam quare contra rationem erit, carnalem delectationem positivè amplexari, cum nec peccatum sit aliquid gustui maximè delectabile edere, aut bibere? Quod autem pollutio prohibita sit, eo fieri manifestum videtur; quia cum semen necessarium sit ad bo-

num commune, vrpote ad generationem, illud certe prodigere, & perdere, in dampnum commune cedere, nemo ambigit. Et quod etiam accessus ad alienam prohibitus sit, fundatur in eo, quod scilicet vergat in dampnum generandae prolis. At carnaliter delectari, absente periculo pollutionis, vel consensus in copulam, neutiquam contra bonum commune est, nec contra particulare individui, cum ad destructionem ipsius non cedat, sicut nec usus cibi delectabilis in corruptionem concedentis tendit. Neque alia via ostendi poterit illam delectationem crimen fore: siu secus, assignent quælo aduersarij. Falsò igitur dictum est supra num. 19. carnalem delectationem labem fieri venialem, vel mortalem, iuxta gravitatem, aut leuitatem ipsius, expresse illam admittendo.

Hinc sensere aliqui oblectationem carnalem neutiquam fore peccatum, cessante periculo pollutionis, vel consensus in copulam. Hanc probabilem reputat Corduba lib. 1. quaest. 23. dub. 11. ascribens illam Martino de Magistris tract. De temperantia, quaest. 3. De luxuria, de quo videndus Vazquez 1. 2. tom. 1. disput. 109. cap. 2.

24. Contrariam verò communiter docent DD. cum D. Thom. 1. 2. quaest. 84. art. 8. & ibi Caietan. Conrad. Medin. Zumei, Pefan. Azor. tom. 1. lib. 4. cap. 6. quaest. 1. vocans oppositam sententiam temerariam, Sanchez in summ. lib. 1. cap. 2. num. 8. Bonavent. in 2. distinct. 24. 2. part. distinctiois, art. 2. quaest. 2. & in 4. dub. super tex. 2. part. distinct. Ricard. art. 4. quaest. 4. in corp. & ad 3. Vazquez 1. 2. 1. tom. disput. 109. cap. 3. Quam & ego certam puto: nam delectatio venerea, etsi absit periculum pollutionis, vel consensus in copulam, est de se ordinata actio ad pollutionem, vel copulam, ut explicabimus num. 28. Igitur incumbere actioni de se ordinatae ad pollutionem, vel copulam, erit illicitum & prohibitum ex eadem virtute qua est interdicta pollutio, seu copula. Finis enim & media ad illum de se ordinata, eodem imperio vetantur: participant namque illa malitiam finis. Fit ergo, etsi absit periculum pollutionis, seu copulae, delectationem veneream malitiam pollutionis, & copulae participare; quae si deficient in delectante se venere, per accidens erit. Aduertendum tamen, delectationem veneream semper esse peccatum mortale, quando coniungitur cum periculo pollutionis, vel copulae: non quia huiusmodi periculum constitutum sit malitiae delectationis; cum dictum sit iam etiam eo deficiente malitiam continere; sed quia praesente illo periculo, colligitur à posteriori, & tanquam ab effectu, delectationem notabilem fuisse; & circa obiectum graue: è contra verò modicam, non interius iente periculo; & consequenter solum venialem malitiam continere, ex mente Santij, ut vidimus num. 21. & 22. quam etiam rationem tradidisse videret Vazquez 1. 2. tom. 1. disp. 112. cap. 2. num. 5. & Sanchez in summ. lib. 1. cap. 2. num. 8. & Lorca 1. 2. tom. 2. disp. 28. membr. 3. §. Ratio verò conclusiois est.

Aduertendum tamen, quod licet delectatio libidinosa modica sit, si tamen deliberatè capiatur ex obiecto graui, ut amplexus & osculi, etiam secluso periculo pollutionis, & consensus in aliud obiectum graue, erit semper peccatum lethale, sicut complacentia de furto aut homicidio, mortalis erit quantumvis modica, & remissa: quod docet Rebelus de iustit. part. 2. lib. 3. quaest. 19

tota sectione 3. Santius de statu Religioso, lib. 5. cap. 6. num. 12. retractans oppositum à se dictum, videlicet esse solum culpam venialem, delectationem veneream, quando modica esset: quod docuit lib. 9. de matrim. disp. 46. num. 9.

Ex ratione itaque à nobis allata satisfactum erit argumento in oppositum: licet enim delectatio carnalis non aded proxime in damnum communis boni cedat ac pollutio, seu accessus ad alienam, cedit tamen mediate tanquam medium per se ordinatum ad pollutionem.

26.

Hinc sequitur delectationem carnalem habitam in absentia alterius coniugis, cessante periculo pollutionis licitam esse. (Contra Granada 1.2. de peccatis, tractat. 4. disputat. 5. numer. 10. qui culpam venialem agnoscit.) Nam licet illa delectatio de se sit ordinata ad copulam, honestatur, eo quod copula cum proprio coniuge honesta sit: & quamvis per se etiam ordinetur ad pollutionem, non tamen per se determinate ordinatur ad illam, sed diuisiue ad illam, vel ad copulam, quasi sit in electione coniugis ad pollutionem, vel copulam carnalem, delectationem ordinate: cumque copula in eo licita sit, ordinando delectationem ad eam, & non ad pollutionem, minime peccatum committer. Docent Paludan. in 4. distinct. 9. quæst. 3. art. 1. num. 2. Caietan. in summa, verb. *Delectatio morosa*, & 1.2. quæst. 74. art. 8. circa solutionem ad 4. D. Anton. 2. part. titul. 5. cap. 1. §. 6. in fin. Rosel. verb. *Delectatio*, num. 3. vbi Armil. num. 4. Torres opuscul. fol. 585. Layman tom. 1. tractat. 3. cap. 6. num. 12. Tabien. verbo, *Cognatio morosa*, in fin. & verb. *Luxuriosus*, quæst. 8. §. 9. Sanchez de matrim. lib. 9. disp. 44. §. 3. Vigner. lib. inst. cap. 3. §. 5. versic. 5. ad fin. Nieua tit. 105. in fine, Filliucius tom. 1. tract. 10. cap. 9. part. 1. num. 33. Medin. 1.2. quæst. 74. art. 8. & ibi Zumel disput. 4. dub. 3. in fin. & ibi Vazquez disput. 113. num. 2. & 3. Vnde reiciendi Doctores adducti à Sanchez lib. 9. de matrim. disput. 44. numero 3. quos sequitur Basilius de Leo lib. 10. de matrim. cap. 16. num. 11.

¶ Esse tamen mortale, si tactibus se ad venerem coniux prouocaret, docent plures quos sequor, cum talis prouocatio à natura non sit, neque ad matrimonium ordinata: si tamen speraret statim coniugem venturam, peccatum non esset se prouocare animo explendi libidinem cum vxore. Sic Vazquez 1.2. tom. 1. disput. 113. cap. 2. num. 4. in fine, Armil. verb. *Impudicitia*, num. 3. Montef. 1.2. tom. 2. quæst. 74. art. 8. quæst. 5. in fin. Salas 1.2. tom. 2. quæst. 74. tract. 13. disp. 6. sect. 14. num. 129. At Sanchez lib. 9. de matrim. disput. 44. numer. 16. solum veniale putat cum aliquibus. Quod verum non esse opinor, nam coniux dominium non habet proprii corporis in ordinem ad vsum veneris secum explendum, sed tantum habet dominium corporis sui consortis: quapropter vtens proprio corpore in ordine ad venerem secum, vitur re aliena, cum in ordine ad veneris vsum, siue oblectationem, corpus proprium sic erit reputandum ac si esset alienum; & cum alijs talis vsum prohibitus sit circa materiam grauem, mortale crimen fore, cogimur arbitari, & non solum veniale. Quam herclè rationem iuueni postea in Layman tom. 1. de temperantia, sect. 4. numer. 12. Vnde vt reor, magis consequenter loqueretur qui coniugem se tactibus prouocantem ad venerem, ab omni labe peccati excusa-

ret, quam qui solum veniale esse constitueret. Quod si adhuc contendat aliquis nec etiam veniale peccatum esse coniugem se tactibus ad venerem prouocare; nam si coniugibus licitum est approbare delectationem carnis à natura ortam, etiam erit licitum approbare arte à se procuratam. Respondetur tamen coniugem approbantem delectationem carnis à natura ortam, non vti ex eo suo corpore in ordine ad vsum veneris, sed potius natura corpore vitur: fas autem est coniugi approbare vsum veneris, quem non ipse coniux, sed natura procurauit, nec approbando delectationem carnis à natura prouenientem, actum corporalem exercet: nam cum approbatio actus voluntatis sit, aut intellectus vt desiderant aliqui, aut sit virtusque potentie simul, vt contendunt alij, & actus voluntatis, & intellectus sit spiritualis, fiet ex approbatione delectationis veneris à natura instigante ortæ, non posse deduci coniugem proprio tunc corpore vti ad veneris vsum: vteretur tamen si arte delectationem carnalem procuraret, tactibus videlicet, aut alia actione exteriori se prouocando. Ex quo dirutum manet fundamentum ex Sanchez lib. illo 9. disput. 44. num. 16. quom contendebat probare tactum coniugis se ad venerem prouocantem in absentia alterius coniugis, peccatum solum veniale esse; quia videlicet tactus ille indifferens sit ad copulam coniugalem, vel illicitam; posseque ad vnash, vel alteram referri, & cum alijs ex intentione tangens se, à sua natura, & ab hoc ordine, non distraharur, vt ad copulam illibitam ordinetur, quia id supponatur, non est cur culpa lethali damnandus sit. Hæc Sanchez. Quod sanè fundamentum, non solum probat esse tantum culpam venialem tactum illum, verum nullum, vt infra explicabitur. Præterea, licet tactus ille indifferens dicatur in eo sensu, quod ordinabilis est ad fornicationem, vel copulam coniugalem: tamen intrinsecè malus est, quatenus per illum vitur coniux proprio corpore in ordine ad venerem secum explendam, quod illi prohibitum est, & non in ordine ad explendam cum coniuge, quæ absens reperitur. Deinde si tantum constituenda est malitia venialis in tactu coniugis seorsum habito in absentia coniugis, ea tantum ratione erit, quia etiam tactus ad inuicem inter coniugatos causa voluptatis habitus, est peccatum veniale: quod docet Sanchez lib. 9. de matrim. disput. 44. num. 12. & docere debebat, dum asserat copulam habitam inter coniuges causa voluptatis esse peccatum veniale lib. 9. de matrim. disp. 11. numer. 3. Vnde si tactus ad inuicem inter coniuges voluptatis sine, non excusatur à labe veniali Sanchez, à fortiori, vel saltem ita æque excusare non debet à peccato veniali tactus qui à coniuge seorsum haberentur voluptatis illo sine. At qui libet apprehendit maiorem reperiri dissonantiam, quod coniux seorsum prouocet se tactibus ad venerem, quam si ex tactibus mutuis alterius coniugis se incitaret: maiorem ergo malitiam quam venialem constituere opus erit. Vel si solum ex hoc capite, quod tactus illi sint habitus causa voluptatis, malitiam participant venialem, vt deducitur ex Sanchez, cum ex nostra sententia quam referemus disput. 2. 3. num. 25. sentiendum sit copulam habitam sine voluptatis, peccatum veniale non esse, nec etiam tactus inter coniuges ad inuicem habitos, peccatum veniale fore, erit

affirmandum. Vnde sit consequenter, nec etiam venialis peccati malitia infici tactus seorsum à coniuge habitus sine voluptatis, ob quod supra asserti, libentius me assensum præstaturum, quod tactus illi seorsum à coniuge habiti voluptatis sine peccato veniale non sint, quàm negare esse mortale, eo quod supra proprium corpus in ordine ad veneris usum & delectationem secum explendam, non habeat coniux dominium, & reputatur tunc alienum corpus tangere, quod efficit mortale peccatum esset, cum materia sit gravis. Et coniux propriis manibus membrum arigere contendens ad copulæ finem, quando alter coniux præsens est, vel citò venturus, non dicitur ex eo vti proprio corpore, sed potius vxor vitur tunc corpore viri, quæ sicut posset manibus suis membrum viri atrectare, ministerialiter vitur manibus viri. Quapropter licet physicè vir atrectet tunc membrum proprium, moraliter tamen femina contrectat, quia ex imperio suo, vel ex iure debiti coniugalis solvendi, vir illud agit, aliàs minimè acturus: & ius habet vxor vtendi corpore sui mariti, illud propriis manibus tangendo, vel permitiendo maritum semetipsum contingere ad copulæ finem.

27.

Hinc deducitur, viduam, siue sponsam de futuro carnaliter se delectantem, crimen mortale committere, cum talis delectatio de se sit ordinata ad pollutionem, siue copulam, quæ illis non potest pro tunc esse licita. Docent de viduis Navar. c. si cui, de pœnitent. dist. 1. num. 2. & seqq. & in summ. cap. 16. num. 10. Cordub. lib. 1. quæst. 23. dub. 12. Lopez 1. part. instruct. cap. 75. §. Hinc perficiunt, Filiucius tom. 1. tract. 20. cap. 9. n. 359. Sanchez de matrim. lib. 9. disputat. 47. numer. 7. Villalob. tom. 2. tract. 40. difficult. 17. num. 1. & 2. Vazquez 1. 2. tom. 1. disput. 114. num. 3. & seqq. Philarc. De officio Sacerdotis, tom. 1. part. 2. lib. 4. cap. 18. Graff. 1. part. decif. lib. 2. cap. 8. num. 9. Man. Rodrig. tom. 1. summ. 2. edit. cap. 211. Sa verb. *Luxuria*, num. 13. Torres opusculo fol. 586. Layman tom. 1. fol. 39. Vega 1. tom. summ. 2. edit. cap. 81. Martin. 1. 2. tom. 2. quæst. 74. art. 8. 1. part. tract. delect. dub. 3. conclus. 7. Qui omnes idem tenent de sponsa de futuro. Montel. 1. 2. tom. 2. quæst. 74. art. 8. quæst. 6. num. 103. Salas 1. 2. tom. 2. quæst. 74. tractat. 13. disput. 6. lect. 29. & 30. Basilii de Leon lib. 10. de matrim. cap. 16. §. 2. numero 10. & 11. Ludouicus de Granada tractat. 2. de la penitencia, §. *Quinto aniso*, in fine. Hurtado de matrim. disput. 10. diff. 10. num. 48. Contrarium docet Herter. de peccat. disput. 33. quæst. 13. & Curiel 1. 2. quæst. 74. art. 8. dub. 3. §. 2. Granada 1. 2. de peccatis, tractat. 4. disput. 5. num. 7. & 8. eo quod delectatio carnalis in vidua, consequitur ad actum qui fuit licitus, & delectatio sapit naturam actus ad quem consequitur; futuram tamen esse peccatum veniale talem delectationem planè confiteretur, quia caret iusta necessitate & utilitate. Verum quamuis delectatio consequatur ad actum qui fuit licitus, fas non erit illam habere extra tempus, quo actus non est permittus. Vnde delectationem non tantum oportet sapere naturam actus, sed etiam circumstantiarum actus, quatum vna est tempus quo actus exercetur. Lorca 1. 2. tom. 2. disputat. 28. dub. 1. in fine. Cumque delectatio carnalis præsens sit & matrimonium in viduis præteritum, in sponsis verò futurum, nulla datur via, qua delectatio honestetur. Vnde dece-

ptus fuit Granada, quamuis ait, quod etsi conditio matrimonij in vidua vel sponsa non sit in re posita, intellectus tamen habet vim proponendi obiectum sub conditione honestante illud. Nam etsi voluntas feratur ad obiectum sub conditione honestante apprehensa, non tamen sub conditione realiter honestante obiectum volitum, quod opus erat vt actus licitus esset. Vnde ipse ante factus fuerat num. 5. non esse fas delectari de obiectis intrinsecè malis sub ea conditione si mala non essent. Quia conditio nunquam in re opponitur, quamvis apprehendatur. Quapropter Curiel & Granada aut fateri confitri sunt huiusmodi viduæ & sponsæ delectationes nullum peccatum esse, aut fore mortale, & non solum veniale. Cum conditio quæ in eorum opinione excusat à mortali, excuset quoque à veniali. Quia nec otiosa est cum id agat vidua ad quod habet ius & necessitate fortè compulsa, ne videlicet consentiat in delectationem cum alieno viro.

28.

Tota vis & efficacia rationis à nobis tradita, quod scilicet delectatio venerea illicita sit, in eo nititur, quod copula fornicaria, vt diximus numero 23. vel pollutio voluntaria in se, vel in causa illicita, ad quam delectatio venerea ordinatur, sit intrinsecè mala: hoc enim negari absque errore in fine non potest: vt constat ex illo Pauli 1. ad Corinth. 6. *Neque molles Regnum Dei possidebunt*: & refert Navar. cap. 16. num. 6. & Genes. 38. vbi scriptum assertit, Deum occidisse Onam filium Iudæ, eo quod in terram semen effunderet. Cuius meminit Sanchez lib. 9. de matrim. disput. 17. num. 13. Imo & peccatum Her fuisse etiam pollutionis, Genes. 38. docet Caietan. ibi ex traditione Hebræorum. Pereira dicto cap. Genes. 38. disput. 2. num. 9. refertens Hebræorum traditionem. Aiunt isti Thamar fuisse pulcherrimam fœminam, eamque perditè adamatam fuisse ab Her, qui quo diutius illibata eius pulchritudine frui posset, sciens per grauidationes, & partus deflorescere decorem, & venustatem muliebrem, in congregiando cum Thamar, effandebat semen extra vas illius, ne grauidari posset. Quod etiam docet Lyra super dicto cap. 38. Probat text. in cap. *cum infirmitas*, 13. de pœnitent. & remiss. in hæc verba: *Ceteram cum anima sit preciosior corpore, sub interminatione anathematis prohibemus, ne quis medicorum pro corporali salute aliquid agroto suadeat, quod in periculum anima conuertatur*. Vbi vniuersi DD. textum intelligunt de crimine pollutionis.

Rationem tamen reddere difficile satis est, ob quam in omni casu sit prohibita pollutio, quod neque etiam ob salutem, & conseruandam vitam liceat illam procurare, quantumcumque esset medium omnino necessarium ad illam conseruandam. Nam si ob vitam conseruandam hominū licitum sit membrum sibi amputare, quare minus pollutionem procurare? Nec ex eo tamen quod ratio conuincens non inueniatur, absque errore affirmari poterit, esse fas ob salutem pollutionem procurare, eo modo quo deducitur, vt conclusio ex principiis fidei, fornicationem simplicem esse illicitam.

Sed controversum est inter Doctores, an ad sedandum pruritus liceat refricere verenda cum periculo pollutionis, non tamen consensus in ea. Competi pruritus non afficit membrum genitale, & ob id ad illius sedationem non opus esse, illud

29.

illud refrigerare: sed solum vaginas testiculorum affici illa morbida qualitate: at ex refrigeratione harum, nullum adesse pollutionis periculum plusquam manifestum est experienti. Ob quod frustra Doctores hanc exagitant quaestionem. Sed esto opus esse membrum refrigerare ob pruritus illi inhaerentem, posse absque peccato fieri ex dicendis constabit. Resoluius fas esse refrigerare verenda ad sedandum pruritus, cum periculo pollutionis, non tamen consensus in ea. Quod si dicamus id licere, etiam cum periculo consensus? Apage, insurgent indocti & huiusmodi resolutionem deleri contentent, imò in secula sepe curabunt. At indoctis satisfacionem offerre non curamus, cum nec capaces sint eam intelligendi, nec voluntatem habeant illam admittendi. Ad doctos resolutio tendit, qui facillime illi consentiunt, cum dictum sit num. 9. fas fore chirurgo causa defendenda feminae, verenda inuisere, cum periculo consensus in pollutionem, dum tamen determinatus sit non consentire: ut vigentior causa est, se ipsum curare quam alium; ob curationem ergo pruritus licebit verenda refrigerare, non tantum cum periculo pollutionis, verum cum periculo consensus in ea.

Et pruritus infirmitas quaedam pudendorum, valde molesta; falsi videlicet humoris in verenda fluentis acrimonia, & mordacitas, ad quam sequitur ingens dolor pudendorum, ita ut foeminae siue vir locis secretis assidue manus admoucant, adeo ut moraliter impossibile sit à refrigeratione abstinere. Docent Aëcius tom. 4. serm. 4. cap. 82. de satyriasi, & cap. 68. de vteri strangulatione, & cap. 74. de furore vterino, Petrus Paul. Peteda Valentinus in methodo curandi, cap. de vteri suffocatione, fol. 157. Mercado de affectionibus mulierum, lib. 2. cap. 10. Rodericus à Fonseca in consultatio. tom. 2. consult. 68. liter. D. Castro de morbis mulierum, lib. 2. cap. 11. Marquardus in practica. lib. 2. cap. 8. Platerus in practica, tom. 2. verb. *genera*, cap. 17. vbi dixit, tantam molestiam pruritus parere, ut & ad fricandam, dilacerandamque cutem unguibus aliòve impellar, & id docent plures medici quos consului, & aliqui huiusmodi infirmitatem fuisse expertos mihi sunt testati.

30. Cum igitur iure naturæ conlibet sit concessum medicinas applicare ad sui-curationem, quod sequatur vel non præter intentionem operantis pollutio, non est curandum: quia tunc pollutio non est voluntaria, sed permixta, & potius agens patitur pollutionem, quam actiue ad illam concurrat. Et quidem in terminis posse patientem infirmitatem magnam pruritus se refrigerare ad illius sedationem, seu curationem, quantumcumque refrigeratio proximè influit in pollutionem, docet Thom. Sanchez lib. 9. de matrim. disput. 45. num. 9. & disput. 17. n. 19. Filliucius 2. tom. cap. 30. num. 149. & 150. Reginaldus 2. tom. prax. pœnitentialis, lib. 2. sect. 9. num. 42. fol. mihi, 296. Bonacina de matrim. quaest. 4. punct. 10. proposuit. 1. numer. 8. & à fortiori id docere debet Villalob. 2. tom. summ. tractat. 40. difficult. 16. numer. 4. & 5. dicens, fas esse fricacare verenda ad expellendum semen corruptum, licet præter intentionem sequatur prolifici seminis effusio: & licere foeminis ait etiam vsque ad intromissionem digitorum intra vas, sequutus Thomas Sanchez dict.

*Sanchez Selecta.*

lib. 9. disputat. 17. num. 19. & Bonacina supra, numero 12. Et docet Azor 3. tom. lib. 3. cap. 24. quaest. 7. dum ait, quod pollutio quæ sequitur ex causa quam non tenemur vitare, etiam si sequatur, ad culpam non imputatur; & explicans quando non teneamur vitare causam, inquit, tunc scilicet quando applicatio causa nobis, aut aliis necessaria est, aut vitilis: quod expressè etiam docet Lessius lib. 4. cap. 3. dub. 14. num. 102. At refrigerare pruritus ad dolorem ingentem leniendum necessarium est, dum non adesset oportunitas applicandi alia medicamina. Eandem doctrinam tradit Nauarr. in summ. cap. 16. num. 6. & sequentibus. Villalob. 2. tom. summ. tractat. 40. difficult. 16. num. 4. & 5. Caietan. in summ. verb. *pollutio*, Basil. de Leon. de matrim. lib. 10. cap. 13. num. 7. Ledesim. 2. part. summ. tractat. 27. cap. 16. Et docent plures ex Doctores num. 35. adducendis. Quorum aliqui loquuntur, quando causa per se influit in effectum: alij verò indistinctè, siue per se influat, siue per accidens.

Nec damnauit quisquam habentem exuberantem scabiem, vel ladicillarum seu lendium copiam posse se refrigerare ad leniendum pruriginem magnam, pariter nec damnare poterit nostrum casum.

In casibus omnino similibus, inter quos, & præsentem nulla potest assignari differentia, docet Lessius lib. 4. cap. 3. dub. 14. num. 48. Llamas in summ. 3. part. cap. 7. fol. 633. Azor. 3. tom. lib. 3. cap. 23. quaest. 5. Villalob. 2. tom. summ. cap. 16. num. 4. & 5. Vazquez 1. 2. tom. 1. disput. 115. numero 9. Ioan. de la Cruz in Directorio, præcepto 6. dub. 9. dum inquit, licet chirurgo contrectare verenda infirmi curationis causa, quantumcumque eueniat seminis emissio: igitur & se refrigerare licitum erit ad curationem pruritus magni, aut assignetur discrimen quamuis mediocriter. Potrò magis prouocare ad libidinem manus chirurgi tangentis verenda foeminae, quam proprias notum est: & in vtroque casu causam applicari, ex se influentem in emissionem seminis, pariter est notum. Quia tamen applicatur ad effectum sanitatis, alius effectus sequitur præter intentionem, ut docet Vazquez 1. 2. tom. 1. disput. 115. num. 9. Lessius lib. 4. cap. 3. dub. 14. num. 98. & alij supra allegati.

32. Cursorem item, Hispanè, *el que corre la posta*, non constrictum esse pedestrem incedere quantumuis expertus sit pollutionis pati, docent communiter omnes, Nauarr. in summ. cap. 16. num. 7. Lessius lib. 4. cap. 3. dub. 14. numer. 98. Sayrus Clau. Regia, lib. 8. cap. 5. num. 12. Filiucius 2. tom. tractat. 30. numer. 150. Sanchez lib. 9. de matrim. disput. 45. numer. 8. Lucius in summ. præcepto 6. nota 4. Azor tom. 3. lib. cap. 23. quaest. 5. in fine, Llamas in summ. 3. part. cap. 8. fol. 629. Bonacina de matrim. quaest. 4. punct. 10. proposuit. 1. numero 8. At motus ille agitationis à cursatione causatus, ita influit per se physicè in pollutionem, sicut influit refrigeratio: imò fortè vehementius ille, quia maior; & tamen non ob pollutionem venturam prohibetur cursor ab equitatione abstinere, quia ipse eam non intendit: igitur nec à refrigeratione tenebitur cessare patiens infirmitatem pruritus, quia nec ipse tunc pollutionem procurat, aut assignetur discrimen quamuis mediocriter. Sanè quoties aliqua causa duplicem habet effectum, posse intentione vnius consequen-

di applicari, alio non intentato, docent passim Doctores, Vazquez 1. 2. tom. 1. disput. 115. num. 9. Sanchez lib. 9. de matrim. disput. 45. num. 8. Leslib. 4. cap. 3. dub. 14. num. 98. Nauarr. in summ. cap. 16. num. 8. Sair. Clau. Regia, lib. 8. cap. 5. num. 12. Filiuc. 2. tom. tract. 3. num. 151. Et quamuis uterque effectus sequatur physicè ex vi causæ per se influentis, non propterea effectus qui non est prætextus, erit indirectè voluntarius, quando non interuenit obligatio amouendi causam, vt bene docent Vazquez, Sanchez Lessius, Nauarr. supra, & fatentur omnes. Et moraliter, hoc est secundum intentionem operantis, sequitur per accidens tunc effectus.

33. Præterea posse prægnantem sumere medicamenta curationis causa, quamuis abortio factus non animati sequutura sit præter intentionem, est concors omnium sententia. At magis accedit ad esse hominis factus, quam semen: igitur quamuis semen effundere verum sit, ne itrogetur iniuria hominum generationi, seu speciei multiplicationis, peccatum non erit illius effusionem pari præter intentionem, quando applicata fuit causa quæ habebat sanitatis effectum, ad quam solum est applicata. Non tamen poterit sumi medicina quæ per se primò alterationem efficit ad expulsionem factus, vt inde sequatur sanitas, vt Vazquez opul. de restit. cap. 2. §. 1. dub. 7. num. 28. & cap. 3. §. 2. num. 23. Basil. de Leon. lib. 10. de matrim. cap. 13. Nauarr. lib. 2. de restit. cap. 3. num. 132. Quamuis oppositum censet Sanchez lib. 9. de matrim. disput. 20. n. 9. censens non solum posse sumi potionem ad sanitatem, quamuis per accidens sequatur, sit abortio, verum directè posse procurari abortum factus non animati, vt consequatur maris salus. Poteritque infirmus sumere medicinam quæ per se primò habeat tanquam effectum sanitatem, etiamsi præter intentionem seminis effusio, sequatur, vt docet Vazquez supra illo num. 24. & mundare verenda à lanugine, sanguineve menstruo, ne pruritum patiatur, aut foetorem.

Et fas esse medicis, & matronis inspicere verenda ad dignoscendum sit ne vir, vel femina potens ad matrimonium, testatur c. Nec aliqua, 27. quæstion. 1. & cap. Propositi de probationibus, & tamen tunc probabile satis periculum pollutionis, tam in inspicente, quam in eo qui inspicitur, interuenire est manifestum, at non tam necessarium, est feminam ad matrimonium duci, sicut leniti dolorem pruritus.

34. Deinde non est magis mala effusio seminis vt sic, abstrahendo ab emissionem voluntaria, & inuoluntaria, quam occisio innocentis, vt sic, & tamen licere causam applicate aliquando ex qua sequitur per se physicè innocentis mors, dum tamen illa non sit intenta, sed alius bonus finis, fatentur communiter Doctores. Vnde fas esse impugnanti civitatem in bello iusto eam penitus diruere, vel ei ignem applicare, quando aliàs victoria consequi non potest, licet innocentes mortem sint passuri, communis animus Doctorum consentit de bello disputantium. Rufus si insequor ab inimico mortem meam procuranti, posse me fugere equo, fatentur magis communiter Doctores, quamuis puer qui solo iacet, sit vsque ad necem concutiendus, contra Vazquez supra illo n. 24. & in 1. 2. tom. 2. disput. 174. numero 14. & Azorium tom. 3. lib. 13. cap. 24. dub. 3. & Basil. supra. Igitur, & refractionem quæ medetur infirmitati

pruritus, fas erit persequi, quamuis inde sequatur præter intentionem seminis emissio, aut assignetur discretimen.

Præterquam quòd pollutionem, vt sic, siue emissionem seminis (abstrahendo ab eo quod sit voluntaria vel inuoluntaria, hoc est, quòd homo actiue, vel passiuè se gerat) intrinsecè malam non esse, sed indifferentem fatentur innumeri DD. infra vocandi: sicut copula carnalis vt abstrahit ab vxoraria & fornicaria intrinsecè mala non est: est enim ex se & suapte natura illa effusio sicut excrementorum euacuatio, vt sudor, vrina, sanguis, fluxus lacrymarum & aliorum. Vt optimè docuit Corona florida cap. 23. & 24. At quòd intrinsecè malum non est, sed solum quando efficitur voluntariè, curandum non est quòd sequatur vel non absolute, sed solum quòd non fiat voluntariè: at effectus pullulans ex causa quam non tenemur auertere, voluntarius non est moraliter, vt fatentur vniuersi cum D. Thom. 1. 2. quæst. 6. art. 3. & nos diximus supra num. 28. ergo quòd sequatur pollutio ex refractione pruritus ad illum sedandum, & leniendum ingentem dolorem, mala non erit, cum illam causam non constringamur auertere. Porro pollutionem, vt sic, non esse intrinsecè malam, constat primò ex c. testamentum, dist. 6. vbi distinguens D. Gregor. aliquando pollutionem ex crapula venire, aliquando ea superfluitate, vel infirmitate, concludit, quòd quando ex infirmitate, vel natura superfluitate euenerit, timenda non est, ac si dicat malam non esse, quia hanc animus negligens pertulisse, magis dolendus est quam fecisse, quasi dicat, potius intelligitur tunc pati, quam facere, vt ibi explicat glossa, & ex capite Pensandum est, eadem distinctè docet D. Thom. (Theologorum Princeps) 2. 2. quæst. 154. artic. 5. vbi ait, quòd si pollutio nocturna consideretur secundum se, non habet rationem peccati: at pollutio nocturna sub pollutione, vt sic, comprehenditur tanquam species sub genere: & idem docet in 4. distinctè. 9. art. 4. Quod idem docet Caietan. ibi, & in summ. verb. Pollutio, & tom. 1. opul. tract. 22. Ludouic. Lopez 1. part. instruct. cap. 74. vbi ait, quòd pollutio nocturna ex se non est actus humanus, sed est sicut sudor, aut fluxus sanguinis: & inferius assignans differentiam inter homicidium in fomnis sequutum, & pollutionem, ait, quòd homicidium est secundum se peccatum, non sic pollutio. Ledesm. 2. part. summ. tract. 27. cap. 16. Syluest. verb. Pollutio & adducit exemplum in patientibus fluxum seminis, in quibus talis fluxus non est peccatum. Angel. verb. Pollutio, numer. 3. Armill. num. 3. Tabiena verb. Communicare, q. 38. Rosella verb. Pollutio, numer. 3. Raymund. in summ. verb. Luxuria, fol. 497. qui omnes ex insigni Religione Dominicana filij sunt, qui suis scriptis lucem futuris seculis emisere. Tolet. lib. 5. cap. 13. num. 8. Nauarr. in summ. cap. 16. num. 7. vbi ait, pollutionem, vt sic, non esse in se peccatum secundum omnes. Leslib. 4. cap. 3. dub. 14. num. 94. 101. 105. & 106. Valent. 2. 2. disputat. 9. quæst. 3. punct. 3. Filiuc. 2. tom. tract. 30. num. 151. Vazq. 1. 2. tom. 1. disputat. 115. num. 7. & 9. & opul. de restit. cap. 3. §. 2. num. 24. Sanchez lib. 9. de matrim. disp. 45. num. 5. & in summ. lib. 1. cap. 2. num. 18. 19. & 20. dicens, pollutionem vt sic, instar aliarum euacuationum naturalium prouenientem, non esse ex se peccatum, sicut peccatum ex se est homicidium, & fornicatio. Salas 1. 2. tom. 1. tract. 7. disp. 6. scd.

6. sect. 8. num. 59. dicens, quòd pollutio in se nullam habet malitiam, nisi quatenus voluntaria. Licitius in summ. summarum, præcepto 6. nota 4. in fin. Llamas in summ. 3. part. cap. 8. fol. 630. & 632. Anila de censuris, part. 7. disput. 6. sect. 1. dub. 14. fol. 370. Azor tom. 3. lib. 3. cap. 24. dicens, hanc esse communem opinionem. Placa de delictis lib. 1. num. 7. fol. 548. Palacios in 4. distinct. 33. disput. 4. fol. 755. D. Antonin. 2. part. tit. 6. cap. 5. Couat. in Clem. Si *si quis*, 3. part. refectionis num. 6. vers. *Igitur*, fol. m. h. 969. Rayner. in 2. part. sum. fol. 156. & sequentibus, Blanchis in disput. *Conscientia*, disput. 5. in littera P. fol. 561. & 564. summ. Corona 1. part. fol. 32. Maure in summ. part. 4. cap. 2. §. 4. num. 3. Coriol. de casib. referu. part. 2. casu 9. Bonac. de matr. quest. 4. punct. 10. num. 3. & 5. Ioan. de la Cruz in Directorio, præcepto 6. dub. 10. Et ob id fas esse desiderare simplici voluntate pollutionem quatenus illa proficua est saluti, vel molestas carnis tentationes sedat; docet bene Sanchez in summ. lib. 1. cap. 2. n. 19. plures adducens. Et quamvis num. 28. dixerimus pollutionem voluntariam esse intrinsecè malam, intelligendum est quando est voluntaria in se, vel in causa illicita per se ordinata ad illam quæ nullam aliam habeat effectum, vel si apponatur quæcumque causa ex intentione pollutionem consequendi, vt rectè Vazquez 1. 2. tom. 1. disput. 115. num. 9. Sanchez de marrim. lib. 9. disp. 45. n. 17. qui licet malitiam mortalem pollutionis non agnoscat in pollutione præuisa in ebrietate, non ob id venialem cognoscit, quia pollutio materia gravis est, & ideo mortalis esse debet culpa, vel nulla.

36. Quæ omnia valdè confirmantur autoritate totius Vniuersitatis Complutensis Doctorum, qui dum librorum Expurgatorium vltimum constitueretur, & dissensio aliquis fuisset suborta, nam expungi oporteret à libro Thomas Sanchez præsentis disputationis scopus, seu punctus, scriptis suis sunt restati immeritò abradendum id niti aduersarios, ob idque intactus remansit; & idem iudicatum fuisse à Doctoribus Salmantic. est mihi per epistolam restatus P. Cornejo vespertinus Theologiae professor. Et saltem vt opinionem, quamvis minus probabilem, habendam forte hanc nostram nemo meritò dubitabit. Hancque propositionem comprobant plures sancti Officij qualificatores quibus supermi Senatus mandato fuit commissà. Et religione Dominicana Mag. Franciscus Agustina & Manuel Garcia. Et Franciscana Mag. Didacus de Barrafa. Rodericus de Portillo. P. Berdugo, & P. Rojors Curia Commissarij. Ex Benedictina Mag. Antonius Perez. Ex Augustiniana. Mag. Didacus de Campo, & Fr. Ioannes de San Agustín. Ex Societate Iesv. P. Ludouicus de Torres, P. Ioannes Federicus,

Xelder. P. Petrus Gonzalez de Mendosa.

37. Postremò hæc opinio ius probabiliter saltem per principia extrinsecè sibi vendicat ex approbationibus apud me habitis in scriptis, Patris videlicet Hieronymi de la Cruz sacre Theologiae Primarij Professoris in suo Regali Conuentu S. Hieronymi Matrit. P. Seraphini de Freitas factorum Canonum in Vallisfolitana Academia vespertini Professoris, & P. M. Balthafaris Gomez Commendatarij S. Mariæ de la Merced, & sanctæ Inquisitionis Qualificatoris, Ex Academia Salmanticensi, Patris Ludouici de Miranda, P. Henrici de Villalob. P. Anton. Henrici. P. Laurentij de Villa Real, P. Ludou. de Roa. P. Ioannis Chacon. P. Petri Pimentel, P. Ignatij de Iuarti, P. Ioannis Martinez, P. Francisci Dominguez Scotici Cathedratici, P. Cotnejo vespertini sacre Theologiae Professoris, P. Basil. de Leon Primarij. P. Francisc. Angeli Manriq. Philosophiæ moralis Professoris. Ex Academia Toletana, Doctoris Martini Ramirez Primarij Theologiae Professoris.

38. Verbo item illam comprobant P. Ludouic. de Torres, Doctor Aluarius de Villegas Sereniff. Infantis Cardinalis coadministrator. Doctor Roder. Moyano, Theologus maximus. Mag. Franciscus de Iesus Regius Concionator, & Mag. Gomez S. Mariæ Carmelitane alumni, Pater Fr. Manuel Iacome Præmonstratensis, sacre Theologiae Professor in suo Conuentu Salmanticensi, & alij innumeri quos ob molestiam omitto.

Cùmque contingat sæpè pruritus magnum viros & sæpius scæminas pati, si à refectione esse obstrictos abstinere edocentur, periculo euidenti transgrediendi præceptum eos exponi deducitur ex morali impossibilitate illa loca non tangendi, vt docent Medici num. 29. adducti: fatius ergo serit probabili conscientia ipsos se gerere qua peccatum caueant. Fagundez de *quinque præceptis Ecclesie*, cap. 2. num. 12. Nec oportebit rei licitæ non docere veritatem (saltem probabiliter) ob timorem abusus; aliàs expediret typis non dare, posse in die ieiunij refectionuculam nocturnam sumi, timore super oriente, alios posse ex eo cœnare: oporteret quoque non scripsisse, posse quemcunque extrema indigentia laborantem aliena subripere, ne scilicet inde anam sumeret extra illam accipere. Nec in sui defensionem aggressorem intermittere esse fas cum moderamine inculgatæ tutelæ, esset edocendum, ne se defendentes, moderamen negligentes, metas licitæ occisionis transgredirentur: Adeoque prædicta sententia mihi certa videtur, vt mirer satis Thomam Sanchez dixisse inter doctos fuisse de ea dissensionem: ob quod erubescere sanè, dum à Doctis huiusmodi firmari sententiam poscebam, sed id ob ignorantres factum est.

## DISPUTATIO XXII.

Vtrum licitum sit, imò magis expediens, quotidie sacram  
Eucharistiam suscipi à laicis?

## S V M M A R I V M.

Posuntur argumenta à parte negativa, num. 1. 2. 3.  
& 4.

Prima sententia negativa, num. 5.

In quoniam consistat maior difficultas questionis?  
num. 6.

Authoris iudicium, num. 7.

Probatum rationibus, num. 8.

Communicare cum peccatis venialibus concomitan-  
tibus, nonnum peccatum veniale non est, erit ta-  
men si suscipiatur Eucharistia ob inanem gloriam,  
num. 9.

Obiectio aduersus Authoris iudicium, & illius solutio,  
num. 10. & 11.

Notabile ad intelligentiam Concilij Tridentini, sess. 13.  
cap. 7. num. 12.

Obiectiones pro parte negativa diluuntur, num. 13. 14.  
& 15.

Alia ratio Authoris iudicium confirmans, num. 16.  
& 17.

Authores tuenter partem affirmatiuam Authoris,  
num. 18.

Doctrina Pij V. perpenditur, & explicatur apprime  
doctrina Concilij cap. 6. sess. 22. ubi operat sancta Sy-  
nodus omnes Christi Fideles in singulis Missis com-  
municare, num. 19.

In Parasceue licitum est laicis non aegrotantibus commu-  
nicare, num. 20.

Ad communicandum fidelem ob solam deuotionem po-  
test frangi hostia, num. 21.

Ad communicandum, monilem infirmam potest Sa-  
cerdos ingredi monasterium omnibus festiuitatibus,  
quibus ex constitutione tenentur religiosa Eucharis-  
tiam sumere, num. 22.

Soluntur argumenta, num. 23. 24. 25. & 26.

Alia inuenies à num. 27. usque ad 52.

**R**ARTEM negatiuam hæc iuuant  
argumenta. Laici à Sacerdotibus  
in hoc distinguuntur, quòd Sacer-  
dotes sint clientes domus Dei, clau-  
nem auream gestantes; ob quod  
Regale sacerdotium, & gens sancta dicuntur 1. Pe-  
tri 2. Vnde non mirum, quòd hi quotidie Regem  
caelorum visitent, & de eius mensa manducant,  
ministri enim Regis temporalis sic faciunt, & ira  
aequum est. Laici verò etsi subditi, seu vasalli  
Dei Regis sint, non tamen ministri, nec de eius  
camera: vnde minime conueniens erit per eos ius  
habere cum Sacerdotibus ad inuisendum Regem,  
& de eius mensa manducandum. Si enim quoti-  
die licitum esset laicis Eucharistiam suscipere, in  
nullo à Sacerdotibus superarentur, nisi in labore  
& seruitio: dicereque posset laicus ad Sacerdo-  
tem: Quid habes tu, quod ego non habeam? Si  
manducas quotidie ad mensam Regis, etiam ego:  
si offers sacrificium, non minùs & ego idem offe-

ro ( vt patet ex Canone Missæ, *Pro quibus tibi of-  
ferimus, vel qui tibi offerunt:* ) solum præstantior es,  
quia offers, quod consecisti: at conficere laborare  
est; ego verò sine labore offero: quò sanè te su-  
pero, & in hoc melioris conditionis inuenior: sum  
enim quasi minister iubilatus, stupenda merens  
absque labore præsentì.

Secundum argumentum. Parum laudabile est,  
imputatum ab alio homine ad manducandum, sta-  
tim acceptare, & ad mensam illius sedere, quam-  
uis alius vero animo inuiter: tenetur enim ex vr-  
banitate recusare aliquoties ob reuerentiã in-  
uitantis, maxime si sit magnæ authoritatis. Deus  
igitur licet ad seipsum manducandum fideles in-  
uiter, æquum non erit, statim ad mensam sedere:  
sed tenentur ob respectum inuitantis à conuiuio  
abstinere, & cum Centurione dicere, *Matth. 8.*  
*Domine non sum dignus, ut inires sub tectum meum,*  
*Quod Zachæus suscepit Dominum gaudens*  
*in domum suam, non ita videtur Christo gratum*  
*fecisse, ac Centurio; huic enim in præmium puer*  
*sanatus est, illi verò si bona interna largitus est,*  
*quare itidem; & Centurioni donata non fuisse*  
*dicemus?*

Tertium argumentum. Qui abstinet à susci-  
pienda Eucharistia aliquoties ob reuerentiã Sa-  
cramenti, plures actus virtutum exercet, quam  
qui quotidie recipit ( loquimur pro illa vice, qua  
vnus abstinet, alter verò non: ) igitur laudabilius  
est aliquando abstinere, qua abstinentiã actus ti-  
moris filialis exerceret, qui timor ab actu alio  
charitatis oritur. Nam, vt ait D. Thomas 1. 2.  
quæst. 19. artic. 10. & ibi Caietan. Banez, Aragoi,  
Torres & Lórea. Suarez tom. de fide, tractat.  
de spe, disput. 1. sect. 4. num. 16. timor filialis crescit  
crescente charitate: sicut crescente causa crescit  
effectus. Incrementum verò timoris filialis à ma-  
iori charitate necessarium debet oriri: velut quan-  
tò magis quis diligit aliquem, tantò plus timeret  
eum offendere, & ab eo separari; ita à contrario,  
quò magis veretur quis separari à Deo, eò magis  
diligit. Inde cecit quidam; *Res est solliciti plena*  
*timoris amor.* Præterea exercet humilitatem, &  
reuerentiã, distinctiusque fidem colit, quam  
quando non abstinet. Qui enim non audet acce-  
dere propter reuerentiã, formaliter & in actu  
signato fidem habet huius mysterij, quia impos-  
sibile est timere aliquem, tantum Dominum intra  
se recipere, & non pariter recordari sub illis spe-  
ciebus, quas timere suscipere, esse verè Christum  
cibum animarum spiritualem. At qui suscipit ex  
amore Christum, non necessariò fidem huius Sa-  
cramenti exercet actualiter, & formaliter, sed  
solum exercet actum amoris, qui demus sicut vt  
quatuor, & timor reuerentialis illius qui abstinet,  
sit etiam vt quatuor, cum probatum sit, quòd ille  
timor à charitate vt quatuor oriri debeat, sit quòd  
abstinens & non abstinens sint pares in charitate.

Præterea

Præterea abstinens excedit in timore, fide, humilitate, & reuerentia: igitur laudabilis est aliquando, & gratius Deo ob reuerentiam, aliquem ab Eucharistia abstinere, quàm quoridie sumere.

4. Item ponamus, quòd quis experietur ex frequenti sumptione, minorem se habere erga Eucharistiam reuerentiam, nec etiam amorem augeri: in hoc casu sanè melius erit abstinere, quàm communicare, cum ex abstinence crescat reuerentia, & amor. Igitur saltem loquendo absolute, non erit expediens laicis quoridie communicare.

5. Quamplurimi grâues Doctores eius iudicij sunt, quòd communiter loquendo, non expediens sit laicis quoridiana communio. Tenet Vazquez tom. de Eucharistia, disput. 214. cap. 3. numero 27. Suarez tom. 3. in 3. part. disput. 69. sect. 4. qui aiunt, frequentius quàm octauo die non esse laicis communicandum, nisi sint probatæ virtutis: singulis verò diebus rarissimè, & paucissimis hoc sacramentum concedendum. Petr. de Sorò lect. 9. de Eucharistia, Petr. de Ledesm. 1. part. summa, cap. 14. conclus. 4. qui vult, ne frequentius quàm octauo die laici communicent, nisi in aliquo casu singulari. Sor in 4. distinct. 12. art. 10. conclus. 3. dicens, quòd qui corruptis affectibus fluctuant, licet quoridie resurgant, non esse iis sanum consilium quoridie ad sacramentum accedere, etiamsi sint Sacerdotes: tum quia timendum est, non fuisse legitimam pœnitentiam: tum etiam quia nec sinceram, & castam reuerentiam afferre possunt, vt sacramentum pro dignitate æstiment. Aliis verò secularibus coniugatis, qui rei familiari inserviunt, licet à peccatis mortalibus sint liberi, non consulerem (ait Sorus) frequentius, quàm decimoquinto quoque die ad sacramentum mensam accedere. Quod si inter seculares persona insignis virtutis semel in hebdomada communicaret, nulla irreuerentia esset: crebrius tamen nullatenus approbare possem. hæc Sorus. Man. Rodrig. in summa. cap. 65. in fin. vbi aduertit, confessarios nullo pacto debere concedere pœnitentibus facultatem quoridie communicandi, sed ad summum semel in hebdomada, exceptis personis singularis virtutis, quæ comparentur sanctæ Catharinæ: quod adducit ex Medina in summa. cap. 42. ferè in fin. in declaratione 4. præcepti Ecclesiæ, Rodriguez verò solum extendit; vt possit communicare in festo solemnij intermedio; etsi persona sit religiosa, quòd liberalius se erga illam confessarius habere debeat. Hoc etiam expressè tenet de verbo ad verbum transcriptum Vega in summa. 1. part. cap. 61. cas. 2. & en espejo de Curas, tom. 1. cap. 10. num. 169. & 170. & videntur fauere Tabiena verb. *communicare*, numer. 14. & Syluest. verb. *Eucharistia*, 3. in fin qui ait; abstinere aliquem, melius esse in casu, quando probabiliter præsumit ex sumptione reuerentiam minui, & amorem non multum augeri. Præterea deducitur esse huius opinionis Armilla verb. *communio*, num. 5. qui ait, ætalem deuotionem requirit, vt reuerenter, & dignè quis communicet: Cum verò seculares non habeant quoridie ætalem deuotionem, sit minus illis quoridie esse communicandum. Tenet Caietan. in summa. verb. *Communio*; prope finem quod exposcit ætalem deuotionem, vt reuerenter Eucharistia suscipiatur. Rosel. verb. *Eucharistia* 3. num. 32. Durand. in 4. distinct. 12. quæst. 5. num. 6. Nauarr. in summa. cap. 21.

num. 59. Luci. in summa. in princip. ferè 4. præcepti Ecclesiæ. Cañed. in summa, tractat. *De Eucharistia*, cap. 5. ferè in princip. qui ait, quòd etsi liceat Sacerdoti quoridie communicare, offerendo sacrificium pro animabus Purgatorij, non tamen seculari, nisi summo amore flagraret, quemque experiretur in se indies per communionem roborari, & profectum charitatis agnosceret. Quòd eisdem verbis docet Nicol. de Orbellis, in 4. distinct. 12. quæst. 2. §. 1. Astensis in summa. 1. part. lib. 4. tit. 17. art. 3. quæst. 2. Antonius Ragnicus in lucerna parochorum, de Eucharistia, quæstio 74. fol. 213. Coron. in summa. 4. part. de Eucharistia, num. 68. Angel. verb. *Eucharistia*, 3. numero 38. D. Antonin. 3. part. tit. 14. cap. 12. §. 3. Bonavent. lib. de profect. Relig. cap. 77. Enriq. lib. 8. cap. 53. qui approbat consilium Patrum de communicando semel in hebdomada, aut bis in mense: allegat PP. consulentes id ipsum; videantur apud eum, Nuño de Eucharistia, quæst. 80. artic. 8. conclus. 10. Agidius de sacrament. quæst. 80. qui ait, considerando prudentissimorum per orbem Christianum hac in re iudicium, & praxin, laicis piè viuentibus, & à grauioribus abstinentibus peccatis, videri consulendum, semel per hebdomadam communicari, non tamen sapinis, nisi particularis ratio suadeat: præsertim si coniugati sint, qui partim ob matrimonij statum, partim ob varias occupationes vix possunt se dignè præparare ad sapius communicandum ea deuotione, quam tantum sacramentum exposcit. Reginald. 2. tom. prax. lib. 29. num. 69. qui doctrinam Patris Suarez sequitur, scilicet non frequentius, quàm octauo die esse laicis communicandum. Estius in 4. distinct. 12. §. 10. qui maiorem frequentiam communicandi tribuit Sacerdotibus, quàm laicis. Palat. in 4. distinct. 9. disput. 11. col. 18. qui etiam personis deuotis, & vitam degentibus quietam maiorem frequentiam communionis permittit, quàm nouitiis in religione. Petr. Ochaga. tract. 2. *De Eucharistia*, quæst. 16. numer. 4. qui ait, quod generaliter non sit fidelibus consulendum, quàm octauo die sacram Eucharistiam suscipere. Nicola. de Plob. in summa. tract. *De Eucharistia*, §. de cautelis seruandis circa hoc sacramentum ex parte sumentium, ante 4. cautel. qui ait, errorem sapere & vulpinam calliditatem asserere, & consulere virginibus, & viduis deuotè viuentibus quoridianam Eucharistia sumptionem. Nec est mens sanctorum Patrum, & Ecclesiæ (ait) per sumptionem excitari deuotionem, sed per ieiunium, eleemosynas, orationes, & meditationes deuotas ac pias: hæctenus Plobe. Valenti. 4. tom. disput. 6. quæst. 8. punct. 4. §. sexto cum hæc ita habeant. Claues in summa ex doctrina Victor. edita de Eucharistia, numer. 85. qui etsi dicat in fine, laudabilem esse frequentem fidelium communionem; non tamen audèrè concedere quoridianam. Villalob. in summa. tract. 7. difficult. 41. per tot. cuius hæc sunt verba. *No comulgue cada dia, sino persona de gran santidad, y la gente concertada una vez cada semana.* Nider. in 3. præcept. cap. 12. num. 12. Iuan. de la Cruz de Eucharistia, dub. 6. conclus. 2. Martin. Bonacin. de sacrament. disp. 4. quæst. 4. punct. 2. numer. 14. dicens, laico communicandum octauo quoque die, Ludouicus de de san Ioan. 1. part. summa. tract. *de Eucharistia*, quæst. 7. art. 12. fol. 178. qui tamen inferius fol. 180. in oppositum maxime inclinât. Filicinus 1.

tom. tract. 4. cap. 7. num. 199. qui semel in hebdomada communicandum esse permittit. *Posteum de officio curati*, cap. 8. num. 10. Anton de Literat. in *Summa Summarum*. 2. part. cap. 22. num. 9. sibi contrarius 1. part. cap. 23. num. 11. dicens: *Potest quotidie communicare qui sine peccato est*. Arboled. *pract. sacram.* fol. 364. *de sacram. Eucharist.* not. 16. Aduerto tamen, quod plures ex allegatis Authoribus non expressè negent, esse quotidie communicandum, sed iudicium hoc remittunt ad experientiam, an penitens ex quotidiana communione sentiat maiorem feruorem, & deuotionem, profectumque virtutum nasci: quo dato, communionem quotidianam non prohibent: verum tamen illa deuotionis, & feruoris experientia cessante. Verum hi Doctores nostram fouent sententiam num. 7. explicandam. Nam dicentes à communione abstinendum si feruorem minui praesentiam Eucharistiam sumentes, idem est ac si dicerent, si communionem haberi ob vanam gloriam concipiantur; nam aliàs quomodo feruor minueretur: nam etsi sensibilis minuat, nihil obest, dum spiritalis in dies crescat. Quem sensum legitimum esse confitentur aduersarij nuper aduersus nostram opinionem scribentes: quos vellem non dixisse adeo difficilis adeptio esse dispositionis ad quotidie communicandum, quod penè exanimis reddant fideles ad eas consequendas curare. Et maxime risu dignum narrabo cuiusdam parochi huius Curiae Martitenfis dictum. Cum ipse dissentiret admodum quotidianis communionibus, concipere tunc quendam hydropissam quotidie ad sacrum accedere mentem, ira succensus elata voce dixit: Quorsum tolerandum est hydropissam quotidie facto refici cibo? Proh Deus! quid interest corpus nigrum esse, dum anima nitida existat ad dignam Eucharistiae sumptionem?

Insuper omnes hi Authores D. Thomam secuti in 3. part. quaest. 80. art. 10. fatentur, communicare quotidie secundum se loquendo, laudabilis esse, quàm à communione abstinere: sumere enim Eucharistiam ex amore procedit, abstinere verdè ex timore: amor tamen timori praefertur, vt expresse D. Thom. ad 3.

Difficultas verdè tota in eo sedem habet? An per accidens ratione indispositionis sumentis sit laudabilis quotidie non communicare (& supponimus nos non loqui de indispositione ex mortali: hac enim posita planè abstinere tenetur homo, vt constat ex Concilio Trident. sess. 13. cap. 7. adducente illud Pauli 1. ad Corinth. 11. *Probet se homo, & sic de pane illo edat, & explicante probationem à mortali per confessionem fore necessariam, ne ex manducatione indigna, iudicium sibi manducet homo, & peccet mortaliter.*) Supponunt namque praedicti Authores aliam dispositionem requiri praeter nullius criminis mortalis conscientiam, ad hoc quòd quis communicando quotidie, aut non peccet venialiter, aut non faciat contra consilium. Plures tamen ex his frangi consilium dicit, pauciores verdè frangi praecipuum obligans sub veniali: requirunt enim in suscipiente magnam deuotionem, vitam perfectam, & liberam à curis secularibus: quae si deficiant, salubrius putant consilium aliquoties abstinere quàm quotidie communicare. Aliqualis, aiunt, irrogatur irreuerentia sacramento, si cum moribus ordinatis, rebus secularibus potius

quàm diuinis inuigilando fideles communicent. Et istius opinionis esse D. Thom. 3. part. quaest. 80. dicto art. 10. contendunt aliqui, ex eo quòd ait in pluribus hominum deuotionem requisitam ad sacramentum, impediti propter indispositionem corporis, vel animae, nec talibus vtile esse quotidie ad illud accedere. At si nomine magna deuotionis & reuerentiae non intelligeretur quid aliud praeter statum gratiae (secundum existimationem suscipientis) non dixisset, deficiente huiusmodi deuotione minime expedire homini sacram Eucharistiam sumere, sed dicere non esset licitum: quia tunc vt inimicus sumeret: at contrariae mentis esse D. Thom. ostendimus num. 18.

### Authoris iudicium.

Certum tamen puto, non aliam requiri dispositionem praeter nullius criminis mortalis conscientiam, ad communicandum quotidie, aut quòd ob inanem gloriam non suscipiatur Eucharistia, aut tempore susceptionis non aliud inter praecipuum implendum, quòd frangi necesse sit ob assumptam occupationem Eucharistiae suscipiendae, aut quòd nullus praeus finis intercedat, eumque qui sic se paratum inuenit, id est absque mortali & ceteris dictis obstaculis, communicando, iuxta sanius consilium acturum. Est enim susceptio Eucharistiae actus perfectior secundum se loquendo, quàm abstinentia ipsius ob reuerentiam, cum ex amore procedat, sitque actus perfectissimae religionis. Nam si propter quod vnumquodque tale, & illud magis, & desiderium suscipiendi Eucharistiam sit actus religionis, ipsa susceptio sine dubio perfectior actus erit: similiter potentem exercere actum perfectioris virtutis, & desiderantem ob imperfectiorem, contra consilium agere quis negabit? praesertim cum ex alia parte exercendo actum perfectiorem, nullam culpam committat.

Si autem dicant contrarij in tali statu, dum scilicet, quis vitam non agit perfectam maxime non esse perfectius suscipere Eucharistiam, quam abstinere, supponunt quòd probandum erat, & eorum modò resorbent.

Vt itaque consilium operanti sit salubrius, maius certe bonum ex eo illi aduenire debet: quia quam ratione melius, si minus bonum adferat? Susceptio equidem Eucharistiae etiam sine alia dispositione, quàm habitualis gratiae, tribuit gratiam sacramentalem, remissionem venialium (nec curo modo, an sit necessaria attritio iuncta cum sacramento, ad venialium remissionem: vt vult D. Thom. 3. part. quaest. 79. art. 4. Bonavent. in 4. distinct. 12. part. 2. distinct. art. 1. quaest. 3. Petrus de Soto lectio. 12. *de Eucharistia*, siue ex sola gratiae infusione, vt docet Suarez 3. part. quaest. 79. art. 4. sect. 10. Vazquez, tom. 6. penitent. quaest. 87. art. 1. dub. 2. num. 7. qui praeter infusionem gratiae, & actuale peccati non complacentiam, nisi aliud exigit, vt remittatur: & his assentior) ad vincendas tentationes auxilia confert congrua, sedat passiones, sanicatem corporis procurat, iuxta illud Ecclesiae in sacrificio Missae dicentis, *Pane nobis ad salutem mentis & corporis*: non quia causat aliquam qualitatem corporalem, sed quia externa protestatione à rebus infirmitatem comparantibus nos liberat, vt notat Suar. disp. 64. sect. 1. Vazquez disput.

disput. 104. num. 18. *Agid. quest. 79. art. 8.* Hurtado de Eucharistia, disput. 8. difficult. 6. Pagundez 3. præcept. lib. 4. cap. 5. num. 7. moderaturque nimium calorem qui libidinem excitare posset, & inde reducitur corpus ad optimum temperamentum, ex quo bona valetudo resultat vt effectus, aut essentialiter in illo sanitas consistit de quo medici. Si enim Extrema vnctio salutem corporis causat, quid mirum, & illud præstare Eucharistiam? Imò contrarium mirabilis esset. Dicant quæso experti, num sanitate validiorem præsentiant sapius communicando, aut abstinendo? & sat scio fatebuntur, quòd communicando, vt rectè Suarez tom. de Eucharist. quest. 74. art. 8. disput. 69. sect. 1. Omnibus ergo his fructibus, & vtilitatibus defraudatur abstinens à communione, nullumque aliud bonum nascitur præter meritum reuerentiæ, & timoris, quæ longè minora bona sunt. Vnde contra consilium agit non communicans quotidie. Nec intelligas, quòd accedens ad suscipiendam Eucharistiam, magis accedat amore concupiscentiæ, quærens commodum suum, quàm amore amicitie, quærens gloriam & reuerentiam Dei: nam accedendo repræsentat summam Dei charitatem, qua pro nobis passus est in cruce, secundum illud: *Hoc facite in meam commemorationem.* Repræsentat infirmitatem eius potentiam, qua Christus Deus & homo tam mirabiliter nobiscum esse voluit in tantilla Sacramenti specie. Repræsentat immensam Dei bonitatem qua se in refectionem animarum dare voluit nobis indignis cibum vitæ. Repræsentat etiam ineffabilem eius sapientiam, per quam eo ordine nos reparauit, quo cecideramus à statu innocentie scilicet per cibum Paradisi, vt docet Gabr. in Canone lect. 87. lit. T. qui etiam allegat Innocentium. Deinde Deum laudari ab hominibus videntibus fideles ad sacramentum accedere experientia testatur, qua laude carebit ob solam communionem spiritualem à fidelibus habitam. Imò & accedens desiderio proprii commodi nequaquam peccat: alias enim actum habens Spei, crimine inficeretur, cum speret beatitudinem ob bonum proprium, & reprehensione dignus esset, contra Psalmist. 118. dicentem, *Inclinasti cor meum ad faciendas iustificationes tuas proptertributionem;* & Apostolos Matth. 19 dicentes: *Ecce nos reliquimus omnia, & sequimur sumus te. Quid ergo erit nobis?* id est, quid præmij nobis datus es Christe, ob omnium renuntiationem, & tui sequelam? At hos criminis damnare nemo audebit. De quo Maldonat. super dict. cap. Marth. & nos disput. 24. num. 11. Sanè incomprehensibile est maiorem non comparandam esse gloriam Deo ob exercitium perfectioris actus, quàm minùs perfecti: at receptionem esse actum perfectiorem probauimus num. 7. & in fine soluemus id quod huic rationi obijci posset. An autem communicare ob consuetudinem sit vituperabile ibi videre poterit latius & vtilius.

Nec incipiamur rectum esse concilium, & ita à confessariis dandum, vt quotidie volentes communicare, curis secularibus desistant, de vite perfecta habenda studeant, feruore charitatis affectent, aliisque virtutibus sedulo incumbant. Taliter enim intenti cum vberiori dispositione Eucharistiam suscipiant, & consequenter fructuosius. Quod verò negamus, est, non agenti ad eò perfectam vitam, minimè futurum salubrius con-

silium abstinere, quàm communicare, cum ex communione plenior detur gloria, & reuerentia Deo, maioraque bona suscipienti obtiniant; quàm ex abstinentia ob reuerentiam. Duplex itaque consilium in hac re interuenire potest. Primum, vt intendens quotidie communicare, decenter, & piè viuat: quod consilium admittimus, & contra illud fieri pronuntiamus ab eo, qui minùs deuotè viuendo quotidie communicat. Aliud consilium interuenire potest, scilicet, vt non viuens quis cum summo animi erga Deum, & proximum feruore, nequaquam quotidie communicet: quod adesse consilium negamus. Quapropter qui non feruenter & deuotè viuendo, quotidie communicat, solum agit contra vnum consilium, nempe de non viuendo feruenter; minimè verò contra alterum consilium, videlicet & non communicando, nisi piè & feruenter viuat. Autotes tamen allegati in num. 5. non solum contra vnum consilium, sed contra duo aiunt fieri ab eo, qui minus decenter, & feruenter viuendo, quotidie communicat. Vide ad hunc locum quæ dicimus in disput. 23. num. 11. *An in die habita copula coniux possit communicare?* vbi distinximus, aliud esse consilium, vt coniugati abstineant à copula, susceputi Eucharistiam: quòd sanum esse consilium admittimus: aliud verò, vt si non abstinerint, etiam non communent, ibi refutauimus. In hocque sensu fuisse loquutum Concilium *sessio. 13. cap. 7.* dum dixit nitendum fore ad Sacramentum accedere cum magna reuerentia & sanctitate: non enim dixit, nisi ad sit huiusmodi magna sanctitas, non ad sacramentum accessum habendum fore. Hoc sanè dictum est supposito quod gratis concedamus, nomine magnæ reuerentiæ & sanctitatis, aliud præter gratiæ statum intelligere Consilium. Nam reuera aliud non est magnam habere reuerentiam & statum gratiæ fuisse adeptum. Nam cum Concilium ad sacram suscipiendam Eucharistiam poposcisset magnam reuerentiam & sanctitatem, quænam esset huiusmodi magna sanctitas explicuit, dum dixit illud esse ac nullum sibi conscium esse mortalis labis.

Item nec erit contra consilium secundo modo explicatum communicare, in quo casu quis sit distractus in actuali susceputione Eucharistie, vt si cogitet de dicendo mendacio, aut aliud peccatum veniale ibi committat (dummodò non communiter ob vanam gloriam: tunc enim ipsa susceputio actio peccaminosa est:) cum veniali enim peccato, etiam quod concomitantè in ipsa perreptione Sacramenti committitur, ad Eucharistiam accedere, nullum peccatum etiam veniale sacrilegij est peculiare, & nouum, præter ipsum in quo quis accedit; siue habitu tantum sit in statu peccati venialis, siue etiam actu peccet, cum accedit. Et de veniali peccato absquæ vlla distinctione docent Scot in Rep. super 4. distinct. 9. quest. 1. in medio. Ricard. in 4. distinct. 9. art. 2. q. 1. ad 1. Maior in 4. distinct. 9. quest. 1. §. contra primam conclus. Adrian in 4. quest. 1. de Eucharist. §. pro resumptione in fin. Sot in 4. distinct. 12. quest. 1. art. 4. §. ad rem verò vt reuertamur. Maior, & Scotus planè docent, non esse veniale. Ricard. & Adrianus, neminem prohiberi per peccatum veniale, quoniam ad hoc Sacramentum accedat, quod idem est. Maior verò & Adrianus loquuntur expressè de peccato veniali, quod in ipsamet

perceptione Sacramenti committitur concomitantur. Tenet Vazquez tom. de Eucharistia, disput. 207. num. 18. Sa verb. Eucharistia, num. 22. Viuald. de Eucharistia, num. 108. Ledesm. in summ. 2. part. cap. 21. conclus. 5. Curiel relatus à Chinchilla in fine libri, de la frequente Communion. Ochagavia tractat. 2. de Eucharistia, quest. 8. numero 7. Reginald. 2. part. prax. lib. 29. num. 101. Marcilla in addition. ad memorial. Compostellan. fol. 74. Ludouicus de San Ioan. 1. part. summ. tractat. de Eucharistia, quest. 7. art. 5. fol. 160. Fillucius tom. 1. tractat. 4. cap. 7. num. 208. saltem de peccato veniali habituali. Margarita casuum conscientia, verb. Eucharistia, prope finem, Hurtado de Eucharistia, disput. 7. difficile. 3. & disput. 9. difficile. 3. Coriolanus de casibus reseruat. 1. part. sect. 3. num. 9. fol. 352. Peccatum enim veniale, etiam quod tunc committitur, non impedit effectum huius Sacramenti præcipuum, quod est augmentum gratiæ habitualis: ergo nullum potest esse peccatum: nam aliàs leuem irreuerentiam in hac perceptione excogitarem sine fundamento. Nec vllum est præceptum de non impediendo fervore charitatis, aut aliis effectibus secundariis. Et sanè si præceptum esset, non esset leue obligans sub veniali ( vt volunt contrarij ) sed obligans sub mortali: fervor enim charitatis res gravis est. Et cum iustificatio à venialibus non sit necessaria ad salutem, non potest esse vllum peccatum eam per Sacramentum non consequi ob defectum dispositionis, vt optimè aduertit Vazquez tom. de Eucharistia, disput. 207. numero 18. in fine: aliàs obligaretur quis ad confitendum venialia, si non fideret satis de suo dolore ad suscipiendam Eucharistiam, quando aliàs veller in susceptione non committere venialia, quæque docere seu seminare, scrupulos esset diffundere. Præterea animum habens mentiendi peccatum iam fecit, à quo nequaquam cessabit, licet non communitur. Et deinde non communicando defraudatur gratia Sacramentali. Quare ergo ille è duobus inconuenientibus non accipit consilium de vno vitando, scilicet de non casendo gratia Sacramentali, cum ex alia parte probatum sit, non peccaturum accedentem ad Eucharistiam, peculiari peccato, præter mendacium, à quo non cessare proponit?

10. Nec obstat, quod non communicanti pro illa vice, in alia communionem danda est vberior gratia, illa scilicet quam acquireret si communicasset, & quæ confertur ex præsentis Sacramento, cum feruentius se disponat, auidius optando Sacramentum, quam si quolibet die reciperet.

11. Non ( inquam ) obstat hoc: Vndenam scimus, feruentius se disponatur ad futuram communionem? carentia enim gratiæ pro nunc iuuat ad vberiozem dispositionem in alia communionem capiendam? Quod optimè confirmat Gersonius tractat. de diuersis tentationibus diaboli, alphabero 70. litera Z. per hæc aurea, & plerumque præmeditanda verba Si nonnunquam, qui Sacramentum altaris suscipere consiliuus Sacramentum, occurrat sua indignitate cogitatio, quod, videlicet, nunquam ad hoc dignum esse potest: & præsertim sibi videretur quod non bene sit sua delicta confessus. Fieri autem potest hoc suggestio demonis, vt tantum bonum impediatur. Quare igitur is cogitare debet, ad hoc nunquam se dignum proprijs vitijs fieri posse, quanquam

etiam centum annis ad id laborans iucumberet, nisi ex speciali Dei munere id fiat: quod sanè minus potest æque munificus post centum annos, Dominus largiri. Debet insus considerare quoniam hac in vita nemo per absolutam infallibilemque certitudinem scire potest, verum gratia sit, an non? verum rectè confessus sit, an non? nisi ad hoc singularis accederet reuelatio: itaque qui sine hac certitudine suscipere nolle Eucharistiam, is profectò se ipsum deciperet, & quandam superbia speciem habere videretur. Et alia, humana, vel moralis certitudo, quæ in nostro proposito, & requiritur, & sufficit, cum videlicet quis in propria recollectione, & conscientia discussione id egit, quod eum sua discretio, tum bonum aliorum consilium eum debere facere iudicat, atque hoc per sufficiens tempus ad id communiter obseruatum consueuerit. Quod si tunc in peccato mortali secundum proprium iudicium is se esse non videat, tunc, & sine noui periculo peccati ad communionem accedere potest: & quanquam, vt frequenter accidit, sibi fortasse leuia quædam dubia superueniant; ea tamen contemnere, imò vincere debet, & ad contrarium agendum se ipsum cogere. Et docet P. Fr. Ioannes de Torres en suspenso del alma, fol. 13.

Præterea contrarij admittunt, vitam agentem spiritualem, valde consiliuus acturum, si quotidie communicet. Hinc inquiri ab eis, num valde spiritualiter viuens, auidius desideret Sacramentum, aliquoties abstinendo: Quod si concedant, pariter admittere debent, sanum futurum consilium huic, non quotidie communicare: quod tamen ipsi negant. Si verò non auidius desiderabit Sacramentum, aliquando abstinens, quare alius propter sui indispositionem abstinens, Sacramentum auidius desiderabit? ad desiderandum quidem auidius vniri Deo, magis impellit amor, quam timor, & virtus vberior quam tenuis. At qui abstinet, ob indispositionem, ex timore abstinet, & ex minori virtute. Qui verò nulla data causa abstinet abstinere, ex amore, & maiori virtute abstinet, credens ob id magis se diligere Deum. Cum igitur huic non consulant aduertatij ab Eucharistia abstinere, multò minus Authores esse debent illi, qui se parum deuotum, & magis distractum senserit.

Hinc valde notandum, Concilium Trident. sess. 13. cap. 7. ex duobus consilijs num. 8. relatis solum approbare primum, scilicet quempiam accedentem ad sacram Eucharistiam debere disponi in magna reuerentia, & sanctitate. Vnde non sic dispositus accedens, contra ipsum Concilium facit, quo optima dispositio suaderetur. Secundum verò consilium nunquam docet Concilium, videlicet quod si contingat aliquem minus reuerenter & sanctè dispositum esse, ad Sacramentum non accedat. Imò ne quisquam intelligeret, Concilium tale approbasse consilium, aduertit, vt quis dignè & fructuose ad sacram mensam accedat, sufficere nullius peccati mortalis sibi consciuum esse, quasi dicat: si quis primum consilium non fuerit sequutus, scilicet de disponendo se in fervore sanctitatis, non ideo consulo talem abstinere à suscipienda Eucharistia; imò potius contrarium suadeo, stante immunitate peccati mortalis, cum ex alia parte maiora commoda proueniant ex Sacramenti additione, quam è contrà.

At dices, semper suscipientem Eucharistiam agere contra primum consilium: nam quantumcunque cautè viuat, non assequetur dignitatem illam,

illam, quasi ex consilio petit Concilium, cum semper restet ampliolem adipisci perfectionem ad dignius, & dignius sumendam Eucharistiam.

Non obstat impugnatio: nam ut quis satisfecisse dicatur primo consilio, sufficit ita cautè viuere, quod peccata etiam venialia saltem ex aduertentia committere abhorreat, & consilia aliquacuter adimplere: taliter enim si uiuat, cum magna reuerentia, & sanctitate ad Eucharistiam accedet: & licet cum maiori posset, non inde inferatur cum magna non accedere.

13. Nec alicuius momenti est obiectio contrarium, quod scilicet ex nimia frequentatione Sacramentum paulatim contemnatur: nam apud homines prudentes nimia familiaritas contemptum non patit, imò potius amorem, & timorem reuerentialem, quo amicus ab amico sperari timet, magis conciliat. Si verò interdum contrarium accidat, euenit, quia ex frequenti conuersatione defectus conuersationum deprehenduntur, quibus cognitio familiaritas collabascit. Ex frequentatione tamen cum Deo non deprehendit homo defectus in eo, sed in dies magis agnoscat plures perfectiones, ut experiuntur habentes continuam orationem mentalem, nec inde Deum minus venerantes. Quod rectè notauit Alfonso Rodriguez 2. tom. de perfect. tractat. de communicatione, cap. 13. allegorizans subtiliter illud Ioan. 4. ubi Samaritana primò conuersata est cum Christo, ac si esset quidam de populo. *Quomodo eni Iudæus cernis, bibere à me poscis, que sum mulier Samaritana?* Postea ulterius progrediens, illum appellauit Dominum. *Domine da mihi hanc aquam.* Deinde illum appellauit Prophetam, *ideo quia Propheta es tu.* Et ulterius progrediens agnouit illum Christum & Messiam esse. Docet idem P. Ioan. de Torres Franciscani Ordinis in *sistema del alma*. fol. 29. Cumque dicat Dominus Ecclesiast. 24. *Qui edum me, adhuc esuriens; & qui bibunt me, adhuc sitiem.* Quanam ratione credendum erit, contemptum potius quam spirituales famem exoriendam fore ex frequentius Domini manducatione, hoc est, Eucharistia digna sumptione? Et hæcè nulla maior familiaritas quam illa quæ inter Deum & Beatos reperitur: at ipsi coram Deo contemiscunt ex frequentatione Ecclesie dicentis: *Tremunt potestates.* Absit ergo quod ex frequenti cum Deo familiaritate contemptus exoriarur. Præterquam quod familiaritas quæ coniuncta est cum amore, contemptum generare non poterit, hanc tamen habent communicantes quotidie.

14. Neque vilius est ponderis secunda obiectio, scilicet ex nimio vsu Sacramenti ansam dari vanæ gloriæ suscipientibus, sanctitatis speciem sibi vendicantibus. Nam talis occasio illis culpæ vertenda est, qui dicunt non esse quotidie communicandum, excepta aliqua persona valde sancta. Nos autem affirmamus quotidie esse communicandum etiam in solo statu gratiæ, & dum non fiat ob inanem gloriam, aut alium prauum finem ut diximus num. 7. absque alia sanctitate. Aduertant tamen suscipientes Sacramentum, quod ferè semper cogitationibus vanæ gloriæ non consentiunt, etsi sibi consentire videantur, nec esse necessarium distinctè & explicitè illos pœnitere de cogitatione vana interpellante. Minus necessarium est dicere quasi per actum reflexum; *nollem videri ab hominibus dum communico*: sed potius

Sanchez, Selecta.

tius licitum est gaudere, iuxta illud Christi Mat. 5. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videam opera vestra bona, ut glorificent Patrem vestrum qui in Cælis est,* semper laudem ab hominibus acceptam in Deum referendo. Nec tunc est necessarium fieri relationem formaliter, sed virtualiter anteriori die, vel fortè ob octauo, ut dicunt quidam, de generali relatione actionum humanarum in Deum, disputantes. Admoneo tamen, ut timeant inimici fraudulentiam, qui maximè in hoc vitio nos decipit & se transfiguratur in Angelum lucis, ut sic bona opera inficiat; de quo diximus disput. 4. num. 5.

Nec obstat, quod tertio obiiciunt, ob tantum fructum nimis frequentis communionis vel quotidianæ non solum quotidie, sed etiam eodem die frequentius fore sumendum Eucharistia Sacramentum: sicut eodem die frequenter orandum, & meritorie est operandum: consequens enim est contra illud decretum Alexand. Papæ de consecr. distinct. 1. cap. *sufficit*. At respondet D. Tho. ad hoc argumen. 3. part. quæst. 80. ad 4. Quod quia prohibitum est per præceptum pluries in die communicare, ideo non erit melius pluries quam semel Eucharistiam accipere. Si tamen non esset præceptum, melius esset pluries communicare. Verum iuste positum esse tale præceptum ipsequitur D. Thom. nam cum sumptio Eucharistia sit repræsentatio mortis Christi, & semel Christus fuerit mortuus, semel etiam tantum expedit vnique istius mortis repræsentationis habere per Eucharistia sumptionem. Quæ etiam ratio adducitur in decreto supra allegato cap. *sufficit* eamque amplectitur Gabr. Can. lect. 87. lit. R. licet & aliam rationem adducat mihi minus placentem. Et an ratio D. Thomæ multum vigeat perpendant alij, sufficit nobis pro solutione obiectiois, Ecclesie præceptum adesse prohibens fideles pluries in die communicare sub peccato mortali irreligiositatis. Aduerto tamen caput illud *sufficit*, non de communicantibus loqui, sed de celebrantibus: at iam Ecclesiam ex vsu extendisse prohibitionem ad communionem, ne vide licet bis fiat in die. Quam extensionem desumunt Doctores ex cap. *consultuisti*, & ex cap. *Te reformans*, de celebratione Missarum. Vbi præcipitur non nisi semel in die Sacerdotem celebrare. De quo Vacquez de *Eucharistia*, disput. 232. cap. 5. & 214. num. 30. qui dicta decreta extendi ait ad laicos communicantes ex vniversorum sententia.

Nec obest quicquam quod quarto obiiciunt contrarij scilicet, quod si melius sit laicis pluries in die communicare, Ecclesiam non sine iniuria animarum, & contra consilium perfectionis boni vnã tantam communionem fieri præcepisse, & non plures ab vnoquoque fidei, num Ecclesia consilijs contraria erit? Nihil minus. Igitur falsò dictum est, esse melius fidei pluries in die communicare, nisi obstatet matris Ecclesie præceptum. Non inquam obest: vnum enim consilium alio superiori vinci mirum minimè erit: sic ob perfectius bonum, vsu calicis laicis Ecclesia interdixit, teste Concil. Trident. sess. 21. cap. 1. & 3. & sess. 22. sine, licet vera sit sententia affirmans distinctam gratiam ob illius vsu, quam sit ea quæ sumptione hostiæ percipitur, fidei obuenerit: cedere namque debent fideles huic gratiæ incremento, ut periculum effusionis sanguinis

R

cesset:

cesset: sic & cessare à geminata communione oportet fideles, vt memoria passionis Christi debite recolatur, vt dixit D. Thomas vbi supra proxime, & ibi Suarez, & Vazquez: siue ob aliam rationem nobis occultam.

Nec officit quòd contrarij obiciunt: nempe infantibus dabatur olim Eucharistia ex mente plurimorum, & fructus illius: at horum fructuum amissione non obstante, ministrari modò interdictum est ab Ecclesia ob defectum reuerentia, & deuotionis infantium: igitur & adultis æquum erit illam non ministrari ob defectum deuotionis, quantumcunque sint in gratia, & qua ob non susceptionem Eucharistia priuentur. Non vtget obiectio: infantes enim in illa ætate incapaces sunt reuerentia, & deuotionis ad Eucharistiam, & illam ederet velut alios cibos, vt notat Palat. in 4. distinct. 9. disput. 11. Nec mirum eos defraudati bono gratia Eucharistia, ne reuerentia Sacramento debita detrimentum patiantur. At adulti etsi minus feruentur vitam in spiritualibus degant, reuerentia, & deuotionis sunt capaces; nec præsumit Ecclesia ea carituros qui ad Eucharistiam accedunt. Quòd si deuotionem non habeant, contra consiliũ de habendo eam, acturos miminimè negamus, non tamen contra consiliũ de abstinendo ab Eucharistia susceptione: illud enim non esse, supra diximus num 8.

16.

Præterea aduersarios opinantes interrogo, num communicans in statu gratia quotidie, licet non ducat vitam feruentis spiritus, actum exerceat de se malum? Minimè quidem admittent hoc, & D. Paulus contra eos erit, dicens 1. Corinth. 11. *Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat. Quem locum explicans Concilium Trid. sess. 13. cap. 7. ait, Ad dignè & sanctè manducandum panem illum, de quo D. Paulus, aliud præter manducationem à mortali non requiri. Vel actus ille quotidie communicandi erit indifferens: absit tamen hoc: sanctum enim & religiosum esse probauimus iam ex D. Paulo & Concilio. Restat itaque quotidie communicare esse actum virtutis: & quare ergo in exercentes hunc actum virtutis aded inuehunt isti Doctores? Sed dicent se inuehere, quòd non perfectiorem fideles exerceant, scilicet abstinendo. Non obest, nam probauimus perfectiorem esse actum Religionis, realem Eucharistia susceptionem, quàm illius abstinentiam. Imò si aded insurgunt aduersus eos, quòd perfectiorem actum virtutis exerceat desinant, insurgant simili ratione contra Clericos, quòd monachi non efficiantur; contra vxoratos, quòd castitatem non voueant; & in diuites, quòd omnia bona sua non vendant, & distribuant pauperibus.*

Demum inquiri, non consulerent aduersarij votum emitti de quotidie non suscipienda Eucharistia, etiam ob reuerentiam? Si namque perfectius quid est quotidie non recipere, vt admittunt ipsi, stricti erunt fateri illud posse emitti votum. At quàm alienum sit hoc à veritate, iudicet quisque. Dices non posse emitti absolute, posse tamen conditionate. Scilicet voueo, non communicaturum quotidie, nisi habeam congruentem dispositionem, & non solum necessariam. Effugium non tutum: sequeretur inde, quod si de facto, vouens factam susciperet Eucharistiam cum sola dispositione necessaria, peccaret mortaliter, cum frangat votum; at hoc asseuerare plusquam falsum videtur.

Cumque iam probabilis sit hæc nostra opinio (quod nullo modo negare possunt contrarij) liceatque quantumlibet sequi ex opinionibus probabilibus, cur quæso hæc nostra minus sequenda erit, aut cur aduersarij, ne illa videntur fideles admonebunt? Nam quòd aliqui Sancti à quotidiana sumptione, aut celebratione abstinerint, contra nos non inducit: vt enim ait Gabriel in Canon. lect. 87. lit. S. ex Gersono, facta quorundam veneranda magis sunt pia interpretatione, quàm in exemplum agendi trahenda. Nec illos imitari erit æquius in eo, quo minus feruentes fuere, vt rectè notauit Marcill. in additio. ad memoriale Compostel. fol. 137. licet bono zelo ducti. Pateanus 2. tom. quæst. 80. art. 12. dub. 1. in fine. Suar. tom. de Eucharist. disput. 80. sect. 1. §. penult. vbi inquitens, an licitum sit à celebratione Missæ Sacerdotes abstinere? Respondet, nefas esse semper abstinere, & quamuis aliqui Sancti abstinerint, ait, in exemplum adducendos non esse: nam, multa inter eorum operantur Sancti instinctu Spiritus sancti præter communem legem, quæ à nobis imitanda non sunt: qui instinctus si absit, communis lex semper seruanda est, nec fingendum facillè adesse ad nunquam celebrandum. Hæc Suar. Et si aliqui Sancti ob reuerentiam non quotidie Eucharistiam sumebant, alij ob amorem quotidie communicabant, quapropter non potius illos quàm hos imitari tenebitur? Nec exempla imitanda sunt cum ratio contraria repetitur, cap. sana, distinct. 9. *Sana quippe ratio etiam exemplis anteponenda est*, & ex l. Nemo, C. de sentent. & interloquutionibus.

Vos Doctores adhuc viuentes, obsecro aduersarij, immeritò aduersum me, meique defensores verba rigida, ne dicam iniuriosa à vobis profertis, quod communionem quotidianam omnibus Christi fidelibus consulat. Num vos magis zelus Sacramenti exedit, quàm D. Augustinum? Ipse tamen tom. 2. Epistol. 118. cap. 3. sic ait: *Si dixerit quispiam, non quotidie accipiendam Eucharistiam, alius contra, faciat unusquisque quod secundum fidem suam piè credit esse faciendum.* At communicandum quotidie secundum fidem meam piè credo: vt quid aduersus me intumescitis, vel si inhonoratis, num ad restitutionem non tenebimini? Discite ab Augustino, & D. Thom. modestiam pendite. Oprimè presenti rei congruit illud, quod à S. Anton. Florent. in vita S. Catharina Senensis refertur, videlicet quod cum Sacerdos quidam zelo reuerentia Eucharistia succensus B. Catherinam quotidie illam sumentem exprobarat; Ille respondit, vt scandalo à Sacerdote concirato satisfactionem exhiberet, Ex quo Augustinus non me vituperat in dictis suis, quare vos (Pater Ruetende) me vituperatis, &c. quod refert P. Ioan. de Torres *in sustento del alma*, fol. 38. Et sanè melius satis egissent si aduersus Vegam 1. part. summ. cap. de Communionem inuexissent, Manuel Rodrig. 1. part. summ. cap. 65. Medina in sum. in 4. præcept. §. 42. Ludou. de S. Ioan. 1. part. summ. tractat. de Eucharistia, quæst. 7. art. 13. fol. 182. dicentes, non esse consulendam laico quotidianam communionem, licet sancto. Hoc sanè contra Concilium est sess. 13. cap. 7. & contra D. Paul. dicentem: *Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat.* Nec ibi solum facultas conceditur ad sumendam Eucharistiam absque peccato, verum consulit D. Paul. communio-

nem, dicendo: *Probet autem se ipsam homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat*: quod idem est ac si diceret: *vos probate, & comedite*. Deinde, est consilium non interueniat, sed solum indiētur modus quo sumi possit Eucharistia absque crimine; quam ratione, quod testante Apostolo fieri potest absque peccato, hi volunt Doctores permittendum non esse tanquam quid dissonum. Imò ne utiquam permittendum esset, quod huiusmodi Doctores desiderium communicandi quotidie appellent iniuriosè luxuriam siue gulam spirituales, contumeliantes desiderium sanctum, & à Spiritu sancto manans. Negare equidem minime poterunt, actum suscipiendi Eucharistiam in statu gratiæ, esse virtutis Religionis; igitur & desiderium illius actus virtutis etiam erit opus. At qui pluries virtutis actibus est deditus, magis laudandus est, quam vituperio sit dignus. Pudeat igitur talem manifestasse suis libris doctrinam. Et pudeat magis Nicolæum Plouë in summo tractat. de Eucharistia §. De cautelis seruandis circa hoc sacramentum ex parte sumendum, ante cautelam 4. asserentem errorem sapere & vulpinam calliditatem, asserere & consulere virginibus, & viduis deuote viuentibus quotidianam Eucharistiæ assumptionem, nec esse mentem Sanctorum Patrum per assumptionem excitari deuotionem, sed per ieiunium, elemosynas, orationes, & meditationes deuotas ac pias. Sanè talis doctrina expunctionis benemerita est. Et verè negare nequibant aduersarij inter fideles, minus peccantes esse qui sæpe, vel quotidie communicant, quam qui tardius, & gens illa in vniuersum melior est, quam hæc. Vt quid igitur hos quotidie communicantes damnabimus? Dices, quia indecentia est laicis quotidie communicare. Sed peto num satius sit indecentiam quotidie communicando committere, quam tardius accedentes, peccata patrare? Omitto, quòd indecentiam minime committunt quotidie ad sacram mentem accedentes siue mortali, vt dicimus disp. 23. num. 54.

18.

Fateor quidem ego plurimos esse Doctores pro contraria sententia: sed iudicet quisque, num plus sit tribuendum rationi euidenti, quam illis. Quod confirmat optimè S. Theresia de Iesù in libro suæ vitæ, *en el camino de perfeccion*, cap. 21. dicens: *Que grandeza de Dios que puede mas a las verzes vn hombre sola, o dos que digan verdad que muchos juntos. Torna poco a poco a descubrir el camino da les Dios animo, si dicen que ay peligro en la oracion, procura se entienda quam buena es la oracion, sino por palabras, por obras. Si dicen que no es buena amenua las comuniones entonces las frequentama. Ans que como aya vno, o dos que sin temor sigan lo mejor luego torna el Señor poco a poco a ganar lo perdido*. Præterquam quod, docet etiam Ludouicus Blossius in *el Joyel espiritual*, cap. 6. per hæc verba: *Es muy loable algunas vezes por humildad, y santo temor por reuerencia abstenirse del santo sacramento de la Eucharistia, pero mucho mejor es por charidad, y deseo de la gloria de Dios, y el bien comun, o por especial deuocion recibir muchas vezes la sagrada Eucharistia*. Et docet Anton. de la Pena in vita S. Catharinæ Senensis, part. 2. cap. 12. vbi contrarium opinantes appellat Setrapas & Philistæos omni deuotione nudos & vacuos; in huiusque sententiæ confirmationem videri poterunt plura Sancto Sauech Scelcia.

rum loca adducta ab Emoudo Augerio in *cauchismo*, tractat. de Eucharistia, docet Durantus de ritibus Ecclesiasticis lib. 2. cap. 55. num. 4. *Quem admodum enim qui nullius sibi conscius est (scilicet mortalis) hinc oportet (videlicet panem) singulis diebus accipere; sic qui peccatis occupatus est, nec penitet enim; ne in festis quidem accedere tutum est*. Præterquam quod non pauci etiam nostram sententiam amplectantur, vt sunt D. Thom. 3. part. quest. 80. artic. 10. ait enim ex parte sacramenti vtile esse quotidie ipsum sumere, ex parte verò suscipientis non esse vtile omnibus hominibus in generali quotidie sumere, quia plures eorum aut habent corporis indispotionem, scilicet vomitum, aut non sunt ieiuni; vel animæ indispotionem, scilicet peccatum mortale: & ideo non est absolute pronuntianda hæc propositio: *Vtile est omnibus hominibus quotidie sacrum sumere panem*, sed cum distinctione, scilicet dum homines habeant indispotionem corporis & animæ. Et tunc suscipi aliquis Eucharistiam magna reuerentia & sanctitate, quando putans se amicum esse Dei & ob rectum finem accedit. Vnde dicere non esse vtile sumere non habenti magnam reuerentiam, hoc est, nullius criminis mortalis conscientiam, idem est ac dicere, nociuum esse. Nam cum in D. Thomæ opinione actus indifferens a parte rei minime detur, actio non vtiliter exercitata necessariò nociua, & peccaminosa erit defendenda. Vel si intelligas nomine magnæ reuerentiæ & sanctitatis vitam cautiorem, quam solum viuere absque mortali, iuxta dicta numero 12. esse requisitam, tunc sensus D. Thomæ erit, si ex consilio tenentur homines maximè caute viuere, & magnam sanctitatem ac deuotionem acquirere, vt Eucharistiam suscipiant; quanto magis erit inutile & nociuum ab illis suscipi, qui corporis aut animæ indispotionem continent, cum tunc non solum agant contra primum consilium, vt explicauimus num. 8. verum & contra præceptum. Nostram sententiam docet Salmeron. tom. 9. tract. 41. & 42. Labata in locis communibus verb. Euchar. proposit. 18. 21. & 28. & 24. vbi reprehendit concionatores communionem quotidianam dissuadentes, optimè aduertens Christum non dixisse: *Accipite, & adorare, sed Accipite, & manducate*. Petrus de San Buenaventura in *Jornados del alma a Dios*, fol. 740. Flauius Androzius in *meditation. Hispanis*, fol. 133. Docet item Christophorus Moreno, in *jornadas para el Cielo*, jornad. 4. cap. vltim. in fine, qui plures adducit Sanctos & Doctores hanc sententiam. Non enim mundus est in statu quo restringendus sit, sed potius quo impellendus ad quotidianam communionem.

Quapropter Concil. Mediolanens. III. prædicatores aliquos, & confessarios perspicentes frequentiam communionis dissuadere, in eos hæc profert verba. *Ad saluberrimum illum Sacra Eucharistia frequentis sumenda usum, Parochi & concionatores item populum exhortentur, nascens Ecclesiæ institutis, atque exemplis & grauissimorum Patrum vocibus, & sententia denique Tridentinæ Synodi, que optaret quidem fideles in singulis Missis non solum spirituali, sed etiam sacramentali Eucharistia præceptione communicare. Quod si quis Concionator etiam regulæ aliquid contra directè dixeri, vel indirectè, Episcopus, in cuius Diocesi hoc ille admisserit, ei tanquam scandalum disseminanti,*

Tridentina eiusdem Synodi auctoritate interdicitur predicationem verbi Dei ad cuius predicationis munus, ne idem restitatur, nisi primam eiusdem Episcopi iudicio satisfecerit eo ipso in loco, ubi ea in re scandalum, & offensionem praberit. Quod si dicant aduersarij hoc decretum non de quotidiana communione loqui, nec contra illos, qui illam dissuadent, sed contra dissuadentes frequentiam, quam ipsi non solum dissuadent, verum ad illam exhortantur. Non obstat: nam dissuadentes communionem quotidianam animos fidelium tepidos reddunt, vt nec frequentiam exoptent: quod est directè contra verba dicti Concilij: nam exaggerantes dispositionem ad quotidie lendum, fideles timidos efficiunt, qui se retrahunt à frequentia, putantes nunquam adeptos esse dispositionem ad illam. Docent nostram opinionem Iacob. Baius lib. 2. de Eucharistia, cap. 3, qui ait: *Triaque discussa, examinaque conscientia, si te nullius peccati lethalis consciam esse deprehenderit, confidenter adito ea mysteria, non festis, non profestisque diebus, sed quouis tempore, cum te purum dignumque compereris.* Vinal. de Eucharistia, numero 139. dicens, quòd quò absque mortali peccato putam inuenerit, communicare quotidie poterit. Et postea subdit: *Cum venialibus, vel alia leui reuerentia, vel sine oratione, & perfecta preparatione celebrare vel communicare, regulariter erit veniale, & saepe nullum, quia veniale peccato non priuatur gratia.* Colligitur tamen hunc Authorem sentire ex animo, celebrare sine illa preparatione nullum esse peccatum veniale, cum id dixerit num. 108. & postea num. 147. ait, communicare quotidie esse sanctissimum consilium. Rayner. in summa, de Eucharistia, cap. 26. in princip. fol. 209, pag. 21 col. 1. magis videtur fauere nostræ sententiæ. Maior. in 4. distinct. 9. quæst. 3. §. dubitatur hoc loco. dum ait, quod licet Centurio dixerit, *Domini non sum dignus, vt intres sub tellum meum*, qui communicaturus est, confidere debet in bonitate Dei, & citius communicare, quam non. Nunquam tamen absolute docet quotidie esse communicandum; sed hoc remittit ad expectationem; an communicans crescat & proficiat in seruire deuotionis. Magis clarè ad stipulari videtur Gabriel in 4. distinct. 12. quæst. 2. concl. 4. vbi ait, frequentationem Eucharistia commendabilem esse in suscipiente dignè: quamuis cum merito possit quis aliquando abstinere ex humilitate, & consideratione immensæ Maiestatis Dei. Et notat ipse, se non dicere in sua conclusione, hominem posse meritorie abstinere, sed cum merito: *Quia licet sic abstinens mereatur se humiliando coram tremenda maiestate Dei, etiam mereatur considerando, & magnificando diuinam Maiestatem: non tamen videtur, quòd abstinendo, præcipue mereatur, cum communicando, plus exaltare diuinam bonitatem, & clementiam. Nec Dominus laudauit Centurionem ob se non receptum, sed ob fidem, qua credidit, Dominum absente corpore potuisse solo verbo seruum suauitatis restituere.* Vnde subiunxit: *Non inueni tantam fidem in Israël. Et licet voluntas abstinendi ob reuerentiam sit meritoria; abstinere tamen, vt dicit priuationem puram sine actu positivo, meritorium non est.* Verba sunt Gabrielis. Iudicent alij, num nostra faueat sententiæ. Tenet Reginald. de prudentia Confessoris, cap. 11. in fine, vbi ait, quòd etsi quis quando non est sibi conscius peccati mortalis, possit abstinere

ab Eucharistia, excusando se cum Centurione, aut salacriter suscipere cum Zachæo, istud tamen est longè melius, quam illud. Ecce Authorem iustum aliam dispositionem exposcere ad non abstinendum ab Eucharistia, quam immunitatem à peccato mortali. Quod idem docet Philippus Bernal. in libro de conceptione B. Virginis, discursu 3. folio 40. pag. 2. vbi ait: *No digo que el comulgar cada dia es malo, ni aora trato esta dificultad de proposito, mas digo, que concediendo de buena gana, que hablando absolutamente, mayor es llegar se al sacramento, que detenerse en comulgar, quien entiendo esta en gracia de Dios, y sin impedimento alguno.* Ecce non aliud prærequirere hunc Authorem ad quotidie communicandum, quam statum gratiæ habere. Nec contra hanc doctrinam procedit, quam statim subdit, dicens; attendendum, an ex quotidiana communione minuatur feruor, & tunc non communicandum quotidie. Nam id solum aduertit pro personis, quæ ob finem vanum Eucharistiam quotidie sumunt, vel pro illis quæ neglectis præceptis, & suorum statuum obligationibus Ecclesiæ adseunt, vt communiceant; quæ omnia inuenti constabunt ex antecedentibus, & subsequens. Docet expressissimè Anton. Ferrer. en guia del camino para Iesuu, 3. part. dialogo 5. fol. 801. Tener Gabriel allegatus in Canone Missæ, lectio. 87. littera P. qui ait: *Esi non peccet, imprudenter tamen agunt, & stultè, qui dispositi abstinere à sacramentali communione.* Et postea subdit: *Et si quis dicat, vacationem à celebratione ( & idem est à communione respectu laicorum, ) ideo fieri, vt ipsa postea reuerentius, & deuotius quanto prius fiat; responderet Cancellarius Gerson in tract. de celebrat. Faciemus, inquit, posse sic euenire sed ex aduerso contingere potest, quòd talis subtractio remouebit habitum ad bonum: cuius effectus secundum Philosophum, est delectare, secundum Ethicor. subdit: *Distraberis hodie, parum deuotus es, parum recollectus, plurimum tentatus à carne, mundo, demone. Credo equidem, sed agnoueris, quòd non dormiunt qui te persequuntur, cras idem erunt aduersantes tibi hostes, tuaque deuotioni insidiantes, quales sunt hodie.* Vnde sapiens Eccles. 9. ait. *Quocumque potest manus tua, instanter operare. Nescis enim quando tale tempus ad laudabiliter celebrandum tibi concedetur ( & idem est ad communicandum ) quale modò habes, & si vtrumque habens, vtrumque melius est. Estò quod fueris in hac, vel illa die defectuosus, cur nouum defectum in non celebrando superinducas? Sed frigidus sum, dices, aut tepidus. Sæpe sustinuit initium celebrationis hominem parum deuotum, & frigidum, quem in fine diuinitus calidum & feruidum. Corpus Christi ignis est spiritualis, accede cum fiducia ad hunc ignem, calefces facilius. Audiatur Ambrosium orantem: *Gratiae est quòd ad mensam tuam mundo corde, & innocentiis manibus non venimus; sed gratius est, si quia peccata meruimus sacrificium non reddimus.***

Præterea ait Gabriel: *Aus sic timens celebrare, seu communicare, abstinere, quia confidens de industria sua sperat se alio in tempore magis aptum futurum: aut quia maiorem Dei gratiam se præparandam expectat: si primam stultitia est presumptio, si frigidum, fatua est hæc expectatio à Domino, qui semper sublato impedimento pressus est, nec nouit tarda molimina Spiritus sancti gratia: stat pulsans ante os suum, petit introitum, vt cœnet tecum, tantum aperit*

ianam cordis, & huiusmodi mortalis peccati repagula, fac quod in te est, secundum modum lect. 7. & 8. expositum, & securè suscipe Christum. Immunda es, o anima? (inquit Cancellarius) accede mundanda ad fontem puritatis inconaminabilem: esuris? accede pasceda ad panem viuificum, & indefectibilem, esuriem bonis impletem: agroras? erit hoc efficacissimum tua imbecillitatis medicamentum: fluxum pateris, nec sanari potes à medicis tuis scilicet exercitijs? tange plena fide cum hemorrhoida simbriam vestimenti I E S V, sacrosanctam scilicet hostiam, ut restringaris: si percussam te sensus à serpentibus peruersarum tentationum, quid restat, nisi ut serpentem aneam Christum sine veneno eleuatum inspicias? Si dicas cum Propheeta: Quoniam vnicus, & pauper sum ego; pariceps esto huius sacrosancti mysterij, habebis Christum comitem fidum, & hospitium diuissimum. Cæcæ te, debilem fortassis, & claudam conuerteris? memineris quoniam tales ad cœnam magni Regis inuitantur, & intrare compelluntur. Lubrica sum, inquit, & inflabilis: sed hic panis confirmat cor. Inquiritant te & turbant plurima? adhære ei qui turbidos fluctus sedat, qui est pax nostra. Non ergo formidandum, sed in Domino sperandum & ipse emuriet, & non confundet nos in multitudine virtutis sua, & sua preparatione, seu propria deuotione in se deficienti in solo Domino confidendum. Euenit nonnunquam ut turbationes, pugna, deordinationes, & fœditates inferius sensualiter agitata succrescere faciant meritum nostrum: sicut è contra magna utrobique serenitas superbia venium funditus omnia euerientem quandoque inducit (alias indicat) Verba sunt Gabrielis, iudicet quisque num stet pro nostra sententia. Docet Alfonso Rodrig. de perfect. tractat. de communione, cap. 13. tom. 2. dum ait, decipi nimis putantes disponi perfecti qui à communione ad communionem tardius accedunt, quàm qui citius. Docet P. Fr. Ioannes de Torres ordinis Franciscani in *sustento del alma*. Docet nostram conclusionem vniuersa religio Benedictina (vno fortè vel alio excepto, dico fortè: nam certò non scio num aliquis excipiat.) O nimis præclata & amabilis Christo religio, cui dignatus est præstare non solum ad frequentiam, verùm ad quotidianam communionem adhortari fideles; summum beneficium, & ingentis misericordie largitas in hoc elucet, quod videlicet executores sacre Eucharistie institutionis hos religiosos Christus elegerit. O verè felix religio intende, prosperè procede, & regna. In huiusque opinionis auxilium aurea profert verba Frat. Ioan. Lopez Episcopus Monopolensis, pertimescentes ad Sacram accedere mensam exhortans Eucharistiam sumere, lib. 1. cap. 6. *litrea G. No te firua esse pensamiento de acobardarte de manera que no llegues a comulgar, sciendo officio del Demonio por este camino perderre, Quando fueres vn Zachario, y vn Matheo mira que quiere Dios que comas con el, y es bien que lo bagas sin replica, Cree que la ala del temor sera a proposito de perderia si acobardado dexares de sentarse a esta mesa, hecho el aperçimiento a que la fragilidad humana da lugar, que el miedo no es para esso, sino para que lleges con reuerencia &c.* Docet Puteanus 2. tom. quæst. 80. art. 12. dub. 1. in fine, inquit: *Qui enim abstinet ab Eucharistia, propter repiditatem quam in se experitur, similis est ei qui ægorat, & non vult medicum aduocari, donec perfecte conualuerit; aut ei qui tempore hyberno frigore*

*tarefcit, nec tamen propterea ad ignem accedit, donec prius caluerit, ut rectè admoet Gerson de preparatione ad Missam.*

Sed aduertere libet me aliquando aded adhæsisse contrariæ sententiæ, vt hanc quam modò sequor delirium putarem: data verò opera huius difficultatis studio incubui, rationes perpendi non transcursum, sed maturè, cum vitis literatis negotium tractaui, qui etiam ex industria huic rei operam nauabant, & tandem comperì fas esse mutare sententiam, quàmque modò sequor, eligere, & aliam deserere. Cui sanè præter citatos iam Authores fauet maximè Varon. anno Christi 57. Petri 13. & refert Spond. in epitom. Varonij fol. 90. qui etiam aliquos Sanctos adducit hanc nostram sententiam tutantes, qui videri poterunt apud eum. Conspicor infitum fuisse Doctorem cordibus, vt zelo reuerentiæ erga sacratam Eucharistiam, nimiam frequentiam illius interdicerent, vel quotidianam sumptionem: optarem tamen ab ipsis animaduerti, quòd scit dæmon nullum esse aptius medium, nullam securiorem viam ad non probandum in peccata, quàm Eucharistiam in gratia suscipere. Præter hæc, cum contrarium rutantes fateantur morem fuisse in primitiua Ecclesia quotidie communicare, quia charitas illo tempore ardebat, modò verò cum refrigerat, non fore permittendum, vellem aduertissent, ideo modò refrigerescere, quia quotidie, vt olim, sacram Eucharistiam fideles non suscipiant. Aduertant deinde contingere saepe, id quod minus bonum est, indumentis maioris boni circumtegi aliquando, sicut vitium indumentis virtutis ornari, & latere auguem in herba. Quod aduertit D. Greg. scribens Ioanni Constantinopolitano lib. 1. Reg. Epist. 24. & referretur distinct. 42. cap. sape, per hæc verba: *Sape vitia esse virtutes mentiuntur, vt tenacitas, parsimonia, effusio largitas, crudelitas zelus iustitia, remissio pietas velis videri.* Et idem notauit san. Ioan. Climac. in scala spirituali, cap. 26. fol. 167. Vnde ait Vivald. tract. de Eucharist. num. 147. in fin. postquam munivit sententiam quotidianæ communionis, & dixit Canones illos ordinantes, coniuges per tres aut quatuor dies à copula abstinere ante communionem, iam esse abrogatos, sic progreditur: *Quare confessarias in Domino moneo ne animabus perditionis laqueos parent. Quapropter quamuis abstinere à communione aliquoties ob reuerentiam, vitium neitiquam sit, imò actus virtutis, quatenus tamen minus bonum est abstinere, quàm communicare, quotidianam dissuadentes communionem minus bonum indumentis perfectioris boni circumdant, semper tamen ducti recto zelo, & sua propria opinione. Vnde quidam Philosophus rectè animaduertit, dum dixit. Nulle sunt occultiores insidie quàm he que latent in simulatione officij, aut in aliquo necessitudinis nomine.*

Niturque Vivaldi monito verbis illis Catechismi Pij V. 2. part. de Eucharistia, num. 60. ibi. *Quare Parochi partes erunt, fideles crebro adhortari, vt quemadmodum corpori in singulos dies alimentum subministrari necessarium putant, ita etiam quotidie hoc Sacramento alenda, & nutriende anime curam non abiciant, &c.* Et in verbis concilij Tridentini sess. 22. cap. 6. ibi *Optaret quidem Sacrosancta Synodus, vt in singulis Missis fideles assistentes non solum spirituali affectu, sed Sacramentali etiam Eucharistia perceptione communicarent.*

Infertque Vivaldus, quod et si alios fructus quotidiana communio non adduceret, maximus certe esset Deo totiusque Ecclesie Catholice, & simul rami sancti Pontificis maxime in re sic Deo chara voluntatem facere.

Sed hæc apud contrarios non sunt magni momenti, dicunt enim Concilium, & Catechismus quotidianam quidem communionem optare, suppositis tamen supponendis, si videlicet fideles magna cautela vivant, vitam perfectam agant, & sic de gentes quotidie communicent, & non aliter. Quod ipsum videtur clarè Concilium insinuasle dum dixit *Optare*, quod fideles sacramentaliter communicarent in singulis Missis: quasi diceret, utinam sic viverent: ut quotidiana communione digni essent. Nec indignitatem vocat in d. cap. eam quæ ex mortali peccato oritur, cum existente culpa mortali, nec etiam spiritualiter Eucharistia sumatur, & Concilium dicat se magis optare, fideles sacramentaliter, quam solum spiritualiter communicare.

Ex dicta impugnatione se illa tutantes, non planè capere Concilij mentem colligitur: in primis quia idem est dixisse se optare Concilium, atque *optare*: est namque communis loquendi phrasus, dum alienis v. g. patet optare filium eius esse virtutibus præditum, dicere optarem filium meum virtutibus polleere. Præterea: non enim dixit se optare magis, quod fideles communicarent sacramentaliter, quam solum spiritualiter in sensu quo contendunt Aduersarij, inferendo, quod quia fideles non sunt optima deuotione dispositi, illos minimè deceat quotidie communicare, & quod præterea non dicit Concilium de præfenti, quod *optat*, ut communicent, solum viuentes ordinariis moribus, sed loquitur de futuro, *optaret*. Mens igitur Concilij est, hortari fideles ne sint negligentes in acquirendo tanto fructu ex Eucharistia percipiendo, ubi capaces erunt communionis Sacramentalis, tanquam diceret: Fideles qui sine crimine mortali vitam agitis, hortor vos ut singulis Missis quibus assistitis, non tantum desiderio percipiendi Eucharistiam contenti sitis, ex incuria quadam, & pigritia nolentes ad realem susceptionem accedere: sed obiciite negligentiam, & accedite, nec tetreamini quod vitam singularem non ducatis: hanc namque et si egisse consultius esset, dato tamen, quod sic non viuatis, non erit melius abstinere quam accedere. Et sanè si Concilij mens fuisset, ut fideles illi, qui singulariter non viuunt, Eucharistiam non perciperent, non dixisset per indefinitam particulam (quæ æquiuale vniuersali) quod optaret fideles, id est, omnes fideles astantes singulis Missis communicare: sciebat enim Concilium, quod non omnes fideles vitam singularis deuotionis agere possint, intendentes curis secularibus, negotiis Reipublicæ incumbentes, aliisque officiis quæ distractionem mentis adducant, se applicantes, ut sunt mercatores, tabellarij, &c. Notandum tamen quod quando à Concilio dicitur, se optare fideles communicare in singulis Missis non est sensus; quod si fidelis audiret quatuor Missas in vno die, posset quater recipere Eucharistiam, sed sensus est, quod in Missa qualibet possit recipere sacram Eucharistiam, semel, & semel assumpta Eucharistia non sit illi licitum amplius in illa die communicare. Et in sensu quo Concilium, loquuntur Sancti Patres ad communionem

quotidianam exhortantes, S. Augustin. *de verbis Dom.* serm. 28. qui desumptus est ex Ambrosio lib. 5. *de Sacrament.* cap. 4. Idem Augustin. in lib. *Quinquag.* Homil. & *de bono perseverantia* cap. 14. & Epist. 118. ad Ianuar. Ignat. in Epist. ad Ephes. Basil. *ad Casaream patriam.* Ambrosio lib. 3. *de Sacram.* cap. 4. Chrysostomus Homil. 61. *ad populum Antioch.* Cyprian. serm. 6. *de oratione Domini.* Hieronymus ad Lucin. Epist. 28. Cyrillus lib. 3. in Ioan. cap. 37. Conculius ergo ager quisque ut communicet, in feruenti deuotione vixisse: dato tamen, quod non ita viuat, salubrius certe non erit consilium abstinere, quam ad Eucharistiam accedere.

At obiciies, Concilium sess. 13. cap. 7. dicere, fidelem diligenter cauere debere, ne absque magna reuerentia & sanctitate ad sacram Eucharistiam percipiendam accedat: at accedens cum sola munditie à mortali conscientia, non cum magna reuerentia, & sanctitate accedit, imò cum minima quæ necessaria est ad non accedendum indignè. Igitur ex mente Concilij ad accedendum decenter ad Eucharistiam, maior dispositio quam conscientia nullius mortalis criminis erit ex decentia, & consilio necessaria. Quod videtur clarè indicare Concilium, dicens. *Si non deceat ad Sacras illas functiones quempiam accedere, nisi sanctè: certe quo magis sanctitas, & diuinitas celestis huius Sacramenti viro Christiano conperta est, cò diligentius cauere ille debet ne absque magna reuerentia, & sanctitate ad id percipiendum accedat.*

Ex dictis tamen num. 8. fit satis huic argumento. Non scilicet, quod & Concilium consulere, vitam maximè perfectam agendam ab accedente ad recipiendam sacram Eucharistiam non solum quotidie, verum et semel in vita: nunquam tamen Concilium consulit non recipiendam à non viuente feruenter, qui tunc refragabitur consilio præfesto de viuendo perfectè ad decentius suscipiendam Eucharistiam, non tamen franger consilium de non communicando nisi perfectè quis viuat: tale enim consilium minimè à Concilio institutum est. Præterquam quod nomine magnæ reuerentiæ & sanctitatis explicuit Concilium esse munditiam à mortali, ut intuenti constabit.

Demum veritas nostræ assertionis ex declaratione Cardinalium Super cap. 6. sess. 22. stabilitur, quæ habetur 4. vol. decisi. Rotæ huius tenoris: *Obstat Concilium Tridentinum Episcopo volenti præscribere certa tempora, ut dies Dominicos, quorundam & sextam feriam, quibus tan. non liceat viris laicis coniugatis, negotiatoribus, & mulieribus etiam non coniugatis sanctissimam Eucharistiam sumere, etiam ob irreuerentiam quam potest quotidiana huius Sacramenti sumptio sua Diacepsi parere. Hoc fuit decisum in mense Ianuarij 1587. ob stare, quia antiquis temporibus peracta consecratione omnes astantes sumebant Eucharistiam & ideo licitum est quotidie Eucharistiam sumere, cap. quotidie, de consecrat. distict. 1. Quare exhortandi sunt fideles ut sicut quotidie peccant, quotidie medicinam accipiant. cap. Quotiescumque, de consecrat. distict. 2. Ecce qualiter menti aduersarij Concilij putat Congregatio, asserentem coniugatos, aut laicos negotiis secularibus deditos non debere quotidie communicare, quantumcumque id consulat ex zelo reuerentiæ erga Sacramentum.*

Nec euasio dicentium Episcopum illum reprehensum fuisse, quia non solum consulens, sed præci

præcipiens vetabat communionem, exceptis diebus, vim declarationis eneruat: nam duo asserit dicta declaratio, scilicet præceptum imponi non posse de non communicando, nisi statutis ab Episcopo diebus, & quod quotidie sit communicandum fidelibus. Quasi dicat declaratio, tantum abesse, posse præcipi, quod, nisi statutis diebus, ad sacram accedant mensam coniuganti, & alij laici secularibus vacantes curis, quod potius eos debere accedere quotidie, sit consulendum.

20.

Ex dictis tota hæc disputatione demum inferitur, licitum esse laicis fidelibus communicare die veneris & sabbati Sancti; & consultis acturos communicando, quam abstinendo. Non enim aliquo iure est prohibitum, & consuetudine fulciri nequiquam potest, tum qui in aliquibus Ecclesiis illo die sacra Synaxis ministratur, cuius testis ocularis sum: in hac enim Curia Matritensi quolibet anno in parochia sancti Martini, & in Ecclesia illi annexa sancti Placidi sacra Eucharistia porrigitur omnibus confluentibus illo die, qui pene innumerabiles sunt (aded diuini huius panis suscipiendi creuit cupiditas & deuotio: tum quia est nullibi illo die ministraretur, non inferendum esse inde, pollere consuetudinem positivam & prohibitivam administrationis, sed solum negativam, quæ potius non vultus est; eo modo quo dicimus pollere modò negativam consuetudinem non ministrandi pueris Eucharistiam habentibus vsum rationis, nisi decimum, vel duodecimum annum attigerint; de quo disputat. 26. posse verò in die Veneris sancti ministrari fidelibus sanis ad Ecclesiam confluentibus Eucharistiam, docent Eman. Sa verb. *Eucharistia*, numero 19. Vazquez tom. *de Eucharistia*, disputat. 32. cap. 1. num. 19. & 21. Hurtado de sacrific. disput. 4. difficultate 2. Suarez tom. *de Eucharistia*, disput. 80. sect. 2. §. *secunda dies est parasceves*, Ledesma *de Eucharistia*, cap. 19. post quintam conclusionem, Vega *en espejo de Curas*, cap. 10. numer. 241. fol. 190. Ioan. de la Cruz in directorio de sacrificio Missæ, fol. 168. Duran. in rationali diuinorum, lib. 6. cap. 77. num. 35. Fagundes de præceptis Ecclesiæ, lib. 3. cap. 16. num. 16. Enriq. lib. 9. cap. 9. numer. 6. in comment. littera S. in fine. Arbol. *de Eucharistia*, not. 8. fol. 291. qui immeritò ait hoc non expedire, etsi licitum sit ex D. Paul. 2. ad Corinth. 6. *omnia mihi licent, sed non omnia expediunt*. Victorel. ad Tolet. lib. 2. cap. 3. D. Perez *en la sum. theologica*, vbi de la Eucharist. verb. *Ministros*, fol. 12. Filliucius tom. 1. tract. 5. cap. 5. quæst. 5. Layman tom. 2. lib. 5. tract. 5. cap. 4. num. 7. Sylu. 3. part. quæst. 8. art. 9.

21.

Quia tamen aliquoties accidere potest non fuisse consecratas paruas hostias, Hispanè *formas*, quas suscipiant communicaturi, sciat Sacerdos ei non esse veritum partem hostiæ diuidere ad communicandum fidelem quolibet die velit ob solam deuotionem (nam si extremam ageret vitam, posse frangi hostiam nullus quem viderim dubitauit, nec dubitari potest, quin tunc non frangere esset peccatum mortale, vt docet Zambranus *de casibus in articulo mortis*, cap. 3. dub. 6. numer. 7. Et docet Rubrica Missalis Pij V. *de defectibus Missæ*, vers. *Si Sacerdos*,) docent Angel. verb. *Missæ*, numero 27. Enriq. lib. 8. cap. 46. num. 1. in comment. littera E. Sa verb. *Eucharistia*, num. 5. D. Anton. 3. part. titul. 13. cap. 6. §. Sylu. *Eucharistia*, 2. §. ferè

ultimo, & *Eucharistia*, 3. quæst. 15. vers. ultimo Anton. de Literatis in summa. 2. part. cap. 22. numero 10. Suar. *de Eucharistia*, disput. 85. ante finem. Diana *de celebrat. Missarum*, resolut. 37. Scorcia *de sacrific. Missæ*, lib. 4. cap. 29. numer. 12. Zanardus in Directorio, part. 1. *de Eucharistia*, cap. 9. numer. 15. & cap. 10. num. 13. Homobonus part. 1. tractat. 4. cap. 11. quæst. 110. Graff. decisio. part. 1. lib. 2. cap. 38. n. 31. Paldan. in 4. dist. 12. quæstion. 1. art. 5. sine, Posseluinus *de communione sanorum*, cap. 8. numer. 13. Bonacina *de sacramentis*, disput. 4. quæst. 5. punct. 3. numer. 13. adducens Cameroram *de Eucharistia*, cap. 9. dub. 7. quem non vidi, & Bartholomæum ab Angelo *de Missæ*, dialogo 5. §. 589. Quæ enim iniuria, vel irreuerentia sit sacrificio, quod sicut participes sunt adstantes fructuum spiritualium alius, sic & fiant fructus realis, realiter hostiæ suscipiendo partem?

Nec assentiendum Graff. 1. part. decis. lib. 2. cap. 38. numer. 31. (quem sequitur Zambranus *de casibus in articulo mortis*, cap. 3. dub. 6. numer. 7.) dicenti, non modica pœna dignum esse Sacerdotem frangentem hostiam vt laicum communicaret, cum ipse debeat recipere totam hostiam, vt constat ex cap. *Relatum*, de consecrat. distinct. 2. Re vera textum nequiquam inspexit, solum ibi decernitur detestabilem esse consuetudinem quorundam Sacerdotum plurimus eodem die celebrantium Missas, non tamen in omnibus sacramentum hostiam sumentium, sed tantum in postrema sacificatione. At hoc quam diuersum sit ab assertione nostra ignorat quis? Quapropter constitutio synodalis edita anno 622. à Serenissimo infante Cardinale, prohibens ex hostia diuidi particulam ad laici communionem, intelligi ad summum debet, quando facile aliæ formæ apponi possent. Imò nec in hoc casu inuenio culpam. Cum nullo præcepto sit prohibitum ex hostia particulam diuidi, nec interest quidquam quod possit vitari diuisio, ex eo quod aliæ superessent formæ.

Nec assentiendum dictæ Constitutioni, quatenus ait non licere ex sacrario formas extrahere ad communicandos sanos, eo quod pro solis infirmis hostiæ in sacrario referuantur. Nam licet introducta fuerit custodia Eucharistiæ ad infirmorum communionem, non illis solis pericua esse debet, sed etiam sanis; & sic obseruari in patochiis Matritensibus & monasteriis, & in pluribus aliis oppidis animaduerti.

22.

Ad communicandum infirmam monialem posse Vicarium, vel alium ministrum intrare Monasterij claustra in omnibus festiuitatibus in quibus Religiosa tenentur secundum regulam Eucharistiam suscipere; docet Rodrig. quæst. regul. tom. 1. quæst. 47. art. 4. §. *dubietur præterea*. Ludonicus de San Ioan. in summa, vbi *de Eucharistia*, quæst. 8. art. 9. dubio 10. Sanchez *de statu religioso* lib. 6. cap. 16. num. 45. Imò posse absque vilo scrupulo monasterium ingredi ad celebrandum causâ communionis infirmæ dandæ, censent, eo quod communicatio fidelium annexa sit celebrationi. Ex eo igitur, quod datur facultas ad Eucharistiam suscipiendam, concedi ad celebrandum arbitrandum erit: quod confirmat ex consuetudine in omnibus religionibus obseruata, & sanctæ Claræ in sua regula, cap. 2. concessumque fuisse affirmat à Leone X. in supplem. fol. 93. concess. 160. per hæc verba. *Concessit quod quando moniales*

moniales sanctæ Claræ infirmantur, taliter quòd non possint ad crætam venire ad audiendam Missam, possit illo tempore Sacerdos confessor eorum, vel Prælati superior introire claustrum in infirmary, & Monasterium ad celebrandum, ne tales moniales remaneant sine Missa, dummodo Sacerdos ad nulla alia loca quam ad altare diuertat, nisi tanto tempore quanto ad celebrandum indiget, nec loquatur nisi quantum opus est in Missa. Cùmque Summus Pont. expresserit Confessarium monialium, vel Prælatum superiorem posse introire: inferendum videtur nequire alium Sacerdotem ad libitum monialium designatum introire: noluit autem Summus Pont. ad ingressum illi quàm Cõfessario se credere. Nec obstat sumptionem corporis Dominici posse optimè fieri absque hoc, quòd Vicarius celebret interiorius, cum id commodè fieri non possit. Verùm cum Leo X. pro monialibus sanctæ Claræ limjtauerit alium quàm Confessarium eorum, vel Prælatum non posse intrare ad celebrandum infirmæ, communionis ergo: posse cæteras moniales aliorum Ordinum pro libito quencumque Sacerdotem designare iudico, nisi specialiter esset illis prohibitus.

Verùm quamuis Rodrig. tantum censeat posse Eucharistiam ministrari infirmæ moniali in omnibus festiuitatibus in quibus Religiosæ tenentur secundum regulam, sacra Synaxim sumere: rationem satis efficacem non video quare quotidie non possit porrigi. Nam si ob vtilitatem temporalem Conuentus, v. g. ob dolinendum parietem aut folium, permissum est fabricis claustra introire, quare ob vtilitatem spiritualem monialis, id negandum erit ministris seruantibus requisita, quæ omnem suspitionem iniqui ingressus possent generare? Semper tamen in hoc obediendum est superioribus. Nec in admirationem reuocandum erit, his temporibus quotidie à laicis sumi Eucharistiam, & id modò agi quod antea non agebatur. Nam & his temporibus quorantimò videmus Sanctos canonizari: imò in anno vigesimo simul S. Ignatius, S. Franciscus Xavier, S. Hidorus Martiri filius, S. Theresia de Iesus canonizationem sunt adepti, cum tamen olim rarissimè canonizationem vnam fieri videremus: mutantur namque tempora, & hominum ingenia, noua semper aduertunt, & rei vnius studio pro viribus dantur, cui ante nec cogitationem habuerant, vnde euenit id licitum agere purari, quod ante illicitum esse putabatur. Omitto quod vt iam sæpe monuimus, in primitiua Ecclesia quotidie sacra sumebatur Synaxis. Præter dicta verò opus erit valde animaduertere duodecim vtilitates quas congerit Viguerius in *Infirmis de sacram. Eucharist. vers. 18.*

23. Ad primum iam argumentum responderetur, Sacerdotes laicos superare, quòd illis commissum sit ministerium sacrificandi principaliter, & consecrandi; vt aduertit Marcilla in *memoriali*, fol. 14. & quia Sacerdos celebrans communicat sub vtraque specie: laicis verò solum, vt sunt adiuuantes, & dependentes à Sacerdotibus: & maior labor Sacerdotum sine præmio non relinquatur, tum honoris, tum gratiæ correspondentis actui perfectiori sacrificandi. Nec mirum in manducatione Eucharistiæ esse cum laicis æquales.

24. Secundum argumentum probat, quàm diuersa sit vrbanius seruanda inter ipsos homines, ac

inter Deum & illos: inter Deum enim & homines recusandum non est ad mensam illius sedere: quippe gratus est Deo assidere illi, quàm de contra. Vnde Gabriel. in Canone, lectio 87. littera P. ait: *Suillus est timor ille, vel reuerentia minus prudens eius, qui ad Dominum vocantem, & inuitantem non accedit, sed procrastinat, & coruina voce dicit, cras, cras. Denique tales qui nolunt accedere, nisi cum actuali deuotione & seruiore, agere similiter contingit quasi frigidis nolentibus igni appropinquare, nisi prius calidi sint; & infirmis nolentibus consulere medicum, nisi prius sani sint: quod quam stultum, & inaptum sit, nemo est qui ignoret.* Quod idem docet expressè D. Bonauent. in 4. distinct. 10. quæst. 1. num. 10. 11. & 12. Et quamuis Centurioni in præmium humilis recusationis præstitit Deus sanitatem filij, Zachæo largitus est sanitatem totius domus, vt constat ex illis verbis Lucæ 19. *Ait Iesus ad eum (scilicet Zachæum) Quia hodie salus huic domui facta est, ad te licet peccatorem diueri.* Quasi dicat, ad te diueri peccatorem, vt tu cum vniuersa tua domo saluus feres. Et licet Dauid 1. Regum 6. (ob mortem Ozæ, quia arcam testamenti terigit) non fuerit ausus eam in propria domo suscipere; at postquam est conspicuus Obededon, in cuius domo fuit arca recepta, à Domino fuisse dicatum, illam hospitare decreuit: palam animaduertens magis Deo placere arce receptionem, quàm humilem recusationem, & sic in sacramento.

25. Ac tertium, secundum se loquendo abstinens ab Eucharistia, nec potiones, nec plures actus virtutis exercet, quàm non abstinens, vt expressè Gabriel in Canone, lectione 87. littera O. Puteanus 2. tom. quæst. 80. artic. 12. dub. 1. Et licet concedamus, abstinentem timere Deum vt quatuor, qui timor à charitate, vt quatuor oriatur; & non abstinentem accedere cum amore, vt quatuor; quatuor gradus accedentis et si in quantitate sint pares, tam discretus, scilicet in numero, quàm continua, scilicet in intensione, cum quatuor gradibus abstinentis; in qualitate tamen gradus accedentis excedunt, & gratiores sunt Deo, vt pote de meliori obiecto. Cui magis placitum est amari amore prosecutionis, quàm amore non desertionis: & qui timet accedere quia amat Deum, non tunc amat, quia velit de nouo Deum suscipere, sed quia amat non deserere, quem habet, cum sponsa dicente Canticor. 3. *Tenui eum, nec dimisi eum.* Nec distinctius demonstrat fidem abstinens, quàm accedens: ideo enim accedit, quia credit quòd sub illis speciebus sit Christus, cibis spiritualis animarum. Sed demus, quòd æquales habeat actus virtutum, imò aliquantulum excellentiores in quantitate, & qualitate, quàm qui accedit; ille saltem qui accedit, semper erit melioris conditionis, cum reportet gratiam ex opere operato ex sacramento: alius verò qui abstinet, solum quæ datur ex opere operantis, cum careat gratia sacramentali, & aliis fructibus sacramenti: quod expressè tenet Gabriel allegandus infra in solutione vltimi argumenti, in Canone. lect. 87. littera O.

26. Ad quartum argumentum responderetur, negando quòd ex frequentatione Eucharistiæ sentiat quis minus feruorem deuotionis & amorem. Verum si fortè frequentando sacramentum minuitur; multo magis minuetur non frequentando; nam si frigidus sit quis, quando applicat sibi ignem,

ignem, frigidior erit quando se elongauit ab illi: altunde enim prouenit frigiditas quam ex Eucharistia, nempe aut ex demone instigante, aut Deo permittente, ad humiliandum hominem, aut ex indispositione corporis. Et miror admodum quod plurimi Doctores dicant minui ex frequentatione deuotionem & feruorem, cum id fundamentum habere minimè possit ex ratione, nec in experientia; quandoquidem non ex frequentatione, sed ob dictas causas contingat diminui feruorem & amorem: non in ratione, nam hoc esset dolo afficere Sacramentum. Si enim quispiam bona valitudine affectus cibum aptissimum quotidie sumeret, quo sanitatem conseruaret, & ex quotidiana sibi sumptione in ægritudinem rueret, diceretur tunc cibum causasse ægritudinem, & dignus esset repudio & vituperio, qui etsi bonus, infirmitatem concilieret. Sic qui feruenter susciperet Eucharistiam à principio, si ex nimia frequentia decideret in imbecillitatem feruoris & amoris, posset merito repudiare Sacramentum tanquam sibi nocuum, & causans infirmitatem, quam ipse ante frequentem illum usum talis cibi non habebat; & consequenter fraudem adigeret Sacramento. Iudicet itaque quisque, num incidat in Scyllam, cupiens vitare Charybdim.

## ROBORATVR AVTHORIS sententia numero septimo relata, & responderetur aduersario- rum obiectionibus.

### SVM MARI VM.

*Quòd quotidie communicare expediat laicis etiam si solam munditiam à mortali habeant, docent Sancti, à num. 27. usque ad 33.*  
*Nec ex dictis Sanctis semitur solum argumentum negatiuum, num. 34. & 35.*  
*Mirandum quòd oppositam sententiam intendunt aduersarij probare ex illo D. Paul. 1. Corinth. 11. Probat autem seipsum homo, &c. numero 36.*  
*Loca Sanctorum adducta ab aduersarijs pro sua sententia magis nostram tutari ostenditur, num. 37. & 38.*  
*Sacra Scriptura plures habere potest litterales sensus, num. 40.*  
*Aduersarij fatentes nostram sententiam fulciri efficaciter ratione, non consequenter loquuntur, repellentes illam postea tanquam falsam, num. 41. 42. & 43.*  
*Afferentes expedire magis celebrare quotidie Sacerdotes etiam cum sola munditia à mortali, coguntur fateri expedire quoque laicis quotidie communicare, num. 44.*  
*Mirandum quòd aliqui graues Doctores oppositum huius censuerint, num. 45. & 46.*  
*Ex communione quotidiana Fidelium maxima bona conciliantur Ecclesia, num. 47. & 48.*  
*Soluatur obiectio aduersariorum, num. 49. & 50.*  
*Aduersariorum opinio nullam fixum terminum designare potest, quo expediat laicos communicare; ob quam solam rationem quamuis alia deficerent, deserenda est illa sententia, num. 51.*

Sanchez Selecta.

**D**OCENT nostram sententiam quam num. 7. adduximus, D. Chrysof. homil. 28. in Epist. 1. ad Corinth. dicens: *Paulus unum nouis tempus aditus, & communionis, puritatem conscientie.* Et in homil. 60. *Ad Popul. Antioch.* ait *Tempus Aduentus, vel Epiphania, vel Quadragesima dignos accedere non facit, sed anima puritas & sinceritas: cum hac igitur semper accede, sine hac nunquam.* Ecce Diuum Chrysofostomus, nihil aliud exposcentem ad quotidie communicandum, quam puritatem conscientie à mortali: taliter quòd sicut sine illa nunquam est accedendum ad sacram mentem, sic cum illa quotidie sit accedendum. (At oppositum sentientes libenter consentiunt non esse diu differendam communionem, quamuis sola ad sit munditia à mortali.) Et postea in eadem Homil. subdit: *Hec non ut temerè communicemini dico, sed ut vos dignos reddatis. Non es hostia dignus vel communione? Ergo nec oratione.* At ad orandum meritorie, solum sufficit status gratia. Nec obstat eundem Chrysof. dicta Homil. ad maximam sanctitatem comparandam exhortari, ad Sacram mentem accedere cupientes, dicens: *Nolo vos tantum à cano esse liberatos, verum & candidos ac splendidos. Nam si Rex Babylonicus ex captiuitate deligens adolescentes pulchros specie, & decoro aspectu sumpsit, multo magis & nos mensa assistentes Regia, specie pulchros esse decet, aurum anima mundum habentes, vestem puram, calceamenta Regia, decorum anima cultum.* Non, inquam, obstat hoc nostræ sententiæ: & miror valde quòd obitare arbitrentur oppositam tutantes: solum enim illis verbis hortatur Chrysofostomus fideles Sacram Eucharistiam susceperos ad vigilantiam in agenda vita perfectam, & magis Deo placente: ad quod data opera est hortatus, ne aliqui ansam arriperent socordiam diligendi, & mores perfectos non procurandi, ex eo quòd superius ipse dixerat, sat fore ad semper (hoc est quotidie) communicandum, puritatem conscientie habere, hoc est, à mortali culpa mundam. Cum æquum & maximè decens sit ad maiorem in dies sanctitatem conari, quam ad solam munditiam à labe lethali consequendam. At hoc quòd Sanctus hortantur, nos etiam millies moneamus, & utinam omnes sacratam Eucharistiam suscipientes, ad tantam consequendam gratiam conspirarent, quòd eam quam omnes Angeli sunt consecuti, ipsi quoque comparare niterentur.

B. Ambrosius lib. 5. de Sacramento. cap. 15. nostram quoque sententiam tuetur, dicens: *Si quotidianus est panis, cur post annum, illum sumis? Sic uine, ut quotidie mercearis accipere: qui non meretur quoidie accipere, non meretur post annum accipere.* At oppositum sentientes libenter fatentur, non fore sanum consilium differre communionem post annum, quamuis solam munditiam à mortali lue quis haberet, & implicatus esset venialibus. Igitur cum Sanctus asserat, non mereri post annum accipere qui non meretur quotidie, illi erit oppositus qui censuerit optimè posse enenire post annum esse aliquem dignum Sacra Eucharistia suscipienda, non tamen quotidie: fit namque contra ipsos hoc argumentum: *Per vos, qui implicatus venialibus est, & curis secularibus deditus, mundus tamen à mortali, meretur post annum communicare; adeo ut sit consilium suscipere Eucharistiam, quam abstinere: at qui dicitur deservit quoidie*

S

idie

tidie communicaret, non mereatur accipere per vos; igitur fieri debetis non inferri, quod qui non mereatur quotidie accipere, non mereatur post annum accipere. Sed hoc asserere directe est oppositum & cuiusdemus dicitis a Sancto, cum ipse dicat, quod qui non mereatur quotidie accipere, non mereatur post annum accipere. Optatem hæc conspiciantur Doctores putantes suam sententiam esse Sanctis Patribus conformem; arbitantes etiam alios Doctores qui eorum non profitentur opinionem, Sanctos non intelligere, nec inquam bene legisse: quod certe minus modestè dictum est quàm fas esset. Sed hæc loqui ipsis solum nocet. Omitto, quod credibilis sit, Doctorem aliis negotiis non deditum quàm studis, Sanctos revolere potius quàm illum, qui cum Proceribus crebrò conuersando tempus consumit, & Reipublica negotia meditat. Quod verò D. Ambrosius super cap. 11. ad Corinth. 1. hortetur ad maiorem dispositionem, quàm ad solius mortalis labis munditiam: dicitis ad eodem non obest, nec nostræ sententiæ; nos etiam id hortamur, vt diximus supra num. 27. in fine.

Probatum item nostra sententia ex Concilio Colon. parte 7. cap. 19. dicente: *Mens ergo ab omni affectu peccandi longè absit; nam si adhuc habet voluntatem peccandi, grauat magis Eucharistia perceptione, quàm purificatur. At contra, quamuis quis peccato mordetur, si tamen peniteat, & de cetero peccandi voluntatem nullam habeat: confidens de Domini miseratione, accedat ad Eucharistiam inrepeidus, & securus.*

29. Item Nicolaus Papa consultationi Bulgarorum respondens, à quibus conquisitus fuit, num eopederet morem vsque virentem per totam Quadragesimam communicandi, seruare, sic est alloquutus: *Quod vt sit, Dominum omnipotentem suppliciter exoramus, & vos omnes vehemenissime exhortamur: si tamen mens in affectu peccandi non sit, vel si hanc non de criminalibus culpis conscientia impoenitens, vel non reconciliata fortassis accuset; vel si fratri discordanti suo vitio reconciliatus minus existat. Nam si quem de aliquo conscientia mordet, grauari potius tanto munere, quam remedium consequi quemlibet arbitramur.*

30. Respondent oppositam tutantes sententiam, huiusmodi autoritates tantum loqui de dispositione necessaria ad fructum Sacramenti, quæ erit munditia à culpa mortali. At suo se ingulant gladio: si enim cum sola munditia à mortali, non solum commanio fructuosa erit, verum ad Eucharistiam quotidie suscipiendam hortantur Papa & Concilium, sit posse consuli ex mente Papæ & Concilij communionem quotidianam habentem solum mundam conscientiam à peccato mortali. Concilium verò & Papam ad communionem quotidianam hortati, patet ex verbis, *Suppliciter exoramus, & vos omnes suppliciter exhortamur: & ex verbis vltimis Concilij, Accedat ad Eucharistiam inrepeidus & securus. Qui enim dicit accede, præcipit, vel saltem consuli accessum.*

31. Deinde S. Hieronymus lib. 1. de Ecclesiast. offic. exhortans ad quotidianam communionem, prædictam sententiam comprobatur, dicens: *Ceterum si vilia sint peccata, quæ moruum remoueam ab altari, prius agenda est penitentia; ac sic deinde, hoc saluiferum medicamentum suscipiendum. Qui enim manducatur, & bibit indignè, iudicium sibi manducatur, & bibit. Hæc est enim indignè accipere, si eo tempore*

quis accipiat, quo debet egere penitentiam. Ecce Sanctum nihil aliud exigere ad quotidianam communionem, quàm quod suscepturus, mortali careat; cum solum tempore status peccati lethalis absit obligatio præmittendi penitentiam ad sacram Synexam suscipiendam.

Nec alicuius momenti est aduersariorum solutio, vtentium prædicto testimonio ad suæ sententiæ comprobationem, eo quod ipse Sanctus dicat ante relata verba: *Dicunt aliqui, nisi aliquo intercedente peccato, Eucharistiam quotidie accipiendam: quod quidem bene dicunt si hanc cum religione, & deuotione, & humilitate suscipiant.* Magnificat contrarij prædicta verba, nullaque clariora in suæ opinionis auxilium posse adduci arbitrantur. In quo sanè decipiuntur. Quia namque ratione persuadere sibi poterunt contrarij aduersari sibi Sanctum in suis dictis? At iam probauimus ex tenore verborum primi testimonij, posse consuli quotidianam communionem præmissa solum penitentia labis mortalis. Nec in hoc secundo testimonio aliud intendit Diuus Hieronymus affirmare, quàm quod ad suscipiendam Eucharistiam, non lat sit culpa mortali carere, sed etiam opus esse, vt dignè suscipiatur: religiosè suscipi, hoc est ob finem religiosum, non quidem ob vanum: quod explicuit illis verbis: *Cum deuotione & humilitate.* Quasi dicat, non inhumilis accedat contra humilitatem delinquens, & finem superbium susceptioni proponens: non indenuotus, hoc est, cum animo non præstandi Deo famulatum, & cum intentione alterius finis prauis & extranei ab institutione Sacramenti. Deuotionem quidem non consistere in illo gaudio, siue suspensione sensibili, quæ aliquando communicatur à Deo suis famulis; sed in promptitudine animi præstandi famulatum & obsequium Deo, docet D. Thom. 2. 2. quæst. 82. art. 1.

33. Vterius nostram tueretur sententiam D. August. de Ecclesiast. dogmat. cap. 53. & refertur in cap. quotidie, de consecrat. distinct. 2. vbi loquens de maiori frequentia communionis, ait: *Quotidie Eucharistia communionem percipere, nec laudo, nec vituperō. Confidens de Domini miseratione accedat ad Eucharistiam inrepeidus & securus.* Subdens: *Sed hoc de illo dico, quem mortalia & capitalia peccata non grauant.* Nec obstat quod in dicto cap. ad maximam sanctitatem consequendam ob frequentem, siue quotidianam communionem capiendam suadet Sanctus: nam etiam & nos id ipsum exhortamur, non solum ad quotidie communicandum, vt diximus, exponentes Diui Chrysostomi loca, verum ad annuam communionem habendam. Pluraque alia loca Sanctorum inspici poterunt in Emondæ Augerio in catechismo vbi de Eucharistia.

Nec satisfacit aduersariorum effugium dicitur, ex adductis Sanctis pro nostra sententia solum posse sumi argumentum negatiuum, videlicet: *Sancti consulant carentes culpis mortalibus quotidie communicare: ergo aliam quamcunque dispositionem excludunt tanquam non necessariam.* Non valet argumentum, inquit, sicut non valet & hoc: *Christus Lucæ 11. ait: Venuntamen quod superest, date elemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.* Nam qui sic argumentaretur: *Christus nihil aliud exigit ad remissionem peccatorum quam elemosynam: ergo illa sola sufficiens erit ad illorum remissionem: mala esset coniectura.* Item

Paulus ad Romam. 5. ait: *Iustificati ergo ex Fide pacem habemus ad Deum, & in cap. 1. Iustus autem meus ex fide vivit: & tamen si aliquis sic syllogizaret: Dimis Paulus ad iustificationem solius Fidei meminit: ergo ad iustificationem nihil aliud est necessarium quam Fides; malè favè inferret.*

35.

Verùm per inciteum spectam viam abierunt aduersarij, præfatum effugium excogitantes. Nam quoties Doctor aliquis interrogatur de conditionibus requisitis ad aliquid agendum, constrictus erit assignare vniuersas condiciones; aliàs diminutè responsum dubitabit nemo: vt si perquireretur, an vitam cœlibem ducere in omni euentu melius sit, quàm maritalem; respondere oportebit, meliorem esse cœlibem, nisi vti quis timeat: iuxta Paulum dicentem ad Corinth. 1. cap. 7. *Melius est nubere quàm vri: & nisi virginem deflorauerit, vel illam ducere sponderit* Vnde satis non esset vnicam tantùm proponere conditionem. Cùm igitur Sancti pro nostra opinione adducti, interrogati, num in omni euentu consultus esset, communicare quotidie, quàm abstinere; vel quamuis non conquisiti ad quotidianam communionem exhortentur, vt rectè responsum præstarent, opus erat eis vniuersas conditiones designare habendas à cupientibus communicare quotidie, vt inde communicaturi dignoscere valerent, num esset illis expedientius abstinere, vel non. At cùm solam mundiciem à mortali proponant tanquam conditionem ad communicandum quotidie, taliter quòd illa solum munditiè à mortali labe præmissa, melius sit communicare quotidie, quàm abstinere, sit Sanctos illam solum exposcere ad quotidianam communionem: adeò quòd illa tantum munditiè adepti, melius sit communicare, quàm abstinere: quamuis semper sit aspirandum ad maiorem & vetiorem sanctitatem, vt quotidie sacra Panis recipiatur. Vnde ex Sanctis argumentum affirmatiuum, & non negatiuum desumitur. Quod planè ex simili faterur Torres de iustit. disputat. 5. dub. 2. num. 3. dicens, quòd quoties Doctores disputant de numero aliquarum rerum, si quasdam enumerant, nulla facta mentione aliarum, planè videtur sentire in eo genere plures non esse: vnde argumentum quod autoritatis negatiue videtur, assertiuum potius est. Hæc Torres. Et docet Suarez tom. de Eucharistia, disputat. 40. sect. 2. vbi ait, quòd sumptio Eucharistiæ nec etiam in voto, non est necessarium medium ad salutem. Et probatur inquit autoritate negatiua Conciliorum & Patrum. *Quæ argumentandi ratio licet alias infirma esse videatur, tamen in doctrina tradenda de rebus multis, in qua de singulis docentur quæ illis conueniunt, & aliquid affirmatur de quibusdam quod taceat de alijs, satis probabile argumentum semitur, quia illud silentium est implicita quadam negatio, & particularis affirmatio & quasi exceptio quæ firmare solet regulam, vt quod vni singulariter conceditur, alijs negari intelligatur.* Christus verò dicens omnia peccata eleemosynis mundari, id dixit, quando eleemosynæ actus ex charitate imperatur; & tunc munda etunt omnia, cùm charitas operiat multitudinem peccatorum. Petr. 1. Epistola. Sic D. Augustinus, Theophylact. Beda & Strabo adducti à Maldonato super dictum cap. 11. Lucæ. Vel quia disponitur quis per eleemosynam ad gratiam conse-

Sanchez Selecta.

quendam: vt communiter docent Theologi, & constat Actor. 10. *Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei.* Et Ecclesiast. 29. *Conclude eleemosynam in sinu pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo.* Vel solum facta est à Christo comparatio inter lotionem exteriorum factam à Pharisæis calicis & catini, & lotionem interiorum, vt constat ibi. Et ait Dominus ad illos: *Nunc vos Pharisæi quod de foris est calicis & catini mundatis, quod autem intrinsecus vestrum, plenum est rapina & iniquitate.* Quasi dicat, mundiores efficiemini dando eleemosynam, quàm vestris lotionibus. Et ideo subdit: *Verumtamen quod superest, date eleemosynam, & ecce omnia mundasunt vobis.* vt bene docet Maldonat. super dictum cap. 11. Vnde idem est ac si diceret: Licet eleemosyna solum munditiam interiorum non efficiat, ac multò minus mundare vos calices & catinos munditiam causabit. Omitto, quòd cùm ex Fide constet, nec eleemosynam tantùm, nec Fidem solum ad iustificationem sufficere, quamuis ex verbis Christi & Pauli mentio solius eleemosynæ & Fidei fiat, id intelligendum est in sensu Catholico. De quo latè Vazquez 1. 2. tom. 2. disputat. 210. cap. 8. & 9. & super Epistol. ad Roman. cap. 1. & 5. & ibi Pereir. Molina 1. parte, quæst. 1. art. 1. disputat. 1. Bellarmin. 3. tom. lib. 1. de iustific. cap. 12. Torres de Fide, disputat. 41. dubio 1. & 2. Suarez de Fide, disputat. 12. sect. 1. 2. & 2. & tom. 3. de Gratia, lib. 7. cap. 21. Cornel. à Lapide super Epistol. ad Romanos, cap. 5. & c. 1. & ad Hebr. 10. Lyra super dicta loca. Iustinian. Gorranus super dictas Epistol. Pauli. At cùm definitum non sit, videlicet, quòd non habenti nisi solam munditiam à mortali culpa, sit consultus quotidie non communicare, locus relinquitur disputationi, & Sanctis solum exposcentibus munditiam à lethali lue, ad quotidie communicandum inhærendi facultas.

36.

Et magis mirandum est, quòd oppositam sequentes opinionem, tutari illam nitantur ex D. Paulo 1. Corinth. 11. dicente: *Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans Corpus Domini.* Deducentes exinde, quòd non diiudicare Corpus Domini, idem sit, quòd non discernere Panem sacratum Eucharistiæ à pane communi & vsuali; cùm parè respectu vnum sicut alium edat fidelis. Sed quæro ab his Doctoribus, num æqualis sit respectus in accedente; quòd ad Eucharistiam accedere nequaquam audeat nisi mundus à mortali peccato, parui pendus talem statum habere quando ad panem communem velendum sit accessus? An non diiudicans Corpus Domini accedit, qui cum munditia à mortali ad illud suscipiendum appropinquat, & non aliàs; ad panem verò vsuale suscipiendum non curat huiusmodi munditiam habere? Hoc tantum significare D. Paulum, quando dicit, non diiudicare Corpus Domini qui accedit indignè, ab omnibus conclamatum est. Dicunt præterea contrarij tunc non diiudicari Corpus Domini iuxta mentem Pauli, cùm quis accedit ad Eucharistiam sumendam nullum formans conceptum, ibi esse Corpus Christi, cùm sic accedat, ac si ibi non esset. Verùm oportet maxime à dictis Doctoribus edoceri, quomodo intelligi possit dari casum in quo suscepturus Eucharistiam non audeat illam sumere, nisi sit à mortali culpa mundus, & nullum formet conceptum

S 2 saltum

saltem antecedentem supponem, ibi esse Domini Corpus? Imò cum susceptio illa actio naturalis non sit, sed libera, ex aduertentia finis emanare debet, vt communiter tradunt Doctores cum D. Thom. 1. 2. quæst. 1. art. 1. Caietan. Medina, Vazquez, Zumel, Curiel, Salas, Valent. Lorca, Montef. Martinez dicta quæst. & art. Suarius pluribus in locis suæ metaph. Socrates, Iabelus in metaphys. disput. per varia loca. Si igitur aduertenter quis sumit Eucharistiam, cognoscat opus est mysterium; nec mirum quod in susceptione actuali, inaduertentia naturalis reperitur aliquando; cum hæc etiam ad actum consecrandi in Sacerdotibus repetitur aliquoties: nec tamen ob id irreuerenter consecrassè dicendi erunt.

37. Et sensum D. Pauli esse quem ex dictis Doctoribus retulimus, contendunt probare auxilio D. Ambrosij super dictum locum D. Pauli, ex eo quod dicat D. Ambrosius: *Deuoto animo & cum timore accedendum ad communionem docet Apostolus, vt sciat mens se reuerentiam debere et ad cuius corpus sumendum accedit. Hæc enim apud se debet iudicare, quia Dominus est, cuius in mysterio sanguinem potat, qui testis est beneficij Dei. At quis non videat his verbis nihil aliud innuere Diuum Ambrosium, quam necessariam esse in suscipiente Eucharistiam munditiam & vacuitatem à mortali veneno? aliàs irreuerenter illam sumeret, & Corpus Domini ibi adesse non diiudicaret. Mundus tamen & planè vacuus à mortali culpa (aliàs non suscepturus sacram Panem) iam diiudicatur Corpus Domini, & reuerenter sumit; cum id impleat & exequatur in susceptione, quod ab ipso Christi iustum est fieri.*

38. Nec suam prætextum sensum comprobare possunt aduersarij ex verbis Diui Cypriani, dicentis: *Hæ qui verbo tenus, corde sicci, & mente aridi Sacris se ingerunt, vel etiam participant de donis, lambunt quidem petram, sed inde nec mel sugunt, nec oleum; nec se iudicant, nec sacramenta diiudicant; sed sicut cibis communibus irreuerenter Sacris vescuntur muneribus.* Nam ille qui à mortali peccato liber Eucharistiam sumit, se iudicat, & sacramentum; cum non audeat illud sumere in malo statu: minimè autem vereatur in tali statu deprauato aliis vesci cibis. Vnde mel fugit & oleum scilicet sacramenti gratiam. Nec præterea tales qui vacui sunt à mortalibus culpis, solum verbo tenus se ingerunt sacramento, sed se & effectum participant de donis. Hinc deducitur D. Cyprianum nullatenus locutum fuisse de suscipientibus Eucharistiam cum munditiè à mortali, sed tantum de illis qui mortalibus culpis infecti audent accedere.

39. Et quamuis non inficiamur indignè Eucharistiam sumere illum qui delinquit venialiter, eam sumendo, cum indignè agat, qui peccat venialiter; & in hoc sensu posse dici illum taliter manducantem, iudicium sibi manducare, & bibere, quatenus agit opus de quo damnandus sit poena temporalis: non tamen Pauli verba 1. Corinth. 11. *Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans Corpus Domini: accipiuntur à Sanctis, & Doctoribus Scholasticis de sumente Corpus Domini cum peccato veniali; sed de accipiente cum mortali. Tum quia Diuus Paulus non tantum dicit manducantem indignè iudicium sibi manducare & bibere; sed ideo iudicium manducare & bibere, quia sic manducan-*

do, non diiudicat Corpus Domini. At qui mundus à mortali culpa, quamuis venialibus immunus manducet, Corpus Domini diiudicat, discernendo Panem Cælestem à pane communi & terrestri, vt iam diximus. Cum igitur mens Diui Pauli eadem sit, siue dicat illum tunc indignè manducare, qui manducando non diiudicat Corpus Domini; & non diiudicare Corpus Domini, quando indignè manducat: fit illius verba solum accipienda esse de manducante indignè indignitate proueniente à mortali culpa; cum tantummodò de taliter sumente Eucharistiam verificari possit Corpus Domini non diiudicari. Tum quia Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 7. solum intelligit illum locum Pauli de manducante indignè, id est, cum conscientia criminis lethalis. Temeritas igitur videtur alium sensum intendere præter eum, in quo acceptus est à Concilio. Porro Concilium verba Diui Pauli in sensu solum de manducante Eucharistiam cum mortali peccato, accipere patet ex ipsius verbis: ait enim: *Cum illa plena formidinis verba apud Apostolum legamus: Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans Corpus Domini. Quare communicare volentibus renouandum est in memoriam eius præceptum (videlicet Diui Pauli) Probet seipsum homo. Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, vt nullus sibi conscius mortalis peccati absque præmissa confessione accedat, &c.* Cum igitur Sacrum Concilium asserat à fornicandis verbis Diui Pauli reddi immunem manducantem cum munditiè mortali peccato; & è contra in ea incidere edentem cum mortali: fit solum prædicta verba concipi à Concilio, dicta fuisse à D. Paulo respectu manducantium Eucharistiam cum mortali, nec ad manducantem cum veniali, posse illa verba applicari: aliàs verum non esset, quod Concilium dicit, videlicet illum solum qui manducat in mortali peccato existens, iudicium sibi manducare, & Corpus Domini non diiudicare: si esset liberum alicui dicere, etiam ex mente Pauli manducantem in veniali, iudicium sibi manducare, & Corpus Domini non diiudicare. Quamuis aliàs verum sit manducantem in veniali, indignè etiam manducare, & iudicium poena temporalis manducare. Sed quod contendimus, est, huiusmodi veritatem non posse conuinci ex illis verbis Diui Pauli, sed ex principiis Theologicis. Tum etiam quia si præfata verba D. Pauli de manducante cum veniali possent intelli, Concilium non dixisset plena formidinis esse, cum negari non possit multò plus & plenius formidandum esse accedere ad Eucharistiam cum mortali, quam cum veniali.

40. Vnde quamuis verum sit posse eundem sacra Scripturæ locum plures habere literales sensus, vt docent D. Thomas 1. parte, quæst. 1. artic. 10. & quæst. 4. de potentia, artic. 1. & in 2. distinct. 12. artic. 2. ad 7. Burg. in addition. super vtrumque prologum Lyran. Castro lib. 1. contra hæreses, cap. 3. Driedo lib. 2. de sacra scriptura, cap. 2. Abulens. in cap. 13. Matth. quæst. 28. Catherin. in lib. de clauib. sacra Scriptura, & alij quos refert Vazquez 1. parte, disputat. 17. cap. 2. Quam sententiam etiam ipse sequitur. Molina 1. parte, quæstione 1. art. 10. disputat. 3. Cano de locis, libro 2. cap. 11. Pefant. 1. part. quæst. 1. art. 10. Valent. 1. tom disput. quæst. 1. punct. 5. fol. mihi 16. Thom.

Pius 1. parte, quæst. 1. art. 10. dub. 5. *Zumel*, *Bañez* dicta quæst. & art. *Bellarmin.* lib. 3. *de Verbo Dei*, cap. 3. *Azor.* 1. tomo, lib. 8. cap. 2. quæst. 11. *Caicran.* 1. parte, quæst. 1. artic. 10. *Arrubal.* 1. part. quæst. 1. art. 10. *disput.* 8. art. 7. *Machin.* *Ioan. Gonzalez* dicta quæst. 1. art. 10. *Suarez de Fide*, *disput.* 17. sect. 1. num. 13. *Tolet.* super *Epistol.* ad *Roman.* cap. 10. *Lorca* 2. 2. lib. 1. de locis, *disp.* 14. num. 5. *Nazarius* in 1. parte *D. Thomæ* quæst. 1. artic. 10. *Mesia de Tobar* *Episcopus Austuricensis*, *de perfecto concionatore*, cap. 9. fol. 136. Tamen eum à Concilio limiteret, litteralem sensum illorum verborum *D. Pauli* intelligi solum de manducante cum conscientia criminis lethalis; & in ea formidanda verba incidere manducantem Eucharistiam in mortali; immunem verò reddi mundum à labe mortali edentem: sit sensum à Concilio expressum, exclusivum esse cuiuscumque alterius, & consequenter necessarium; nec fas esse Doctoribus alium præter assignatum à Concilio, commentari. Cùmque Ecclesia appeller Eucharistiam Sacramentum pietatis, vt constat ex *Litaniis sancti Sacramenti*, sit in eo maxime fulsisse diuinam pietatem, quòd non exposcat vberiolem munditiam quàm à mortali, ad illius sumptionem, cum & posset munditiam à veniali etiam efflagitare.

41. Et verè cum fateantur aduersarij pro nostra opinione posse adduci rationem satis efficacem, illam videlicet à nobis adductam, non consequenter loquuntur, postea præfatam opinionem repellentes tanquam falsam, & absque fundamento. Non enim coheret, opinionem aliquam efficaci ratione defendi, & absque fundamento esse. Potius etiam illi suam sententiam cum timore errandi tutantur, cum protestentur sapius, non esse illorum mentem à frequentia communionis fideles auocare. Et cum nolle se censuram ferre aduersus oppositam opinionem, profiteantur, non immeritò contrarium potest iudicari. At licet feratur, vel non ab illis censura, parum, vel nihil nocere poterit.

42. Nec ex eo quòd Principi diu hospitando in aliquo oppido opus sit maiori ornata, quàm si tantum per vnam noctem esset ibi mansurus, colligi debet ad decenter communicandum quotidie fore necessariam maiorem dispositionem, quàm si rariùs esset suscipienda Eucharistia. Nam Princeps eger, ad sui splendorem rebus externis, Christus verò non ita. Vnde si inueniat se suscipientem à mortali crimine vacuum, & cum recto fine, nequaquam dedignatur hospitari quotidie in tali suscipientis pectore. Præterea si Principi hospitando per vnam noctem possent parari omnia ita facile ac si esset ibi diu permansurus, & tamen non pararentur ob negligentiam, indecorum quid esset & indecentia. Si igitur suscipiens Eucharistiam rarò, disponi potest illis dispositionibus quibus opus est disponi ad quotidianam communionem, vt decenter suscipiat Eucharistia ex mente horum doctorum, conuincitur planè, irreuerentiam committere quoque suscipientem Eucharistiam rarò cum minori dispositione, quàm si quotidie esset suscipienda. Et hoc est iuxta rationem; aliud verò contra illam. Porrò rarò suscipientem Eucharistiam posse disponi eadem dispositione, qua opus esset disponi si quotidie esset suscipienda, nemo negabit. Imò ad maiorem dispositionem comparandam requirunt præ-

fari Authores temporis moram, & ob id renitentur in quotidianas communionis consentire. Vbi ergo maior mora communionis ad communionem intercedit, opportunior erit occasio vberioris dispositionis habendæ. Incitum spectè ergo fateantur non committere irreuerentiam rarò communicantem cum minori dispositione, quàm si esset quotidie accipiendæ Eucharistia.

43. Et sanè parum modestè loquitur quidam huius temporis Doctor, inquit, vsum Romæ, & in Hispania aliquandò seruatam quotidie suscipiendi Eucharistiam ab omnibus fidelibus, errorem fuisse & abusum. Quam quæso ratione persuasum nobis erit, errorem fuisse & abusum id quod coram oculis Pontificum in re tanti momenti agebatur, & ab illis minime reprehendebatur? Et quare credendum erit omnes Ecclesias Hispaniarum errasse? Pudeat huiusmodi asserere, & qualis censura benemerita sit huiusmodi doctrina, pij amatores Ecclesiæ sanctæ perpendent; horrent namque aures, id audire, & hæreticis non modica via aperitur Ecclesiam contemnendi.

44. Et quidem cum consentiant aduersarij, Sacerdotibus fore melius quotidie celebrare, quantumvis præcedat aliqua indecentia, v. g. pollutio inuoluntaria, habitus committendi peccata venialia, & alia huius generis; fateri erunt obstricti, laicis quoque non obstantibus dictis indecentiis fore vtilius quotidie communicare, cum multo altior dispositio sit debita ex decencia ad celebrandum, quàm ad communicandum in laicis. Et ob id in iure multa prohibentur Sacerdotibus ex quadam decencia, que tamen laicis permittuntur; vt denoretur eos qui sunt Sacrum celebraturi; perfectiores debere esse, & vitam obseruantiolem agere constrictos esse, quàm laicos.

45. Vnde miror valde *Vazquium* tom. de Eucharistia, *disput.* 232. cap. 1. sine, *Petrum de Ledesma* in summa, tractatu de Eucharistia, cap. 14. *Ochagau.* tractat. 2. de Eucharistiæ effectibus, quæst. 16. num. 5. dixisse, ad celebrandum quotidie eam non requiri vitæ sanctimoniam, qua ad communicandum quotidie, aut bis in hebdomada in laicis requiritur, eo quòd Sacerdori conueniat munus sacrificandi non tantum in suam, sed etiam in populi vtilitatem; & ita propter publicum commodum dubitare non debere quotidie celebrare, etiamsi quotidie non communicaret idem Sacerdos, si laicus esset cum eadem animæ dispositione.

46. Quapropter prædicti *Vazquij* & aliorum doctrinæ alij nouiores Doctores non adherentes ingenuè consentiunt eandem, imò maiorem requiri dispositionem in Sacerdotibus ad quotidie celebrandum, quàm in laicis ad quotidie communicandum. Discriminantur tamen Sacerdotes & laici, aiunt, quòd illi cum celebrant non tantum sibi vtilitatem & bonum nanciscuntur, sed etiam toti Ecclesiæ, & tam viuus quàm fidelibus defunctis, ac tam quoad satisfactionem, quàm quoad impetrationem bonorum spiritualium & temporalium. Ob huiusmodi autem bona non amittenda, esse melius quotidie celebrare, etiam interueniente indecentia, quam abstinere. At laici ex susceptione Eucharistiæ solum bonum sibi proprium conciliant, & ideo satius esse illis illo carere, quàm indecenter communicare,

47.

Verùm non animaduertunt etiam ex communione fidelium conciliari Ecclesie maximam utilitatem; representatur namque passio Christi ipso dicente Luc. 22. *Hoc facite in meam commemorationem. Hæc quotiescunque feceritis in mei memoriam facietis.* Et ex illo 1. Corinth. 11. *Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat.* Quæ verba respectu laici Eucharistiam sumentis esse quoque intelligenda, & non solum Sacerdotis celebrantis, dicemus disputatione 25. num. 5. Augetur etiam Beatotum gloria accidentalis, ut ibi ostendimus; & animabus purgatorij esse etiam Eucharistie sumptionem impetratoriam, & indirecte poenarum expiatoriam, docuimus ibi numero 12. dictis autem utilitatibus non fruatur Ecclesia, nec purgatorij anima ob solum fidelis desiderium suscipiendi Eucharistiam.

Quapropter hæc intuens D. August. de verbis Domini sermon. 28. qui habetur in appendice de diuersis sermon. 5. ad quotidianam Eucharistie sumptionem adhortans, in hæc admiratione, & zelo exuberans prorupit verba: *Quomodo sanctus Job quotidie pro filij offerabat sacrificium, ne forte aliquid, vel in corde, vel in sermone peccassent. Ergo tu audis, quid quoties offeratur sacrificium, mors Domini, resurrectio Domini, eleuatio Domini significetur, & remissio peccatorum, & panem istum quotidianum vite nostre non assumis? Qui vulnus habet, medicinam requirit; vulnus est, quia sub peccato summus: medicina est celeste & venerabile Sacramentum. Quotidie si accipis, quotidie tibi hodie est. Tibi hodie est Christus, tibi quotidie resurgit.* Vbi additendum pro eodem accipere Dium August. offerri sacrificium, atque Eucharistiam sumi, cum in sumptione mortis & sacrificium Crucis representetur: sicut in celebratione Missæ offerri in euentum sacrificium dicitur, quatenus per celebrationem hostia consecratur, vel sumitur, iuxta varias opiniones Doctorum, dicentibus quibusdam sacrificium in consecratione consistere; aliis docentibus quod in sumptione, de quo latè doctores tractat. de Eucharistia, & de sacrificio Missæ, vbi pro vtraque opinione auctores recensentur.

48.

Imò quamuis præfatis commodis non potatur Ecclesia ob sumptionem Eucharistie per laicum, sed solum intercedat utilitas suscipientis; ca certe aded ingens est, vt ob eam non amittendam aduersarij fateantur satius esse communicare, quam ob reuerentiam abstinere. Cùm inquam nunquam indecenter esse communicandum, nisi adsit præceptum, vel magna aliqua utilitas id suadeat: tunc enim aiunt melius futurum esse Eucharistiam sumere, quam ob reuerentiam abstinere.

49.

Nec vilius momenti est illorum oppugnatio, videlicet, melius esse à sumptione abstinere, quando sola intercedit sumentis utilitas, quam indecenter communicare, eo quòd semper præferenda sit Dei gloria, sumentis commodo. Quod sanè admittimus milles. Sed vnde quæso conuincunt non interuenire gloriam Dei in sumptione Eucharistie recto sine facta, & cum munditie à mortali culpa; quamuis recipiens non reuerentissimè se disponat, qualiter ipse voluit? Vt enim dicimus disputatione 24. num. 9. 10. & 11. Quando actus virtutis sit ab commodum proprium, semper etiam sit ob gloriam Dei, nisi expressè talis

finis esset exclusus: aliàs actus spei qui est amor proprii boni, ut ibi latè ostendimus, non diceretur fieri ob gloriam Dei, nec rationem virtutis participare. Imò cùm ipsi fateantur sumentem Eucharistiam ob rectum finem, & à peccato mortali mundum actum virtutis exercere, illum fieri ob gloriam Dei opus erit admittant; cùm de natura virtutis sit, Deum vt vltimum finem respicere; aliàs peruersa esset voluntas operantis intendens vt fruendis, & frui vtendis. (vide disputationem 24. num. 11.) Tu etiam, quia quoties aliquis per media aliàs licita, quamuis possent esse magis decentia, intendit cum Deo maiorem amicitiam inire, maiorem gloriam Deo tribuit, quam si ab opere abstineret ob irreuerentiam vitandam. At suscipiens Eucharistiam ob maiorem gratiam & charitatem comparandam, strictiorem intendit inire amicitiam cum Deo, spectans infallibilem gratiam Sacramenti, quam non fruetur si ob reuerentiam à susceptione abstineret. Igitur quando fidelis communicat ex recto fine, & licet solum à mortali labe mundus, dicendus erit gloriam Dei intendere. Et quamuis etiam ob desiderium suscipiendi celestem panem gratia & amicitia concilietur, non tamen adeo infallibiliter fiet ex Sacramento. Nam si attritus solum desideret aliquis panem illum Angelorum edere, gratia non comparabitur; bene tamen si Eucharistiam sumat exultimans se esse contentum, licet reuerà solum attritus sit, vt communiter consentiunt Doctores, tractatu de Sacramentis in genere, & de Eucharist. præter Vazquez disput. ... & quosdam alios.

Et cum fateantur aduersarij, cuilibet fideli, quamuis rapidè viuenti & externis negotiis dedito, satius esse octauo die communicare, quam vltius sumptionem Eucharistie differre, id scias admittunt, quia facilius sit, semel in hebdomada dispositionem nancisci, quam quotidie: cùm minus difficile sit, semel in hebdomada à negotiis vacare, quam cunctis diebus: & quia huiusmodi temporis mora sufficiens est ad non extenuandam reuerentiam Sacramento debitam, ob nimiam familiaritatem. Item quia dilatio huiusmodi apta est, vt desiderium ad Sacramentum exciter, & ne nimius vsus ipsius fastidium generet, vtque nouitas concitet attentionem; nec consuetudo comparat inconsiderationem, nève singularitas hypocrisis, vel inanem gloriam ad se in locum vocet; & vt facilius conscientie scrutatio & culpæ confessio fiat: ac denique vt vna communio aliam respiciat, & ex calore primæ secunda foueatur. Sed inquit ab his Doctoribus, num consentirent ipsi in permissionem accipiendi Eucharistiam quoquo octauo die homini absque mortalibus culpis viuenti, aded tamen negotiis addicto, quòd eadem ipsius sit occupatio octauo die quæ quarto, quæ tertio, quæ secundo, quæ primo (plures enim huius qualitatis homines reperiri luce clarius est.) Si enim accipere Eucharistiam permitterent modo suprà dicto, eadem ratione non renuere tenentur, quotidie posse sumi, cùm non maior dispositio habeatur ad communicandum octauo die, quam sit illa quæ haberetur quotidie. Quòd si contendant, esse minus bonum ultra octo dies communionem differre, quam cum modica dispositione communicare, se iugulant: nam dicam ego, etiam esse minus bonum communionem ultra quatuor dies differre,

50.

differre, quàm cum modica dispositione. Eucharistiam sumere: & ultra tres, & ultra duos, & denique ultra vnum. Si verò asserant illius generis homines æquius esse octauo die non edere celestem panem, rigidè admodum sentient, cum nullus absque sua culpa priuandus sit tanto bono: & infelices possent reputari illi qui negotia Reipublicæ agerent & meditentur quotidie, quando aliàs illa bene geri nisi per ipsos non possent. Tum contra dicta à se id assererent, cum stabiliant posse assignari frequentiam communionis cuilibet personarum generi: terminum autem huius frequentis communionis octauum diem constituunt.

51. Et verè aduersariorum opinio ideo deseri debet (quamuis aliud non adesset) quia nullum firmum terminum assignat quo possit expedientiùs Eucharistia sumi à quocumque personarum genere. Nam assignare octauum diem voluntarium, & arbitrium est; assignare duodecimum, decimum, vel quartum, etiam voluntarium est; & ratione non potius vnum quàm aliud potest firmari. Nostra verò opinio ideo admissu digna est (quamuis aliud non contineret) quòd fixum constituat terminum, quo sit melius Eucharistiam sumere, quàm abstinere, videlicet quoties fidelis quis mundus fuerit à mortali crimine, & recto sine sumperit, vel aliàs in sumptione non peccet venialiter. Taliter quòd quotiescumque sumendo celestem panem non peccatur mortaliter, nec venialiter, sit vtilius & melius communicare, quam ob reuerentiam abstinere. Regibusque præcipue esse huius causæ defensionem assumendam Genes. 49. docetur, dum de Eucharistia dicitur: *Pinguis est panis, & præbebit delicias Regibus.* Vnde Ecclesia in Litania sanct. Eucharistiæ sacramenti, ait: *Pinguis panis & delicia Regum.* Licet enim omnibus hoc sacramentum sumentibus delitiæ proueniant, & ob illas adipiscendas (licet aliis finis superior abesse) expediret quotidie il-

lud sumere, expedientiùs tamen id erit Regibus, quibus specialiter delitiæ promittuntur, & illorum regna locupletari, possent meritò sperare ipsi. Cùmque quotidie expectare mortis aduentum debemus, & nulla melior dispositio haberi possit ad illius occursum, quàm sacramentis pœnitentiæ & Eucharistiæ muniri: sit hercè vetandum minimè decere, Eucharistiam quotidie à fidelibus suscipi.

Denique ex dictis tota hac disputatione colligitur, quàm consonum sit Theologicæ rationi, Conciliis, Cardinalium declarationibus & Sanctis Patribus, laicos labe mortali carentes, & rectum finem in communionem habentes, quotidie sacram Eucharistiam sumere: cum realis receptio, actus perfectior sit virtutis, quàm sumendi sacram Synaxim desiderium, & maiora bona summenti conciliet, cedat quoque in maiorem Dei gloriam, & suæ Diuinæ largitatis laudem. Proderit ad huius rei veritatem capeffendam denudari aduersarios passione oppositæ sententiæ conuincendæ; sæpè enim contingit intellectum aliquibus non assentiri, non quia ipse dissentium percipiat, sed quia voluntas consensum nolit præstare, taliter, quòd voluntas minus intelligendi assumere potius videtur, quàm accipiendi ea quæ ab intellectu sincerè proponuntur. Quòd expertus est Virgilius ecloga 8. dicens: *An qui amant ipsi, sibi somnia fingunt.* De quo Marquez in origine religionis S. August. cap. 7. §. 4. Postulareque erit opus à Deo, vt Doctorem mentes vnius efficiat voluntatis, sequentes vestigia Ecclesiæ in oratione Dominica 4. post Pascha, dicentis: *Deus qui fidelium mentes vnius efficit voluntatis, &c.* Impraesentiarumque impletum esse conspicimus illud quod deplorabat Innocentius lib. singulari de miseria hominis, dum dixit: *Non quod ratio dicit, sed quod voluntas affectat; non quod lex sentit, sed quod veritas cupit, sæpè homines operantur.*



## DISPUTATIO XXIII.

Vtrum sit licitum coniugatis die habitæ copulæ Eucharistiam suscipere; vel sit minus; vel magis expediens?

### SUMMARIUM.

Supponuntur communia huius disputationis, n. 1.  
Peccatum veniale aliqui censent ipso die habitæ copulæ communicare, n. 2.  
Contra consilium solum alij putant, & argumentis probant, num. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.  
Notatione dignum ad dissoluendam questionem, numer. 11.  
In quonam consistat maior difficultas controuersæ? num. 12.  
Auctoris iudicium, num. 13.  
Obiectio contra illud, num. 14.  
Labefactio obiectiois utili doctrina roborata, numero 15.  
Secunda ratione efficaci munitur Auctoris iudicium, num. 16.

Aduersarij impugnant eam, num. 17.  
Infringitur rursus oppugnatio, num. 18.  
An existente distractione mentis ob copulam, sit coniungi consulendum communicare; numero 19.  
Suscipere Eucharistiam ob inanem gloriam, peccatum veniale est, num. 20.  
Suscipere verò cum alijs peccatis venialibus, nonum peccatum veniale non est, præter ipsum in quo suscipiens accedit, scilicet mendacijs, si accedat animo mentiendi, num. 21.  
Admittit Author, gratia disputationis, peccatum veniale esse suscipere Eucharistiam in peccato veniali, & tamen non inde sequitur, semper esse peccatum veniale distractionem in coniugibus, nisi quando voluntaria esset nec inde conuincitur consulendum esse absolute coniugibus, post habitam

eam copulata non communicare, sed consulendum ut procurent directionem remouere, qua si de facto expulsa non fuerit, inuoluntaria iam erit huiusmodi distractio, & tunc sic accedere nequaquam erit peccatum veniale, num. 22.

Consulendum coniugatis communicare, licet copula incubuissent, non solum gratia prolis habende, & incontinentia vitanda, verum etiam quando fuerit inter se habita causa voluptatis, quamvis melius semper fuisset a copia abstinere ad suscipiendam Eucharistiam, num. 23, 24 & 25.

Qui fornicarium concubium habuit, procurans distractionem reijcere, consultius ager communicando, quam abstinendo; contra consilium temere ageret communicando distractione non temota; quod admittit Auctor gratis ex opinione aliorum; iuxta propriam tamen, contra consilium non ageret communicando, num. 26.

Obijciunt contrarij ex nostra sequi opinione, dari occasionem coniugibus non abstinendi a copula ad suscipiendam Eucharistiam, n. 27.

Soluiur obiectio, num. 28.

Habenti pollutionem nocturnam consulendum non est abstinere ab Eucharistia suscipienda, numero 29.

Imò si fornicationem commiserit, & ab ea consecetur vero dolore sui criminis penitendo, consultius ager communicando, quam non, num. 30.

Secundum se loquendo, minus bene agunt Confessarij non permittemes communicare coniugatos post habitam copulam, num. 31.

Ad argumenta responderetur à num. 32. usque ad 39. inclusiue.

Inuidium est votum abstinendi à communione diuinitate copula, num. 40.

Referuntur alia scilicet digna, à numero 41. usque ad 58.



**S** V P P O N O, plures Doctores peccatum veniale reputare, coniugatum accedere ad Eucharistiam suscipiendum ipso die habitae copulae, etiam solum reddat debitum. Alij si solum petat. Leuius alij putantes, contra consilium esse affirmant, taliter ut expediat confessariis illos monere ne communicent: quod si praetermittant, rei consilij merito iudicentur. Alij denique dicunt, quod si coniugati ratione prolis procreandae copulentur, neque etiam fore contra consilium, bene tamen si causa explendae voluptatis. Haec inquam suppono, non tamen est animas referre dicta aliorum, Videatur D. Thom. 3. part. quest. 80. art. 7. specialiter ad sextum argumentum, ibi Interpretes Caietan. Suarez, Vazquez, Valent. 4. tomo, disputat. 6. quest. 8. punct. 3. infra. Réginald. in praxi tomo 1. lib. 29. quest. 7. num. 114. De sacramen. Eucharistia, Filiucius tom. 1. tract. 4. cap. 8. num. 231. Alen. 4. part. quest. 47. artic. 2. memb. 1. Antonius Ragucius in lucerna parochorum, De Eucharistia, fol. 176. Agid. de sacramen. quest. 80. art. 7. Summisit, verb. *communio*, & *Eucharistia*. Interpretes Magistri in 4. distinct. 32. suppl. Gabr. Scot. Bonauer. Bassolis, Richard. Maior. Palud. Greg. Atimiu. Sor. Palatius, Masilius, Ouand. Ruiz, Dionysius Chartum Ocham. Petrus Aliacensis cum alijs.

**Q** peccatum veniale fore putat, eo mouentur, quod actus ille coniugalis copulae distractionem mentis causet; cum qua in deuotionem ne-

cessario connecti, censcat quisque. Deuotio enim teste D. Thom. 2. 2. quaest. 82. art. 1. & 3. est actus voluntatis quo quis prompte se tradit ad Dei famulatum. Deuotio itaque cum sit actus voluntatis, necessario praesupponit contemplationem seu meditationem, qua quis concipiat quam equum sit se tradere Dei famulanti, ut D. Thom. art. 3. Sed attentio, & distractio contraria sunt tam ex parte obiecti, quam subiecti, scilicet intellectus. Inde notè verò accedere ad Eucharistiam, contra naturam est reuerentiae debita sacramento. Vnde delinquentem contra naturam illius, manifestum est labe inquinari. Et cum modica saltem laesio sacramento exortiat ex distracta receptione, non moralis, sed veniale solum crimen debet iudicari. Hinc licet extranei, & hospites aliorum non leuem iniuriam reputent distracto animo recipi, hospitantibus scilicet ad alia negotia attendentibus, parum etiam curantibus de hospitiibus salutandis, aut gratis habendis ob aduentum; Deus tamen ad nostram respiciens fragilitatum, mitis & clementius se geret leue quid & parui momenti putans distractionem.

Contra consilium fore coniugatum in ipso die habitae copulae Eucharistia accipere alij arbitrantur. Cum enim sancta non solum sanctè, sed etiam decenter tractanda sint, multum ad decenciam arctinebit, ut ad Eucharistiam accedens corpore sit mundus; actus autem carnalis coniugum corporis immundum reddit, & factorem generat. Quid ergò indicientius, quam sic accedere ad ipsam suauitatem odoris, scilicet Christum? si enim qui velit personam aliquam in dignitate constitutam inuisere, quod primò agendum curat, est, ne sordidis vestibus coopertus ad visitandum abeat: ita sordido corpore ad recipiendum Christum accedere, inquit indecentissimum existimari debet.

Vim addere possunt ex 33. quaest. 4. cap. *Quotiescumque*, desumpto ex D. August. serm. 2. de Tempore, in hac prorumpente verba: *Quotiescumque aut dies Natalis Domini, aut reliquae festiuitates adueniunt, sicut frequenter admonui, ante plures dies non solum ab infidelium concubinarum consortio (ab infidelis consortio habet vera lectio) sed etiam à proprijs vxoribus abstinere.* Ecce Augustinum consulentem coniugatis ob reuerentiam dierum festiuorum à copula abstinere. Quid quæso diceret ob reuerentiam Eucharistiae suscipiendae, iudicet quisque.

Altipularur D. Greg. in respons. 10. ad interrogat. D. Augustini, ut referatur 33. quaest. 4. cap. *Vir cum propria*, ubi ait: *Quod vir cum propria coniuge dormiens nisi lotus aqua intrare Ecclesiam non debet; sed nec laus statim intrare debet.* Comparabilis est ingressus naturalis Ecclesiae cum sacrae Eucharistiae susceptione? Nihil minus. Et tamen Gregorius abstinere putat debere ab ingressu Ecclesiae coniugatum cum propria vxore dormientem. Videat vnusquisque, num strictius consuleret abstinendum ab Eucharistia recipienda?

Ambrusius in sermone de Aduentu Domini, hac dicit: *Fratres non solum debetis ab omni immunditia abstinere; sed etiam ab vxoribus proprijs studiosissime coniueatis: nullus omnino vxori sua ieiuniorum diebus coniungatur.* Aduertit gloss. in 33. quaest. 4. cap. *fratres*, hoc dictum Gregorij solum continere consilium. Nam cum ieiunium ad id sit in-

3.

4.

5.

6.

institutum, vt passionis carnis sedentur, incongruum esset hoc efficere per quod excitarentur, vt pote actum venerem quamuis licitum. Cùm igitur Sacra Eucharistia vim & effectum habeat sedandi passiones carnis, incongruum erit huic effectui resistere, actum venerem exercendo, quo passiones introducantur, vel augeantur. Si enim resistendo principali effectui Eucharistiae, gratia scilicet, quis peccat, non mirum quòd resistens secundariis effectibus, saltem contra consilium laboret.

7. Item Augustinus in lib. *Quaest. Vexer. & Noui Testam.* & refertur 33. quaest. 4. cap. *Christiano, haec asseruit. Christiano cum uxore sua conuenire aliquando licet, aliquando non licet: quia etiam à licitis abstinendum est, vt facilius impetrari possit, quod postuletur.* Vnde Apostol. 1. ad Corinth. ait: *Ex consensu abstinendum ad tempus, vt vacetur orationi: nam secundum legem in ieiunio cadere, & iurare non licet; postea licet: quia maior reuerentia debetur Dei causis.* Quare saltem inconsultè communicabit conjugatis sine impetrandi aliquid à Deo, si prius copulatus fuerit, etiam cum propria uxore: à licitis enim (ait Augustin.) abstinendum est, vt facilius impetrari possit quod postuletur.

8. Fauet D. Hieronymus in quodam sermone in vigilia Paschatis. *De esu agni,* & refertur in cap. *sciatis*, 34. quaest. 4. ibi: *Quicumque uxori debitum reddit, vacare non potest orationi, nec de carnibus agni comedere debet.* Item paulò post. *Si panes propositionis non poterant ab his qui uxores suas tetigerant, comedi; quanto magis panis ille qui de Calo descendit, non potest ab his qui coniugalibus paulo ante habere complexibus, violari, atque coniungi?* Quid clarius pro hac opinione?

119. Concilium item Eliberitanum, aliàs Eliberitanum, vt refertur de consecr. distinct. 2. cap. *omnis homo*, dicit, *Omnis homo ante sacram Communionem à propria uxore abstinere debet, sivebus, aut quatuor, aut octo diebus.* Igitur si non abstinent, irreuerenter ad sacram accedit mensam.

10. Præterea occidit Deus Ozam tangentem arcam Testamenti, eo quòd præmissa copula cum propria coniuge, fuerit ausus eam contingere. Sic S. Vincent. Ferrer. serm. 4. de Corpore Christi, allegans D. Hieron. docet Bernard. Buss. 2. p. Rosarij. serm. 16. fol. 156. Ant. Molin. in tract. *Sacerd.* tract. 2. cap. 9. §. 2. fol. 61. Sic exponentes illud 2. Reg. 6. *Irauit est indignatione Dominus contra Ozam, & percussit eum super temeritate, qui mortuus est ibi iuxta arcam Dei.*

11. Verùm pro decisione quaestionis norandum, aliud esse, consulere coniugibus vt abstineant à copula antequam suscipiant Eucharistiam; aliud verò vt post habitam copulam, Eucharistiam non suscipiant. Non dubito, quin sit sanum consilium, coniuges ob reuerentiam suscipiendæ Eucharistiae à copula abstinere. Sicut enim sanum consilium est, vt pridie Eucharistiae sumendæ abstinere homo à ludo licito, vel à cibo, & alias mortificationes exerceat, vt dignius Eucharistiam suscipiat; quis negare poterit salubre esse consilium à copula licita abstinere, mortificatione assumpta, vt complacere homo Deo, à quo impetret deuotionem feruentem dignius suscipiendam Eucharistiam? Optimèque se gerent confessarij, poenitentibus tale præstantes consilium: idque consulti Manuale Toletan. in administratione sacra-

Sanchez Selecta.

menti matrimonij, dicens, vt tempore sumendæ Eucharistiae, & ieiuniorum coniugati à copula abstineant. At consulere quòd post habitam copulam Eucharistiam non suscipiant, minus bonum est, vt pote consilium de minori bono: ob id licet Manuale Toletanum in administratione Sacramenti matrimonij consulat abstinendum à copula tempore sumendæ Eucharistiae, nunquam tamen consuluit post habitam copulam non accedendum esse ad Eucharistiam. Tenet Medina de continentia, lib. 2. cap. 30. §. *Sed huic scrupulo,* & cap. 32. docet Marcill. in additio. ad memoriale Compostel. fol. 71. & 73. Hanc distinctionem diligenter notato, ab defectum enim illius in præfenti re plures hallucinantur.

Imò si vexetur maritus magnis tentationibus, quæ sint causa deuotionis, nec expectet pacationem, nisi per accessum ad vxorem, non erit tunc contra consilium, accedere, etsi eodem die sit Eucharistiam suscepturus; sed potius erit consilium, copula vacare, vt sedatis passionibus & distractione remota deuotius communicet. Quod certissimum puto, si coniux expertus foret, expleta libidine se manere omninò quietum, aut non adeò distractum quantum carnalibus instantibus tentationibus: tunc enim non admittit illam ratio vt delectabilem, sed potius in odium sensualitatis, quæ sic illam vexat ex quo feruentiores, & humiliores effectus proueniunt: si enim coniux absque distractione inueniretur, illum posse communicare admittunt aduersarij: quærens ergo distractionem auertere per medium aliàs licitum, contra consilium non debet iudicari, sicut non iudicaretur si per somnium quietem quaereret.

Fatetur, præterea, sanum consilium fore ipso die susceptæ Eucharistiae, copula non incumbere ob reuerentiam: vt etiam vult Sanchez lib. 9. de matrim. disput. 11. num. 17. alios adducens: quod intellige, nisi adesset periculum pollutionis, aut fornicationis cum aliena: ob adimplendum enim præceptum consilium deferendum est, vt communiter DD.

12. Id autem difficilius est, num sit consulendum coniugibus post habitam copulam nocte saltem antecedente diem sumptionis Eucharistiae, eam non recipere? Putant consulendum fore omnes DD. agentes de hac re. Sic Couarr. in Clem. *si furiosus*, de homicid. part. 3. num. 7. in initio, loquendo de pollutione voluntaria. Bas. in 4. distinct. 32. quaest. vnic. art. 3. Angel. verb. *Eucharist.* 3. num. 30. Victor. in summ. de Euchar. numer. 87. Graf. lib. 2. decif. cap. 83. num. 9. Nauar. in summ. cap. 21. n. 51. Sanchez de matrim. lib. 9. disputat. 13. num. 4 & 5. qui adducit vltra viginti Authores. Hi tamen Authores id consulunt coniugibus sine reddant, siue petant.

### Authoris iudicium.

13. Nulla irrogatur irreuerentia Eucharistiae si post habitam coniugalem copulam suscipiatur. Vnde sine fundamento consilium de abstinendo dabitur. Nam etsi ante habitam copulam consulenda sit abstinentia pro suscipienda Eucharistia, quamuis & habere eam ante susceptam, sit actus virtutis; tamen excellentior actus virtutis exerceatur, abstinendo ob reuerentiam Eucharistiae, quam non abstinendo à copula, quando

T

Eucha

Eucharistia foret sumenda, Abstiniens enim ob reuerentiam, actum excellentis Religionis exercet; non abstiniens verò, iustitiz: si debitum conjugale exigeretur, aut Religionis inferioris, si causa finis matrimonij, scilicet procreandi prolem copulæ vacaret. At qui post iam habitam copulam ab Eucharistia abstinet reuerentiæ ergo, licet quidem actum Religionis exerceret, impedit tamen actum excellentioris Religionis; scilicet realem susceptionem Eucharistiæ. Cum enim propter quod vnumquodque tale, & illud magis, & desiderium suscipiendi Eucharistiæ sit propter realem susceptionem: sit, si desiderium illius est actus Religionis, perfectiorem actum fore realem susceptionem. Hanc doctrinam post hæc scripta inueni in Marcilla in addition. ad Memorial. Compstet. fol. 73.

14. Præoccupant nostram conclusionem contrarium tenentes, & insufficientis rationis crimen obiciunt, dicentes: quòd licet loquendo secundum se perfectior sit actus virtutis realis susceptio Eucharistiæ, quàm illis desiderium; tamen ex accidenti contrarium euenire poterit: & rectius aget coniux, qui post habitam copulam ab Eucharistia abstinet, quàm qui non, post copulam exercitam.

15. Quod non obest: nam si suscipere Eucharistiæ post habitam copulam nullum est peccatum, vt concedunt aduersarij; & ex alia parte perfectior actus virtutis est realis Eucharistiæ susceptio, quàm illius desiderium; quanam ratione erit salubrius consilium, non agere illud quod secundum se est perfectius, cum ex alia parte in exercendo actum non reperitur peccatum. Si tamen reclamant, in hoc statu non esse perfectius suscipere Eucharistiæ, supponunt quod probandum erit, & quod euomerant modò refoverunt.

16. Vt enim consilium sit salubrius illi adherenti, maius bonum illi accrescere oportebit. Vt bene animaduertit Suarez tom. de Religiois statu, lib. 1. cap. 7. num. 7. At quam ratione melius, si minus bonum parat? Suscipere Eucharistiæ adhuc post habitam copulam causat suscipienti gratiam sacramentalem, remissionem venialium (nec curio modò an sit necessaria actiui coniuicta cum sacramento ad remissionem venialium, vt vult D. Thom. 3. part. quæst. 79. artic. 4. Bonauant. in 4. distinct. 12. part. 2. distinctionis, art. 1. quæst. 3. Petr. de Soto lect. 10. de Eucharistia, siue ex sola gratiæ infusione, vt docet Suarez 3. part. quæst. 79. artic. 8. sect. 10. Vazquez tom. de penitent. quæst. 87. artic. 3. num. 7. qui præter infusionem gratiæ, & non actualem complacentiam ad peccatum, nihil aliud exigunt, vt remittatur, quibus consentio) & ad vincendas tentationes auxilia congrua præstat, sedat passiones, & incentiua carnis, ac sanitatem corporis ex se adducit: moderatur namque nimium calorem, qui posset libidinem excitare. Ex quo corpus reducitur ad optimum temperamentum; à temperamento autem valetudinem corporis dependere quis negabit? Si extrema Vndio salutem corporis parat, quid mirum & illam ab Eucharistia conciliari: inò mirandum magis illam non causari. Fateantur obsecro experti, num sanitatem validiorem præsentiant sæpè communicantes, aut minus: & nobis affirmabunt sanitatem maiorem sibi met, ipsis comparare quando communicant. De quo

Suarez 3. part. quæst. 79. artic. 8. disput. 84. sect. 1. Denique viam parat ad omnes acquirendas facilius virtutes. Qui patientiam sibi vult comparare, humilitatem, affabilitatem, temperantiam, misericordiam, communicet sæpè, specialiter sine has virtutes acquirendi; & experietur breui intervallo eas acquisisse. Abstiniens verò ob reuerentiam Eucharistiæ solum comparat meritum reuerentiæ. Iudicet ergo vnusquisque quale horum insequi, vberius bonum operanti patet.

17. Excitant contrarij præfatam rationem, illa solum conuinci intentum inquentes, casu quo is qui habuit copulam, non foret suscepturus Eucharistiæ die sequenti: ex qua suscepta bona enumerata comparabit præter meritum reuerentiæ, quod acquirit die ipso quo abstinet. Quo fit salubrius consilium fore die habitæ copulæ abstinere, & postridie communicare, quàm non abstinere ab Eucharistia.

18. Non obstat effugium: nam si coniux velit die habitæ copulæ communicare, & die etiam sequenti; ob quam rationem defraudandus erit in die copulæ tam vberibus bonis, cum illa vno & altero die possit adipisci?

19. Sed profundior vena difficultatis aperitur, An casu quo coniux propter habitam copulam esset distractus, sit illi consulendum abstinere illo eodem die ab Eucharistia; vt enim diximus primo argumento, distractio videtur contraria reuerentiæ debitæ sacramento. Huius autem difficultatis enodatio ab illa pender: Num accedere ad Eucharistiæ suscipiendam cum peccato veniali, crimen veniale sit?

20. Certum in primis est, peccatum veniale committi, quando accederet quis cum peccato veniali directè opposito ad naturam actus suscipiendi, v. g. si ob vanam gloriam communicaret; iam enim iniuria fit sacramento, & Christi institutioni, sumendo illud ob inanem gloriam, cum ob veram gloriam Dei, aut sumentis esset accipiendum. Aut si accederet cum irreuerentia exteriori, purè loquendo vana, aut corporis gestus contra modestiæ virtutem exerceret, vt bene animaduertit Ledesma 1. part. sum. cap. concl. 5. Ludouicus de San Ioan in sum. tractat. de Eucharistia, quæst. 7. art. 5. Marcilla in addition. ad Memorial. Compstet. fol. 67. qui adducit D. Cyrillum & Cyprianum.

21. Disensio Authorum solum micat in eo: An sit veniale peccatum suscipere Eucharistiæ cum peccato veniali, quod institutioni & susceptioni sacramento non sit aduersum directè, v. g. communicare cum mendacio habituali, aut eum actuali mentiendi intentione. At cum huiusmodi peccato veniali communicare nullum veniale crimen superaddere, Eucharistiæ suscipientem, certum puto. Peccatum namque veniale effectum principalem Sacramenti non impedire, indubitatum est. Non ergo irreuerentia aliqua committitur aduersus sacramento cum peccato veniali illud recipiendo. Impedire verò ferocem, aut alium secundarium effectum, nullum peccatum est: cum de habendo seriore, nullum extet mandatum: præceptum enim Christi de non ponendo obice sacramenti, indemne seruetur; dum gratiæ principali ab eis causanda non obstitit; cui si viam aperiemus, licet secundariis effectibus ocludamus, propriissimè obicem sacramenti non posuisse erit asserendum Igitur cum

cum mendacio communicare nullum nouum peccatum veniale erit præter ipsum, in quo suscipiens accedit, scilicet mendacij, aut iræ, detractio- nis in re leui, &c. Tenent Scot. in report. super 4. distinct. 9. quæst. 1. in medio, Filiucius 1. tomo; tractat. 4. cap. 7. num. 208. Ricard. in 4. distinct. 9. art. 2. quæst. 1. ad 2. Maior quæst. 1. §. *Contra primam conclusionem*, Adrian. in 4. quæst. 1. *Eucharistia*, §. *Pro responsione*, in fin. Margarita *casuum conscientie*, verb. *Eucharistia*, ferè in fine, Hurta- do de *Eucharistia*, disput. 6. difficult. 3. & disput. 9. difficult. 3. Soto in 4. distinct. 12. quæst. 1. art. 4. §. *Ad rem verò reuertatur*. Curiel adductus à P. Chinchilla in suo tractatu, *Del la frequel comun- ion*, qui habetur in fine lib. Marcell. in addition. *Ad Memorial. Compostell.* fol. 74. Ledesin. in sum- ma, 1. part. cap. 11. conclus. 5. Viuald. *De Eucharis- tia*. numer. 108. Sa verb. *Eucharistia*, num. 22. Lu- douicus de San Ioan. 1. parte, summ. tractat. *De Eucharistia*, quæst. 7. artic. 5. fol. 160. Coriolanus de casibus referuatis, part. 1. sect. 3. num. 9. fol. 352. Reginald. 2. part. prax. lib. 29. numero 101. Ochagau. tract. 2. *De Eucharistia*, quæst. 8. numer. 7. videtur etiam docere Posseuimus de offic. Curar. cap. 8. num. 10. dum dicit propter venialia nun- quam omittendam communionem, ob maximum illius fructum. Maior & Sot. planè docent non esse veniale. Adrianus & Maior loquuntur pror- sus de peccato veniali, quod in ipsa perceptione sacramenti committitur. Et eam expressè tenet Vazquez tom. de Eucharistia, disput. 207. cap. 2. Cuius ratio est: nam cum peccatum veniale ef- fectum principalem sacramenti non impediatur, nulla sit irreuerentia sacramento, quia aliàs il- lam irreuerentiam leuem in hac perceptione sine fundamento excogitaremus: impedire verò fer- uorem, aut alium effectum qui non sit præcipuus, nullum peccatum est, vt expressè Vazquez nu- mero 20. Supposito tamen quodd. quis sit deter- minatus ad mentium, aut quod nolit distra- ctionem abiicere, cum accedendo ad Eucharis- tiam nullum nouum peccatum committat, non erit sanum consilium abstinere, cum ex vna parte peccatum, v. g. mendacij committatur, siue abstin- eat, siue non; & ex alia parte abstinens gratia sacramentali defraudetur. Duplex ergo consi- lium potest excogitari in hoc euentu; & quod vt accedat aliquis ad Eucharistiam distractionem curet expellere; & etiam quod sine effectu ad veniale, accedat: hoc autem sanum esse consi- lium quis negabit? Aliud fingi potest consilium, scilicet quod si homo sentiat se inclinatum ad veniale, & voluntariè velit esse distractus, tunc nullo modo communicet: quod tamen consi- lium sequendum non est, vt pote contra altius de communicando, cum in ipsa perceptione de nouo non committatur peccatum. Sic Vazquez de Eucharistia, quæst. 80. artic. 7. num. 25. ad lo- cum Augustini, qui loquebatur de pollutione, quæ saltem in causa veniale fuit: solum ait in- telligendum esse, quod melius erit, si post factam poenitentiam accedat, quam sine illa vel- le communicare: nunquam tamen consilium à communionem abstinere debere illum, qui de pollutione, quæ solum veniale fuit, dolere noluit.

22. Verum vt veritas assertionis nostræ præful- geat vberius, admitto disputationis gratia fore crimen veniale, cum peccato veniali saltem

*Sanchez Selecta.*

actuali Eucharistiam deglutire, & consequenter reum criminis venialis futurum accedentem ad eam actualiter distractum. Sed remedio non carebit coniux dum non abstinuit à copula, & ob id distractus est, vt scilicet non obstante distrac- tione, liber à veniali culpa ad suscipiendam Eucharistiam accedat. Nam si distractio inuolun- taria est, cum patiatur homo, & non agat, impe- dimentum non erit ad suscipiendam Eucharis- tiam: quod in terminis concedit Palac. in 4. dis- tinct. 12. disput. 4. col. 6. Marcell. in addition. *ad Memoriale Compostell.* fol. 75. aliàs qui scrupulis distrahantur, vel inuoluntariè de suis negotiis cogitant, defraudandi forent receptione Eucharis- tiae; quod tamen valde rigorosum esset. Et dicatur idem de illo qui die suscipiendæ Eucharistiae maximis tentationibus carnalibus nulla data à se causa, oppugnatur: contigit enim sæpe hunc di- stractiorem habere mentem, quàm coniugatum, qui die habitæ copulæ Eucharistiam intentat sus- cipere. Quis ergo talia concedendo Theologi no- men meretur? cum nulla alia medicina sit aprior ad sedandas & compescendas tentationes, ac mentem vagam in quietem redigendam, quàm Eucharistiam sumere: sciolus sanè medicus foret qui infirmo aptiorem medicinam denegaret. Cum enim inuoluntaria distractio in orante non patiat indecentiam, minùs in edente, cum ad lo- quendum necessaria magis sit attentio.

Si verò voluntaria esset distractio, tali casu peccatum veniale esse in opinione aliorum Eucharistiam suscipere, & à Confessariis, ita iudi- cantibus dissuadenda illius diei communicatio: quan- tamen ego nequaquam dissuaderem, cum nouum peccatum non sit sic distractum ad eam accedere, & aliàs distractio habenda est, siue accedat, siue non ad Eucharistiam. Aduertant nihilominus coniugati, num potius patiantur distractionem, quàm sit illis voluntaria: euenit enim sæpe ser- uulis vexatos iudicare se agere, dum patiuntur. Aduertant & Confessarij informationem sibi factam circa distractionem. Arbitror quidem ego rarissime contingere (in millies semel) distractio- nem deuenire voluntariam & affectatam. Quod verò sit voluntaria in causa, scilicet in copula, nota obest: cum enim causa fuerit licita, affectus se- quutus licitus erit.

Cessante autem voluntaria distractione, licet adsit inuoluntaria, consulendum erit coniugi- bus die habitæ copulæ communicare, quando ea habita fuerit causa proles generandæ. Quo casu illud ait D. Gregorius respons. 10. ad inter- rogat. D. Augustini. & refertur 33. quæst. 4. cap. *Vir cum propria. Si quis sua coninge non cupidine voluntatis capiat, sed salum liberorum creandorum gratia vitur, de sumendo corporis Domini, sanguinisque mysteria, suo est relinquendus iudicio: quia à nobis non debet prohiberi accipere, qui pos- itus in igne nescit ardeere.* Vbi gloss. verb. *prohiberi*, ait, id est, dissuaderi. Et est multorum DD. qui à Thoma Sanchez referuntur, lib. 9. de ma- trimon. disput. 13. num. 5. Quamuis enim Glossa dicat, huic non esse dissuadendum, nos tamen ad- dimus, quod positiuè sit illi consulendum Eucharis- tiam suscipere, vt melius bonum, sibi que con- uenientius.

Nec minus consulendum erit, cum copula fue- rit habita ob vitandam incontinentiam: petere namque debitum hoc sine, nullum peccatum

cenfeo cum multis relatis à Sanchez lib. 9. de matrim. disput. 9. num. 3. licet ipse num. 4. solum à veniali excuset, quando adhibitis aliis remedijs non possit sedare passiones: secus quando possit alio modo ab incontinentia abstinere. Quod tamen verum non iudico: nam etsi essent alia media faciliora ad sedandas passiones pro tunc, quam coitus (quæ esse valde dubito) non teneretur ad illa, sed sibi graviora eligere, quando alijs non sint illicita. Quod intelligi etsi quando petit, carnis molestijs non vexaretur: satis enim est probabiliter timere vexandum fore. Sic Supplement. Gabriel. distinct. 31. quæst. vnica, art. 1. fin. & placet Sanctio lib. 9. de matrim. num. 4. fin.

27.

Etiã consulendum est casu quo concubitus fuerit habitus gratia captandæ voluptatis: accedere enim ad propriam vxorem hoc sine peccatum veniale non existimo cum multis relatis à Sanchez lib. 9. de matrim. disput. 11. num. 2. Palac. in 4. distinct. 31. disput. 2. fol. 691. & docet Basil. de Leon lib. 1. de matrim. cap. 121. num. 6. & 7. & lib. 10. cap. 8. num. 8. Celaya in 4. distinct. 31. in fine. Hurtado de matrim. disput. 10. difficult. 2. num. 7. & dicit esse satis probabile. Veracruz 3. part. specul. art. 6. concl. 2. fin. adducens Albertum Magnum in 4. distinct. 31. & Ekium homil. 70. de sacramentis, Martinum de Magistris in 4. dist. 26. quos non vidi, & docet Maior in 4. distinct. 31. q. vnica, concl. 7. cuius hæc sunt pulchra verba. *Quidquid homines dicunt, difficile est probare, quod homo peccet cognoscendo vxorem suam causa voluptatis habenda, semper intelligo dummodo non sit in iacturam corporis eius, vel vxoris, vel mentis; vel in iacturam fetus generandi, & probo quod non sit peccatum: siquis comedat plusquam sibi sufficiat, non transcendit latitudinem temperantia in cibo (dummodo cibus non sit in iactura corporis, vel anime, & cibus sit prohibitus) ob solam voluptatem, non penendo illic finem principalem: nam si quis pyrum, vel pulchrum pomum comedat gratia voluptatis, non peccat, ergo nec cognoscendo propriam vxorem: dicendo autem oppositum, multos, vt opinor coniugatos de peccato argues. Præterea in lumine naturali, hoc non videtur dicendum, nec autoritate scriptura hoc ostendi potest: licet DD. etiam sancti dicant contrarium, non habent intentum. Et si forte suasiones hæc tibi sufficiant: non tamen potius hæc conclusio tanquam in publico predicando, sed, vt homo confessiones audiendo possit cognoscere quando sit peccatum. Theologi namque interest multa cognoscere que in publico sermone dicenda non sunt; sola autem edificatoria sunt predicanda. Quod etiam docet Almain. in 4. distinct. 26. quæst. 1. in fine, cuius hæc sunt circa verba. *Quantum ad aliud, est maior difficultas de illo qui cognouit vxorem, referendo præcisè in delectationem. Dico, quod si tanto imperu moueatur, quod equaliter cognosceret aliam non vxorem, tunc talis actus est mortalis: sed si cognoscat affectu coniugali quod si non esset vxor, non vellet cognoscere, sed quia est vxor, vult percipere delectationem, eam cognoscendo, dicit D. Thom. & Bonavent. quod talis actus est venialis ad minus. Sed Martinus nititur impugnare illam opinionem cum apparentia magna. Nam temperantia est virtus circa delectationes iustus, & castus, & castitas habet moderari illas passiones, siue delectationes tales: moderari id est, ad quoddam temperamentum, & moderari id est, & virtus que est circa passiones, inoleuit ad fugiendum passiones excessivas, & ad cogitandum**

*dum passiones: nam qui nullo modo vellet passiones habere, esset insensibilis: ergo cum castitas inclinet ad mediocriter percipiendum passiones inordinatas, sunt altius capiendi cum ea cum qua capienda sunt, est actus virtutis castitatis coniugalis: ergo velle mediocriter capere cum quo oporteret, & ubi oportet, talis actus voluntatis non est nullus, sed potius bonus. Item delectari cum vxore non est malum, alijs quilibet cognoscens vxorem peccaret: & si non sit malum, ergo non est prohibitum quod habeatur illa voluntas, cum non feratur circa aliquod prohibitum: ergo non est mala ex obiecto, & non habet circumstantiam malam finis, quia suppono quod non referatur in malum suum alium. Ideo non est actus malus: nam quod est per se malum, non potest bene fieri, etiam propter bonum finem, & vere delectari cum vxore non est malum ex obiecto tunc, ad minus est indifferens ex obiecto: ergo si tale velle non sit aliqua mala circumstantia circumstantionatum, talis actus non erit malus, & per consequens non oportet necessario, quod omnis actus, quo vult actum exercere cum vxore gratia delectationis percipiendæ, dummodo non constituat delectationem tanquam supremum finem, sit malus, sed frequenter est excessus in tali actu, ideo D. August. & alij dixerunt, quod erat veniale peccatum propter vehementem affectionem, & excessum. Ex quibus verbis ostenditur non esse veniale peccatum cognoscere vxorem causa voluptatis capessendæ, sed quando excessus reperiretur in copula, aut quia saluti nocet, & tunc mortale erit, si nimiam iacturam irroget, veniale verò si modicam, aut si affectus nimius reperiretur in coniugij vfu, quod in eo constituit vltimum finem videatur coniux paratus ab illo non cessare, & si præceptum larum fuisset desistendi, tunc etiam cesser mortale. Quanquam quæso via erit contra rationem quætere delectationem actus honesti? Præterea cum libido illa matrimonij limites minimè egrediatur: etsi enim actu copula habeatur propter libidinem, habitu tamen referatur ad fines matrimonij, cum à principio coniuges matrimonium inierint propter illo fines, vt rectè Sanchez lib. 9. de matrim. disput. 8. num. 3. & disput. 11. num. 5. qua de causa dicit Ledesin. 2. part. 4. quæst. 51. art. 5. ad fin. coniuges à multis venialibus excusari. Nec inciamur fore imperfectiorem, accessum habere coniugem prædicto fine.*

Si autem dicat quis, vt actus sit virtutis, debere exerceri propter finem honestum: at copulam propter delectationem, idem est quod propter finem delectabilem exerceri: Resp. in casu præsentis conuerri hos duos fines, cum honestum sit capere delectationem in re, quam quis licitè potest operari: operans enim propter delectationem operatur simul ob honestum finem ex parte operis, licet ex parte sua, id est operantis, operetur propter finem delectationem. Hinc notato, quando communiter dicitur, quod vt quis operetur virtuosè, debeat operari propter finem honestum, oportere intelligi quod finis honestus sit finis operis, aut operantis. Vnde disput. 6. num. 4. resoluimus copulam habitam voluptatis desiderio actum castitatis coniugalis esse, vt rectè docuit Almain. supra, & audire cautionem honestam ob capiendam delectationem de illa, peccatum non esse, imò rem esse positivè bonam faceret D. August. lib. 8. cont. Iulian. c. 10.

Dices tamen, quod inclinatur operatur, committitur peccatum, quæ, vel hoc iuxta materiam quam

quantitatem à memine in dubium verti potest: ipsum enim opus esse inordinatum, defectum intrinsecè claudit, qui sanè defectus si in moralibus sit, peccatum necessariò erit: at opus exercens propter voluptatem, inordinate operatur, fit ergo crimen committere ex eo: quod verò propter bonum delectabile operans, inordinate se gerat, fit manifestum ex eo quòd peruertat ordinem ab Authore naturæ constitutum, ipse namque delectabile ad honestum ordinauit, non è conuerso honestum ad delectabile.

Non vrget tamen obiectio: nam licet Author naturæ bonum delectabile ad consequendum bonum honestum ordinauerit; & ob id delectationem fixerit in actionibus, quibus honestum bonum est comparandum, vt scilicet operans cuperet bonum honestum expiscari: quamuis hoc, inquam, verum sit, nunquam tamen probatur ordinem illum à natura constitutum sub præcepto debere obseruari, sed solum sub consilio. Plurima namque ordinata sunt à Deo sic, & non aliter fieri, sub consilio, & non sub præcepto. Nam vt dicimus, num. 24. copula coniugalis sine vitandæ fornicationis habita nullum peccatum est, & tamen copula sine prolis habendæ principaliter ordinata est à naturæ Authore, secundariò ob vitandam fornicationem: hunc ergo ordinem peruertere non peccatum, sed defectum perfectionis inducit. Similiter appetere beatitudinem ob commodum proprium, & delectabile bonum, actus spei supernaturalis est, vt dicimus latè disput. 24. num. 11. & tamen beatitudo appetenda est principaliter propter gloriam Dei. Fit ergo peruertere ordinem stabilitum à Deo in actionibus non semper peccatum esse, sed solum imperfectionem importare. Nec ex eo quod propter bonum delectabile agat aliquis, dicitur vti fruendis, & frui vtendis, nisi in bono delectabili constituat vltimū finem, quod latius exponitur dicta disput. 24. num. 11. vbi doctrina vtilis adducitur ad rem hanc conducentis. Vnde non assentior Basilio de Leon lib. 10. de *matrimonio*, cap. 8. num. 8. inquenti, peccatum veniale fore coniugem vti cibis calidis, aut oleis, aut musco ad excitandam nimis libidinem voluptatis causa. Dissentio, inquam: nam cum admittat ipse peccatum veniale non esse accessum coniugis ad propriam coniugem causa voluptatis, id admittere tenetur, licet frequens sit accessus, & ad illum frequenter habendum medicinis vtatur. Nec id erit intemperantia, in quo ipse est deceptus, nisi ex frequentia nocumentum saluti superueniat: sicut nec intemperantia erit, quòd aliquis medicinis compararet famem sine comedendi nimis, dum ex eo salus integra conferuatur, vt diximus suprà disput. 2. numero 14. Consentire videtur nobiscum Celaya in 4. distinct. 31. in fine, vbi ait, quod temperantia secundum Philosophos inclinatur ad moderatas delectationes tactus & gustus; moderatam verò delectationem esse illam, quæ saluti nocumentum non infert, nemini doctè in dubium verti debet. Basilius sequitur Hurtado de *matrim.* disput. 10. difficult. 2. num. 7. à quo itidem discedo.

Cum igitur peccatum veniale non sit habere concubitum gratia captandæ voluptatis, etsi concubitus causa sit distractionis, causaque peccatum non sit, nec distractio in ea causa volita peccatum erit. Imò licet sit peccatum accedere causa voluptatis, si faciat quis quantum fuerit in se ad

remouendam distractionem, non erit contra consilium communicare, quamuis de facto non sit expulsa distractio, vt diximus suprà numero 23. Imò etsi omittat expellere distractionem, & ob id peccatum veniale iudicemus esse accessum ad propriam coniugem voluptatis gratia, non inde erit sanius consilium illo die ab Eucharistiæ susceptione abstinere: cum probatum iam sit numero 21. non esse veniale labem cum peccato veniali Eucharistiam sumere.

Præterquam quod falsò supponunt Doctores copulam vxorariam semper mentis distractionem causare. Cum enim vir ad propriam vxorem accedat, nec suspicetur ab alio posse impediri, sed toties quoties sibi internum fore vxore rancorem vt propria vti, copula vagam non reddit mentem, imò in quietem redigitur sedata carnis passione, vt diximus numero 11. Fornicatio verò coniunctio sæpe distractionem mentis gignit, non ex materiali seminis decisione prouenientem (quia par in hoc procedit ratio cum vxorato) sed ex memoria captæ delectationis in vxore aliena, quam maximè concupiscit, cum formidet ei deesse posse: quæ sanè distractio dæmonis studio fouetur.

Hinc infero (non meæ, sed aliorum fauens sententia) quòd qui criminaliter copulantur cum fœmina, aut voluntariè se polluant, sentientes distractionem mentis, peccent venialiter Eucharistiam sumendo. At si se præparent, vt fiat exul distractio, & doleant de illa, non peccabunt ad Eucharistiam accedentes, præmissa suorum delictorum confessione. Sic expresse Marcilla in *addition. ad Memorial. Compstel.* fol. 71. In primo quidem casu est distractio voluntaria; in secundo verò inuoluntaria est: qui enim venenum alicui propinavit, vnde mors de facto sequatur, grauius quidem peccat: at si doleat, & faciat quantum in se est, ne mors sequatur, talis mors secuta non erit peccatum, sed solum effectus peccati: (obligabitur tamen ad restitutionem damni) vt id scias obiter) quia iustitiæ virtus restitutionem fieri præcipit, si re ipsa damnum secutum fuerit, ex causa culpabilis causatum, etiamsi in se ipso tunc peccatum non sit: vt optimè obseruauit Vazquez 1. 2. disput. 94. cap. 4. nisi enim actus sit in nostra potestate tempore quo fit & continuatur, incapax est mortalitatis, vt ipse Vazquez 1. 2. disput. 73. cap. 9. & consequenter malitiæ moralis. Quod etiam tener Grassi lib. 2. *decis.* cap. 78. num. 14. Vega 2. part. summa. cap. 67. casu 3. Lopez 2. part. *Instruct.* cap. 67. de *Eucharistia*, §. *sequitur etiam secundo.* Angles de Flotib. 2. sentent. distinct. 37. de *essentialibus peccatorum omission.* quæst. 2. difficult. 7. Henriquez lib. 5. *de penitent.* cap. 5. num. 5. Sor. in 4. distinct. 12. quæst. 1. art. 7. versic. *hinc fit.* Cordub. in quæstion. quæst. 23. col. penult. §. 5. Sanchez lib. 9. de *matrim.* disput. 45. num. 29. In nostra verò sententia iam diximus num. 21. nouum peccatum sacrilegij siue irreligiosis minimè committi, licet accedat quis ad Eucharistiam recipiendam voluntariè distractus, quamuis contra consilium de non adducenda distractione agat; non tamen contra consilium; quòd illa habita à communionem cesset, quia tale consilium non dari diximus num. 21. & disp. 22. num. 8.

Vltimus colligit, quòd si quis habuit concubitum illicitum, aut pollutionem voluntariam, ex

qua habeat mentem vagam, facere debeat quantum in se est ad reddendam mentem quietam, & dolere de causa data, non solum, quia concubitus fuit offensus Dei, contra castitatem, sed etiam quia est causa distractionis, quae impedit sub veniali sumere Eucharistiam. Et si de facto mens maneat vaga, non erit contra consilium communicare: non enim est tunc distractio peccatum, sed effectus peccati, qui non impedit; neque etiam sub consilio suscipere Eucharistiam: alius iste qui propinavit venenum alij, vel sibi, & duraret effectus veneni per annum, non posset communicare toto anno, etiam si de facto doleret de peccato, cum semper accederet cum effectu peccati; quod quidem nullus concedet. Potius ego consulerem, ut illo die, communicaret prae habito maximo dolore, & praemissa confessione fornicationis, vel pollutionis, ne gratia sacramentali, & aliis effectibus careret, atque ut quietem mentis & animi tranquillitatem adipisceretur. Quod tenet Azor tom. 1. libr. 10. cap. 31. quae. 13, qui ait, nocturnam pollutionem, quae sit peccatum, non impedit sacrificare praemissa confessione, ut veto dolore: docetque id ipsum quae. 41. & Filliucius tom. 1. tractat. 4. cap. 8. num. 244. Marcilla in additionib. ad Memorial. Compstel. fol. 75. qui expressè ait, melius esse in praedicto casu communicare. Veja 1. part. casu 8. in fine, D. Thomas & Gabriel num. 30. adducendi. Nostra tamen sententia, licet non curet distractionem abigere, peccatum veniale non erit communicare, erit tamen sanum consilium quietem procurare, contra quod ager, non procurans: at non ager contra consilium, communicando, cum adhuc existente illa voluntaria distractione illi sit melius communicare, quam abstinere. Quapropter discedo à mente Nuñi de Eucharist. quae. 80. art. 7. §. tertia sententia, censens, communicare statim post fornicationem, etiam praemissa contritione & confessione, esse de genere male sonantium, taliter, quod si fiat absque rationabili causa, sit intrinsecè malum; sin minus, fas esse communicare: dicit itaque esse veniale peccatum ante transactum diem sine rationabili causa communicare. At rationabilis causa satis non est velle communicare ob non amittendam gratiam, quam ex receptione Sacramenti acquireret. Omitto, posse suscipientem Eucharistiam, alias causas, & superiores fines sibi proponere, videlicet virtute Sacramenti roborari ad tentationes importunae carnis deinceps vincendas, & ad reprimendam daemones audaciam, pertimescentis cum homine qui dignè communicavit dimicare, & ad exaltandam Dei misericordiae largitatem, qui non dedignatur peccator dignè communicantis intrare illo ipso die, quo communicans peccaverat. Quapropter miror Marcillam in additionib. ad Memor. fol. 74. dixisse habentem distractionem voluntariam ex copula praeterita, non decere Eucharistiam sumere, eo quod fervori charitatis sit adversa distractio. Miror, inquam, eo quod timore & non ratione ad id dicendum fuerit compulsus: at ipse aliàs intrepidus est, & in à se dictis concors.

37.

Obiiciunt contrarij, ex nostra opinione sequi, dari occasionem coniugibus non abstinendi à copula praedictae susceptionis Eucharistiae: securi, quod nec etiam contra consilium agant communicando post habitam copulam, contemnunt abstinendam.

Quaecunque tamen bona ratione hæc destituerit obiectio. Qui enim abstinere, ut Eucharistiam suscipiat, duplex meritum sibi comparat, & reuerentia, & realis susceptionis: qui verò post habitam copulam Eucharistiam recipit, solum acquirit unum meritum, scilicet realis susceptionis. Nec contemnunt coniuges abstinere à copula, quia licet non defraudentur Eucharistia, defraudantur tamen merito, quod ex reuerentia reportarent, si abstinuissent; quod maximum est.

Obiiciunt secundo Paulum 1. Corinth. 7. consulere coniugibus vacare à copula propter orationem per hæc verba: *Nolite fraudare invicem, scilicet corpus, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi.* Igitur potius, ut coniuges studeant receptioni Eucharistiae, abstinere æquum erit à copula.

Non nos hoc inficiamus, imò millies fatemur: & constat ex dictis num. 11. consulendum esse coniugibus à copula abstinere, ut ad Eucharistiam suscipiendam accedant. Sed dicant quæso oppugnantes, num D. Paulus, qui consulit à copula esse vacandum ob orationem, consulat etiam, quod si forte copula fuerit habitata, orationi tunc non vacetur? minime. Igitur si forte à copula non abstinuit coniuges, consulendus ne quaquam erit ab Eucharistia separari, sicut nec ab oratione: quod notavit Marcilla in additionib. ad memorial. Compstel. fol. 73.

29.

Vnde infero à fortiori, ex dictis num. 26. non esse consulendum illi qui habuit nocturnam pollutionem, à communione abstinere. Nam cum tunc pollutio sit inuoluntaria, & distractio inuoluntaria erit. Quod intelligo etiam licet otia fuerit pollutio ex peccato, ut ex nimio cibo, & potu, aut nimis calido; ex cogitationibus turpibus per diem conceptis, siue ex obscænis verbis cum foeminis, imò & tactibus impudicis, dum non sint ita continuati, ut semen è lumbis incipiat decidere, & pollutio sit in via, quod fieret sanè per tactus continuatos, ut dicimus disput. 2. 1. num. 15. 16. 17. & 18. Hæc enim non sunt causæ notabiliter influentes, neque efficaciter efficientes pollutionem, aliàs ex illis semper ferè pollutio proveniret, quod tamen experientia testatur esse falsum. Quotiescunque verò ex causa per accidens sequitur pollutio, aut ex causa adeo inefficaci, & remota, ut non valeat influere effectum, ad culpam non imputatur, nisi ea intentione causa ponatur, ut pollutio eueniat: quo casu non in causa, sed in se erit voluta pollutio. Sic Vazquez 1. 2. disput. 105. num. 9. Nauarr. in summ. cap. 16. num. 6. 7. & 8. Sanchez lib. 9. de matrimonio. disput. 45. num. 16. qui putat num. 23. quemcumque actum turpem mortalem contra sextum præceptum notabiliter influere in pollutionem, & esse per se causam illius. Cui tamen non assentior propter rationem allatam. Nam cogitatio quamvis multum duret, in pollutionem non efficaciter influat, teste experientia. Quod tamen intelligo, nisi coniungatur cum ea membri erectio per multum temporis durans, tunc enim quasi incipit pollutio. Si verò tota die duret polluta cogitatio sine commotione spirituum genitalium, efficaciter non influat in pollutionem. Si ergo quando cogitatio turpis praesens est, in appetitum sensitivum non influat pollutionem, quomodo credi potest influxuram quando absens utpote in somnis? De quo nos agimus latius disput. 2. 1. num. 15.

Infectur

Infertur deinde, quòd cum sit consilium abstineri à copula ad suscipiendam Eucharistiam, eò consultius acturum quæpiam, quo diutius abstinerit.

30.

Qui verò fornicationem, aut pollutionem voluntariam commisit, si ab illa confiteatur, vero dolore peccati sui pœnitendo, nullo modo faciet contra consilium, communicando. D. Thom. opusc. 69, §. de Eucharistia, num. 20. dicens, verè pœnitentibus non debere Sacerdotem Eucharistiam denegare. Gabr. canon. Missæ lect. 10. lit. O. per hæc verba: *De secunda obiectione dicit Cancellarius, quod rarissimum est hoc, scilicet quòd fornicator se in breui extergere possit ab omnibus reliquis fornicationis: & de his que vix, aut nunquam eueniunt, D. D. parum tractant. Si tamen immineret graue scandalum pro omissione: si denique magis ex obreptione diabolica, aut vehementi tentatione tale flagitium raro admisisset, si præterea grandis contritio concurreret, audeat qui profundius sapit, talem prohibere, facere non audeo.* Hæc Gabriel. vide Bejam 1. part. casu 8. in fin. dum ait, quòd qui in pollutionem, seu coitum incidit, post talis facti confessionem non esse à communione excludendum. Marcilla in *Memorial. Compositel.* fol. 75. Licet peccatum veniale esse concedat Ioan. de la Cruz in Directorio conscient. de Eucharistia, quæst. 5. fol. 157. pag. 2. col. 1. dub. 3. conclus. 2. Nuño 3. part. quæst. 80. art. 8. conclus. 10. & ratione corporalis immunditiæ, nisi aliàs instet necessitas præcepti communicandi, aut defendendi honorem, aut specialis deuotio communicandi tunc. Ochagau. tractat. 2. de Eucharistia, quæst. 11. num. 7. Quibus tamen non credo. Imò quam ratione Concilio Tridentino aduersari non videantur, percipietur haud difficile, ait enim sess. 13. cap. 7. illum sanctè, & dignè Eucharistiam suscipere, qui nullius criminis mortalis est sibi conscius, aut si sit conscius, dignè accedet, se per confessionem probando. Igitur asserere deletò iam peccato per confessionem, adhuc fidelem non esse dignum Eucharistiæ suscipiendæ, quia si suscipiat, peccatum veniale sit commissurus, aduersari Concilio videtur manifestum, cum sequatur, eum non accedere tunc sanctè & dignè, cum actionem exerceat ex mente horum Authorum intrinsecè malam & culpabilem.

Nec obstat distractio licet habeatur, cum per pœnitentiam sit causa, à qua ortum habuit, interrupta, & distractio peccatum non erit dum faciat quis quantum in se est, ad expellendam illam.

Audiui à fide digno, virtuoso, & docto Theologo, quòd cum quidam confessarius non posset ad emendationem reducere pœnitentem crebrò se pollutentem voluntariè, consuluit ei (quem dolentem videbar) ipso die habitæ pollutionis suscipere Eucharistiam, vt impetraret à Deo castitatem. Res miranda! ab illo die tali labe non fuit coinquinatus: ad eò efficax remedium præbuit Eucharistiæ susceptio tali intentione & peccati dolore.

Est namque apud Sanctos vno ore receptum, Diuinum hoc Sacramentum contra omnium tentationum genera scutum firmum esse, maximè tamen in luxuriæ tentationes virtutem illius demonstrari. Sic D. Thomas Opuscul. 58. cap. 16. explicat illud Zachariæ 9. *Quid enim bonum eius &*

*quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum & vinum germinans virgines?* Ac si diceret. Quòd bonum est & pulchrum per excellentiam in hoc Sacramento, est virgines germinare: germinare autem propriè conuenit arboribus, dum ex eis furculi pullulant. Sic ex anima dignè hoc tam eximium Sacramentum suscipiente, affectus nouus puritatis oritur, adeo purus quòd affectui virginum suam virginitatem decernentium conseruare comparetur. Ex corpore autem dignè sumantis licet positiuè germen puritatis non exoritur, negatiuè tamen oriri dicendum erit, dum motus sensualitatis impediuntur, ne rationem conturbando, voluntatem ipsis consentire adipiscantur. Impediuntur, inquam, non quia Eucharistia aliquid physicum causet in appetitu; quo motus eius non erumpant: sed solum impediuntur moraliter, quatenus Eucharistia digna sumptio à Deo impetrat auxilia quibus occasiones lasciuè peccandi vitamque sanctis cogitationibus præuenti, vel aliis, quæ licet non sint sanctæ, ducunt tamen non ad alia negotia agenda, quibus impedimur occasiones peccandi quaerere; & auxillia quoque causet, quibus vincamus occasiones peccandi nobis oblatas, alia efficacius meditando tunc, quàm peccatum: quæ omnia promissa fuisse à Christo huic Sacramento credunt Sancti & Theologi. Quapropter D. Cyillus vt refert Alphonsus Rodriguez 2. tom. de perfect. tractatu de communion. cap. 10. dixit, hoc Sacramentum non solum animas, verùm & corpora sanctificare, & ob id Ecclesiam dixisse: *Fiat nobis ad salutem mentis & corporis.* Ad salutem inquam spiritualem: nam quòd causet salutem corporalem, iam diximus disput. 22. num. 8. Vnde Viguerius in institutionibus Theologicis, de Sacramento Eucharistiæ, vers. 18. inquit, nullum medium ita efficax esse ad castitatem consequendam, quam deuotè sacram Eucharistiam sæpè recipere. Vnde Ecclesiastici 18. dicitur: *Nomine ardorem refrigerabit ros?* Sed in hoc Sacramento continetur ros ille quem sancti Patres desiderabant, dicentes: *Rorate celi desuper, & nubes pluant iustum, Esai. 45.* Et sicut Eucharistia est aduersa carnis criminibus, ita vt Eucharistia sumpta non ita plura patrentur; sic & carnis scelus obnoxium est Eucharistiæ sumptioni, ita vt carnis labe commissa, pauciores sint Eucharistiæ sumptiones: tepidus namque redditur luxuriosus ad diuina & minus ad mensæ factatæ accessum. Non tamen in hoc sensu contraria est caro Eucharistiæ: quod carnis flagitio patrato non decenter suscipiatur; itaque oppositio solum versatur in ordine ad mutuo se destruendum, Eucharistia & caro non in ordine ad impediendum receptionem, ita vt indecentia sit Eucharistiam sumere, commissa copula, sicut nec maior indecentia est copulam committere post sumptam Eucharistiam, quam si fuisset aggressa ante communionem. Nec obstat in rubrica Missalis consuli habentem pollutionem noturnam à celebratione abstinere: (quod herclè non consulit Pont. vt particularis Doctor, sed vt Ecclesiæ caput, in quo video aliquòs deceptos. Nam vt particularis Doctor non potest Ecclesiæ vniuersali regulas præscribere.) Non, inquam, obstat. Nam esto vt caput rubricam illam tradit, id efficit intra spheram probabilitaris: sicut dum beatificat aliquem Sanctum, vt Ecclesiæ caput munere beatificandi fungitur, & tamen per beati-

ficationem

ficationem solum consequitur, quòd probabilius sit talem sanctum in gloria esse collocatum, ut asserit Toires de fide, disp. 17. dub. 3. & colligitur ex Azotio tom. 2. part. 2. lib. 5. cap. 6. quod item ex ore Nicolai Garcia audiui. At dicit quis se non experiri carnis tentationes à se auferri, imò nec minui, quamvis quotidie Eucharistiam sumat. Quanam ergo ratione Sancti inquit adversus carnis tentationes Eucharistiam maximè proficere? Animaduertat ille, non Eucharistiam dari ut tentationes auferat, sed ut fortitudinem præster ad illas vincendas; hocque maius donum est, in habentibus fomitis peccatum.

Vnde confessarii, quos maximè pronos ad luxuriam spurcitas conspicati fuerint, & cupientes illos animaduertentur à tali sorde liberos fieri, hoc salutariferum Sacramentum dignè quotidie sumere consulat. Nec solum consentientis munus exequi, sat illis erit, nisi adhortantis quoque officio fungantur. Opinor quidem ex penitentibus plures emendationem non nancisci, aut perfectionem, quia confessarii tepidè consilium illorum infirmitatibus exhibent, obliui omnino exhortationis agenda, nequaquam implentes illud D. Pauli ad Timoth. 2. cap. 4. *Prædica verbum, in seorsum opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina*: Et ut rectè notat Cornelius à Lapide super dictam Epistolam, numero 185. Apostolus iubet increpationem faciendam. Primum, in, id est, cum omni patientia. Secundò, in, id est, cum doctrina. Dux hæc dotes necessitè sunt Doctori, prædicatori, & monitori, doctrina scilicet & patientia; doctrina quidem qua solidè alium errasse doceat, eique viam veritatis ostendat. Ratione enim convinci & duci volunt homines. Patientia ne tarditati & duritiei eius quem docet & monet, irascatur, sed toleret, comparatiaturque. Hinc rectè aduertit Theophylactus, non dixisse Apostolum *increpa in patientia, sed in omni patientia*, id est, quæ omnibus modis demonstratur, operibus nimirum & verbis. Decet ergo confessarium non tantum quid agendum expediat penitenti consilium, verum ad illud exhortari instanter. Nec desoletur confessarius, quòd inuitus penitentis monitionem & increpationem recipiat: quod enim inuitus nunc pudet, postea ruminans capiet, libens accipiet, conuertetur & gratias aget, vti æger cui ligato vlcus secatur; dolet, clamat, quin & medicum abigere vult, lectus tamen & curatus lætatur, & gratiarum actiones ad medicum curantem refert. Deinde confessarii opus erit reminisci parabola illius Matth. 22. & Lucæ 14. *Homo quidam fecit cenam magnam, & vocauit multos, &c.* Cùmque excusarentur omnes ad cenam venire, seruo inuitanti, Dominus dixit: *Exi in vias & sepes, & compelle intrare ut impleatur domus mea*. Quasi dicat, Confessarios & Prædicatorum adeo rogatos esse & incitatos fideles, ut ad sacram accedant mensam, Eucharistiam scilicet, ut quodammodo complete videantur; ut rectè explicat Maldonat. Matth. 22. §. *Quod autem.*

Denique ex dictis infertur, minus bene acturos confessarios (scilicet còndum se loquendo) qui consiliis volentibus communicare post habitam copulationem non permittunt. Et eiusdem minus boni consilij rei erunt, si non permiserint accessum ad sacram communionem verè, & ex maximo corde penitentibus, & præmissa confessione, li-

cet paulò ante carnaliter fuerint polluti: cùm tunc communicare nullatenus peccatum sit, procutando saltem expellere distractionem: quod expressis verbis docet Filiucius tom. 1. tractat. 4. cap. 8. num. 224. dicens, *quòd penitentia auferit omnem indecentiam*; vel etiam si non procurent distractionem expellere iuxta nostram sententiam, & aliàs abstinentes ab Eucharistia maximis careant vtilitatibus, quibus per confessarios defraudari fideles minus sanum consilium erit secundum se loquendo. Nam sub velamine reuerentiæ erga Sacramentum, defraudant illud excellentiori reuerentia, quæ ex reali susceptione illi accresceret, cum ab realem sumptionem institutum fuerit à Christo: & sic suscipientes, fini institutionis conformantur: & inluper penitentem defraudant gratia sacramentali, & aliis plurimis effectibus. Fateor quidem ego, me reum iudicandum iri, si dignum penitentem communionem defraudarem: sic Gabriel. in Canon. lect. 10. litt. O. eius verba retulimus num. 30. Facit itidem reuelatio facta S. Gerudi lib. 3. cap. 78. vbi reprehendit Christum maximè tetrahentes à communionem fideles mundos à mortali; nec aliam dispositionem exigit. Per hæc verba: *Como mi delectes seau estar con los hijos de los hombres, y yo por mi infinito amor aya dexado este Sacramento para que los fieles lo recibian acordandose de mi y quise tambien por el quedarme con ellos hasta el fin del mundo: qualquiera que con palabras o con otra persuasion a los que estan fuera de pecado mortal los impide para que no se lleguen a este Sacramento, este tal en alguna manera me impide y corra el hilo a los delectes y regalar que padria tener en ellos*. Quæ verba refert quoque Ludouicus Bloisius tractat. *del joyel espiritual*, cap. 6. qui eandem amplexatur sententiam, dicens, quod licet laudabile sit abstinere aliquoties ab Eucharistia sumptione ob timorem seu reuerentiam, longè tamen laudabilius est ob amorem & Dei gloriam pluries illam sumere. Et timorem exinde querelam mihi imponendam in die iudicij, quòd talis penitens ob meam causam caeret aliquibus gradibus gloriæ, qui ex susceptione Eucharistia aduenturi forent. Idemque timendum sibi fore, ait Fr. Ioan. de Torres, in *el sustento del alma*, fol. 47. per hæc verba: *T porque esta facultad de comulgat cada dia, ha de quedar siempre subordinada al Confessor, quiero hazerle esse ultimo requerimiento. Que a nadie vede la comunion quotidiana, sino ce con justissima y particular causa: porque de otra suerte, le ha de pedir Dios cuenta, y castigarle, tanto per el bien de que primo a las almas, a quien por su amor, y por salir con su por fia, prohibio el uso quotidiano de la comunion: como si les quitasse gran parte de la gracia espiritual que remian adquirida. Cum æquiualeat oblitare, quòd gratia, v. g. vt quatuor non acquiratur, atque auferre gratiam vt quatuor. Sequè & omnes confessarios recordari hortatur illius dicti Ecclesiastici 34. *Panis egentium, vita pauperum est; qui defraudat illum, homo sanguinis est*. Quasi dicat, sustentatio pauperis à pane pendet: qui ergo panem denegat, pauperem occidit. Qui locus in sensu spirituali intelligitur à Doctoribus de Eucharistia. Vnde illam denegans, sustentationem fidelis auferit, quia Eucharistia, vt sepe sapientis diximus, animam alit, & à morte spirituali præternat, iuxta Trid. session. 13. cap. 7. dicens, *est antidotum quo à peccatis quotidianis*,*

tidians liberamur, & à mortalibus preferuamur. Alij confessarij forte non timebunt, quia diuersæ sunt opinionis. Quæ autem diximus à numer. 22. ideo dicta sunt, vt quisque iudicet qualiter possit responderi tenentibus, post copulam, non fore licitum communicare, ratione distractionis ab ea causatæ, quod scilicet sit licitum, si curet quis illam expellere; non tamen quando non curat, quia tum peccat venialiter in ipsa perceptione, sicut peccat, qui erat distractus. Nos verò diximus non peccare nouo peccato, siue curet, siue non, distractionem expellere.

Demum timendum esse valdè die habitæ copulæ à communionem atcere coniugatos, Declaratio super cap. 6. sess. 22. quæ habetur volumine 4. decil. Roræ conuincit, quæ huius est tenoris. *Obstat Concilium Trident. Episcopo volenti prescribere certa tempora, vt dies Dominicos, quartam, & sextam seriam quibus tantum licet viris laicis coniugatis, negotiatoribus & mulieribus etiam non coniugatis sanctissimam Eucharistiam sumere, etiam ob irreuerentiam, quam potest quotidiana huius sacramenti sumptio in sua diocesi parere. Hoc fuit decisum in mense Ianuarij 1587. ob stare, quia antiquis temporibus peracta consecratione omnes affantes sumebant Eucharistiam: & ideo licitum est quotidie Eucharistiam sumere.* cap. quotidie de consecrat. distinct. 1. *Quapropter exhortandi sunt fideles vt sicut quotidie peccant, ita quotidie medicinam accipiant, cap. Quotiescumque, de consecrat. distinct. 2. Ecce qualiter menti Concilij aduersari putat Congregatio, asserentem coniugatos, aut laicos negotiis secularibus deditos, non debere quotidie communicare, quantumcumque id consulat ex zelo reuerentiæ erga Sacramentum.*

Nec euasio dicentium Episcopum illum reprehensum fuisse, quia non solum consulens, sed præcipiens verbatim communionem, exceptis dictis tribus diebus, vim declarationem enervat: nam duo asserit dicta declaratio, videlicet præceptum imponi non posse de non communicando nisi statutis ab Episcopo diebus, & quòd quotidie sit communicandum fidelibus, si velint: quasi dicat declaratio, tantum abesse præcipi posse, statutis solum diebus ad sacram accedere mensam coniugatos, & alios laicos secularibus curis vacantes, vt potius eos accedere quotidie, sit consulendum.

32. Primum argumentum ad summum solum conuincit, quòd quando distractio est data operæ affecta, sit peccatum veniale susceptio ipsa Eucharistiæ, sicut actio orandi sine attentione, peccatum veniale est. Natura enim actuum suscipiendi Eucharistiam, & orandi attentionem exposcit; contra quam delinquit, qui ea ex proposito caret.

Secundò responderetur, in nostra opinione nullum peccatum committi ob communionem cum distractione. Nec obstat, quòd qui orat distractus, peccet venialiter præter peccatum in quo est, quia attentio est de substantia orationis: cum enim sit loquutio ad Deum, attentè loqui debemus, aliàs irreuerentia fieret ei cum quo loquimur. At suscipere Eucharistiam, cum non sit loquutio, sed manducatio, non requirit sub præcepto attentionem, bene tamen sub consilio: nec iniuria sit cibo si distractè sumatur. Quapropter qui consulit, vt quis distracta mente non accedat ad Eucharistiam, non consulit id ob reuerentiam,

Sanchez Selecta.

cum nulla irreuerentia fiat, sed vt à peccato cesset qui est in illo, vel quòd fractor consilij non sit communicando absque attentione. At suppositio quòd consilium attentionis sequi nolit, non ob id retrahendus est à communionem, cum melius bonum sit, adhuc sine attentione communicare, quàm à Sacra mensa recedere ob defectum attentionis.

33. Secundum argumentum probat, consulendum esse coniugibus abstinere à copula ad suscipiendam Eucharistiam: quòd & nos millies fatemur. Suppositio verò quòd copula sit iam habita, nullo modo ad Sacramenti reuerentiam spectat, abstinere: sed maior reuerentia illi aduenit si realiter suscipiatur, quàm ex desiderio illud suscipiendi obuenerit: cum suscipiendo Sacramentum perfectior actus Religionis exerceatur, quàm sit actus desiderandi illud suscipere: vt supra diximus in prima conclusionis ratione, num. 13.

34. Tertium argumentum solum conuincit, consulendum esse coniugibus, vt à copula abstineant ad suscipiendam Eucharistiam, non tamen quòd post habitam sint dissuadendi illam recipere.

35. Quartum argumentum D. Gregorij supponit, concubitum coniugum causa voluptatis, sine peccato non esse. Ad quòd attendentes Romani consueverunt se lauare ante ingressum in Ecclesiam. Nos etiam etsi admitteremus esse peccatum, non vincimur, si faciant coniuges quantum est in se ad remouendam distractionem: siquidem qui concubitum illicitum habuerunt, facta pœnitentia non dissuadendi sunt communicare, vt diximus, num. 26. ad medium, & 31. minus autem coniuges, qui vt plurimum peccauerunt venialiter. Nec mirum quòd Sancti peccatum veniale putent reperiti in copula causa voluptatis: ex ardentissimo enim castitatis amore quo affecti erant, procedebat, damnare concubitum illo sine habitum. Ex quo amore castitatis, ( vt aduertit Sanchez lib. 9. de matrim. dispur. 9. num. 6. ) D. Augustin. *De bon. coniug.* cap. 10. tomo 6. & lib. 5. *Contra Iulian.* cap. 7. tomo 7. & in *Enchirid.* cap. 78. tom. 3. & lib. 2. *De peccat. orig.* contra Pelag. cap. 18. tomo 7. & D. Gregor. lib. 32. *moral.* cap. 13. 19. & 20. habetur cap. *nerus*, fin. distinct. 13. D. Anselm. & D. Thom. in locum Diui Pauli 1. ad Corinth. 7. vbi præmiserat, vt vnusquisque vxorem habeat ad vitandam incontinentiam, subdit: *Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium.* tenent concubitum sine vitandi fornicationem esse peccatum veniale: non enim ( aiunt ) indulgentia habet locum vbi culpa non præcessit. Quòd sanè quàm rigidum sit iudicent omnes. Similiter Hieronym. distinct. 32. cap. 10. habetur, & Ambros. serm. 81. super Lucã cap. 12. & habetur distinct. 47. cap. *Sicut.* & Augustin. super Psalm. 147. *Basil. in Homil. de diuine,* Chrysoft. *Homil. 34. Ad popul. Amiochen.* de mortali damnant eos qui in communibus necessitatibus de superfluis non erogant elemosynas. Er tamen contraria est omnium scholasticorum sententia, cum D. Thom. 2. 2. quæst. 32. Ecce qualiter Sancti ex charitate accessa, mortalis criminis damnant non largientes elemosynam de superfluis in communibus necessitatibus. Videat Lector Toletum in summa, lib. 8. cap. 35. in fin.

36. Quintum & sextum argumentum solum probant esse consulendum coniugibus, vt abstinant à copula ante susceptionem Eucharistiæ: dato ra-

men quòd illam iam habuerint: non faciliùs im-  
petrabunt à Deo quòd desiderant, abstinendo ab  
Eucharistia, quàm si realiter illam suscipiant: imò  
è contra. Docet Marcilla in addit. *Ad memorial.*  
*Compofel.* fol. 71.

37. Septimum Diui Hieronymi solùm probat re-  
uerentiùs suscipi Eucharistiam abstinendo à copu-  
la, quàm non abstinendo. Neque intendit in om-  
nibus porportionem seruare inter Eucharistiam,  
& panes Propositionis, quòd sicut illi non man-  
ducabantur de factò: ita de factò non assumatur  
Eucharistia post copulam: solùm seruetur pro-  
portio, quòd sicut illi de factò non manducaban-  
tur habita copula, ratione præcepti esum vetan-  
tis, sic curent coniuges vitare copulam, vt de fac-  
tò reuerentiùs Eucharistiam suscipiant. Sic glos.  
dict. cap. *Sciatis*. Item in veteri Lege præceptum  
fuit die habitæ copulæ panes Propositionis non  
comedere: ac de non suscipiendo Eucharistiam  
die habitæ copulæ in noua Lege nullum extat  
mandatum.

38. Concilium Elibetanum solùm probat (quod  
& nos millies fasti sumus) sanum esse consilium  
abstinere à copula ad suscipiendam Eucharistiam.

39. Ad octauum responderet, non fuisse causam  
mortis Oza contactum Arcæ, præmissa copula:  
sed cum impositum esset præceptum Leuitis, hu-  
metis Arcam portare, id contempsit Oza, boues  
Arcæ oneri subiiciendo. Hancque fuisse causam  
constat verbis textus si attentè pendantur. Sic  
D. Ambros. relatus à Vincent. Ferr. sermon. *De*  
*Eucharist.* Maior in 4. distinct. 9. quæst. 1. art. 3.  
contra secundum conclus. & ideo à Deo occisus  
super temeritate sua. Summa. coron. *De Eucharist.*  
*§. de Ministro huius Sacramenti*, in fin. Sed esto  
ob contactum arcæ præmissa copula occisus fuis-  
set, nullum coniugem occisum videmus ob com-  
munionem admittam præmissa copula. Quapro-  
pter signum defumitur hoc non Deo displicere,  
sicut odiosus fuerat arcæ contactus.

40. Ex dictis tota hac disput. inferitur, validum  
neutiquam esse votum emissum ab vxorato absti-  
nendi à communione die habitæ copulæ: cum  
enim melius bonum sit factam Eucharistiam sus-  
cipere die habitæ copulæ, quàm communioni non  
incumbere, sit materiam voti non esse abstinen-  
tiam à communione. Et licet abstinentia à com-  
munionem ob reuerentiam actus virtutis sit, cum  
tamen sit perfectioris actus impeditius, inepra  
est materia ad votum, eo modo quo ludus hone-  
stus materia voti esse nequit, licet actus virtutis  
europeliæ sit, vt docet D. Thom. 2. 2. quæst. 168.  
quia illius ludi cessatio est perfectior actus, vt  
optimè docet Thomas Sanchez *summ.* lib. 3. c. 18.  
num. 2. & lib. 1. *de matrim.* disputat. 4. numer. 5.  
contra Rodrig. tom. 1. *summ.* in 2. editio. cap. 189.  
num. 10. Suarez tom. 2. de Relig. lib. 2. cap. 8. n. 16.  
Villalob. tom. 2. tract. 34. difficultat. 2. numer. 1  
quod & nos dicimus largius disputat. 33. num. 20.

Nec validum erit votum de non suscipienda

Eucharistia die habitæ copulæ for-  
nicariæ (præmissa confessione  
& veto dolor) cum etiam  
illud impeditiuum sit  
maioris boni.

\* \*

ROBORATVR AVTHORIS  
sententia n. 13. relata, & respon-  
detur aduersariorum op-  
pugnationibus.

### S V M M A R I V M.

*Qua ratione potiori nitantur non permittere con-  
tingatur in die habitæ copula communicare? nu-  
mero 41.*

*Refutatur illorum ratio, n. 42. 43. & 44.*

*Perperam adducunt pro sua sententia aduersarij ali-  
quos Sanctos, n. 45.*

*Mirandum, quòd aduersarij adeò impugnent commu-  
nionem in die habitæ copula, quòd illam remoueri  
exoptent ab habentibus inuoluntarias distractiones,  
num. 46. & 47.*

*Refutatur aduersariorum alia ratio, numer. 48. 49.  
& 50.*

*Repellitur alia ratio, qua nituntur contrarij, nu-  
mero 51.*

*Exploditur alia ratio fundamentalis, n. 52.*

*Tertia vero ratio eneruatur & nostra sententia ful-  
citur, num. 53. 54. & 55.*

*Sibi non coherere in dictis aduersarios, ostenditur, nu-  
mero 56. & 57.*

*Conclusio nostra sententia, n. 58.*

*Aliæ utilitates obuenientes communicantibus in gratia,  
referuntur ex Innocentio, n. 60.*

*Respondetur aduersariorum obiectioni, num. 61.*



41. C O R V S contrariorum èd tendit,  
quòd ex copula distractio mentis  
causetur, cum qua Eucharistiam  
sumere, indecens sit & indecorum,  
nullum tamen interuenire positiuam indecen-  
tiam ex eo, quamuis minorem decentiam,  
defensauimus. Contra hanc tamen veri-  
tatem, nobis obiecere possunt; dicentes distractio-  
nem non conceptam, de ordinando mendacium,  
vel aliud crimen, sed de rebus indifferentibus, vel  
bonis, vt si aliquis distrahatur cogitando de vale-  
tudine patris, aut de referenda concione, aut de in  
campum eundo, non esse ex se peccatum, esse ta-  
men vt coniungitur cum susceptione Eucharistia.  
Ergo saltem in casu quo distractio causatur ex  
cogitatione rerum indifferentium, fatius erit non  
sumere Eucharistiam, cum tunc inueniatur pecca-  
tum veniale ob distractionem, & non reperitur  
si tantum distractio habeatur separata à suscepio-  
nem non proderit ergo dicere, quòd cum peccatum  
veniale committendum est, siue suscipiatur Eu-  
charistia, siue non, fatius erit illam recipere, eli-  
gendo potius in vnum inconueniens incidere, &  
non in duo, iuxta dicta num. 21. nam vt probatum  
iam est, distractio de rebus indifferentibus, aut  
bonis concepta, peccatum veniale non est, nisi  
talis distractio habeatur quando suscipitur Eucha-  
ristia.

42. Verùm huiusmodi obiectio nostram senten-  
tiam potius ædificat, quàm dissipet. Nam sicut  
probauimus supra num. 21. suscipere Eucharistiam  
cum peccato veniali concomitanter, non est aliud  
peccatum præter ipsum quo suscipiens accedit,

v.g.

v. g. mendacij, aut iræ, vel detractionis: taliter quod accessus, cum intentione menendi non sit aliquod sacrilegium, siue irreligiositatis labes: sitque accedere ad Eucharistiam cum distractione de rebus indifferentibus, siue bonis, nullum peccatum esse sacrilegij, aliàs peioris conditionis foret distractio de rebus bonis, siue indifferentibus concepta, quàm de rebus malis: quod absurdum esset admittere. Imò colligitur ex D. Thom. 3. part. quæst. 79. art. 8. distractionem conceptam de rebus bonis, aut indifferentibus non impedire refectionem dulcedinis: sed tantum illam distractionem, quæ per peccata venialia causatur, impeditiuam esse dulcedinis, vt patet ex illis verbis: *Effectus huius sacramenti videlicet Eucharistia, non solum est adeptio habitualis gratiæ, sed etiam quedam actualis refectio spiritualis dulcedinis: qua quidem impeditur si aliquis accedat ad hoc sacramentum per peccata venialia mente distractu.* Cum igitur dicat impediri dulcedinem ob distractionem ex peccatis venialibus superuenientem, fit in D. Thomæ doctrina non impedire dulcedinem distractionem illam quæ ex bonis vel indifferentibus rebus causari potest. Quasi dilucidius dicat D. Thomas: Illa distractio quæ est peccatum veniale, impedit dulcedinem sacramenti, qua ratione peccatum veniale est: nam de natura peccati venialis est refectionem & dulcedinem impedire. Illa verò dictio quæ peccatum venialia non est, qualis est illa quæ de rebus bonis, aut indifferentibus causatur, non impedit, cum naturam peccati venialis non habeat. Docet Suarez 3. part. quæst. 79. art. 8. in commento, dicens actualia venialia peccata, id est, quæ quis actu committit, vel quibus distractus est cum actu communicat, impedire effectum actualis deuotionis, Vazquez dicto art. 8. in comment. Valent. tom. 4. disputat. 6. quæst. 8. punct. 1. 5. quod si verò, & punct. 3. quæst. 8. fol. 1146. Ludouicus de S. Ioan. 1. part. summ. tract. de Eucharist. quæst. 6. artic. 4. fol. 151. Ex quo deducitur, quam falsum sit asserere nullum esse Doctorem affirmantem communionem cum distractione factam non fore peccatum veniale, cum probatum iam sit distractionem de venialibus conceptam non esse speciale peccatum sacrilegij, nec etiam quod concipitur de rebus indifferentibus, esse vllum peccatum. Nec aduersus hoc censet D. Chryostomus in homilia illa de non contemendis, circa illa verba solita profetri à diacono ante communionem. Nam vt intuenti liquebit, solum ibi hortatur D. Chryost. ad maximam deuotionem comparandam, vt magis dignè fiat communio: nullum verò verbum innuit in quo denotetur fore peccatum veniale cum distractione Eucharistiam accipere.

43.

Et quamuis sensibilis delectatio etiam aliquando impediatur per distractionem de rebus bonis, vel indifferentibus, vt manifestum est vniuersis, & docet Ludouicus de S. Ioan. tract. de Eucharist. quæst. 6. art. 4. difficult. 2. fol. 148. quia anima minor est ad singula si pluribus sit intenta: tamen spiritualis delectatio siue refectio, quæ consistit in quodam robore, & firmitate ad gratiam receptam non anittendam, minimè impeditur: iuxta illud Psalm. 103. *Panis cor hominis confirmat, vt bene docet Burgensis in scrutinio: script. distinct. 3. cap. 3. fol. 406. & ideo in figura huius sacramenti intelligitur illud 3. Reg. c. 16. quod de Helia legitur. Et ambulauit in fortitudine cibi illius vsque Sanchez Selecta.*

ad montem Dei. Sicut enim in naturalibus dum quis ex manducatione reficitur, vires comparat ad vitam conseruandam, sic qui non distractus per peccata venialia, Eucharistiam suscipit, reficitur Eucharistia spiritualiter, hoc est gratiam auxiliantem siue tum datam, siue suo tempore tradendam acquirit, quo gratiam habitualemente confernet: & huiusmodi gratia auxilians dicitur refectio, & actualis delectatio quam demeretur suscipiens Eucharistiam cum distractione per peccata venialia causata. Vnde verum non est quod aduersarij existimant, per peccatum scilicet veniale impediri refectionem dulcedinis sensibilis, & sic fuisse locutum D. Thom. nam talis sensibilis delectatio non est infallibilis effectus sacramenti: quæ etiam impeditur nullo interueniente peccato veniali. Et quamuis concedamus refectionem insensibilem per distractionem de rebus bonis conceptam etiam pro tunc impediri, dabitur tamen suo tempore. Vnde potius potest dici, quod suspendatur. Refectio verò quæ impeditur per peccata venialia causata, non tantum suspenditur, sed nec ex vi sacramenti vnquam dabitur, cum per peccatum veniale demeritus fuerit homo Eucharistiam suscipiens, sibi dari. Gratiam verò auxiliantem non semper dari dum suscipitur actu Eucharistia, sed aliquando post multum temporis, docet Suar. tom. de Eucharist. disputat. 64. sect. 9. Ochagau. tractat. 2. de Eucharist. effectib. quæst. 4. num. 4. Quando videlicet indiget homo illa ad vincendas tentationes, vel ad operandum aliquod opus virtutis.

44.

Vnde falsò inquirunt aduersarij, D. Thom. 3. part. quæst. 79. art. 8. supponere, esse culpam venialem suscipere Eucharistiam cum mentis distractione. In illo namque articulo tantum inquirunt, vtrum per peccatum veniale impediatur effectus sacramenti Altaris: & respondet, adeptionem habitualis gratiæ vel charitatis non impediri; bene tamen refectionem spiritualis dulcedinis si aliquis accedat ad illud sacramentum per peccata venialia mente distractus. His autem verbis, dicant quæso aduersarij, an leniter saltem insinuerunt, quod peccatum veniale sit accedere ad Eucharistiam distracta mente? Aliud enim est, ob distractionem effectum dulcedinis impediri: aliud, quod peccatum veniale sit iudicandum huiusmodi dulcedini obicem ponere. Primum solum fatetur D. Thom. secundi verò nec meminisse, nec ad propositum in art. opus erat.

45.

Et falsò etiam adducunt Diuum Bonauenturam in breuiloquio, part. 6. cap. 9. pro sua opinione, videlicet quod accessus ad Eucharistiam cum distractione etiam de rebus bonis sit veniale peccatum: id confirmantes ex illis verbis: *Quoniam capacitas nostra ad Christum efficaciter suscipiendum non est in carne, sed in spiritu; non in ventre, sed in mente; & mens Christum non attingit nisi per cognitionem, & amorem, per Fidem & charitatem. Itaque Fides illuminat ad cognitionem, & charitas inflammat ad deuotionem. Ideo an hoc quod aliquis dignè accedat, oportet quod spiritualiter commendet, & vt sic Christum per recordationem Fidei scilicet & per deuotionem amoris suscipiat. Propter quod manifestè colligitur, quod qui tepide, in deuote, & inconsideratè accedit, iudicium sibi manducat & bibit. Quæ sanè verba transcripsit Bernardin. Senensis tom. 1. sermon. 50. artic. 2. cap. 5. Non, inquam, dicta verba, illorum Doctorum*

facient sententiæ. Nam cum certum sit tunc dignius aliquem communicare, quando actum Fidei & amoris in sumptione exercet: & Sancti ad digniorem communionem hortentur, oportere inquiri ad dignè communicandum Fidei recordationem, & amoris deuotionem habere: quasi dicant: ad dignè communicandum in sensu, quo Fideles Eucharistiam sumere hortamur, conandum illis erit amorem Fidei recordationem habere: cum sic fumentes id agant quod melius est; & semper ad perfectius sumendam Eucharistiam nisi Fideles oporteat; quod etiam nos milles & millies fatemur. Ex hoc autem ad aliud stabilendum properant Sancti, videlicet quod qui inconsideratè, id est non discussa conscientia, Eucharistiam sumit, & tepidè ac indeuotè (tepiditas namque & indeuotio pro eodem à Sanctis sumuntur) id est, sine promptitudine animi præstandi Deo obsequium, & famularum (in quo consistit deuotio, vt iam diximus disputat. 22. num. 32.) mortaliter peccat, iudicium sibi manducans, & bibens.

46. Et quod magis admiratione dignum est, quibusdam Doctoribus nostræ sententiæ aduersariis ad eam illam displicere, vt non tantum separati à communione quotidiana cupiant habentes voluntarias distractiones, verum & inuoluntarias, eo quod certum quoddam genus improprietatis reperiri aiunt inter habentem inuoluntarias distractiones, & quotidianam communionem.

47. Verum non animaduertunt habentem inuoluntarias distractiones potius pati quam agere, genusque esse crucis & tormenti eas pati: si quidem curant illas repellere, vt deuotius communis actus fiat, & tamen consequi id non valent. Dicant ergo quæso, quanam ratione improprietatis reperitur inter passionem & crucem à Deo insuetam, & quotidianam communionem? P. Ioan. de Torres *del sustento del alma*, fol. 35. Præterea in suismet dictis sibi aduersantur. Nam cum stabilierint habentem distractiones inuoluntarias non oportere quotidie factam mensam adire, immediate subsunt, non expedire conferre facultatem suscipiendi Eucharistiam quotidie laicis, nisi admodum deditis orationi & contemplationi, & præsentem Deum habentibus, ac solitis distractiones fugare. In primis si laicus non sit solitus distractiones pellere, iam non inuoluntaria, sed voluntaria illi erunt. Si verò sit solitus illas extinguere conari, iam ex permissione predictorum Doctorum poterit quotidie communicare: nisi contendat non sufficere laicis curare distractiones expellere, vt possint decenter quotidie Eucharistiam sumere, absque eo quod de facto effectum consequantur, videlicet mentem quietam. At hoc quam distonum sit, aliorum relinquo iudicio: cum sic curantes quietam habere mentem, & non valentes adipisci, mereantur valde; & ob id quod in illorum potestate non est, æquum haud erat puniri, priuatione scilicet Eucharistia. Qua ratione nixus B. Frater Fernandus de Talaueta, primus Granatensis Archiepiscopus, cum in curia difficultibus incurberet negotiis, & crebris occupationibus, non ob id celebrare quotidie omisit & æmulis illi ob id increpantibus respondit: *Ad negotiorum omnia portandum quotidie celebratione quotidiana indigeo*: vt refert Alfonso Rodrig. tom. 2. de perfect. tract. de Sacrificio Missæ c. 16. Non ergo ille ob negotiorum distractiones

consequitur abstinendum esse à quotidiana celebratione, imò oppositum rectè est arbitratus.

48. Tum quia præsentem Deum habere cum donum ipsius Dei sit, ab illo donari debet, & ad illum præsentem habendum, opus est fidelem præueniri & moueri sancta cogitatione & excitante gratia, quam Deus in nobis sine nobis operatur, vt optimè D. Thom. 1. 2. quæst. 111. art. 3. & resoluit Vazquez 1. 1. rom. 2. disput. 185. c. 9. num. 38. & 40. & 1. part. disputat. 91. numer. 111. & dicta 1. 2. & quæst. Lorcas Montesin. Medina, & Suarez in tractatu de gratia, pluribus in locis. S. Theresia de Iesus *morada 7. cap. 1.* Quamuis enim post semel excitatam à Deo in nobis ipsius Dei præsentiam, dependeat ab ipso & à nobis illam conseruare pro aliquo tempore, tamen diutius nequaquam poterimus, nisi à solo Deo alia diuersæ cogitationes impediuntur, quæ nobis nolentibus euenire solent; vt docent Vazquez supra num. 48. & 1. part. disput. 91. num. 110. pulchra Scripturæ testimonia adducens ad id confirmandum, & 1. 2. tomo 1. disput. 38. num. 13. disput. 140. numer. 16. Molina *in concord. quæst. 14. art. 13. à disputat. 8. & à disput. 36. & disput. 43. & 1. part. quæst. 23. art. 4. & 5. disput. 1. membr. 10. Suarez tom. 2. de religione. cap. 10. à num. 11. adducens pulchra sanctorum loca hanc veritatem manifestantia. Et expressè illam docet D. Thom. 2. 2. quæst. 180. art. 8. ad 2. Æquum igitur non erit priuare fidelem Eucharistia perceptione quotidiana, eo quod continuam Dei præsentiam non sit adeptus: cum id in eius potestate non sit, modo iam explicato.*

49. Et quamuis semper quod velimus, possumus ad Deum conuerti, non tamen in nostra potestate est, semper Dei præsentiam habere. Nam primum possumus, quia promissit Deus nobis ad ipsum conuerti volentibus præsto esse, ex illo loco. *In quacunque hora ingemuerit peccator, ego exaudiam eum.* Et ex illo Isaie 45. *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.* At nunquam pollicitus est nobis volentibus præsentiam Dei habere, pacis cogitationes offerre, & ceteras cogitationes impeditiuas amouere. Fortassis eius rei promissionem non præstitit, quia ad salutem spiritualem hominis necessaria non erat illa præsentia Dei, qualiter accipitur à predictis Doctoribus, erat tamen necessaria gratia conuersionis. Quod optimè explicuit S. Theresia de Iesus *in moradas quartas*, cap. 2. prope finem. quæ cum suauiter delectationem in oratione non esse appetendam, nec ad eam adipiscendam enixè conandum, inter alias huius reddens rationes quartam assignauit: *la quarta que no esta obligado su mag. adornos los (scilicet gustos) como adornos la gloria si guardamos sus mandamientos, que sin esto nos podremos salvar.*

Omitto, quod plures fideles sint vitam perfectiorem agentes, præsentia tamen illa Dei carentes: qua nihilominus alij non ita perfecti fruuntur. Inepè ergo tanquam mensura quotidianæ communionis assignantur præsentia Dei à fidelibus adepta vel non.

Denique concludo, falsum esse, quod aduersarij arbitrantur, videlicet accipientem quotidie Eucharistiam, parum debitum orationi & contemplationi, ac præsentiam Dei non habentem, Eucharistiam factam recipere absque reuerentia. Quamuis enim præfatis rebus careat, dum tamen mundus

mundus sit à peccato mortali, & recto fine communicet, ut diximus disput. 22. num. 7. & 36. cum reuerentia Eucharistiam suscipit. Vnde pariter falsum est, quod nobis obiicitur, quasi dicamus, magis conueniens esse Eucharistiam sumere sine reuerentia, quàm à communione abstinere. Absit hoc, minimè tale quid fatemur. Sed contra ipsos rationibus efficacibus, & Sanctis ac Doctoribus scholasticis stabilimus, non sumpturum sine reuerentia cœlestem panem, edentem illum mundum à mortali, & ex recto fine, quamuis illa præsentia Dei cateat, & deditur non sit orationi, qui Eucharistiam est suscipitur.

52. Nec capi potest planè, quod aduersarij extollunt, manducantem videlicet Eucharistiam absque fame & desiderio, irreuerenter illam suscipere. Nam si aliquis accedat ad sacram mensam non coactus, sed spontè & liberè, desiderium accedendi habere certum est: & oppositum intelligi non potest: fames verò & desiderium in præsenti pro eodem reputantur; si verò pro desiderio & fame accipiant anxietatem sensibilem communicandi, minùs rectè procedant. Nam talis sensibilis sollicitudo Eucharistiam suscipiendi abest etiam à perfectissimis pluries, & in illorum Doctorum sententia communicantes absque illa, irreuerenter communicarent: quod quàm alienum sit à veritate iudicent ipsi. Qua ratione conuicti postea explicarunt desiderium non accipi pro anxietate illa sensibili communicandi. Nec opus est desiderium in actu signato concipi, taliter quòd suscipiens cœlestem panem reflexè cognoscat se habere desiderium percipiendi illum: sed fat est in actu exercitio haberi, videlicet quòd adeat Ecclesiam ad communicandum, quod ad altare approximet, quod *Domine non sum dignus*, dicat: quæ omnia fieri consideratè & absque actu humano incredibile est: facta autem deliberatè, ob finem & desiderium suscipiendæ Eucharistia sunt, cum ad illam accipiendam ordinentur ab agente, ut dicitur disput. 24. num. 10.

53. Nec momenti est alicuius quod aduersarij magnificant, indecenter videlicet suscipere Eucharistiam coniugem post habitam copulam: obque huiusmodi indecentiam vitandam satius fore à communione abstinere illo die. Neque obest, inquit, indecentiam reperiri, etiam vbi nulla inuenitur culpa; sicut in iudice suspendente latronem indecentia nascitur ad suscipiendos Ordines; eademque in bigamo, & medico. Et ob indecentiam vitandam Ecclesia præcipit soluto ieiunio naturali Eucharistiam non sumi. Vnde indecentia ante mandatum inueniebatur. Nullius inquam momenti est prædictum effugium. Et in primis admittimus ipsis indecentiæ genus absque peccato posse reperiri, ut in prædictis exemplis. Verùm ex illis auxilium pro nostra opinione præstat. Si enim Ecclesia vbi inuenit indecentiam respectu alicuius actus agendi, iniungit præceptum, ne fiat, nisi adepta ad minùs dispensatione: sit manifestum, Ecclesiam nullam indecentiam reperire in communione post copulam conjugalem, cum communicare post illam, non vetuerit: quamuis maior quidem perfectio & decencia esset absque habita copula Eucharistiam suscipere. At diuersum est quòd aliqua actio sit indecens, & aliud quòd minùs decens sit, quàm alia.

54. Præterea non satis capi potest, aliquam actio-

nem indecenter fieri, & non agi cum offensione Dei ac seorsum ab eius beneplacito. Nam qui indecenter operatur, regulas decencie transgreditur, & consequenter contra debitum honestatis procedit: qui verò debitum honestum non implet, delinquit sanè, & offendit Deum quamuis leuiter. Vnde qui post bigamiam contractam, aut latronem suspensum, vel fractum ieiunium naturale Ordines susciperet, vel communicaret, semoto Ecclesiastico præcepto indecenter non ageret, cum tunc nequaquam peccaret. Nec ideo Ecclesia præceptum abstinendi ab Ordinibus in præfatis euentibus iniunxit, quia iudicet indecenter suscipiendos Ordines fore à bigamis, iudicibus, & medicis, aut indecenter sumendam fore Eucharistiam à non ieiunis naturaliter: sed quia maior decencia sit à secundis nuptiis, vel homicidio abstinuisse ad suscipiendos Ordines, quàm si eis præmissis susciperentur. Ex hoc autem, quòd vnum sit magis decens quàm eius contrarium, non inferitur primum esse indecens. Et quamuis maior decencia sit à copula abstinere ob communionem, noluit tamen Ecclesia præceptum imponere, videlicet non communicandi post illam expletam: quia Eucharistia Sacramentum multò magis necessarium erat fidelibus in particulari, quàm Sacramentum Ordinis. Et ob id quamuis solum ob maiorem decenciam setuandam noluerit bigamus, iudices sanguinis, & medicos esse initiandos sacris Ordinibus, non tamen decreuit vxoratos post habitam copulam non posse ad sacram mensam accedere. Et tantùm in illo sensu dicunt Doctores ob indecentiam repertam in ministro sanguinis vetuisse Ecclesiam illum sacris Ordinibus initiandum, non quia indecentia positua inueniatur, sed quia minor decencia. Quod multo magis verum est quàm illud, quod ab ipsis dicitur. D. vide Augustinum sermon. 244. de tempore, explicantem locum Pauli 1. Corinth. 11. *Qui manducat & bibit indignè, &c.* sumere *ly indignè*, non pro indignitate orta ex culpis grauibus, sed pro minori dignitate opposita maiori, quam pollet quis consequi, si magis & magis se disponeret. Si enim ipsis liberum est interpretari *ly indignè*, pro non ita dignè, liberius erit nobis commutare *ly indecenter*, pro non ita decenter.

Postremò cum Sacerdotij munus longè altius sit, quàm suscipiendi Eucharistiam exercitium, non mirum aliqua reputari esse indecentia ad illud suscipiendum quamuis peccati labem non contineant. Ad suscipiendam verò Eucharistiam non putetur indecentia id quod naturam peccati minime contineat.

55. Deinde ingenuè fatentur aduersarij vxoratos minùs bene differre communionem per multum temporis eo quòd assiduè copulæ intendant. Sed tunc inquit, num in communione quæ fit post habitam copulam, inueniatur indecentia vel non? Si enim inuenitur; & adhuc ea non obstante communicare consulunt, eo quòd minus malum sit cum illa indecentia communicare, quàm nimum differre communionem, ne videlicet priueretur fidelis tanto bono; etiam ob eandem rationem fateri erunt restricti non obstante indecentia, quæ ex copula consurgit, fore consultius vxorato quotidie communicare, ne scilicet priueretur tanto bono: cum scem Christus sit, qui post multum temporis, & qui quotidie ab illo vxorato suscipitur; qui minùs dignus non est, quia heri

fuerit illo bono potius, quam quia diu non est illo fructus. Si verò copula habitata ante communionem, quæ sit post multum temporis, indecentiam non parit, nec etiam illam conciliabit ad communionem quotidianam: quæ etiam procedunt de pollutione eueniente absque peccato.

17. Et cum eadem indecentia reperitur in coniugate petente, siue reddente debitum ex fundamentis ipsorum Doctotum, non consequenter loquantur facultatem facientes quotidie communicandi coniugatis reddentibus, non tamen petentibus. Si namque indecentiam ad communionem in eo sitam esse fatentur, quòd habitata sit copula, & distractio exorta, quid quæro, refert habitam fuisse reddendo, vel petendo? Et à fortiori minus verum erit, quod alij consent, etiam reddentibus debitum Eucharistiæ susceptionem consulendam non fore die redditionis; infelices sanè essent fœminæ, quæ ad reddendum à suis maritis inducuntur.

18. Vnde conclusio sit, quòd coniuges siue petierint, siue reddiderint, consultius agent communicando, quam abstinendo, supposito, quòd à copula non se abstinerunt, quamvis egissent melius, si à copula abstinuissent in ordine ad suscipiendam Eucharistiam. Fitque huiusmodi conclusio conformem esse concilio Tridentino & Cardinalium declarationi, rationi consonam, Sanctisque nequaquam contrariam: & cum alijs plurimæ utilitates concilientur coniugibus sacramentibus Eucharistiæ, nulla cogit ratio illam eis denegandi ipso die habitæ copulæ, quidquid reclamant aduersarij, quorum obiectionibus iam satisfactum est.

19. Præter utilitates à nobis superius relatas in gratia communicantibus obuenientes, alias refert Paulus Butgelis in serutinio scripturarum, dist. 3. cap. 4. fol. 406. His verbis. *Sicut in refectioe corporali hominis, non solum homo reficitur, sed confortatur & in suo robore firmatur: unde Psalm. 103. Panis cor hominis confirmat: sic in hac refectioe spiritali languor, qui ex diuturna absentia Diuina visionis in vitiis iustis contingere consuevit. Iuxta illud Cantic. 2. Fulcio me floribus quia amore languo, per debitum huius Sacramenti usum roboratur: & ideo in figura huius Sacramenti intelligitur illud 3. Regum 19. quod de Helia legitur, scilicet: Et ambulauit in fortitudine cibi illius usque ad montem Dei Item in refectioe corporali contingit, quòd in corpore bene composito refectioe completa, ne dum quis reficitur, sed etiam impinguatur, iuxta illud Genesis penultimo. Affer pinguis panis eius: quod etiam contingit in refectioe spiritali per hoc Sacramentum rite facta. Crescit enim in sic sumente mentis denotio, que pinguedo spiritalis est secundum Hugon. in quantum ariditatem anime que quidem indetentio est, expellit: & ideo Psalm. 22. Parasiti in conspectu meo mensam, quòd bene potest intelligi de alijs, in quo hoc Sacramentum celebratur, que vera mensa Domini est: statim subdit, Impinguasti in oleo caput meum: quod intelligendum est de pinguedine deuotionis. Item sicut in refectioe porus materialis, scilicet vini, cor laetificatur: iuxta illud Psalm. 103. Et vinum laetificat cor hominis: sic huiusmodi panem supra caelestem debite sumens, magnam laetiam attingit spiritualem: iuxta illud Sap. 8. Non habet amaritudinem conuersatio illius. Item sicut potum vini sumentes ultra sobrietatem, ebrie-*

*tatem incurrunt, sic & in hoc potu spiritali, qui primos gradus charitatis, scilicet incipientium, & proficientium transcendunt, & perfectionem charitatis aliquantulum attingunt, ebrietatem quandam incurrunt spiritualem. De qua Cantico 5. Bibite amici & inebriamini charissimi, quasi dicat: Vos qui estis amici, scilicet in primis gradibus charitatis constiuui, sufficit vobis bibere: sed charissimi, scilicet in charitate perfecta, inebriari debetis. Que quidem ebrietas spiritalis non est vitiosa, sed valde laudabilis: nam secundum Augustin. de Agone Christiano, talis ebrietas mentem non euertit, sed sensum rapit, in tantum, quòd omnium terrenorum obliuionem præstet. De qua quidem ebrietate intelligi potest illud Psalm. 22. Et calix meus inebrians, quam præclarus est! Habet etiam iste cibus celestis quemdam effectum in quo excedit omnia refectio corporalia: nam iste cibus bene sumentibus, vitam æternam præstet: Ioannis 6. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: in quem effectum nullum aliorum reficientium participat etiam quoad vitam corporalem. His autem utilitatibus priuari coniugatos ob prohibitam illis communionem infelicitas esset.*

Breuitè quoque Innocentius de Sacramentis, fructus percipiendi Eucharistiæ iis pulchris verbis enarrat: *Per Crucis mysterium eripit nos à potestate peccati, per Eucharistiæ Sacramentum eripit nos à voluntate peccandi. Nam Eucharistia, si dignè sumatur, à malo liberat, in bono confirmat, venialia delet, mortalia caret. Dignè autem communicare illum, qui in statu gratiæ Eucharistiam sumit, iam satis probatum est disput. 22. à num. 36. ex Concilio Tridentino sess. 3. cap. 7. adducente illud D. Pauli, Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, &c.*

Nec obstat contra prædicta, si dicat quis, signum esse à posteriori non expedire coniugatos, nec solutos quotidie Eucharistiam sumere, cum profectum virtutis non expectantur, sed tepidos se inueniant, pigros quoque ad virtutum actiones seu exercitia. Non, inquam, obstat hoc. Nam vt rectè aduertit Alphonsus Rodriguez tomo 2. de perfect. tractat. de communion. cap. 13. quamuis fructus communionis non sentiantur, recipitur tamen: sic in oratione accedere solet, (de qua aliqui conquertuntur) ex qua licet non præsentiat dulcedo, seu suauitas, quam orans adipisci exoptat, vel quæ olim in orationis exercitio capta est, non exinde inutilis erit iudicanda oratio, sed maxime vilis & proficua: sicut enim corporalis cibus alit infirmum, quamuis ille gustum non percipiat, sic in nostro casu alit Eucharistia dignè illam sumentem, estò sensibilis dulcedo deficiat. Prouidentia præterea Diuina pluries efficitur, quòd Eucharistiam sumentibus fructus eius abscondatur, vt illi humilientur, vel auidius Christo incorporari desiderent, iuxta illud D. Pauli ad Roman. 13. Induimini Dominum Iesum Christum. Et ad Ephes. 4. Et induite notum hominem. Et ne forte D. Petrum imitantes dicant: Bonum est nos hinc esse. March. 17. sed potius Psalmistam sequentes conquerantur & deplorent, inquietes: *Fleu mihi quia incolatus meus prolongatus est!* Psalm. 119. Deinde inter Eucharistiæ fructus non tantum vletium proficere in virtute erit numerandum, sed etiam non retrocedere, dicente Christo: *Nemo mittens manum suam ad aratrum, & aspiciens retro est aptus Regno Dei,* Lucæ 9. Cum igitur proprius Eucharistiæ effectus

60.

61.

effectus sit à peccatis liberare venialibus, & à mortalibus præstare: iuxta Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 7. dicens: *Antidotum quo liberamur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præferuamur: sit maximum fructum huius Sacra-*

menti arbitrandum esse, quòd illum suscipiens in noua peccata non prolatur, in quæ uere esset uersimile auxilio illo deficiente: si namque adhuc illo protegente dilabitur communicans, absente eo lapsus pertimescendus erit.



DISPUTATIO XXIV.

An suscipere Eucharistiam solum ob consuetudinem, sit vituperabile?

SUMMARIVM.

*Argumenta à parte affirmatiua, 1. 2. & 3.  
Notabile circa questionem, num. 4.  
Auctoris iudicium, num. 5.  
Collarium ualde singulare, num. 6.  
Communicans ob consuetudinem ex Religione infusa & acquisita operatur, num. 7.  
Egre non ieiunans ob consuetudinem non ieiunandi acquisitam, nec meretur aut satisfacit minus, quam ille qui nimis moleste ieiunaret, numero 8.  
Ad argumenta respondetur, num. 9. 10. & 11. ubi adducitur percelebris doctrina.  
Alia inuenies scitu digna, num. 12. & 13.*

1. **T**A sanè videtur ob consuetudinem solum communicare, vituperabile esse. Nam qui solum ob consuetudinem Sacramentum accipit, non mouetur reuerentia illius, nec desiderio percipiendi gratiam accedit, sed tantum ex affectu satisfaciendi consuetudini. Hoc autem vituperio dignum est, utpote contra naturam ipsius Sacramenti, quòd saltem ob reuerentiam, & fructus, quos causat; neque villo modo ob peccatissimi fines suscipi debet.
2. Secundo, communis vox concionatorum aduersus communicantes ob consuetudinem clamat. Verum nequaquam taliter procedentibus insultarent, neque contra eos, nisi rem vituperij plenam committerent, iudicium ferrent.
3. Tertio, operari proprii amoris causa admodum damnabile est, cum in tali casu non ex fine virtutis operatio fiat. Et velut reprehensione dignum quid, homines timida conscientia, & non ignara sibi met opus iniiciunt in Sacramentali confessione. At qui solum consuetudinis ergo communicat, amore proprio tangitur, ut suæ scilicet satisficiat cupiditati: damnabile igitur est ob solam consuetudinem communicare.
4. Verum pro rei explicatione supponendum, ad Eucharistia fructuosam receptionem necessarium non esse actuale adferre deuotionem, licet quidem semper melius esset: ut notant Authores 3. part. quaest. 8.

*Auctoris iudicium.*

5. **C**ommunicare etiam solum ob consuetudinem, tantum abest fore vituperio dignum,

quòd potius laudem mereatur. Ad cuius declarationem notandum, communicare solum consuetudinis ergo, dupliciter contingere posse. Primo, excludendo positiuè alios fines, veluti si communicans diceret: Ideo Eucharistiam suscipio, ut meæ satisfaciám propensione, non autem quòd opus virtutis sit; imò contra potius si communicare vitium esset, non desisterem, cupiditati habenas dare gestiens. Hoc equidem modo ex consuetudine sacrum panem sumere, manifestum est esse vituperabile. Secundo modo contingere potest, aliquem communicare solum ob mortem negatiuè se habendo circa finem & reuerentiam Sacramenti: horum minime reminiscens sacramentum buccellam sumpturus: fertur tamen promptè & delectabiliter ad communionem ob consuetudinem. Taliter autem Eucharistiam suscipere laudabile est, quamuis laudabilius foret ob reuerentiam Sacramenti actualiter cognitam. Deducitur ex D. Thom. 1. 2. quaest. 78. art. 3. & 4. qui ait, peccantem ex habitu grauius peccare, quam ex passione, eo quòd promptius & delectabilius peccetur. Igitur à contrario, qui ob consuetudinem aliquod opus virtutis efficit, laudabilius operatur, ut pote magis voluntariè, quam qui non ob consuetudinem (si aliàs cetera sint paria) quod inferius declarabitur. Vnde D. Benedictus in regul. cap. 7. in fine, ait: *Vniuersa quæ monachus non sine formidine obseruabat, absque villo labore velut naturaliter ex consuetudine incipit custodire, non iam gehenna, sed amore Christi, & consuetudine ipsa bona. Ut animaduertit Matcilla in memoria. fol. 20. & 30.*

Hinc deducitur, quòd si communicent duo carentes actuali deuotione, quorum vnus ob consuetudinem communicet; alter verò ab ea non ducatur, sed à nuda voluntate communicandi, laudabilius & magis meritorie communicare consuetudinatum, quam merè voluntarium; cum promptius ille, quam iste ad suscipiendam Eucharistiam accedat.

Colligitur secundo, eum qui ob consuetudinem Sacramentum sumit Eucharistia, ex duplici virtute Religionis operari, infusa scilicet, & acquisita: de infusa manifestum est, cum exerceat actum patriæ supernaturalis: de acquisita etiam; nam ut constat ex D. Thom. 1. 2. quaest. 43. art. 2. ex frequentia operis virtus in nobis causatur illius naturæ circa quam opus exercetur: ut ex actibus temperantia temperantia, ex iustitia iustitia, & ex actibus Religionis Religio: qui igitur ex consuetudine communicandi facilitatem sue-

6.  
7.

rit adeptus, & promptitudinem ad delectabilius factam Eucharistiam suscipiendam, habitum Religionis acquisiuit: qui cum ex duplici virtute operetur, laudabilius se gerit, ut vnusquisque fatebitur, quam is qui solum ex Religione infusa.

8. Inferitur tertio, quam imprudenter sentiant feminæ aut viri putantes nihil se promereri vel satisfacere per ieiunium minus molestum, hoc est, promptè & delectabiliter ieiunantes. Facilitas enim illa prouenit ex habitu acquisito, & ita non satisfacit minus alio maximam difficultatem præsentiente: quòdque non grauetur ille, nequaquam prouenit à ieiunio per se difficili & molesto, sed à bona consuetudine ieiunandi omnis deterioris fore conditionis ad satisfaciendum per ieiunium, quàm olium molestiis & angustiis circumdandum, aliàs ex virtutis exercitio damnum acquireret. Vt enim opus satisfactorium sit, sat est esse pœnale in se, quòd operans sit paratus animo omnem pœnam perferre, quam apportat opus; si verò nullam pœnam secum attulit, non quidem ieiunantis vitio ortum fuit, iam se exponens omnibus pœnis, & incommoditatibus à ieiunio prouenturis: eo modo quo non minus satisfacit martyr, qui exuberante gustu dulcedinis, & suauitatis Dei, minus sentit martyrium, quàm sentiet si steriliter esset cum eo actum. Per martyrem sanè non stetit, quin sentiret: disposuit enim se ad patiendum quancumque pœnam, dolorem, & tristitiam, quæ ex martyrio causeretur, quæ tamen defuit ob virtutem diuinam, mentem martyris rapientem, ut magis ad cœlestia, quàm ad martyrij pœnam esset intenta; ut expressè dicit D. Thom. 2. 2. quæst. 123, art. 8. & ob id diximus disp. 4. num. 13, non minus promeriturum ferentem labores cum consolatione, & consequenter facilius, quàm sustinentem cum tristitia, si animum habeat dispositum ad sustinendum, quamuis deficeret consolatio & gaudium. Aut verò contingit non aegrè ferri ieiunium propter bonam complexionem ieiunantis: & tunc cum in naturalibus nec mereamur, nec demeteamur, minus non satisfacit qui ob complexionem molestiam in ieiunando non sentiat: non enim dependet ab illius voluntate molestum habere ieiunium, vel non. Vnde ut optimè aduertit Medina C. de ieiunio, quæst. de qualitate ieiunij, eiusque utilitate, prope fin. fol. 146. plures effectus habet ieiunium secundum S. Leon. sermone 4. de ieiunio. *Ieiunia (ait) contra vitia nos facient fortiores, concupiscentiam vincunt, remotiones repellunt, superbiam inclinant, iram mitigant, & omnes bonæ voluntatis affectus ad maturitatem totius virtutis emittunt.* Vnde Gregor. in *Præf. Missæ*, ait, *Qui corporali ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas, virtutem largiris & premia.* Quid igitur obstabit, ieiunantem molestiam nequaquam sentire ieiunij ad hoc quòd virtutis actus sit & meritorius, si tot adducit bona virtutis? Quam doctrinam docuit optimè Vazquez 1. 2. tom. 2. disp. 216. num. 39. dicens: *Bonitas operis ex quo dignitas meriti ortum habet, & cuius mensuram sequitur, non ex circumstantia difficultatis, sed præcipue ex obiecto, fine & alijs expendenda est, aliquan & perfecti homines qui minore cum difficultate operantur, minus bene operantur & promerentur apud Deum, quòd est absurdum.* Imò aliquantè dici potest operantem

cum difficultate ex parte subiecti, iniuriam irrogare virtuti, cum indicium sit, illam patum diligere qui aegrè ipsius operi vacat, sicut indicium est exigui amoris, molestè beneficium in aliquem proximum impendere. Quam herclè doctrinam expressis verbis docuit D. Thom. 1. 2. quæst. 114. art. 4. *Opus aliquod potest esse laboriosum & difficile dupliciter; vno modo, ex magnitudine operis, & sic magnitudo laboris pertinet ad augmentum meriti. Alio modo ex defectu ipsius operantis, vnicuique enim est laboriosum & difficile, quòd non promptè voluntate facit, & talis labor diminuit meritum, & à charitate tollitur.* Caietan. 2. 2. quæst. 186. art. 5. Suarez tom. de *Eucharist.* disp. 1. sect. 4. num. 8.

Ad primum argumentum respondetur, communicantem ob consuetudinem, & excludentem fines ad Sacramenti naturam pertinentes, vituperabiliter se gerere: nequaquam verò quando negatiuè se habet, ut dictum est num. 5.

Ad secundum fateor, aliquos Verbi diuini Prædicatores communiones consuetudinarias reprehendere: at similiter & illos carpere possent, qui ex consuetudine orant, aut elargiuntur elemosynas: quòd tamen quàm alienum sit à ratione vnusquisque iudicet. Si verò solum reprehendant tanquam quid imperfectum, quòd scilicet absque actuali deuotione ad Eucharistiam suscipiendam ducantur, rationabiliter id exprobrant. Melius esset sanè sublimes consideratione accedere. Vel id obiurgant fumentes consuetudinem pro inconsideratione voluntaria, & verè tunc reprehensione sunt digni suscipientes Eucharistiam ita consideratè: si verò inconsideratione inuoluntaria ferantur, quòd non videantur actum humanum exercere, sed solum habitu ita duci, sicut qui consideratè scalpit barbam, eo quòd pluries scalpere consueuerat, digni reprehensione nequaquam erunt, sicut nec ille qui inuoluntariè distractus orat, quamuis attentio magis necessaria sit ad orandum, utpote ad loquendum, quàm ad manducandum. Reprehenduntur tamen si voluntariè distrahantur. Et in hoc sensu tantum carpit D. Chrysolomus homil. 61. *Ad populum*, suscipientes cœlestem panem ob consuetudinem, dicens: *Multos viderè Dominici corporis participationem temerè sumentes, ut à casu & consuetudine potius, quàm cogitatione & mente. O consuetudinem! ô presumptionem!* Et D. Bonauent. tractat. de *preparat. ad Missam*, cap. 8. *Vide quòd desideres, ne propter vanam gloriam, aut propter consuetudinem accedas.* Verùm licet sic ex consuetudine communicantes obiurgationis sint benemeriti, difficile mihi persuadeo posse inueniri communicantes sic inconsideratè, quòd actum humanum exercere non dicantur: nam est in actuali susceptione Eucharistie distractionem patiuntur, sicut aliqui Sacerdotes in prolatione consecrationis, tamen dum Ecclesiam adeunt & ad altare approximant, *Dominè non sum dignus*, proferunt, incredibile est absque aduertentia fieri antecedente, quæ sufficit, ut actus susceptionis virtuosus sit & humanus. Verùm licet voluntariè distrahantur communicantes non esse sanis abstinere, quàm sacram sumere bucellam, diximus disp. 23. n. 22. & disp. 22. num. 9.

Ad tertium, Operari ex amore proprio potest contingere dupliciter; aut ob amorem tanquam mortuum, seu impulsiuum ad optandum facilius,

9.

10.

11.

liùs, & expeditiùs; alioquin tamen operandum erit non ita promptè & expeditè: aut ob amorem tanquam ob finem vltimum, vt inferiùs explicabitur, taliter quòd amor proprius sit finis operantis, in eòque sitens, & non ad superiorem finem relatus. Qui itaque primo modo ob amorem proprium operatur, vituperio est indignus: licitum namque est desiderare sibi bonum virtutis propter commodum proprium. Sic Dauid Psalm. 118. dixit: *Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem.* Quasi diceret, ob spem præmij à te exhibendi inclinaui cor meum ad seruanda tua mandata Deus. Et Ecclesiast. 18. *Ne verearis vsque ad mortem iustificari, quoniam merces Dei manet in aeternum.* & D. Paul. ad Colossens. 3. cum exhortaretur ad bene operandum, subiungit statim: *Scientes quòd à Domino accipietis retributionem hereditatis.* In quo etiam sensu Apostoli, Matth. 19. Christo dixerunt: *Ecce nos reliquimus omnia, &c. Quid ergo erit nobis? Quasi dicerent, Quid præmij es nobis daturus ob te sequendum, tuorumque præceptorum, & consiliorum obseruationem? Quisnam verò hos damnare audeat criminis, licet voluntas eorum ad desiderandum præmium tenderet? De quo Maldonat. super Matth. dicto c. 19. num. 27. Iustum etiam non peccare dum intuitu mercedis operatur, definitum est in Trident. sess. 9. Can. 3. per hæc verba: *Si quis dixerit iustificationem peccare: dum intuitu mercedis bene operatur, anathema sit.* Et ad idem conducere potest can. 26. Idemque asserit dicta sessione 6. cap. 11. in fine, per hæc verba: *Vnde constat, eos orthodoxæ Religionis Doctrina aduersari, qui statuunt in omnibus operibus iustos peccare si in illis suam ipsorum securitatem excitando, & sese ad currendum in stadio cohortando, cum hoc ut in primis glorificetur Deus, mercedem quoque inueniunt aeternam: cum scriptum sit: Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem: & de Moyse dicat Apostolus, quod respiciebat in remuneratione, ad Hebr. 11. De quo Nauarr. in sum. cap. 17. num. 209. & cap. 23. num. 101. adducens pro nostra sententia locum dictum Psalmi, *Inclinaui cor meum, &c.* Et Iuuenal. satyr. 10. versum illum,**

*Quis virtutem amplectitur ipsam,  
Præmia si tollas?*

Idem tenet D. Thom. 2. 2. quæst. 27. art. 3. Sanchez in summa, lib. 2. cap. 35. num. 3. Bafiez. 2. 2. quæst. 27. art. 3. conclus. 4. Vazquez 1. 2. tom. 2. disput. 217. numer. 46. & cæteri Doctores adducti circa fin. huius numer. 11. Et verò si operari ob mercedem tanquam ob motiuum crimen esset, etiam iniquitas reputari deberet à peccato cessare ob peenas inferni, tanquam ob impulsiuum: quod tamen damnatur in Trident. sess. 14. Can. 5. & cap. 4. per hæc verba: *Illam verò contritionem imperfectam, que attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehenna & panarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat cum spe veniæ, declarat non solum non facere hominem hypocritam, verum etiam donum Dei esse, & Spiritus sancti impulsum.* Et esse actum elicatum à virtute spei, docet Suarez tom. de pœnitent. disput. 5. sect. 2. num. 10. & tom. de Fide, tract. de spe, sect. 4. numer. 11. disputat. 1. specularia. Bene tamen aduertit num. 10. dicta sect. 4. timorem seruilem, quo timetur pœna su-

Sanchez Selecta.

per omne malum, non esse actum virtutis, inuò peruersum, & contra honestatem, vt continentem amorem creaturæ, vt vltimum finem: semper enim timenda magis est culpa, quam pœna: & operari opera virtutis propter commodum proprium esse actum honestum, docet D. Thom. 2. 2. quæst. illa 27. art. 3. in fine corp. & ad 3. & 3. part. quæst. 85. art. 5. ad primum. Altiſiod. lib. 1. sum. tract. 11. cap. 2. quæst. 1. Alex. 3. part. quæst. 74. memb. 2. & 3. Dion. Carth. in 3. distinct. 34. q. 3. Soto in 4. distinct. 14. quæst. 2. art. 5. Ledesma 1. part. 4. quæst. 26. artic. 5. Ioan. de la Cruz de sacram. pœnit. dub. 3. conclus. 2. Ludouicus de Granada tract. 4. regla 2. de bien viuir c. 2. Vazquez 1. 2. tomo 2. disputat. 194. cap. 3. num. 19. & 1. parte, tomo 2. disput. 235. cap. 2. fin. dicens, quòd si quis sibi amet Deum intensiùs amore concupiscentiæ vt bonum suum, quam amore amicitia, vt in se ipso bonus est, non est contra rationem amoris amicitia, qui in eo tantum consistit, vt nihil contra Dei veram amicitiam quis diligit, non tamen vt nihil aliud intensiùs amet. Quod explicuit vberius in 1. 2. illa disput. 194. cap. 3. num. 19. Becan. 3. tom. cap. 17. num. 4. quæst. 4. Rodrig. 1. part. sum. cap. 11. conclus. 1. Vega 1. part. sum. cap. 18. casu 7. Actus enim spei, qua quis sibi beatitudinem sperat, ex amore proprio procedit, tanquam ex impulsiuo: in eòque amor amicitia ab amore concupiscentiæ distinguitur, quòd amor amicitia desideret bonum ex amore rei dilectæ, scilicet, amicitia: amor verò concupiscentiæ ex amore proprio: qui etiam amor concupiscentiæ licitus & illicitus esse poterit, secundum obiecta circa, quæ fertur. Cum verò Eucharistiam suscipiens, vt suæ satisfaciatur inclinationi, mouetur ad exercendum opus virtutis ex amore proprio, tanquam ex impulsiuo, sit vituperandum non esse. Et timida conscientia homines quando se reos accusant, quòd ad opera virtutis exercenda moueantur ob proprium amorem, errant si id peccatum iudicent, non tamen si imperfectiorem respectu actus perfectionis, qui tunc esset quando ad opera virtutis dicerentur ob purum amorem Dei. Qui verò ob amorem proprium tanquam ex motiuo operatur, ex fine virtutis agit, tam ex fine operantis quam operis: eo modo quo in largiente elemosinam ob bonum proprium beatitudinis imperatur actus à propria charitate, qua quis sibi cupit bonum. Vnde ex fine operantis ad virtutem charitatis pertinet actus; ex fine verò operis ad elemosinam: similiter in suscipiente Eucharistiam ob bonum proprium & utilitatem, actus à propria charitate imperatur ex fine operantis; ex fine verò operis virtuti religionis est adscriptus. At qui ob amorem proprium tanquam vltimum finem opera virtutis exercet, paratus ab eis cessare, licet sub præcepto essent nisi ob commodum proprium, nec Deum amat, si præmij spes non adesset, taliter quod tota causa amandi sit bonum speratum, crimen mortale committere nemo ambigat: constituit enim tunc vltimum finem in creatura, videlicet in se ipso, sic Sanchez in sum. lib. 2. cap. 35. num. 3. Syluest. verb. *Charitas*, quæst. 7. & ibi Armil. in fin. Mayo quem refert & sequitur Nauar. in sum. Latin. cap. 11. numer. 20. versiculo 6. Hispan. numer. 17. Toler. in summa lib. 4. cap. 9. num. 3. Suarez tomo de fide, tract. de spe, disput. 1. specularia, section. 5. numer. 2. dicens, non solum esse bonum operari

X

ex

ex amore vel timore quasi ex mortuo extrinseco veluti sumpta inde occasio, sed etiam tanquam ob finem proximum, & immediatum, contra aliquos qui dixerunt, licere quidem ex promissionibus vel minis Dei excitari ad operandum, ita ut illud sit veluti quædam dispositio ex parte subiecti, tamen respicere mercedem tanquam finem, inquit, esse malum. Quapropter quando Sancti amorem proprium reprehendunt, intelligas esse dum in utilitate propria ultimus constituitur finis, non autem proximus & immediatus: in quo sensu Chrysostronus libro de *Compunctione cordis*, damnat eos qui Deo ob mercedem seruiunt. Tenet Azot tom. 1. lib. 9. cap. 4. quæst. 5. Valent. 2. 2. disput. 3. quæst. 5. punct. 2. Bañez 2. 2. quæst. 27. art. 3. dub. unico, Ledesma 2. tom. summ. tract. 3. cap. 4. conclus. 4. & 5. Director. Inquisit. part. 2. quæst. 9. error. 80. & 81. Ludouic. Vega in *respons. cas.* part. 2. cap. 24. fol. 234. Nider. 1. *præcept.* cap. 4. num. 10. Ludouic. Torres, 2. disput. 74. art. 2. lit. B. & quæst. 17. Aragon. 2. 2. quæst. 27. art. 3. conclus. 4. Adrian. quodlib. 9. ad 1. argum. Vega lib. 11. super Trid. cap. 41. & 42. Serpulosus autem non plene discernens, an ob amorem proprium tanquam ultimum finem, vel tanquam mortuum solum sit exercitio virtutis adductus; docendus erit nunquam ob amorem proprium tanquam ob ultimum finem operari contingere, nisi expressa voluntate tali modo operari sit concupitum. Nam cum opus virtutis natura sua respiciat finem proprium, illum semper insequitur operans, dum expressè à fine extraneo non est allectus. Dum vero opera virtutis sub consilio sunt, & aliàs non agenda nisi ob utilitatem operantis, nullam iniquitatem committi vnusquisque sciat, cum liberum esset operanti tunc ea exercere, vel non: imò consulendum operanti ab illis non cessare, licet ob utilitatem propriam operetur, & non aliàs, cum melius sit operibus virtutis eo modo incumbere, quam ab illis penitus abstinere. Expressè Suarez 2. tomo de Relig. lib. 2. cap. 8. num. 6. asserens, posse vorum fieri de non cessando ab opere virtutis etiam ob utilitatem propriam exercito, cum illa actio sit magis commoda bono spirituali animæ, quam eius ommissio. Nec propterea operans suum ultimum constituit in sua utilitate: nam cum sciat liberum se à præcepto tunc esse ad operandum, intentionem habituales habet operandi illas virtutes dum præceptæ essent, licet nullam præmium illis esset promissum. Vnde finis ultimus habitualis Deus est, etiam actuales finem constituat utilitatem propriam. Sic Vega lib. 1. super Trident. cap. 41. & 42. Adrian. quodlib. 6. ad 1. arg. Aragon. 2. 2. quæst. 27. art. 3. conclus. 2. & constat ex vultu Ecclesiæ quæ habet peculiare preces ad consequenda bona temporalia, quibus non vitur nisi quando illis indiget. Ut constat ex illa oratione solita dici contra inimicos bebellantes. *Hæstium nostrorum, quasimus Domine, slide superbiam, & eorum conuinuaciam dextera tua virtute posterna.* Et ex illa. *Omnipotens sempiternus Deus, à bellorum nos quasimus turbine fac quietos: quia nobis bona cuncta prestabis si pacem dederis mentis & corporis.* Et ex illa oratione pro quacunque necessitate & re obtinenda. *Deus refugium nostrum & virtutis, adesto pijs Ecclesiæ me precibus auctor ipse pietatis: & presta, ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur.* Et ex illa oratione tempore famis & pestis solita di-

ci ab Ecclesia. *Da nobis quasimus Domine pia supplicationis effectum, & pestilentiam famemque propitius auerte: ut mortalium corda cognoscant, & te indignante talia flagella prodire, & te miserante cessare.* Et ex illa oratione solita dici pro serenitate obtinenda. *Ad te nos Domine clamantes exaudi, & aëris serenitatem nobis tribue supplicantiibus: ut qui iuste pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua præueniente, clementiam sentiamus.* Et ex illa oratione solita dici ad tempestates repellendas. *A domo tua, quasimus Domine, spirituales nequitiæ repellantur, & aëreorum discedat malignitas tempestatum.* Et ex illa oratione solita dici pro iter agentibus. *Adesto Domine supplicationibus nostris, & vitam famulorum tuorum in salutis tue prosperitate dispone: ut inter omnes via & vita huius varietates, tuo semper protegamur auxilio.* Et ex illa oratione solita dici pro infirmis. *Omnipotens sempiternus Deus, salus æterna credentium, exaudi nos pro infirmis famulis tuis, pro quibus misericordia tua imploramus auxilium, ut reddita sibi sanitate, gratiarum tibi in Ecclesia tua referant actiones.* Ecce Ecclesiam peculiare preces tunc fundere ad consequenda bona temporalia, quibus non vteretur nisi nancisci illa bona indigeret. Si namque Ecclesiæ fas est preces non fundere nisi intuitu boni alicuius temporalis, aut spiritualis adipiscendi, licebit quoque fideli, dum opera virtutis exequitur, spe præmij consequendi illis incumbere. Hinc liquet quam ignorantèr aliqui concionatores exprobrent contemplatiuos, ex eo quòd humanitatem Christi contemplantur, quasi id agant amore proprio ducti; in huiusque euidentiâ ignorantia consumptionem, Christum & Sanctos testes adducunt, Christum scilicet eo quod Ioan. 16. dixerit discipulis Ascensionis tempore. *Expedi ut ego vadam: si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos.* Non animaduertunt tamen huiusce amentia non fuisse causam quam ipsi tradunt, sed quòd promissum fuisset & decretum à Deo Paraclitum non amittere, nisi post Ascensionem Christi; ob id dixit: *Expedi ut ego vadam, &c.* ut rectè explicat Euthymus super dictum locum, quem sequitur Maldonat. in dicto cap. 16. numer. 15. Nec valet secundum ab ipsis concionatoribus adductum, videlicet ideo dixisse Christum se vadium, quia inde doceret in se ipso sistendum non esse, cum via ducat ad acquirendum terminum. Non tamen expendunt quòd ideo se vadium esse dixit, quia nisi habita fide per ipsum & in ipso nemo saluari potest. Sed esto admittamus ipsi in ab illis prætenso sensu loquutum fuisse Christum dicentem, *Expedi ut ego vadam*, ut in sensu allegorico videtur sentire D. August. cap. 95. cuius verba etiam refert Maldonat. supra numer. 14. non inde rectè deducunt contemplatiuos errare Christi humanitatem contemplantes. Tum quia licet melius sit diuinitatem contemplari, non ob id malum erit contemplari humanitatem, sed solum erit quid minus perfectum: concionatores verò inter hæc non distinguentes, tanquam aliquod malum id damnant contemplari. Tum quia esto oportuisset discipulis Christum absentari, id potuit esse, ne semper materiali ordinatione & colloquio ipsius essent dependentes. Oportuit ergo iam intus inspirationibus gubernari, & non sicut infantes, sed adultos, præsentia corporali sui tutoris videlicet Christi carere, & in ipsam absentem curam sua-

rum actionum transferre, vt sic eorum fides cre-  
 sceret & cum Centurione Matth.8. dicerent,  
*Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum,*  
*sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus.* Sic  
 nec discipulis opus erat ad illorum rectam dire-  
 ctionem Christum præsentem adesse corporaliter:  
 at quod modò homines Christi humanitatem  
 contemplantur, non ob id carnaliter ipsum  
 diligunt, sed carnein diligunt spiritualiter, & in  
 ea diligunt quoque diuinitatem. Malè ergo dam-  
 nant aliqui concionatores humanitatem Christi  
 contemplari.

12. Constat ex dictis hac disput. Eucharistiam su-  
 mentem ex consuetudine acquisita impediti non  
 debere, nec dissuaderi potius abstinere à receptio-  
 ne, quàm consuetudine ductum sumptione se  
 applicare, cum dictum iam sit opertantem ex con-  
 suetudine, delectabilius & promptius in opus ferri,  
 quàm si nuda voluntate & habitu consuetudinis  
 acquisito carens tenderet. Firque inde consulen-  
 tem siue verantem consuetudinarios Eucharistia  
 sumendæ communicare, impedimentum fore  
 virtutis exercendæ, cum consuetudo non nisi ex  
 iteratis actibus, & multiplicatis sumptionibus Eu-

christiæ generetur. At impedire virtutis actus  
 æquum non est, nec decet.

Nec obstat, si dicant aduersarij cum Philoso-  
 pho, consuetudinem in alteram transire naturam,  
 ob idque sic ex consuetudine communicantes,  
 naturaliter & non liberè seu præmissa considera-  
 tione ad tantum sacramentum suscipiendum,  
 duci & moueri. Non inquam obstat hoc. Nam  
 Philosophus non ideo asseruit consuetudinem  
 in aliam transire naturam, quòd eo modo quo  
 aliqua opera naturæ sunt absque voluntatis de-  
 creto & iussione, sic etiam opus suscipiendi Eu-  
 charistiam ex consuetudine, fiat à talem consue-  
 tudinem habente indeliberatè, & absque volun-  
 tatis imperio: sed illo tantum sensu consuetudi-  
 nem in naturam transire asseruit, quòd sicut na-  
 tura absque molestia suis incumbit operibus, dum  
 ab extrinseca causa non detinetur, sic & consue-  
 tudinarius non agere operibus inuigilat dum ab  
 extrinseco agere non impeditur. Præterea sicut  
 natura debitis temporibus indefectibiliter opera-  
 tur impedimento peregrino cessante: sic & con-  
 suetudinem alicuius actionis habent, quasi inde-  
 defectibiliter operi se adigit.

13.



## DISPUTATIO XXV.

An ex quotidiana communione fidelium, augeatur gloria  
 Beatorum?

## SUMMARIUM.

Quid sit gloria essentialis, & accidentalis, nume-  
 ro 1.

Ponuntur argumenta aduersus partem negatiuam,  
 num. 2. & 3.

Notabile ad intelligentiam questionis, n. 4.

Authoris iudicium, n. 5.

An Beati habeant gloriam accidentalem statim ac  
 essentialem, vel solum in tempore quo eueniunt suc-  
 cedunt, dissentio inter Doctores, num. 6.

Sotus & alij sentiunt, quòd ab initio gloria essentialis  
 detur Beatis gloria accidentalis, n. 7.

Caietanus, Vazquez & alij, quòd in tempore quo euen-  
 tus succedunt, detur, sentiunt, num. 8.

Authori placet sententia Soti magis quàm Caieta-  
 ni, num. 9.

Licet probabilis, & magis vulgaris sit sententia Cai-  
 etani, num. 10.

Corollarium primum, num. 11.

An anima Purgatorij habeant solatium ex eo  
 quòd fideles suscipiant Eucharistiam? nume-  
 ro 11.

An Deus habeat gloriam accidentalem? nume-  
 ro 13.

Communiter Beati & anima Purgatorij non cognos-  
 cunt indignam susceptionem Eucharistia pecca-  
 toria, reuelat tamen Deus aliquando ob certas fi-  
 nes, n. 14.

Non est improbabile, quòd semper ac aliquis Beatus  
 habet gloriam accidentalem, habeant etiam alij,  
 num. 15.

Respondetur ad argumenta, n. 16. & 17.

Sanchez Selecta.



L O R I A Beatorum alia essentialis  
 est, quæ consistit in eo quòd  
 Beatus Deum videat; D. Thom. 1.  
 part. quæst. 12. art. 5. & 7. in fin. corp.  
 maior verò gloria essentialis in eo  
 quòd perfectius, hoc est intensius eum videat;  
 tanquam ab effectu deducens, quòd tunc perfectius  
 videt, quando plures creaturas intuetur in  
 Deo. Sic art. 8. in fin. corp. & ibi Caietan. & art. 9.  
 & 3. parte, quæst. 10. art. 2. Capreol. in 4. distinct. 49.  
 quæst. 6. art. 1. & 3. Ferrar. 3. contra Gen. cap. 56. 59.  
 & 61. Supponere videtur Ricard. in 3. distinct. 14.  
 art. 2. quæst. 3. in 4. distinct. 49. art. quæst. 3.  
 Accidentalisis gloria ex mente D. Thom. 3. part.  
 quæst. 89. artic. 5. ad tertium, & omnium Theolo-  
 gorum in eo consistit, quòd Beatus habeat cog-  
 nitionem & gaudium de aliquo obiecto creato,  
 seu successu absque eo quòd intensius Deum in-  
 spiciat: siue formaliter consistat beatitudo acci-  
 dentalis in cognitione, seu visione obiecti, siue in  
 gaudio, aut fruitione, aut utroque simul, scilicet  
 tam in visione quàm fruitione, ad modum  
 quo variant Doctores loquentes de beatitudine  
 essentiali. Præfens autem disputatio instituenda  
 non est: An Beati habeant maiorem gloriam es-  
 sentialem ex quotidiana communione Fidelium:  
 cum enim illa integra detur statim à primo in-  
 gressu beatitudinis, à futuro euentu non pendet,  
 nec variabilis est, vt D. Thom. 1. parte, quæst. 12.  
 art. 10. & ibi interpretes, Suarez 2. tom. de Relig.  
 lib. 1. cap. 11. numer. 10. eo quòd gloria essentialis  
 mensuretur æternitate participata, quæ suo modo  
 est tota simul. Vazquez 1. part. disput. 54. cap. 2.

1.

& disp. 50. cap. 7. & 9. Soto in 4. dist. 49. quæst. 1. art. 3. solum procedit de gloria accidentali, An hæc beatis accrescat ex quotidiana communione fidelium.

2. Primum argum. videtur illis non addi, aliis ex exercitio cuiuslibet actus virtutis vitoris habent Beati gaudium accidentale maius, vel minus, secundum quod actus vitoris esset perfectior, aut imperfectior. Hoc autem admittendum non videtur: solum actus conuersionis peccatoris, illius gaudij est causa, testante Christo Luca c. 15. *Gaudium eris coram Angelis Dei* (intellige omnes Beatos) *super uno peccatore penitentiam agente.* Et merito ob illius conuersionem Beati gaudent: asciscunt enim sibi de nouo fratrem, & collegam: sicut Religiosi tunc maxime exhilarantur, quando in eorum Collegium quiscipitur: nec gaudent adeo intense, etsi in progressu nouitatus frater maiora opera virtutis exerceat.

3. Secundum argumentum, communis Theologorum sententia est, beatum ea videre in Verbo quæ ad illius statum pertinent: vt D. Thom. 3. part. quæst. 10. art. 1. Caietan. 2. 2. quæst. 83. art. 4. circa solut. ad 4. Sot. in 4. distinct. 49. quæst. 3. art. 3. conclus. 10. Vazquez 1. part. quæst. 12. disput. 50. cap. 9. Molin. dict. quæst. art. 8. disput. 6. fol. 409. Videatur Binsfeld. *de statu anima*, sect. 5. per aiquot conclus. Suar. 1. part. tom. 2. disput. 21. sect. 3. & 1. part. lib. 2. cap. 28. à num. 17. plures referens. At communicare fideles non pertinet ad statum omnium beatorum, sed forte alicuius qui communionem consuluit: ad hunc igitur solum gaudium accidentale atinebit, siue videat beatus quæ ad eius statum pertinent ex vi visionis beatificæ, vt Caietan. 1. parte, quæst. 12. art. 8. & 9. Capreol. in 4. distinct. 49. quæst. 6. art. 1. & 3. Sotus quæst. 3. art. 3. Ferrar. 3. *contra Gent.* cap. 56. & 59. & 60. Supponere videtur Ricard. in 3. distinct. 14. art. 2. quæst. 3. & in 4. distinct. 49. art. 3. quæst. 3. Bañez 1. part. quæst. 12. art. 8. Suarez 1. part. lib. 2. *de attribut. negat.* cap. 25. numer. 7. & 3. part. 1. tom. sect. 3. disput. 26. Molin. 1. part. quæst. 12. art. 8. disputat. 5. memb. 1. fol. 376. Valent. 1. tom. disput. 1. quæst. 12. punct. 6. Thom. Pius 1. part. quæst. 12. art. 8. dub. 2. nota. 7. Granado 1. part. tom. 1. tract. 6. sect. 3. & 4. disput. 1. Machin. 1. part. quæst. 12. art. 8. disput. 10. conclus. 2. Arribal 1. part. tom. 1. disput. 26. cap. 2. conclus. 4. dicens ex diuina essentia diuersimode concurrente ex parte obiecti oriri hanc determinationem, vt intra eandem, aut diuersam speciem quædam creature videantur potius quam alia: si igitur per particularem reuelationem viderentur, non concurreret diuina essentia, vt obiectum cognitionis, & illam docent multi alij recentiores Thomistæ. Siue videat ex vi particularis reuelationis, vt Bonauent. in 3. distinct. 14. art. 2. quæst. 3. in fin. Scot. quæst. 1. §. *sed lista via.* Gabr. quæst. 1. art. 1. not. 3. Almain. quæst. 1. art. 1. Maior. quæst. 3. & in 4. distinct. 49. quæst. 16. Marfil. in 3. quæst. 10. art. 2. in 3. part. art. satis post med. Ocam in 4. quæst. 13. art. 2. Petr. Aliacens. in 1. quæst. 12. Palud. in 4. dist. 49. quæst. 2. art. 2. Vazquez 1. part. quæst. 12. disp. 50. qui id colligit ex D. Thom. 1. part. quæstion. 57. art. 5. Quod probabilius mihi videtur, vt latius num. 7.

4. Notandum tamen ad plenioram intelligentiam disputationis, de Fide esse, Sanctos non so-

lum habere gloriam essentialem, verum & accidentalem, vt ex illo Christi Luc. 24. *Nomine hæc oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam:* Quod de gloria corporis omnes vnanimiter intelligunt: nam animæ gloriam non meruit: habuit namque illam à principio suæ conceptionis: vt docet D. Thom. 3. part. quæst. 19. artic. 2. & ibi Interpretes. Gloria tamen corporis accidentalis est anima: non enim ex eo quod anima Christi vnita fuit corpori suo glorioso, magis videt Deum: nec post resurrectionem vniuersalem animæ Beatorum videbunt magis Deum, postquam gloriosa corpora fuerint eis vnita quàm antea videbant. Fit ergo quod tunc habeant beati gloriam accidentalem, quam capiunt ex vnione ad corpus, quando in executione firmiter vnio, tunc sanè resultat gaudium quod deinceps in æternum perseverabit.

### Authoris iudicium.

5. Credendum est, omnes Beatos gloriam accidentalem capere ex qualibet susceptione Eucharistiæ à Fidei habita, cum in susceptione Eucharistiæ passio Christi repræsentetur, ex illo: *Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis.* Quæ verba non solum ad Apôtolos, & Sacerdotes dirigitur, quatenus sacramentum consociunt, panem & vinum consecrando, seu quatenus Sacrificium offerunt, sed etiam quatenus sacramentum suscipiunt, carnem manducando, & sanguinem bibendo, iuxta illud: *Quotiescumque manducabitis Panem hunc, & Calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat.* 1. Corinth. 11. *Annuntiabitis*, id est, repræsentabitis, vt explicat Cornel. in dicto loco versic. 26. referens Anselmum, Theophylactum, & Ambrosium. Idem docet glossa interlin. vertens, *mortem Domini annuntiabitis*, id est, *pro vobis factam repræsentabitis.* Et fatetur Lyra dicto loco dicens, *mortem Domini annuntiabitis*, ipsam scilicet repræsentando per hoc sacramentum. Quæ etiam verba respectu cuiuscumque Fidelis Eucharistiam suscipientis, etsi non sit Sacerdos, intelliguntur: docet Vazquez tomo *De Eucharist.* disput. 213. num. 15. quod vniuersis per illa verba præceperit Christus vnâ actionem formaliter, quamuis diuerso modo, nimirum, vt passionem suam memorarent in hoc sacramento, vnusquisque suo modo: laici solum Eucharistiam sumendo, Sacerdotes verò & sumendo, & consecrando. Quod etiam docet Suarez tomo *De Eucharist.* disput. 67. sect. 1. §. *Nilominus testimonium hoc*, & §. *Ad secundam difficultatem*, vbi recte explicat illa verba Luca 22. *Hoc facite in meam commemorationem*; dicta fuisse Apôtolis nomine totius Ecclesiæ, quæ ex Sacerdotibus & laicis Fidelibus constat: adducitque Diuum Chrysostomum homil. 17. & Damascen. lib. 4. cap. 1. idem docuisse. Valentia tom. 4. disputat. 6. quæst. 8. punct. 5. §. *Quod qualibet etiam species.* Hurtado *de Eucharist.* disput. 10. difficul. 1. & pro omnium clauis id definitum est in Trident. sessio. 13. cap. 2. vbi postquam dixit Christum ex hoc mundo descendurum ad Partem hoc sacramentum instituisse, subdit. *Et illius sumptione colere nos sui memoriam præcepit si lingue annuntiare mortem.*

Repræsentatur etiam in sumptione Eucharistiæ:

stia redemptio generis humani, quæ cum vniuersale beneficium sit Ecclesiæ Dei, & Christi exaltationis adductiuum, iuxta illud D. Pauli 2. ad Corinth. 11. *Propter quod* (scilicet mortem, seu passionem) *exaltauit illum Deus, & dedit illi nomen quod est super omne nomen.* Et iuxta orationem secretam Dominicæ 9. post Pentecostem: *Concede nobis, quesumus Domine, hæc digne frequentare mysteria, quia quoties huius Hostia commemoratio celebratur, opus nostræ redemptionem exercetur, ad beatos pertinebit semper quoddam huiusmodi repræsentatio passionis in Ecclesia erercebatur, gaudere; & ad Christum de Iulceptione Eucharistia: reuelationem facere.* Nam si communitet Theologi sentiunt, Beatis reuelari id quod ad ipsorum statum pertinet, vs Diuo Francisco celebritatem annuam, in qua repræsentatur Martyrium Religiosi sui Ordinis: vrgentiori ratione reuelabitur Beato repræsentatio passionis Christi. Nam magis propria est passio Christi cuiuslibet Beato, & ad ipsius statum proprius pertinet, quam Diuo Francisco celebritas martyrii sui Religiosi. Sicut itidem magis proprium est homini esse risibile, etsi communis sit omnibus hominibus risibilitas, quam sit proprium crispo habere crispiditudinem, quamuis solus Petrus teneret illam: est enim proprium quod tale dicitur, quia contraponitur contra commune: aliud proprium contra extrinsecum, & nimis accidenter taliter conueniens. Deinde aliquem tunc maxime gaudere, dum videt opus à se factum assequi finem, ad quem opus est ordinatum, omnibus est manifestum. Igitur cum Deus instituisset Eucharistiam quoddam hominem eam suscipere, vt constat ex Luc. cap. 22. dicente Christo: *Hoc est corpus meum, accipite, & manducate;* & hoc etiam satis sit notum Sanctis: sit, quoddam tunc maxime Deus & Sancti latantur dum vident homines Eucharistiam sumere, & finem institutionis esse iam assecutum: vt rectè notauit Marcilla in addit. *Ad memorial. Compost. fol. 131.* Docent nostram conclusionem D. Thom. in 4. distinct. 12. quæst. 1. art. 1. Vivald. *De Eucharistia*, in fin. qui vt Fidelium animos ad tanti sacramenti dignam sumpcionem accendat, fructus sacramenti enumerans, illum adducit, quoddam scilicet ex sumptione sacramenti Eucharistia gloria accidentalis Beatis adueniat: Gerson de imitat. Christi lib. 4. in fin. Iterum D. Thom. opuscul. 58. cap. 25. dum ait, sacrificium Missæ minuere pœnas, & augere gloriam accidentalem. cuius hæc sunt verba: *Corpus Domini nominatur sacramentum altaris, & secundum hoc habet triplicem effectum, scilicet in triplici statu Fidelium, in hoc mundo, in Purgatorio, & in celo: in statu mundi peccata relaxat, in statu Purgatorij pœnam alleviat, in statu cœli gloriam augmentat.* & postea subdit: *Ideo gloriam augmentat in quantum delectat Beatos in celo, quia plurimum gaudent, & congratulantur in hoc Sacrificio de memoria redemptionis, de aspectu nostræ salutis, de admiratione Diuina bonitatis.* Quæ verba locum habent etiam in sumptine Eucharistia per laicum.

6. Inquires tamen, an illam gloriam accidentalem captam à Beatis de communionem Fidelium, statim ac in cœlum euolauerint habeant; an eo tempore quo Fidelis Eucharistiam suscipit: Huius resolutionis à generali illa quæstione pender; An gloriam accidentalem, quam habent Beati ex obiecto virtuoso, aut successu Diuinae voluntati confor-

mi, vel de aliquo singulari ad statum eorum pertinenti, statim ac in cœlum euolauerint, habeant ab initio beatitudinis: an eo tempore quo euentus succedunt? Pendet hoc ex alio controuerso, an de illis successibus habeant ab initio beatitudinis cognitionem, vel tunc de nouo cognoscant, quanto tempore eueniunt?

Sotus in 4. distinct. 49. quæst. 3. art. 3. concl. 10. Suarez 3. parte, tomo 2. disput. 21. sect. 4. & 1. parte, lib. 2. de attribut. negat. Dei, cap. 27. fin. Valent. 1. tomo, disput. 1. quæst. 12. punct. 6. fol. 211. & alij Thomistæ nostri temporis, vt refert Vazquez 1. parte, disput. 50. cap. 9. in principio, tenent, illa omnia cognosci à Beato ab initio suæ beatitudinis. Inferre igitur debent, quoddam Beatis gloria accidentalis communicetur tota, quæ eis fuerit debita statim ac cœlum ingrediuntur. Sic Diuo Francisco ab instanti suæ beatitudinis fuit cognitio communicata canonizationis, videlicet sui Religiosi, qui ab illinc mille annis esset canonizandus: & tunc cœpit in eo gaudium de canonizatione, quæ quando excitioni fuit mandata, nihil reale gaudij addidit Diuo Francisco: sed solum denominationem extrinsecam ad modum quo Deus diceretur de nouo gaudere, non quia in se realem mutationem consecutus fuisset, sed quia gaudium antiquum per mutationem obiecti de nouo terminatur ad illum in rerum natura existens. Quam sententiam fulcire possumus, quoddam sic fieri, cedat in maiorem vtilitatem Beati, cum pluribus annis gloria accidentali fruatur, quam si solum communicaretur tempore quo res eueniunt.

8. Impugnat Vazquez 1. parte, disput. 50. cap. 9. hunc dicendi modum, tenens quoddam tempore quo res eueniunt, à Beatis successiue cognoscuntur. In quo sequitur Caietanum 2.2. quæst. 83. artic. 4. circa solut. ad secundum, & Molin. 1. part. q. 12. artic. 8. disput. 6. fol. mihi 409. Quod etiam docet Thomas Pius 1. parte, quæst. 2. artic. 8. dub. 4. num. 12. Nam aut illi euentus videntur ex vi visionis beatificæ; & hoc falsum, ait Vazquez, aliàs sequeretur quoddam fundator Religiosum, ad cuius statum pertineret plura cognoscere, haberet maiorem gloriam, quam alius, cuius essent maiora merita, cum ad videndum plura indiuidua ex vi visionis Dei oporteret ipsam visionem perfectiorem esse. Nam si eiusdem esset perfectionis, non posset in diuersis esse causa cognoscendi diuersa. Nec est verum quod aliqui Thomistæ respondent, scilicet non esse necessarium, quod plura indiuidua in Verbo videntur, eo perfectius Verbum videri, nisi illa quæ videntur, specie differant. Quod falsum esse merito putat Vazquez loco immediatè citato: cum ad naturale desiderium, & perfectionem intellectus pertineat non solum cognoscere species, sed etiam indiuidua. Quod etiam docet Suarez 1. part. lib. 1. cap. 28. num. 12. vbi censet ex cognitione singularium perfici intellectum, & ad ea dari naturale sciendi desiderium, Pesant. 1. part. quæst. 14. art. 11. vt diximus disput. 3. num. 5. Aut videntur ex vi particularis reuelationis: & tunc ait Vazquez, non esse necessarium illos euentus ab initio beatitudinis cognosci. Quæ ratio non conuincit: nam etsi necessarium non sit, est tamen magis conueniens, & vtile Beatis, quoddam ab initio gloriam accidentalem habeant: & possit Deus reuelare euentus ab initio quod ipsam Beati vident, vt en-

do simul scientia beata & infusa. Quod docuit Gabriel. in Canon. lect. 31. lit. F. in fin. Licet ipse eadem numero visione dicat videri Deum, & creaturas; hac tamen limitatione, quod non videantur creaturæ necessario ex vi visionis essentialis Divinæ, sed liberè quatenus Deus vult, quod visio qua essentia Divina videtur, extendat se ad aliquas creaturas.

10. Misi placet sententia asserentium, & gloriam accidentalem communicari Beatis statim ac essentialis: eo quod illud maximè vile sit eis; & credibile est, Deum maximè pium & benefactorem impendere beneficia sine mora suis amicis, quando alias ex accelerata collatione nullum sequitur inconueniens; iudicet quisque quodnam sequatur inconueniens, quod Deus peculiari reuelatione perfundat mentes Beatorum ad cognoscenda singularia ad suum statum attinentia ab initio beatitudinis; & quod tunc beatus duplici utatur scientia, infusa scilicet ad cognoscendum euentus, & beata ad cognoscendum Deum. De anima Christi certum est, ipsam ab initio suæ beatitudinis singularia cognouisse: cum id pertineat ad maiorem perfectionem & immutabilitatem in cognoscendo. Sic Suarez 1. part. lib. 2. de attribut. negat. cap. 27. num. 10. Molina 1. part. quæst. 12. art. 8. disputat. 6. fol. 409. & admittit Vazquez 1. part. disput. 50. cap. 9. num. 55. qui alios beatos ait cognoscere futura successius; quem sequitur Granada 1. tom. in primam partem, disput. 2. num. 2. semper tamen in sua opinione persistens, quod nec etiam Christus ex vi visionis beate videat creaturas in verbo, sed ex particulari reuelatione, sicut alij beati. Sic 3. part. quæst. 10. disput. 50. cap. 3. Tum quia omnia singularia pertinent ad statum Christi, ut ait D. Thom. quæst. 10. artic. 2. Nam si diceremus, quod non simul Christus illa cognosceret, sed successiuè, cogereur admittere in illo ignorantiam, & quod proficeret in dies cognitione singularium, quod dedecet Christum. vt optime Vazquez 3. part. quæst. 11. art. 5. qui supponit Christum à principio omnia singularia cognouisse, licet postea pro sua voluntate cessauerit à consideratione actuali aliquorum.

Fateor tamen, quod sit magis vulgare, & frequentius in ore hominum, quod tunc habent Sancti gloriam accidentalem, quando euentus tempore succedunt. Audiui etiam à doctis, tempore quo fuit beatificatus B. Didacus Complutensis, B. Iulianus, B. Ignatius, B. Theresia de I. E. S. V. B. Ildorus Matriti filius, B. Paschalis Religiosus Discalceatorum S. Francisci, qui cum solemnitates & profesta in reuerentiam Sanctorum facta viderent, in hac latanter prorumpere verba: *Proh Deus, quam gloriam accidentalem modò habebunt huiusmodi Sancti!* intelligebant certè tunc communicari, & non antea.

11. Hinc fit, Beatos habere gaudium quoties fidelis Eucharistiam suscipit: facit reuelatio facta S. Gertrudi lib. 2. cap. 18. §. 15. fol. 232. Qua ratione augendi scilicet gaudium Beatis, etsi alia utilitatibus suscipientibus Eucharistiam non obtingerent, æquum esset, vt quotidie illam susciperent. Sequiturque deinde, huiusmodi gloriam accidentalem statim capere ac in cælum transfu-  
grauerint.

12. Credo etiam, quod animabus Purgatorij solatium non leue accrescat ex sumptione Eucharistia à fidelibus; facit reuelatio facta S. Gertrudi

lib. 3. cap. 18. §. 15. fol. 232. & §. 16. quod expressè tenet Viguer. Institut. de sacramento Eucharistia, verlic. 12. loquens de sacrificio Missæ, dum ait, gaudere animas Purgatorij de oblatione. Idem sanè colligere licet de susceptione Eucharistia à quolibet fideli: iuuat Suar. tom. de pœnitent. disput. 48. num. 25. quod tamen solatium gloria accidentali nominari non debet; eo quod essentialem nondum habeant animæ in purgatorio existentes, vt rectè notauit Suarez tomo 2. de Relig. lib. 2. cap. 10. num. 28. Ex communione autem cuiuslibet fidelis provenit animabus Purgatorij solatium, quia cogitare possunt quod suscipientes Eucharistiam dum ferueant charitate, plerumque pro illis opera satisfactoria præstabant. Aut quia ex communione fidelis repræsentatam agnoscunt passionem Christi, quam sunt expertæ tam in hac vita, quam in alia.

Credibile etiam certè est, animas Purgatorij orationes nostras cognoscere quæ manifestantur per Angelos suos custodes, vel nostros, aut vtrosque, cap. sciendum est, 13. quæst. 2. vbi Archidiacon. Petrus Tirus tractatu de locis infellicis, 1. parte cap. 12. Corriilo in Bulla defunctor. 1. parte cap. 12. Acuña de confessor. sollicitant. quæstion. 1. num. 26. Est enim actus consentanus Angelicæ custodiae propter bonum viuientium, vel solatium aliquod eorum qui purgantur. Nec solum orationes cognoscunt quando fideles pro eis fundunt, vt satisfactorias, verum vt solum impetratorias, quare non? Ex sumptione verò Eucharistia à laico deriuati ad Purgatorij animas effectum impetratorium modo explicato, haud difficile creditur. Et ex celebratione cuiuslibet Missæ effectus impetratorius animabus Purgatorij obuenit certius, quam effectus impetratorius orationis, vt communiter Doctores agentes de Sacrificio Missæ: dicit namque Sacerdos in secundo memento Missæ: *Memento Domine famularum, famularumque tuarum, qui nos præcesserunt cum signo Fidei, & dormiunt in somno pacis. Quod de animabus Purgatorij præcipue intelligitur.*

Notanter dico præcipue pro animabus: posset enim quis dicere cum Suarez 2. tomo de Religione, lib. 1. cap. 14. num. 13. & Corriilo in explanatione, Bulla defunctor. 2. parte, cap. 13. numer. 11. Nider. præcept. 7. cap. 8. num. 1. Anton. de Litterat. in summ. 1. parte, num. 6. Vazquez tomo de Eucharistia, disput. 227. cap. 5. num. 41. Azot tomo 1. lib. 19. cap. 22. quæst. 5. Ledesma 1. part. summ. c. 17. conclusione 20. Reginald. lib. 29. numero 153. videndus D. Thomas in 4. distinct. 12. quæst. 2. art. 1. quæst. 2. ad secundum, & Cerol. in praxi Episcop. parte 2. verb. Missa, Bellarmin. parte 2. lib. 4. cap. 5. Egid. de sacrament. tomo 1. quæst. 83. numer. 107. Valentia 4. tomo disput. 6. quæst. 11. punct. 3. Filiucius tomo 1. tract. 5. cap. 2. num. 51. §. 2. & 53. Trullench in bulla defunctorum dub. 5. numer. 7. & dub. 9. numer. 7. quod nos orare possumus pro Beatis, vt illis gloria accidentalis augetur: quam fortasse non recipere, nisi eam ipsis mereremur, verbi gratia, orare possumus quod gloria accidentalis S. Francisci augetur, & ex hac oratione moueatur Deus, aliquos Religiosos S. Francisci in sanctitate proficere, & tandem canonizari, ex quo gloria accidentalis Sancto Francisco accresceret: (sive illa detur in tempore quo euentus succedunt, vt voluit alieni num. 8. relati, sive detur à principio beatitudinis ingressus, intuitu

intuitu meritorum futurorum, illorum scilicet, quos cognouerat Deus pro Sanctis gloriam accidentalem impetraturos, sicut intuitu meritorum Christi gratia & gloria fuit Sanctis Patribus collata. Nec decreuisset Deus Sanctis gloriam aliquam accidentalem impertiri ab initio beatitudinis, nisi prauideret merita illius impetratoria in tempore, præcipue cum non fiat oratio ex præsumptione plus valendi apud Deum, quam valeant ipsi Beati, sed solum ex affectu charitatis, & quia scimus Deum gaudere multoties intercessione. Quare etiam cum dicimus, *Memento Domine famulorum, &c.* repugnabit intelligi de Beatis impetrando à Deo, vt eis communicet gloriam aliquam accidentalem, quam alias non haberent. Et sanè illa, quam reportant ex celebratione Missæ, potest prædictis verbis impetrari, dum dicit Sacerdos in oratione, *Suscipe Sancta Trinitas, &c. vt profici Sanctis ad gloriam, sicut nobis ad salutem.* Et Innocentius III. in cap. cum *Marthe*, §. 3. de celebrat. Missar. ait: *Plerique reputant non indignum, Sanctorum gloriam vsque ad iudicium augmentari, & ideo Ecclesiam posse augmentum glorificationis eorum optare.* Ita videtur sentire Bellarminus lib. 2. de Purgator. cap. 18. Licet prædictus Suarez (cui assentior) 3. parte, tomo de Eucharistia, tractat. de Sacrific. Missæ, disput. 78. in fine, dicat, quod solum indirectè impetrare possumus Sanctis gloriam accidentalem, quatenus offerendo sacrificium pro nobis, quod redundet in nostram utilitatem, de illa gaudent Beati: non tamen directè possumus impetrare gloriam accidentalem, quæ consistit in illuminationibus & gaudiis accidentalibus. Quod etiam videtur tenere Vazquez tomo de Eucharistia, tractat. de Sacrific. Missæ, disputat. 223, cap. 5. numer. 41. Quamuis implemet Suarez tomo de Relig. qui posterioris fuit cura, absque limitatione asserent, posse nos Sanctis gloriam accidentalem impetrare. Quem dicendi modum maximè iuvat Sotus in 4. distinct. 45. quæst. 2. art. 2. post 3. conclus. dum ait, quod cum beati videant in Verbo illo sacrificis, quæ nos offerimus, de illis gaudent: non quidem quod gaudium eorum sit intensius (intellige, quod habeant maiorem gloriam essentialem) sed extensius, quia gaudent de pluribus, quam antea: quod proinde appellatur gaudium accidentale. De quo gaudio intelligitur illud Lucæ cap. 15. *Gaudium est Angelis Dei de uno peccatore penitentiam agente.* Hæc Sotus. At gaudium de conuersione verum est, & intrinsecum Beatis, & vltra allegatos docet Syluester verb. Missa 1. quæst. 8. expressè dicens, Missam prodelle Beatis quo ad gloriam accidentalem, quia gaudent de omni bono quod sciunt fieri ad laudem Dei, maximè de habente specialem ordinem ad eos. Bèda quem refert Gabriel in *Carona*, lect. 87. Ait namque, Sacerdotem non legitimè impeditum omitentem celebrare, quantum in ipso est, priuare sanctam Trinitatem laude & gloria, Angelos lætitia, peccatores venia, iustos spiritali subsidio & gratia, existentes in Purgatorio refrigerio, Ecclesiam spiritali beneficio, seipsos medicina & remedio. Quod etiam tenet Gerson super *Magnificat*, tractat. 9. inserens similia verba quæ Bèda. Docet etiam Henriquez lib. 9. cap. 14. §. 2. addens, prodelle Sacrificium Sanctis ad accelerationem gloriæ suorum corporum, aliòque allegans litera E, in comment.

Hinc deducitur, quod cum gloria accidentalis perfectio quædam sit de nouo adueniens Beatis, in opinione aliquorum, vt diximus numero 7. illa Deo obtingere non possit: solum enim capax est extrinsecæ denominationis gloriæ, vel honoris, quæ non ponit mutationem in ipso, sed in aliis, à quibus glorificatur, vel honoratur. Sic intelligitur illa petitio Orationis Dominicæ, *Sanctificetur nomen tuum*, id est, fac Domine, vt homines nomen tuum sanctum agnoscant, non propter tuam commoditatem, sed propter eorum utilitatem. Ita Suarez tomo 2. de Religion. lib. 1. cap. 14. numero 5. & 6. Nec etiam ab æterno gloria accidentalis de resurrectione, scilicet Christi, Transfiguratione, aut Ascensione potest Deo conuenire. Cum enim hæc obiecta sint libera, quæ supposita Diuina voluntate decernente fieri, habebunt esse, sequeretur quod cum gloria accidentalis sit quædam perfectio realis Beati, Deus haberet aliquam perfectionem realem, quæ posset illi adesse & abesse. Ad eum itaque modum hîc philosophandum est, quod Theologi 1. part. quæst. 19. de actu libero Dei dicunt, non esse perfectionem realem, sed solum addere supra actum necessarium, respectum rationis ad obiectum creatum.

Credo præterea, quod indignam susceptionem Eucharistiæ non reuelat Deus animabus Purgatorij, cum his potius ad tristitiam, quam ad solatium vergeret. Quamuis enim in susceptione indigna Eucharistiæ etiam repræsentetur passio Christi, non reuelat Deus illud quod repræsentat suam passionem dum illaquearet suscipientem, sed dum liberat. Posset tamen contingere, quod si aliquis in Purgatorio existens fuisset causa, consilio, vel exemplo, indignæ susceptionis, reuelaret Deus eam, vt anima affligeretur, & in satisfactionem deseruaret, vt Anton. de Literatis in summa, 1. parte, cap. 42. docet. Tanta est enim benignitas, misericordia & bonitas Dei, vt ex malis bona eliciat. Sic inter hoc sæculo viucentes contingit, vt consilio Diuino in notitiam penitentis deueniant peccata ab aliis suo exemplo commissa, vt deplorat feruentibus, pro peccatoribus exoret, & vt moeror in delicti satisfactionem conueat. Beatis etiam aliquando reuelabitur, saltem illi sub eius cura fuit indignè suscipiens, vt pro illo orationes fundat, & misericordiam exaltet, quia non sustinuit penitere in ipso quod in alio.

Damnatis fortè reuelatur indigna Eucharistiæ receptio, vt in pœnam accidentalem deseruiat cognitio peccati, ab alio non committendi, nisi damnati exemplo fuisset adductus. Sic auarus diues Lucæ cap. 16. vt pœnam similem fugeret, patrem Abraham deprecabatur mittere Lazarum ad fungendum prædicationis munere coram fratribus suis, ne & ipsi inciderent in tormentorum illum locum. Reuelabit fortè etiam dignam susceptionem, vt memor efficiatur damnatus alium fuisse vsum rectius gratia & Dei auxiliis, etiam minoribus illis, quæ ipse liberaliter receperat.

Satis probabile iudico, quod quotiescumque aliquis beatus in particulari habet gloriam accidentalem, eadem etiam fruuntur reliqui Beati: æquam enim videtur, vt alij participent de lætitia fratris, sicut inter amicos gaudium vnius aliis communicatur. Reuelabit igitur Deus eis gaudium

13.

14.

15.

dium illius beati; quod expressè docent Anton. de Literatis in summa, part. 5. cap. 10. numero 9. Fr. Ioan. de San Agustin in sermone de Beata Theresia in festiuitate patronatus, fol. 33. qui id asseueranter & non solum vt probabile testatur. Et docet Abulens. in Matth. 25. quæst. 765. ibi: *Quia Beati diligunt alios beatos ex charitate, gaudent de eorum bono dupliciter. Vno modo, velut de bono proprio; alio modo sicut, de bono simpliciter. De primo patet, quia beati inter se amicissimi cum se ex charitate diligant, & cum amicis sit alter ipse, reputatur bono vnus esse alterius, & gaudet vnus amicus de bonis alterius, sicut de proprijs, & istud est magnum gaudium.* Docuitque id D. Gregorius 4. moralium, cap. 31. *Tanta vis amoris in illa pace nos faciat, vt quod ex se quisque non acceperit, accepisse in alio existimetur.* Et postea subdit: *Vna cunctis erit beatitudo & læticia, quamuis non erit in omnibus sublimitas vite.* Et D. Anselmus in prologo, cap. 25. *Quantum quisque diligit aliquem, tanto de bono eius gaudet.* Sed cum hoc discrimine, quod Beatus particularis gloriam accidentalem habebit directam ab obiecto, seu successu deriuatam: cæteri verò reflexam à gloria accidentali alterius ortam, quatenus gaudent ob alterius lætitiã. Et loquendo de animabus Purgatorij, scilicet, quod vna gaudeat de suffragio alteri oblata, tenet Suarez tom. de penitent. disputat. 48. sect. 8. num. 25. Trullench in Bulla defunctorum, sub. 5. numer. 3. Angles de Flor. quæst. De Suffragijs, artic. 3. Anton. 2. part. tit. 32. cap. 2. §. 6. Henríquez De indulgent. cap. 8. §. 2. Carrillo in explicacione Bulla defunctorum, 2. part. cap. 11. fin. Bellamin. lib. 1. de indulgent. cap. 14. Nauarr. de indulgent. not. 22. numer. 45. & in explicat. cap. non mediocriter, infra allegandi. Caietan. tom. 1. Opuscul. tractat. 16. quæst. 7. Et anima cuius interior est charitas, magis lætabitur: cum enim magis diligit Deum & Fideles, plus quoque lætari de gloria Dei, & Fidelium bono erit opus, vt ait Anton. vbi supra, in quo sensu intelligit illud Hieron. de consecrat. distinct. 5. cap. non mediocriter, dicentis: Cum Missa, vel Psalmus pro centum animabus dicitur (aliàs cunctis) nihil minus quàm si pro qualibet diceretur, accipitur. Quod intelligitur per modum congratulationis, non autem expiationis, vt explicuit Diuus Thomas in 4. distinct. 45. Si igitur gaudium vnus animæ alias comprehendit, quare minus de Beatis asseren-

dum erit? Quod etiam docet Anton. de Literatis in summa, 1. parte, cap. 42. numero 15. Vel dicendum, quod reliqui Beati etiam habeant gloriam accidentalem directam, & quod Deus reuelat illis immediatè obiectum. Decens enim videtur, quod relictos successus & actus virtutum Fidelium non vnus aut alter Beatus videatur, sed & omnes qui fratres in charitate sunt, quod docet Syluest. verb. Missa, 1. quæst. 8. Licet fateor ingenuè, quod gaudium illius Beati ad cuius statum attinet euentus, intensius sit quàm aliorum. Sic Diuo Francisco intensius gaudium, & illuminatione perspicacior communicabitur ex canonizatione Religiosi Franciscani, quàm D. Dominico, aut D. Augustino. At anima Christi, B. Virgo & Apostoli intensius gaudium habebunt etiam de canonizatione Religiosi Franciscani, quàm ipsemet D. Franciscus: cum ad illorum statum tanquam ad caput & fundamenta Ecclesiæ magis pertineat canonizatio cuiuslibet Sancti, quàm ad fundatorem Religionis Fratris canonizati. De Christo id affirmat D. Thom. 3. part. quæst. 10. artic. 2. & ibi Interpretes. Et de Virgine expressè sentit Suarez 2. tomo, in 3. part. disput. 21. sect. 3. propter rationem à nobis allatam, Molin. 1. part. quæst. 12. art. 8. disp. 6.

Ad primum, non reputo inconueniens admittere, quod Beati habeant gloriam accidentalem de quolibet actu virtutis viatoris, licet per antonomasiam illam sumant de conuersione peccatoris ob rationem in argumento. Tenet expressè Syluest. verb. Missa, 1. quæst. 8. qui ait gaudere Beatos de omni bono quod sciunt fieri ad laudem Dei, maxime de habente ordinem ad eos. Videndus D. Thom. in 4. dist. 12. quæst. 2. artic. 1. quæst. 2. ad secundum.

Secundò respondetur, quod licet de susceptiõne Eucharistiæ non habeant gloriam accidentalem Beati, quatenus est actus virtutis Religionis à Fidei exercitibus, bene tamen quatenus est memoriale passionis Christi, & representatio reparationis humanæ, vt dictum est in conclusione.

Ad secundum, patet ex dictis in ultimo notab. solum conuincit, quod ille Beatus qui communionem consuluit, intensius habeat gaudium, quàm alij, & illuminationem profundiorẽ: non tamen conuincit, quod cæteri gaudium non habeant, cum proprium sit fructum commune gaudium habere.



## DISPUTATIO XXVI.

Num pueris statim ac habent vsum rationis, sit sacra Eucharistia danda, vel sit expectandum tempus decimi saltem anni?

### SVMMARIVM.

Argumenta à parte affirmatiua, n. 1. 2. & 3.  
 Authoris iudicium, n. 4.  
 Doctores Authoris sententiam tuentes, n. 5.  
 Opinio præcedenti contraria & illius fundamentum, n. 6.  
 Labefactio opinionis contraria, n. 7.

Præteque suam sententiam contrarij ex cap. omnis virtusque sexus, num. 8.

Infringitur defensio, n. 9.

Peccant parentes puerorum secundum se loquendo, non sinentes eos communicare statim ac sciunt peccare, num. 10.

In quo viget præcipua difficultas disputationis? num. 11. & 12.

*Enodatur difficultas vtilis doctrina, num. 13.*

*Pueris nobilium personarum regulariter loquendo ob urbanam educationem aduenit citius rationis usus, ob quod citius ministranda erit eis Eucharistia, num. 14.*

*Autores plurimi censentes pueris in articulo mortis ministrandam Eucharistiam statim ac capaces sunt sacramenti Penitentia, asserere deberent etiam in salute ministrandam, n. 15.*

*Quinam Auctores censeant in articulo mortis ministrandam Eucharistiam pueris statim ac habiles sunt ad sacramentum penitentia, n. 16.*

*Aduertentia vtilis ad disputationem, num. 17.*

*Pueri non communicantes in Paschate, nec excommunicatione, nec penis Canonis ligantur usque ad annum decimum quartum, n. 18.*

*Ad argumenta respondetur, n. 19, 20, & 21.*

*Recopilatio eorum qua disputatione continentur, num. 22.*

1.



**V**IDE TUR sanè expectandum esse saltem decennium: vsus enim rationis æqualis non est circa quamcumque materiam, vt communiter tenent omnes; & specialiter videndus Zumel. 1. 2. quæst. 89. art. 6. item Vazquez 1. 2. disp. 149. per tot. (Nec obstat contrarium sententia Victor. in Relection. de puero qui peruenit ad usum rationis, 1. part. Relect. num. 19. & 2. part. in fin. 2. Relect.) cum cognita difficilior sit vna materia, quam alia: difficilior enim ex principiis naturalibus deducetur conclusio in materia difficiliore, quam in facili. Similiter contingit hominem aptiorem esse ad vnam scientiam, quam ad aliam; & circa vnum præceptum dari ignorantiam, non tamen circa aliud. De quo communiter DD. cum D. Thom. 1. 2. quæst. 76. per tot. At maior discussio requiritur ad distinguendum inter cibum corporalem, & cibum spirituales, quam ad distinguendum inter bonum & malum. Conclusio namque, quòd cibus Eucharistia distingatur à cibo corporali, & quòd sit recipienda cum maxima reuerentia, quòd causet gratiam, &c. est conclusio deducta ex principiis Fidei, idè què non ita facilis, vt sunt illa quæ deducuntur ex principiis naturalibus. Quamuis igitur pueri habeant usum rationis in aliquibus materiis naturalibus, imò & discernant inter bonum & malum, ac peccatum mortale committant; non est credendum, vnum rationis sufficientem habere ad recipiendam Eucharistiam.

2.

Deinde ad reuerentiam huius sacramenti attingit, vt non suscipiatur ab illis, qui licèt velint agere gratias de recepto beneficio, mysterium illius considerare, quietudini, & contemplationi incumbere illo ipso die, aut saltem illa hora susceptionis, natura prorsus incapaces sunt pro certo tempore ad ea agenda (natura dico incapaces, vt excipiam amentes, non tamen à natiuitate, aliosque infirmos, qui prædicta per accidens agere non possunt, cum alias natura sua capaces essent) pueros sanè quis non vider, quieti & contemplationi se dedere non posse, naturamque illorum id minime permittere; & inhabiles ad agendum gratias penitus esse: quas quidem referre, cognitionem accepti beneficii præsupponit: quod tamen inculpabiliter pueri ignorant.

3.

Præterea fugiendum semper est introducere nouum usum in Ecclesia, tam circa ceremonias Sanchez Selecta.

sacramento, quam circa administrationem illorum. Si quis in Ecclesia Latina in pane fermentato consecraret, peccaret vtique, aut si baptizans diceret pro forma, *Baptizetur seruus Christi*. Ita communiter omnes. (Nec adducendi sunt Auctores pro rebus controuersiam nullam habentibus.) At qui pueris, qui nondum attigissent saltem decimum annum, Eucharistiam porrigeret, vsum nouum introduceret in Ecclesia ad administrationem Fideles excitarem ob rem insolitam. Quisquis ergo iudicauerit ex principiis intrinsicis, pueris illicè ac peccare norunt, administrandam Eucharistiam, abstinere debent à porrigenda, ex principiis extrinsecis, ne scilicet vsum nouum & inusitatum introducat contra communem Fidelium assensum, & Doctorum consensum: solùmque erit illi sic iudicanti permillum rationes suas Summo Pastori proponere discernendas, an sint efficaces ad præcipiendum, quòd pueris statim vbi peccare norunt, detur Eucharistia; vel saltem si non præcipiat, permittat quemlibet sequi suum iudicium in dando, vel negando pueris Eucharistiam.

### *Auctoris iudicium.*

**C**UILIBET puero statim ac peccare nouerit, distinguendo inter bonum & malum, ministrari debet Eucharistia, licèt sexto aut septimo anno. Nam præceptum de annua confessione, & suscipienda Eucharistia eodem tempore obligat Fideles: statim verò ac quis scit peccare, obligatur præcepto confessionis annuæ. Si enim infirmus, quispiam est spiritualiter, ex præcepto medicinam querere debet: igitur præcepto communionis; simul atque peccare norit, deuinctus erit. Vtriusque rei præceptum in cap. *Omnis variusque sexus de penitent. & remis* imponitur per hæc verba: *Omnis variusque sexus Fidelis postquam ad annos discretionis peruenerit, omnia sua solus peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio Sacerdoti, & iniunctam sibi penitentiam propriis viribus studeat adimplere: suscipiens reuerenter ad minus in Pascha Eucharistia sacramentum, nisi forte de proprio Sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab huiusmodi perceptione duxerit abstinendum: alioquin & viuens ab ingressu Ecclesie arceatur, & moriens Christiana careat sepultura.* Ecce obligari Fidelem ad communicandum in Pascha postquam ad annos discretionis peruenerit. Decernitur idem in Trident. sess. 13. can. 9. & in Concilio Colonien. 3. p. 7. cap. 19. vt num. 5. dicemus. Fateor tamen ratò in tam infantili ætate vsum rationis circa res morales aduenire: de quo recèdè Molin. 1. part. quæst. 14. art. 13. disput. 2. §. *Quo loco.* Quam sententiam sequitur expressè Manuale Tolet. de sacrament. Eucharist. can. 3. *Pueris Eucharistia conceditur, si in ea ætate sint & discretionis, vt discernere possint corpus Domini. Communiter ætas huic rei apta esse solet ab anno 10. usque 14.* Nec ex eo quòd ad contrahendum matrimonium ætas duodecim annorum sufficiat in foeminis, viris verò necessaria sit quatuordecim, arbitrandum erit, prius foeminis quam viris vsum rationis oriri, ius namque eandem ætatem septennij scilicet viris & foeminis constituit, de quo latè Sanchez lib. 1. de matrim. disp. 16. numer. 2. & ob id ad sponsalia eadem ætas se-

premissis scilicet requiritur in feminis & viris , ad contrahendum verò matrimonium cum desideretur potentia ad coeundum , & in masculis tardius adueniat, sic maior in illis requiritur ætas.

Nec minor discursus requiritur ad præceptum confessionis , quàm communionis : imò si rectè perpendantur præcepta , maior ad confessionis , quàm communionis , vt expressè docet D. Thom. opusc. 65. §. De Eucharist. numer. 80. Arboleda-practica de sacram. nota 13. fol. 333. Multò enim plura cognoscere debet Fidelis , & consequenter puer , vt validè & fructuosè confiteatur ( nec disputamus modò an sit valida confessio , quæ non fuerit fructuosa ) quàm ad Eucharistiam suscipiendum : debet namque intelligere peccatum mortale animam occidere , à quo si velit liberari , ad confessionem confugere opus habere , cum proposito non reiterandi , cum dolore commissi , & cum animo satisfaciendi , quodque ob verecundiam vel timorem puerilem , quòd à confessio reuelabitur confessio , nullum peccatum debeat taceri ; quòd hoc sacramentum sit vnum ex septem gratiam causans ; quòdque reuerenter & deuotè suscipi debeat. Ad recipiendam verò Eucharistiam , nec ad eòdè difficilia perpendenda requirantur : sufficit enim solum , puerum credere sub hostia illi portigenda verè Christum esse , & iam non esse panem. Hoc itaque quare non cogniturum puerum peto ? Si quando confitetur , cognoscit absolutione Sacerdotis gratiam sibi conferri : dolore & proposito indigere , neque dimidiandam confessionem : etsi quoad cognitionem naturalem fortè difficilior sit cognoscere panem desinere , & Corpus Christi adesse , quàm absolutione gratiam conferri , respectu tamen Fidei æqualiter sunt cognoscibilia , seu credibilia : non enim maior autoritas ad credendum est in vno , quàm in alio , cum vtrumque sit reuelatum à prima veritate , quæ in dicendo eiusdem autoritatis est. Præterea debet cognoscere puer communicans , deuotè suscipiendam esse sacram Eucharistiam : quod an non cognoscat , dum suscipit sacramentum Pœnitentiæ reuerenter ? Item scire opus habet ieiunè suscipiendam esse : & hoc quare non cognoscat qui capax est ad cognoscendum , quòd dum confitetur , debeant habere dolorem de peccatis commissis , & proposito vterius non peccandi ? Facilius equidem instruetur puer ad seruandum ieiunium quàm ad concipiendum dolorem : fortè enim cogitabit dolorem corporis , capitis , vel cordis materialis necessarium fore : ad seruandum autem ieiunium nimis conferet cibum ei illo mane non portigri. Rursus concipere puero erit opus per aliquod tempus post communionem abstinendum esse ab expuitione saltem cum violentia. Quæ omnia postea notata inueni apud Zambranum de casibus in articulo mortis cap. 3. dub. 2. numer. 19. Quòd verò communicando Christum recipiat , & confitendo , non Christum , sed gratiam eius , non impedit quo minùs , tempore quo obligatur ad gratiam Pœnitentiæ suscipiendam , obligetur etiam ad recipiendum Christum : cum probatum iam sit , non altiorem discursum exposcere sacramenti Eucharistiæ , quàm Pœnitentiæ receptionem. At si dicas , licet non altiorem discursum exposcat , exposcere tamen maiorem reuerentiam , quàm puer pro illa ætate non possit sacramento exhibere. Inquirò à contrariis quannam ipsi reuerentiam

exigant à peccatore de anno in annum communicante ? Sanè non aliam , nisi quòd in gratia , & ieiunus. Igitur si puer in illa ætate Christum suscipit in gratia , & ieiunus , quid ei deest ad debitam reuerentiam ? Nam quòd puer illo ipso die , aut hora cum suis æqualibus colludat , nullo modo derogat reuerentiam , cum id sine peccato fiat in simplicitate cordis. Maiorem profectò irreuerentiam esse cogitari potest , quòd iam adulti ludant , & fortè cum periculo peccandi ; nec ob id tamen eis denegatur Eucharistia , vt rectè notauit Zambran. De Eucharist. cap. 3. dub. 2. num. 11.

Vterius dices , contra consilium de reuerentia Eucharistiæ debita agere adultos ludentes post illam susceptam : nec minùs & pueros contra hoc consilium acturos. Quod admitto ( & fortè non agunt ) verùm an defraudandi sunt tanto bono ob fractionem cuiusdam consilij ? Dum enim consilium sit Eucharistiam suscipere , & consilium , post acceptam , non ludere , salubrius sequendum erit , relicto minùs bonum afferente. At quis non videat , maius bonum conciliari puero communicanti , & consequenter maius malum ex contrario , quàm sit carentia boni obuenturi si post susceptum non luderet ?

Sed videamus Authores absolūtè docentes pueris ministrandam Eucharistiam postquam ad discretionem peruenerint : qui non distinguunt inter tempora confessionis , & communionis. Sic expressè D. Anton. 3. tom. tit. 14. cap. 12. §. 5. in princ. & sequitur sententiam Paludani in 4. dist. 12. quæst. 1. numer. 25. cuius Anton. & Palud. hæc sunt verba : *Et dicitur annus discretionis , non pueritatis , qui sunt anni nubiles infæmina 12. & 14. in masculo : sed postquam est doli capax , cum scilicet potest mortaliter peccare , tunc obligatur ad præceptum de confessione , & per consequentes de communionem , que simul dantur : quia ex quo potest peccare , debet remedium confessionis , & communionis adhibere.* Tenet idem Anton. 2. part. tit. 9. cap. 8. §. 2. circa marg. qui incipit. *Hoc militat pro confessoribus , & predicatoribus.* Vbi ait , quòd pati vinculo obligatur homo præcepto confessionis , & communionis. Et gloss. in d. cap. omnis vtriusque sexus non amplius requirit ad obligationem præcepti communionis , quàm quòd quis sit doli capax. Tabien. in sum. verb. *communicare.* num. 3. cuius hæc sunt verba : *Pueri cuiuscumque ætatis sint , si indicant deuotionem : erga sacramentum Eucharistiæ , vel petendo ipsum , vel adorando , vel ex quocumque alio ostendant se iam cognoscere statum salutis suæ , iam reuertuntur ad Eucharistiam suscipiendam.* Valent. 4. tom. disput. 6. quæst. 8. punct. 2. qui ait , quòd tempus quo admitti possunt pueri ad Eucharistiam , est , cum pollere incipiunt vsu rationis , vt possint discernere hunc cœlestem cibum à cæteris. Vnde colligimus , quòd quando sunt habiles & idonei ad confitendum , sciant inter illum cibum & alios discernere. Nec hic Author , sicut neque plures alij dicunt , diuersa esse tempora quibus obligentur pueri præcepto confessionis atque communionis. Tenet Pius V. in catechif. De Eucharist. num. 63. qui ait , quòd quando pueri habuerint aliqualem cognitionem , & gustum huius sacramenti sit illis ministranda Eucharistia. Concil. Trident. sess. 13. can. 9. ait : *Si quis negauerit omnes & singulos Christi Fideles vtriusque sexus , cum ad annum discretionis peruenerint , reueri singulis annis saltem in Paschate ad communicandum ,*

*dum, iuxta præscriptum sanctæ Mariæ Ecclesiæ, anathema sit.* Unde haud facile excusari possunt contrarium censentes, quin aduersentur Concilio, docentes non esse præceptum Eucharistiam recipiendi Fidelibus positum, licet peruenerint ad usum rationis: cum contraria propositio determinetur expressè in Concilio. Ait enim, negari non posse non teneri Fideles Eucharistiam suscipere cum primùm peruenerint ad annum discretionis. Idem decernitur in Concilio Coloniensi part. 7. c. 19. *Ab omnibus qui ad discretionis annos peruenerint, confessis & contritis Eucharistia sumenda cum reuerentia suscipiatur.* Docet etiam nostram conclusionem D. Thom. 3. part. quæst. 80. art. 9. in corp. & ad tertium, in fin. ibi: *Sed quando iam pueri incipiunt aliquantulum usum rationis habere, ut possint deuotionem accipere huius Sacramenti, tunc potest eis hoc sacramentum conferri.* Petrus de san Buena verit. en jornadas del alma a Dios fol. 247. Medina in summ. lib. 1. §. 42. Henriquez lib. 8. cap. 42. num. 3. qui ait, habentes usum rationis, sed debilem & imperfectum, ut sunt quidam Æthiopes, & semifatui, secluso irreuerentiæ periculo, admittendos esse ad eam unionem non solum in articulo mortis, sed etiam in Paschate; minimè tamen ad frequentem communionem. Si ergo semifatuis neganda non est Eucharistia, quare pueris capacibus ad dignoscendam malitiam peccati mortalis, danda non erit? Homines namque rudes, & farui quoad cognitionem, quam exposcunt Authores, ut possit illis ministrari Eucharistia, cum pueris comparantur. Nec præfatus Henriquez scio, qua ratione, num. 4. dicat, pueris, non dandam esse, dum id admittat de semifatuis, & debilem usum rationis habentibus. Præterea dicant nobis contrarij, quomodo non habeat aliqualem usum rationis, & deuotionem qui ad confitenda sua peccata idoneus est: cum etiam ad sacramentum penitentiae sit habenda deuotio. Ledesin, in summ. 1. part. tractat. *De Eucharist.* cap. 15. concl. 3. ait, nullam determinatam ætatem requiri ad suscipiendam Eucharistiam, sed dandam quando confessario ita videbitur. Et idem dicit Viuald. tract. *De Eucharist.* num. 99. Marcill. in memorial. Composel. fol. 17. Inuunt etiam Authores à nobis allati, num. 16. qui etsi dicant, quòd regulariter non sit administranda Eucharistia pueris statim ac norunt peccare: si tamen confessarius iudicet prudenter quòd habeant usum rationis sufficientem ad communicandum, poterit illis administrari Eucharistia. Docet Antonius de Literat. in summa summar. 1. part. *De sacram. Eucharist.* cap. 22. num. 8. Fauet Rain. in summ. tract. *De idoneitate sanctorum Eucharistiam*, §. 5. & Astensis in summ. 1. part. lib. 4. tit. 17. art. 4. quæst. 3. qui licet asserant ante decimum annum non esse illis ministrandum, ideo parant, quia usque ad illam ætatem discretionem carent. Igitur si deret casus, in quo puer ante decimum annum discretionem polleat, ex mente horum Authorum ministranda erit Eucharistia. Et docet Granado de legit. fol. 252. num. 37. cum dicat præceptum annuæ communionis ut plurimum non obligate pueros ante decennium. Cum igitur dicat *ut plurimum*, sentit in aliquo casu obligate ante videlicet dum adfuerit rationis vsus. Puteanus tom. 2. quæst. 80. art. 12. dub. 2.

Et fauet huic opinioni exemplum illud in Pròptuario discipuli exempla de E. Exempl. 26. de Sanchez Selecta.

puero nonem annorum, qui cum in articulo mortis Eucharistiam sibi porrigi postularet instanter, Sacerdote tamen iudicante non esse tutum illi ministrati, hostiam non consecratam detulit. At puer statim clamans dixit: *Quare me decipere uultis?* Quo cognito à Sacerdote, intelligenteque à Spiritu Sancto fuisse reuelatum, Corpus Christi suscipiendum afferens, puero communicauit, & deuotè ac sanctè puer recepit. Plures numero fauent Authores aduersarij, ut uidebimus, num. seq. quàm nobis: semper tamen plus rationi euidenti defero in illis, in quibus propter rationem est iudicandum, uideatur Thom. Sanchez lib. 3. de matrim. disput. 16. num. 4. qui circa illam quætionem: *An ex scientia habita in confessione possit quis negare suffragium penitentis?* retulit pro parte affirmatiua 99. Authores, pro negatiua solum Arnillam, verb. *Confessor*, num. 7. & Bañez 2. 1. quæst. 33. art. 8. ad fin. §. *ad confirmationem responderetur.* Et non obstante multitudine illa Doctorum huic secundæ adhaere ob rationem sibi conuincentem. *Amicus Plato, amicus Socrates, sed magis amica ueritas.*

Nec scio sanè, quanam ratione censcat Hentig, dicto lib. 8. cap. 42. num. 3. & 4. frequentiam communionis esse fatuis negandam, si semel concedat. in Paschate dari debere: si enim quando semel communicant, nullam committunt irreuerentiam, nec committent pluries communicando: cum tam homo suscipiens, quàm sacramentum susceptum semper unum & idem sint. Neque imaginari possum, quomodo hodie communicando oriatur de nouo irreuerentia, quæ heri suscipiendo Eucharistiam non fuit orta, dum actio sit eadem in specie, sacramentum idem, & homo qui suscipit sit cum eodem usu rationis hodie, quo fuit heri. An irreuerenter accedit secunda uice, qui accedit cum gratia comparata ex prima communionem? Hinc fit, falli Ledesin. 1. part. summ. cap. 13. conclus. 6. tract. *de Eucharist.* Zambran. *de Eucharist.* cap. 3. dub. 2. numer. 13. dum asserant, pueris non ita frequenter dandam esse Eucharistiam, ac adultis, & sic sufficere ministrari uel semel in anno, aut in iubilæo, uel simili casu.

Maud ignoro, contrarium nostræ opinioni re-lata num. 4. censere Nauarum in summ. cap. 21. num. 57. Suar. tom. *de Eucharist.* disput. 70. sect. 1. Vazquez tom. *de Eucharist.* disput. 214. cap. 4. num. 38. Caietan. in summ. verb. *communio* §. *tertium est tempus.* Graff. 1. part. *decision.* lib. 2. cap. 38. num. 14. & 15. Mamlet. Rodr. in summ. cap. 64. 2. conclus. dicens, regulariter ante decimum quartum annum non tenet patulos communicare. Et idem dicit Soto in 4. distinct. 12. quæst. 1. art. 9. ad fin. & art. 11. §. *Secundo adiucimus.* Medin. in summ. in 3. præcept. Eccles. §. 42. Sa uerba *Eucharistia*, num. 12. Lopez *Instruct.* 2. tom. cap. 11. §. *præterea.* Azor lib. 7. 1. tom. cap. 41. quæst. 10. Syluest. verb. *Eucharistia*, 3. quæst. 5. dicto 7. Armill. verb. *communicatio*, num. 1. Palud. in 4. dist. 12. quæst. 1. art. 5. Palat. in 4. distinct. 9. disput. 11. col. 9. Summa Coron. *de Eucharist.* numer. 64. §. *Sed quid dicendum de pueris.* Tolet. lib. 6. cap. 15. num. 3. Videtur tenere Lucius in summ. in explicat. 4. præcepti Eccles. ante notam 2. Cañedo in summ. tract. *de Eucharist.* cap. 5. in princip. Chaves ex scriptis, Victor. *de Confectione*, numer. 139. Cordub. in summ. cal. 60. circa med. Angel. verb. *de Eucharistia*, num. 12. Arboled. *Pract. sacrament. de Eucharistia*.

6.

*eharist.* not. 13. in princip. Reginald. 2. tom. prax. lib. 29. num. 82. Henriquez lib. 8. cap. 42. num. 4. *Egid. de sacrament.* quæst. 80. art. 1. dub. 4. n. 102. Filicijus tom. 1. tract. 4. cap. 7. num. 192. Salas *de legib.* disputat. 14. lect. 13. num. 127. Alensis 4. part. quæst. 49. artic. 2. memb. 5. Zambran. in sum. *de Eucharist.* cap. 3. dub. 2. numer. 7. Ochagau. tractat. 2. *de Eucharist.* quæst. 17. numer. 5. Villalob. in sum. tractat. 7. difficult. 42. numer. 6. Angles 1. part. *de suscipiendis Eucharist.* fol. 131. numero 258. Posséuin. *de offic. Curat.* cap. 8. num. 9. Vega *en espejo de Curas.* 1. tom. cap. 11. numero 129. Margarita confessorum, fol. 227. edita à Dominico Baltanas ordinis Dominicani. Zerol. prax. pœnitent. fol. 105. Ludouicus de S. Ioan. 1. part. sum. tract. *de Eucharist.* quæst. 7. art. 11. fol. 173. Fagundez 3. præcept. lib. 1. cap. 4. num. 7. Hurtado *de Eucharistia.* disput. 10. difficult. 4. asserentes prius aduenite pueris tempus obligationis præcepti confessionis, quam communionis, eo quod minus rationis vsus & discretio requiratur, vt quis confiteri, quam communicare debeat. Nam ad obligationem præcepti confessionis dicunt, solum requiri scire discernere inter bonum & malum, ad Eucharistiam verò suscipiendam maiorem cognitionem desiderari.

7.

Miror tamen, hos Authores adeo graues id solum exposcere ad obligationem præcepti confessionis: nam demus aliquem cognoscere, quale sit peccatum mortale, & esse ex alia parte adeo rudem vt nesciat quid sit dolor de peccato, quidvè propositum de non peccando vterius. Isto euentu inquit, an obligent puerum ad confitendum peccata? Si non, eos vinco, fatentes iam, vt obliget præceptum confessionis aliquid aliud requiri præter discretionem inter bonum & malum. Nec dicent obligari puerum ad confitendum, cum capax non esset apponendi necessaria ad confessionem: alias enim obligaretur ad efficiendum confessionem nullam sine sua culpa, vt omnibus perspicuum est. Si verò dicant, esse moraliter impossibile puerum capacem cognoscendi mortale, incapacem esse ad cognoscendum propositum & dolorem necessariam ad confessionem, negandum esse quisque confitebit. Nam ad cognoscendum aliquas actiones esse peccata mortalia, vt quod nullus sit occidendus, nec res aliena à domino eripienda: quod benefactores non sint odio habendi, & alia huiusmodi, statim quis lumine primorum principiorum percipit, nec indiget discursu. At quod, vt peccatum commissum remittatur, necessaria sit dolor, & propositum de nouo non committendi illud, nec alia mortalia, non lumine rationis cognoscibile est, sed lumine Fidei supernaturalis. Et ob id Concil. Trid. sess. 14. Can. 4. tanquam de Fidei definit ad integram & perfectam remissionem peccatorum requiri in pœnitente tres actus, contritionem scilicet, confessionem & satisfactionem. Et can. 5. definit, *eam contritionem que paratur per discussionem, collectionem & detestationem peccatorum, que quis recogitat annos suos in amaritudine anime sue, ponderando peccatorum suorum grauitatem, & multitudinem, fedicitatem, amissionem eterne beatitudinis & aeternam damnationis incursionem cum proposito melioris vite, esse veram & eandem dolorem, & preparare ad gratiam; nec facere hominem hypocritam, & magis peccatorem.* Cum ergo Concilium dolorem & propositum esse necessa-

rium ad confessionem definit, euidens est, lumine orationis naturalis cognosci non posse. Nam licet Deum esse sit Articulus Fidei, & cognoscibile etiam lumine naturali, nemo tamen ignotet definitum esse, quia non omnes capiunt demonstrationes quibus conuincitur Deum esse. Sic docent plures: quod dum accedit demonstratio de ista propositione *Deus est*, definit esse Fides circa illud obiectum: repugnant namque Scientia & Fides de eodem, vt docent Magist. in 3. distinct. 24. §. vltim. D. Thom. 2. 2. quæst. 1. artic. 5. in corp. & ad tertium. Et idem dicit Vazquez 1. part. disputat. 4. cap. 2. Saltem de illa scientia, quæ per proprias species habetur. Et idem reperit disputat. 139. Capreol. in 3. distinct. 25. quæst. 1. artic. 2. Richard. distinct. 24. quæst. 3. Scot. quæst. vnic. 5. *Ad confessionem*, Molin. 1. part. quæst. 1. disputat. 4. §. *Hæc tamen opinio*, Torres 2. 2. disput. 8. dubio 6. Aragon. 2. 2. quæst. 1. articulo 9. in fin. Gabriel. quæst. 7. Prolog. super Libros sentent. in princip. Rua in controu. 1. tomo, controu. *De unitate Dei*, 4. concl. fol. 105. At si contrarij affirmant, quemcumque puerum ad cognoscendum peccatum habilem, capacem etiam esse ad cognoscendum propositum, & dolorem de cætero non peccandi: si hoc inquam affirmant & doceant, fieret inde quod inutiliter definitum esset ab ecclesia, quod ad confessionem sit dolor & propositum non peccandi necessarium, cum illa possent cognosci facile ex viribus naturæ. Cùmque sacramentum pœnitentiæ institutum fuerit à Christo, aliis conditionibus potuit illud institueri, ac instituit: non ergo lumen rationis ad cognoscendas conditiones quas modò habet, se potuit extendere: nec vnquam imaginari, quod tale medium possibile foret ad remittenda peccata: sicut nec imaginari ex solo lumine rationis esse possibile Deum hominem fieri. Nec definitum est ab Ecclesia dolorem & propositum necessaria esse ad confessionem, dicit quis, quia lumine rationis non sunt nota, sed quia aliqui hæretici ea negant non obstante lumine rationis dictante. Sicut multi admittere tenuerunt fornicationem simplicem peccatum esse, cum sit lumine naturæ cognoscibile crimen esse: adeo deprauata voluntas intellectum ad se pellicit, vt nota lumine naturæ cogat negare. Obiectio equidem hæc vtilis est non obicienti, sed mihi: nam quod fornicatio simplex peccatum sit, non adeo ex lumine naturæ cognitum existit, quin intellectus indigeat discursu, de vno in aliud deueniendo ad eliciendam conclusionem, scilicet: *Ergo fornicatio simplex est peccatum.* Hinc si puer cognoscens aliquod esse peccatum, indiget discursu ad cognoscendum dolorem & propositum fore necessaria, sequetur quod intulimus contra Authores allegatos, posse contingere puerum esse capacem ad cognoscendum aliquod esse peccatum mortale: & non ad cognoscendum dolorem & propositum fore necessaria ad confessionem: præterquam quod etiam illis gratis daremus propositum de cætero non peccandi requiri, fore cognoscibile lumine naturæ, hoc solum euenit in illo genere peccatorum de quibus pœnitens se accusat: verbi gratia, si accusat se de furto, cognoscibile foret lumine naturæ, quod debeat adesse propositum amplius non furandi, non tamen non occidendi, aut fornicandi: nam ad hoc cognoscendum vteriori discursu indigebit pœnitens: sic illum formando. *Ideo est necessarium*

rium propositum de nunquam furando, quia non bene coherent quempiam se accusare de furto, veniam petendo: & habere animum iterum furandi: id enim displicet Deo & amicitiam dissolvit, sed etiam amicitiam Dei dissolvit habere animum committendi aliam offensam contra Deum. Igitur propositum de non occidendo est fornicando necessarium etiam est ad valorem confessionis. Ecce qualiter non tam protractus discursus sit necessarius ad cognoscendum propositum de cauendo peccata in eodem genere, de quibus quis se accusat, quam ad cognoscendum propositum cauendi peccata alterius generis.

8. Protegunt se contrarium opinantes, specialiter Suarez disp. illa 70. sect. 1. fere in princip. quod Concilium Lateranense in illo cap. omnes virisque sexus in ipsis verbis, insinuaerit differentiam inter sacramentum Pœnitentiæ & Eucharistiæ: nam confessio absolute præcipitur, communio verò cum quodam ordine & respectu ad prudens iudicium Confessarij. Signum itaque euidens est, aiunt, non æquo tempore vim obligandi inhære illis præceptis confessionis & communionis.

9. Munimen obruru facile. Nam quando in illo cap. dicitur fideles teneri Eucharistiam suscipere postquam peruenerint ad discretionem, nisi forte de proprij Sacerdotis consilio, ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab huiusmodi perceptione abstineant; non ideo dictum est, quasi non statim, ac obligat præceptum confessionis, obliget etiam communionis: sed quia aliqua possunt offerri causæ quibus excusetur quis à transgressione præcepti communionis, etsi in Paschate Eucharistiam non suscipiat, v.g. quando distulit absolutionem confessarij vt experiretur, an propositum pœnitentiæ sit firmum, ex mente aliquorum, vt diximus disput. 9. num. 3. & 4. aut quia absoluerit neuiquam poterat, donec pœnitens occasionem proximam peccandi vitaret. Quo casu in Paschate non communicans fidelis, minimè erit reus præcepti (& pœnas impositas in prædicto cap. vitabit. Nam si confessarij sit proprius Parochus qui sciat ad obedientiam venisse fidelem, illum non accusabit, aut si alius à Parocho narret Parocho ex consensu pœnitentis veritatem in secreto, qui credere ei tenebitur.) At nulla potest offerri occasio vel saltem difficilior multò, quòd quis non confiteatur: & ob id Concil. Lateran. in prædicto cap. absolute præcipit confessionem, communionem verò in ordine ad confessarij.

10. Hinc fit, secundum se loquendo peccare parentes puerorum, & confessarios non sinentes illos communicare statim ac peccare norunt, cum causa sint transgressions præcepti communionis. Excusantur tamen à peccato, quia sequuntur iudicium multorum sapientium, quos supra retulimus num. 6.

11. Obiciet tamen quis aduersus nostram conclusionem, quòd confessarij non possit licite Eucharistiam porrigere pueris sexto aut septimo anno quando iam norunt peccare.

12. Videtur non posse, ne contrarium se consuetudini prodat. Consuetudo namque non administrandi pueris Eucharistiam, non est solum permissio, sed etiam approbationis. Igitur legem generat, cui contradenente, peccatum erit, est enim recepta doctrina apud omnes 1. 2. quæst. 97. artic. 3. cum Diuo Thom. quòd consuetudo à Principe approbata vim habeat legis non scriptæ, & detoret legi scriptæ. De quo videndus Vazquez 1. 2. disp. 167.

cap. 2. numero 23. & Suarez tractatu de legibus lib. 5. cap. 2. & 3. dum consuetudo manifesto vsu introducatur, vt ad notitiam Principis deuenire possit, qui illam neuiquam approbaret, nisi cognosceret; & præsertim si sit iusta, & nullo modo contra rectam rationem, vt præallegatus Vazquez num. 56. Quis autem dicat consuetudinem non administrandi Eucharistiam pueris statim atque norunt peccare, esse contra rationem naturalem? Non quidem rationi aduersa erit, quia aufertur illis medium necessarium ad salutem, cum reali susceptio Eucharistiæ solum sit necessaria necessitate præcepti: quod etsi sit diuinum, vsus Ecclesiæ potuit determinare, non statim ac scit puer peccare, obligandi vim habere, sicut determinauit semel in Paschate à fidelibus sacram esse suscipiendam Eucharistiam. Nec etiam illa consuetudo contra rationem erit, quasi inde probaretur pueri gratia sacramentali: quia inde probaretur esse contra rationem paruulis recentè natis Eucharistiam non porrigi; iridemque probaretur esse contra rationem, vsu calicis fidelibus negare in opinione consentium distinctam gratiam recipi ex vsu calicis, quàm ex vsu corporis adhuc eadem dispositionem perseuerante, inter quos est Alexand. in 4. quæst. 11. membro 2. art. 4. §. 3. ad secundum, Vazquez tom. de Eucharist. disput. 21 §. cap. 2. Probabilem reputat Suarez de Eucharist. disput. 63. sect. 6. Nuño vtramque defendit vt probabilem 3. parte quæstion. 80. artic. 12. & vtramque dicit esse aliquorum Thomistarum, & explicat S. Thom. Probabilem reputat Sorus in 4. distinct. 12. quæst. 1. art. 12. & alij quos citat Enriquez lib. 8. de Eucharistia, cap. 44. in comment. circa §. 5.

Si igitur nulla ex parte contra rationem est pueris statim ac sciunt peccare, Eucharistiam negare, imò magis ad rationem accedat non exhibitio eius, propter reuerentiam Sacramenti, & incapacitatem puerorum cum referentiam gratias ob beneficium susceptum, consuetudo introducta de non ministranda Eucharistia vim habebit legis, cui non parere peccatum erit. Si non, assignent nobis contrarij rationem aliquam ob quam vim legis habere non possent. Præterquam quòd si consuetudo illa non esset approbationis vim legis habens, sed solum permissio, sequeretur non æquè summum Pontificem talem consuetudinem permittere, cum esset in detrimentum animatum puerorum, qui gratia sacramentali defraudarentur, nulla stante lege obligante, nec consilio ad negandum inducente, cum potius esset contra consilium tanto bono pueros defraudare, & ex alia parte contra nullum esset præceptum Eucharistiam ministrare.

Etsi difficilis sit, labefactatur tamen obiectio. Est enim duplex consuetudo: alia quæ solum excusat à transgressione alicuius præcepti: & tunc non peccabit quis, licet contra consuetudinem operetur, imò actum virtutis efficiet, verbi gratia. si in aliquo oppido esset consuetudo certo die non ieiunandi, antea tamen per legem, aut per aliam consuetudinem ieiunabatur; ieiunans ita contra consuetudinem introductam de non ieiunando, crimine vacat, & potius actum virtutis abstinentiæ exercet. Alia verò est consuetudo quæ non solum non excusat, sed accusat operantem contra illam, vt si in aliquo oppido esset consuetudo certum diem sanctificandi, peccaret vti-

que qui contra consuetudinem ageret. Vnde consuetudo quæ liberat ab onere exercendi aliquem actum virtutis, potest frangi sine peccato, quia solum inducitur ad liberandum, & non ad onerandum. Consuetudo verò quæ præcipit actum virtutis, frangi non potest sine peccato, cum introducta sit ad onerandum, & non ad liberandum. Sic vna consuetudo potest dici præceptiua, alia liberatiua. Consuetudo igitur non administrandi pueris statim ac sciunt peccare, Eucharistiam, non est præceptiua, quæ videlicet præcipiat oppositum non fieri, sed solum liberatiua, qua excusantur pueri à præcepto communionis, vsque dum habeant plenioram discretionem, ex opinione Doctorum hoc sic esse faciendum docente. Fit ergo, confessarium puero simul atque nouit peccare, Eucharistiam ministrantem, tantum abesse à peccato, vt potius rectè & consulte agat, cum sit causa maioris puero emolumenti, & sit quoque satis probabile & mihi certum, deberi in illa arate ministrari.

Eadem ratione etiam, consuetudinem nullam de non administrando pueris, statim ac sciunt peccare, Eucharistiam, esse approbationis, & non solum permissionis: imò necessarium est esse approbationem à Pontifice, vt transgressio præcepti non imputetur. Quia ratione nisi multi ex allegatis Auctoribus in num. 6. tenent, quòd licet regulariter non sit ministranda Eucharistia, pueris statim, quòd norunt peccare: si tamen confessarius præsentiret de puero sufficientem habere vsum rationis ad communicandum, poterit Eucharistiam illi administrare, etiamsi non peruenit ad communem cum aliis aratem. Sic tenent in terminis Tolet. in summ. lib. 6. cap. 1. §. num. 3. Summa Coron. De Eucharist. num. 64. Zambran. in summ. tract. De Eucharist. cap. 3. num. 10. Medin. in summ. in explicat. 3. præcept. Eccl. §. 42. qui non solum dicit, quòd possit tali puero ministrari Eucharistia, verum quòd teneatur puer suscipere, Azor tom. 1. lib. 7. cap. 41. quæst. 10. fin. licet addat, vitandum esse aliorum offensionem, ne admodum paruum, quamuis aliqui iudicio pollentibus, publicè communicari conferatur. Tene Cajetan. in summ. verb. *Communio*, §. *Tertium est tempus*, Ludovic. Lopez 1. tom. cap. 11. §. *Præerea*, licet limitet sicut limitauit Azor. Cui tamen limitationi non credo: nam offensio illa erit Pharisæica nata ex propria offensi malitia, & non causata à puero communicante.

Eadem ratione probaretur, quòd si aliqui offensionem acciperent ex eo, quòd alios adultos videant communicare, illi tenerent non communicare. Iniquè quidem iudicant minus decenter admitti ad communionem pueros, cum deberent credere illud examen ad se non pertinere, sed ad confessarios, vel puerozum parentes, quos suum munus in illa parte rectè obisse credendum est. Et poterit prouideri dicto scandalo, docendo publicè communionem pueris apris, & idoneis posse, & debere dari. Quod notauit Zambran. De Eucharist. cap. 3. dub. 2. num. 9. Solum exorietur ad summum quædam admiratio: at propter admirationem, nec opera præcepti, nec consilij vilo modo relinquenda sunt, vt in solut. ad 3. dicemus. Sentiant igitur hi Authores, consuetudinem de non administranda Eucharistia pueris, approbationis esset, non tamen præceptiua, sed solum liberatiua à transgressione præcepti. Quod

dixit Arboled. Pract. sacrament. De Euchar. nota 13. ferè in medio. §. *Digo que no importa*, obicitur tamen verbis.

Cumque multum conducat ad accelerandum rationis vsum bona educatio, & viuere inter personas politicas & vrbanas, quæ curant de actionibus puerozum dirigendis, quales sunt nobiles: non dubito (regulariter loquendo) pueris Principum & nobilium personarum citius administrandam Eucharistiam. Ed quòd ipsis citius adesse rationis lumen rationabiliter præsumatur. Sic Reginald. 2. tom. Prax. lib. 29. num. 82. Hi citius etiam præcepto confessionis obligantur. Idem tenet Ochagau. De Eucharistia, tractat. 2. quæst. 17. num. 5.

Notandum præterea à confessariis, quòd sub specie & prætextu Religionis, scilicet reuerentia erga Eucharistiam, negando illam pueris, occasio illis datur citius, & in plura peccata incidendi. Auxilia verò quæ ex sumpra Eucharistia pueris obuenerent, illos protegerent, vt rarius, & tardiùs peccarent: aliquando namque quòd perfectioris boni, quòd minus bonum est, defenditur, sicut ex studio dæmonis vitium multoties virtutem se esse mentitur, ait D. Gregorius scribens Ioan. Const. lib. 1. Reg. epist. 24. & refertur distinet. 42. cap. *sape*, per hæc verba: *Sape vitia esse virtutes. mentitur, vt tenacitas profirmonia, effusio largitas, crudelitas zelus iustitie, remissio pietas vellet videri.* Quod & notauit S. Ioan. Climac. in *scala spiritali*, cap. 26. fol. 167.

Nec scio qua ratione moti dicant quàm plures inferius allegandi, pueris in articulo mortis esse dandam Eucharistiam, statim ac sunt capaces Sacramenti Pœnitentiæ: & ex alia parte nolint admittere illis ministrandam in salute fore statim ac sciunt peccare. Nam si irreuerentia committitur quando in salute ministratur, eadem reperietur in articulo mortis, cum in vtroque tempore idem principium intrinsecum irreuerentiæ maneat, scilicet defectus deuotionis ob leuem cognitionem. Quòd si illa irreuerentia non obstante administranda est Eucharistia in articulo mortis, ne defraudetur puer tanto bono: cum eodem bono etiam defraudetur in salute, postponenda erit irreuerentia, dato quòd sit aliqua: quod tamen nunquam admitto. Nec tempus mortis auferet irreuerentiam, quia vt ipsi dicunt, irreuerentia est intrinseca actioni communicandi, quando cum leui cognitione sacramentum suscipitur: tempus verò extrinsecè comparatur ad actionem communicandi: certum autem est id quòd extrinsecum est actioni, non posse auferre quòd est intrinsecum illi. Aut si nulla reperitur irreuerentia communicando in articulo mortis, nec etiam in salutis tempore erit, cum idem defectus rationis in vtroque casu reperitur: & temporis differentia nihil conducat ad reuerentiam, vel irreuerentiam.

Nec satisfacit quòd dicunt contrarij, in articulo mortis dandam esse Eucharistiam, cum ex vna parte puer capax sit sufficientis reuerentiæ & Fidei sacramenti, & ex alia sit in periculo in quo non expectat commodius tempus ad recipiendum sacramentum cum meliori dispositione. Sic disertis verbis Suarez 3. parte, disput. 70. sect. 1. in fin. qui dispensantem obligat sub mortali ad Eucharistiæ ministrandam, puerozum quoque, vt recipiat. Quod autem tempus commodius

14.

15.

dus non expectet puer in articulo mortis ad suscipiendam Eucharistiam cum meliori dispositione, non conuincit in mortis tempore fore ministrandam, non autem in salutis: nam inde probaretur nimis tardè esse dandam Eucharistiam, licet etiam pueri essent maximè capaces deuotionis, cum possent commodius tempus expectare ad vberioremem nanciscendam. Tum quia cum in receptione Eucharistiæ duo possint considerari interuenire consilia; vnum negatiuum, quòd quis videlicet non accedat ad sacram mensam, nisi feruenter & deuotè dispositus; alterum affirmatiuum; quòd quando est accessurus, curet deuotè disponi: dato iam quòd puer non sit capax huius secundi consilij adimplendi, scilicet quòd curet deuotè disponi, non est defraudandus Eucharistia ob defectum negatiui consilij, quia tale consilium negatiuum, videlicet quòd quis non accedat ad Eucharistiam, nisi sit feruenter dispositus, non est in sacra Scriptura, nec in sanctis Patribus, nec in aliquo iure, cum recipere Eucharistiam fructuosè semper sit aptius consilium, quàm carere illa ob timorem irreuerentiæ: qua ratione vsi sumus ad probandum laicos posse quotidie communicare, etsi non feruenter viuunt disputat. 22. & coniuges posse etiam communicare die habitæ copulæ dispnt. 23. Si ergo puerum, simul, ac nouit peccare, fateatur ipse Suarez habere sufficientem reuerentiam ad Eucharistiam suscipiendam, quam ratione expectabit commodius tempus? Cum melius non sit puero carere modò Eucharistia, quàm postea meliori dispositione eam suscipere, præferim vbi vtrumque possit assequi, & modò illam recipere, & in alio tempore meliori dispositione adornari ad eam suscipiendam. Annè vnum impedit alterum? Nullo modo, sed potius iuuabit, quòd modò recipiatur Eucharistia, vt ad secundam receptionem deuotius disponatur puer. Quapropter magis consequenter loquitur Corduba in summ. quæst. 60. & Vazquez tract. de Eucharist. disputat. 21 §. cap. 4. numer. 41. Ochagau. tract. 2. de Eucharist. quæst. 17. numer. 6. Qui cum censeant, non statim ac puer scit peccare, teneri ad communionem: nec etiam in articulo mortis onus communicandi iniungunt. Imò addit Vazquez absurdum esse ministrare pueris Eucharistiam, etiam in art. mortis simul atque norunt peccare. Cuius autoritate viri docti huius Curie Matritensis consuluerunt sub mortali, non esse ministrandam Eucharistiam puero cuiusdam magni Principis: minus tamen verè in consilio processerunt.

16.

Quòd autem in articulo mortis sit danda Eucharistia pueris statim ac sciunt peccare, censent Viuald. de Eucharist. num. 160. Caietan. in summ. verb. *Communio minister* in fin. Artil. ve. b. *communio*. num. 10. per hæc verba. *Aduerte tam. u. quandomque & vbiomque, & quibuscumque potest dari sacramentum penitentia, potest etiam dari in articulo mortis viaticum, quia pro eodem computat ius*; cap. quod in te, de penitent. & remis. At ex hoc cap. non rectè colligitur: nam ibi S. Pontifex Innocent. III. solum determinat, vt tempore interdicti Eucharistia ministraretur suscipientibus sacramentum Pœnitentiæ (aut suscipere desiderantibus.) Qui autem negant in articulo mortis esse ministrandam Eucharistiam ob defectum vsus rationis, id fas esse contradicunt: quod impedimentum tollere non potest Ponti-

fex, sicut potest impedimentum interdicti à Pontificio iure ortum. Sufficit tamen nobis Armillam & Caietanum tenere, quòd Eucharistia sit ministranda pueris in articulo mortis, licet non rectè colligatur ex cap. *quod in te*, ab illis adducto. Tenet Suar. 3. part. disput. 70. sect. 1. in fin. Salas de legib. disput. 14. sect. 13. num. 127. Nauarr. in summ. cap. 21. num. 57. in fin. qui etsi non iniungat obligationem, consulit tamen vt ministraretur. Arboled. Pract. sacrament. de Eucharist. nota 13. contrariam consuetudinem corruptelam appellans fol. 322. & rectè aduertens fol. 321. §. *Digo que no importa*, consuetudinem vt vim consuetudinis habeat quæ allegari possit, non ex negatione actionis fore desumendam, sed ex positio actû; ex eo ergo quòd pueris non sit solitum ministrari Eucharistiam, argumentum ex consuetudine desumi non debet. Et dicens, prædictam doctrinam colligi ex Bellarmino 2. tom. *contrauers.* c. 2. lib. 4. & ex Victor. in summ. De Eucharist. num. 84. colligit etiam eam ex Trident. sess. 21. cap. 4. cum dicat, quòd paruuli carentes vsu rationis non obligantur ad sacramentale Eucharistiæ communionem, eo quòd adeptam filiorum gratiam in illa ætate amittere non possint: Igitur dum pueri docti sunt capaces vt amittere gratiam possint, tenebuntur præcepto communionis. At huiusmodi deductio contrariis exigui roboris videbitur: ad hoc enim quòd Concilium iudicet non esse necessarium ministrare pueris Eucharistiam, sufficit, quòd gratiam baptismalem non possint in illa ætate amittere: vt verò ministraretur, non solum necessitas subiecti quod gratiam amisit, ponderanda est, sed etiam reuerentia sacramenti, quam exhibere in illa ætate puer non potest. (Aded autem Arboleda veram putat huiusmodi sententiam, vt dicat nullum esse Authorem qui contrariam teneat. Sed non vidit Cordubam, qui illius tempore iam erat. Postea Vazquez & Ochagau. tenuerunt, allegati num. 15.) Tenet Reginald. 2. tom. Prax. lib. 29. num. 82. tempore mortis ministrandam pueris Eucharistiam. Enriquez lib. 8. cap. 42. num. 4. fin. Zambran. de Eucharist. cap. 3. dub. 2. num. 14. Raymund. in sum. de idoneitate *summenium Eucharistiam*, §. 5. fol. 332. Nuño de Eucharist. quæst. 80. art. 11. difficult. 2. ad 3. arg. iuuat constitutio Synodalis edita à D. Andrea Pacheco Episcopo Conquensi, ann. 1602. qua præcepit Eucharistiam ministrari vt viaticum cui-libet, qui capax fuerit sacramenti pœnitentiæ in quacumque ætate. At Chonchæ multi docti sunt, qui huic constitutioni annuerent: & sufficit quòd à toto Clero fuerit approbata. Et idem præcepisse in ciuitate Segouienfi per aliam synodalem constitutionem refert Arboleda numero 13. fol. 321.

Aduerto tamen, quòd licet probauerimus eodem tempore obligare præcepta confessionis, & communionis, hoc intelligitur secundum quòd oritur obligatio à principijs intrinsecis naturæ humanæ, quatenus capax est homo rationis potens operari mortaliter, efficiendo videlicet actiones humanas. At si considerentur principia extrinseca obligationis, poterit contingere citius ligare præceptum Eucharistiæ, quàm Pœnitentiæ. Nam statim ac quis habet vsum rationis, præcepto Eucharistiæ constringitur, etsi gratiam baptismalem non amisit: sed non obligatur præcepto confessionis, nisi habeat peccatum mortale.

17.

18.

Considerandum præterea quod quamvis statim ac quis scit peccare, teneatur confiteri, & communicare, non tamen ligatur pœnis Canonis scilicet priuatione sepulturæ, & ingressus Ecclesiarum, aut pœna excommunicationis si in particulari diocesi sit imposita, si illorum mandatorum sit transgressor ante annos pubertatis, nempe 14. vt in cap. *pueris*, de delict. pueror. vbi Greg. IX. loquens de pueris ante annos 14. in quibus pubescunt, inquit, eos peccare posse, & subdit. *Quamuis in eis non ita vt in maioribus puniendi videantur*, scilicet peccata: quod idem decernitur in cap. *Referentes*, eod. tit. In feminis cum annus pubertatis sit annus duodecimus, non solû ad matrimonium, sed etiam ad contractus ligabuntur pœnis anno 12. Sic Vazque tom. de *Pœnitent.* quæst. 90. art. 2. dub. 4. num. 3. *Suar.* tom. 4. in 3. part. disp. 36. sect. ult. fin. Azor *1<sup>o</sup> tom.* lib. 7. cap. 40. quæst. 6. *Salas de legib.* disput. 14. sect. 13. num. 127. in fin. Henriquez lib. 8. de Eucharist. cap. 42. in fin. Manuel Rodrig. in 2. edit. 1. tom. *summ.* cap. 57. num. 2. Cord. in *summ.* quæst. 60. num. 4. Vega in *espejo de Curas*, tom. 1. cap. 11. num. 129. Sanchez in *summ.* lib. 1. cap. 12. num. 7. Valent. 4. tom. disp. 7. quæst. 9. punct. 4. in fin. sup. verb. *confessio*, numer. 3. Sor. in 4. distinct. 18. quæst. 2. arr. 3. in fin. Ochagau. tract. 2. quæst. 7. Granada de leg. fol. 252. num. 38. Lavman. 1. tom. tract. 4. c. 9. n. 6.

Nec obstat cap. *super eos*, & c. *pueris*, & cap. *quamuis*, de sent. excommuni. vbi decernitur pueros excommunicationem incurrere etiam ante pubertatis ætatem. Non, inquam, obstant prædicta capita: nam licet censura à iure lata incurri possit ante pubertatem, non tamen quæ ab homine fertur, vt dicit Vgol. de censur. cap. 17. §. 3. num. 5. referens Abbatem Socinum & alios, quia huiusmodi ætas non censetur sufficiens ad intelligendum ordinem iudicium, propter quod nec de iure citari potest: vt docet Granada de *legibus*, fol. 252. numero 38. vel dicendum cum Suarez tom. de censur. disput. 5. sect. 1. num. 19. quod licet valida esset excommunicatio que ab homine ferretur in impuberes, cum nullum ius inueniatur eam irritam reddens. Hurtado de censur. disp. 7. *Ag. d.* disp. 13. dub. 6. iniuste tamen ferretur ante pubertatem, & non secundum debitum ordinem: vnde cum Episcopus ferens excommunicationem in non accipientes Eucharistiam in Paschate, præsumatur iuste & secundum debitum ordinem procedere, præsumitur quoque nosse pueros ante pubertatem ligare: quod idem docet Filiucius tomo 1. tractatu 1. cap. 5. num. 130. Nec etiam incurrete irregularitatem puerum occidentem ante pubertatem, docet Auila de censur. 7. part. disp. 6. sect. 1. dub. 13. Henriquez cap. 3. numero 4. littera Z. Quidquid in contrarium doceat Granada de *legibus*, fol. 252. num. 38. & Sanchez lib. 1. *summ.* cap. 12. num. 8. ¶ Cùmque odia restringenda sint ex regula iuris in 6. *Odia*, &c. Fit excommunicationem nec ceteras pœnas incursumos pueros nisi post annum 14. impletum, & feminas post completum duodecimum. Vnde in hoc non audiendus erit Hurtado de *pœnitent.* disput. 7. difficult. 9. qui contra Cordub. in *summ.* quæst. 60. docet etiam impuberes non implentes præceptum annuæ confessionis incurrere pœnas decreti *Omnia vtriusque sexus*, & alias impositas ab Episcopis in suis diocesis; & idem docuerat de Euchar. disput. 10. difficult. 4. sine.

19.

Primum argumentum, hercle, intentum probaret, si puer obligaretur ad confessionem ex eo solû quod peccare nosset; sed vltra scire debet dolorem & propositum esse necessaria ad sacramentum. Qui verò capax est percipiendi hæc in sacramento pœnitentiæ, habilis etiam erit ad distinguendum inter cibum corporalem, & spirituale, vt explicauimus in ratione conclusionis.

Secundum argumentum, si contra nostram opinionem aliquid probaret, eodem modo conuincit, quod à puero non esset suscipiendum Sacramentum Pœnitentiæ, licet sciter peccare: ad hoc enim recipiendum etiam reuerentia necessaria est; Tum quia æquum valde sit puerum referre gratias pro beneficio pœnitentiæ suscepto: Tum quia nec quieti adiciuntur post Sacramentum Pœnitentiæ receptum. Nec ex eo quod dignum sit sacramentum Eucharistiæ maiori reuerentia, quam sacramentum Pœnitentiæ, conuincitur esse negandam Eucharistiam, quæ aliàs obligat ex præcepto ad sui susceptionem. Et nunquam præceptum relinquendum est ob adimpletionem consilij: præterquam quod nec etiam in duodecimo anno habent pueri capacitatem ad referendum gratias pro Eucharistia suscepta. Et hoc non obstante admittunt contrarij illis administrandam fore Eucharistiam.

20.

Ad tertium, Quando nouus vsus introducit sine sufficienti ratione & causa, vituperabilis est: laudabilis verò quando cum causa. Et non vsus non dandæ Eucharistiæ pueris vsque ad duodecimum annum, licet potius corruptelam ex incuria Parochorum, quam rationabilem consuetudinem iudicent Zambran. de *Eucharistia*, capit. 3. dub. 2. numer. 10. & Arboled. pract. sacramen. de *Eucharistia* nota. 13. fere in med. Iustam tamen exclamationem habere Parochos et sequentes Authores & regulas Manualium sacramentorum. Sed re magis pensata, illorum Doctorum quorum dictis Parochi sunt nixi, doctrinam tenendam non esse iudico. Olim etiam consuetudo erat non ministrandi Eucharistiam damnatis ad mortem: quam approbat Nauarr. in *Manual.* cap. 25. num. 21. & tamen iam reformata est ex Motu proprio Pij V. & lege Philippi II. anno 1569. vt opposito iuri diuino, & iuri positiuo, cap. *Quæsumus*, 13. quæst. 1. Extabat præterea consuetudo non confirmandi pueros nisi attigissent duodecimum, & decimum quintum annum, ex Concilio Aurelianensi, vt refertur de *Consecrat.* distinct. 5. cap. *vt ichinij*. Quod notauit Arboleda, vbi supra. Reformata tamen iam est, & datur infantibus. Non mirum ergo reformandam fore consuetudinem non ministrandi pueris Eucharistiam licet sciant peccare, sicut reformata est consuetudo contrahendi cognitionem ex copula illicita, vsque ad quartum gradum. Vide disp. 30. num. 9. Et quod hinc proueniat admiratio, nequaquam obest: opera enim præcepti & consilij relinquenda non sunt ob admirationem aliorum: sicut nec qui habet gratiam sanitatis tenebitur non curare ob admirationem circumstantium.

21.

Denique in compendium redigendo dicta in hac disputatio, notandum nullam determinatam ætatem requiri ad suscipiendam Eucharistiam: sed statim ac notum sit fidelem vsum rationis habere, præcepto communicandi obligari (censuræ

22.

(censuræ tamen siue pœnæ non communicantibus impositæ incurruntur neuiquam; nisi vsque ad decimumquartum annum, vel duodecimum in feminis, vt diximus num. 18.) Quod tamen vsus viget rationis, à confessariis examinandum est, & à parentibus puerorum. Imò contingit certius iudicare de rationis vsu parentes, quàm confessarios, cum frequentius cum illis conuersentur: possunt namque pueri memoriter solum retinere responsa ad interrogaciones necessaria ad communicandum, & minimè penetrare. Ob quod Manuale Toletanum de Eucharist. num. 3. fol. 22. asserit iudicium examinandum esse à parte, seu Sacerdote. Si tamen contingat puerum orbari parentibus, iudicium remittendum est ad eos, ad quos pertinet eius cura, ad tutorem scilicet, patrem vel dominum. At si eueniat, puerum iube nullius esse cura, vt contingit in vagantibus, ad confessarium totaliter erit examen remittendum. Nec censendum est adesse esse necessarium examen fieri à parentibus, confessariis, vel aliis, quòd absque illo illicitè communicet puer. Vnde si accidat puerum scire necessaria ad communionem, poterit Eucharistiam suscipere absque examine. At dices. Quam ratione dignoscet puer se scire necessaria ad communionem, nisi à patre, matre, confessario, vel aliis certior sit factus, quorum dictis fidat? Cognoscet, inquam, dum aduertit se cognoscere ea quæ ab aliis audiuit, esse necessaria ad communionem, vel quia librum legit, vel alia via. Quòd si accidat, parentes & confessarium discordes esse in iudicio sufficientiæ pueri; tunc, vel parentes sunt docti, vel saltem ingenij sufficientis ad dignoscendum, quando adsit rationis vsus; quando verò non: & tunc regula statuitur, quòd quoties parentes defendunt partem negatiuam, videlicet ministrandam non decere Eucharistiam puero ob defectum vsus rationis; standum est illorum iudicio potius, quàm confessarij ob rationem inferius adductam: è contra verò quoties patentes partem affirmatiuam tutantur, videlicet ministrandam esse Eucharistiam reclamante confessario, tunc huius erit standum iudicio, parentum deserto. Si verò parentes rudes sunt, standum erit confessarij iudicio, etiamsi parentes partem negatiuam protegant, videlicet, non oportere Eucharistiam puero ministrari, quia illorum iudicium tanquam imperitiosus habetur tunc. Et idem si parentes dubi-

tent de rationis vsu, minimè tamen confessarius, dictis enim eius erit tunc obtemperandum. Ex qua regula deducitur, quòd si parentes sufficientem esse puerum arbitrentur, confessarius verò neuiquam, magis illi quàm parentibus erit auscultandum: nam cum confessarius negotium gerat immediatius salutis spiritualis pueri, & illi dispensatio sacramentorum sit commissa, potius ei quàm parentibus erit annuendum. Econtra verò quando confessarius arbitratur sufficientia polleere puerum, minimè verò iudicantibus id parentibus, potius illis, quàm confessario standum erit. Quia cum agatur de reuerentia sacramento debita, & confessario notum fieri non possit de vsu rationis adesse sufficienter ac parentibus, credendum est in iudicio ferendo potius quàm parentes, decipi confessarium: eo quòd plura requirantur ad ministrandam puero Eucharistiam, quàm ad negandam. Ad non porrigendam sufficientiam quòd puer non penetret necessaria ad communionem: huiusmodique insufficientiam capiet confessarius, videns puerum nec respondere, nec intelligere quæ interrogantur: at vt ministraretur Eucharistia, non sufficit ad interrogata respondere, sed num penetrat cognoscere, quòd difficile cognosci quirit, parentibus reclamantibus puerum vsu rationis carere. Cum autem probatum efficaciter fuerit, puerum polentem rationis vsu ante septennium constitutum reddi Eucharistiam sumere semel in anno, & receptum communiter sit apud Doctores nulla lege Eucharistica posse obligari ante septennium, vt dicemus disput. 51. num. 31. si puerum infra septennium communicantem non ieiunum, nullatenus peccare, cum præceptum de seruando ieiunio Ecclesiasticum sit, vt vniuersi fatentur. Postremò lamentabilem nimis parochorum socordiam: non enim curant pueros examinare num doli capaces sint vel non, ad sacram suscipiendam Eucharistiam, nisi iam ætate adultos conspiciant, vt illis parochis ætas puerorum & nõ discretio regula sit ad exhibendum sacramentum.

Vnde parochorum visitatores maximè punire esset æquum illos, quos in præfatam socordiam prolapsos intuerentur. Proh. dolor! acrius puniunt si vestes Ecclesiæ aliquantum dilaceratæ sunt, aut reditus consumpti minus vtiliter quàm par esset, curantes sedulius res temporales conseruari, quàm seruari spirituales.



## DISPUTATIO XXVII.

An pueris statim ac norunt peccare, sit Sacramentum Extremæ Vnctionis ministrandum: etiamsi non susceperint sacram Eucharistiam, ob defectum ætatis?

## SVMMARIVM.

Quam ratione instituatior hæc disputatio? numero 1.

Argumenta à parte negatiua, num. 2, 3, & 4.

Prima sententia num. 5.

Authoris iudicium, num. 6.

Sanchez Selecta.

Rationibus probatur, num. 7. & 8. & 9.

Quam Doctores associantur Authori, n. 10

Sacramentum Extremæ Vnctionis potius ministrandum est puero qui nunquam communicauit, quam adulto in eadem necessitate existenti, qui suscepit Eucharistiam, num. 11. & 12.

Parochus censens probabiliter aduultum post susce-

pram Eucharistiam in salutis tempore non peccasse, tenebitur ministrare puero sacram Vnctionem relicto adulto, num. 13.

Imò est post susceptam peccasset, & confessus esset maximo dolore, puer vero minimo, huic ministranda erit Vnctio relicto illo, n. 14.

Si puer sacramentum pœnitentiæ non suscepisset, Auctor non audeat absque vnctione relinquere illum, licet nunquam suscepisset Eucharistiam, num. 15.

Receperitur effectus sacramenti Vnctionis, quibus defraudare puerum criminis capax, de se est mortale, num. 16.

In dubio, an scilicet careat puer usu rationis, ministranda est Vnctio sub conditione n. 17

Parochus cognoscens per confessionem puerum nunquam actualiter peccasse, tenebitur non ministrare Vnctionem, num. 18.

Sacramentum Vnctionis exhibitum non fuit de factis B. Virginis, num. 19. & 20.

Ad argumenta respondeatur, n. 21. 22. & 23.

1. **H**æc disputatio instituenda non foret, nisi quam plurima pars Parochorum consueuisset non ministrare sacram Vnctionem pueris, qui ob defectum ætatis sacram Eucharistiam nunquam susceperunt: adeò vt interrogent Parochi parentes, an pueri aliquando communicauerint; & si inueniunt nunquam communicasse, sacram Vnctionem ministrare nolunt, quantumcumque habeant discretionem ad peccandum.

2. Videntur tamen rectè se gerere Parochi non ministrando sacram Vnctionem pueris, qui nunquam sacram Eucharistiam suscepèrunt. Nam Manuale Toletanum sacramentorum circa administrationem sacramenti Vnctionis, regulam quintam constituit huius tenoris: *Pueri qui carent usu rationis, aut amentes, qui ab ipso ortu nunquam fuerunt mentis compostes, vngendi non sunt. Quæ verò ætate pueris conceditur communicatio, vnctio quoque concedenda est.* Ergo à contrario si ob defectum ætatis nunquam fuerit concessa communicatio, Vnctio concedenda non erit. Si enim nollet constitutio illa hoc significare, absque necessitate diceret, in ætate qua conceditur communicatio pueris, concedi extremam Vnctionem: hoc namque planum erat, nec cuiquam in dubium vertendum.

3. Secundum argumentum. Contra inueteratam consuetudinem Ecclesiæ ageret, qui prius ministraret sacram Vnctionem quam Eucharistiam, quando infirmus commodè posset prius Eucharistiam suscipere. Et constat ex regula 2. circa administrationem Extremæ Vnctionis in Rituali Romano, iussu Pauli Quinti Pontificis edito, ibi: *In quo illud in primis ex generali consuetudine Ecclesiæ obseruandum est, vt si tempus & infirmi conditio permiserint, ante extremam Vnctionem Pœnitentiæ, & Eucharistiam sacramenta infirmis præbeantur.* Non autem iubet Pontifex Pœnitentiæ, & Eucharistiam prius ministrari ea ratione solum, quòd hæc sacramenta magis necessaria sint, & primo loco debeat ministrari magis necessarium, vt si fortè non suppetat tempus ad verumque sacramentum, prouideatur prius de necessario: sed etiam est tempus adit ad verumque sacramentum ministrandum, vult Pontifex ex consuetudine recepta prius administrari Eucharistiam, quam

Vnctionem. Et idipsum Pius Quintus in Catechis. 2. part. de sacramento Vnctionis, cap. 6. num. 12. asserit, ibi: *seruanda est Ecclesiæ perpetua consuetudo, vt ante extremam Vnctionem Pœnitentiæ & Eucharistia sacramentum administraretur.* Igitur pueris communionis incapacibus ministrari non debet Vnctio. Si enim adultus, qui in infirmitate non suscepit Eucharistiam prius, incongruitatem habet ad recipiendam Vnctionem, maiorem incongruitatem habebit puer, qui non solum non recepit Eucharistiam, verum incapax est ad recipiendum: magis namque distat ab actu impotentia agendi, quam omissio ipsiusmet actus.

Nec satisfacit si dicat quis, quòd quia adultus potest communicare ante Vnctionem, si non communicet, à semetipso habeat incongruitatem ad recipiendam Vnctionem: puer verò cum capax non sit communionis, non communicando non habebit incongruitatem ad recipiendam Vnctionem, quia per ipsum minimè stat, non prius communicare, quam vngi. Vnde non defraudati debet secundo remedio si inculpabiliter priori vti non possit, quando ex alia parte primum remedium non est essentialiter & ex natura rei præsuppositum ad secundum, vt contingit in non baptizato existente in loco vbi aqua non adit ad eum baptizandum; cui non potest pœnitentiæ aut Eucharistia administrari, & defraudatur secundo remedio, licet inculpabiliter non gaudeat primo: quia Baptismus est primum remedium ex natura rei (supposita Christi institutione) præsuppositum ad secundum, Pœnitentiæ scilicet & Eucharistia.

Non satisfacit, inquam, hæc responsio: ideo namque congruentia requiritur, quòd adultus prius recipiat Sacramentum Vnctionis quam Eucharistia, quia sic recipiendo mutat ordinem Sacramentorum quoad susceptionem, cum prohibitum sit prius recipere Extremam Vnctionem quam Eucharistiam, vt pote contra naturam Sacramentorum. Ille enim ordo vnus post aliud recipiendi est satis consentaneus rationi, & institutioni vtriusque Sacramenti: quia Eucharistia vt cibis ad confortandum in via præberetur, ideoque vt deur non est expectandum vltimum vitæ periculum: Sacramentum verò Vnctionis executiuum est quasi in subsidium vltimum institutum, vt notauit Suarez tom. 4. in 3. part. disputat. 44. sect. 1. num. 8. Igitur quòd puer inculpabiliter non recipiat Eucharistiam, non obert vt administranda sit Vnctio ante capacitatem suscipiendi Eucharistiam; id enim esset inuertere per se naturam Sacramentorum, quod nunquam est licitum, sicut est licitum inuertere per accidens, vt contingit in infirmo adulto, cui administranda est Extrema Vnctio, si non potuerit sacram Eucharistiam recipere.

4. Tertium argumentum. In naturalibus si daretur aliquod viuens incapax nutritionis, indebitè & contra ordinem naturæ ageret si sibi applicaret res quibus auergeretur, cum augmentum terminus sit nutritionis. Eadem ratione proportionaliter puero incapaci gratiæ nutritionis, quæ confertur per Eucharistiam, indebitè applicabitur, & contra ordinem naturæ supernaturalis extrema Vnctio, qua vita spiritualis pueri auergetur. Nec obstat, quòd ante Eucharistiam Confirmationem recipiat, à qua etiam prouenit augmentum vitæ spiritualis: nam Confirmatio ex natura sua coniuncta

coniuncta est cum Baptismo, & datur ad roborandum in Fide militem Christi. Vt enim in ordine natura prius est, quod quis habeat robur vitæ ad conuertendum alimentum in sui nutritionem, quam fiat nutritio; ita in ordine supernaturali congruentius est, prius puerum confirmari quam donari Eucharistia.

5. Hanc partem viderur tenere Sorus in 4. distinct. 23. quæst. 2. art. 2. in fine, qui ait, tunc esse ministrandam Vnctionem pueris quando illis viaticum porrigitur. Idem docet Summa corona de sacramento Vnctionis, ante num. 9. insinuat Lopez 2. tom instruct. cap. 32. de extrema Vnctione, §. Quæritur quarto.

### Authoris iudicium.

6. Secundum se loquendo, peccat Parochus qui non administrat Vnctionem sacram pueri habenti vsum rationis ad peccandum, quamuis ob defectum ætatis nunquam susceperit Eucharistiam (per accidens tamen ratione ignorantia, aut consuetudinis, si alicubi sit, poterit excusari.) Hæc sanè conclusio nullam pariet difficultatem sentienti nobiscum, quod pueri sit ministranda Eucharistia statim ac scit peccare, non solum in articulo mortis, vt tenent quam plurimos, quos allegauimus disputatione præcedenti, numero 16. verum & extra illum, vt num. 5. illius disput. Hac itaque supposita doctrina dicendum est, quod si sit aliquod præceptum de dando prius Eucharistiam, quam Vnctionem, prouideri potest ex vna parte præcepto, administrando prius Eucharistiam pueri, quam Vnctionem; & ex alia parte prouidetur necessitati pueri, administrando illi sacramentum Vnctionis.

Verum non solum in hac nostra sententia procedit conclusio, sed pariter etiam in illa que censeo, non esse ministrandam Eucharistiam pueri statim ac nouit peccare. Nam sacramentum Vnctionis obstergit peccata venialia (nec curamus modò, an ad hunc effectum principaliter sit institutum) vt tenent communiter Doctores, cum Magistro in 4. distinct. 23. §. 2. & ibi Bonauent. artic. 1. quæst. 1. Ricard. artic. 1. quæst. 5. & 6. Durand. quæst. 1. num. 9. Supplement. Gabr. quæst. 2. cap. 2. Maior quæst. 1. Carthus. quæst. 1. Scot. Almain. quæst. vnic. Alenf. 4. part. quæst. 5. membr. 7. art. 2. Altisiodor. lib. 4. summ. cap. de extrema Vnctione, quæst. 1. Astens. lib. 5. summ. tit. 41. artic. 5. Abulens. super cap. 9. Matth. quæst. 8. Nauarr. in summ. cap. 22. num. 13. censens, hoc sacramentum principaliter institutum esse in remissionem venialium. Nec curamus an remittantur peccata venialia, quatenus virtute illius datur homini auxilium, quo possit elicere actum displicentia, seu amoris, expellentem peccata venialia, vt ferè sentiunt Durand. & Bonauent. vbi supra, & insinuat Viquer. in summa, cap. 16. §. 5. versic. 4. vel an simpliciter per se, & immediatè remittat, vt significauit Paludan. distinct. 23. quæst. 4. num. 7. & ibi Capreol. quæst. 1. art. 3. ad 2. 4. & 5. contra 2. conclus. Suarez 4. tom. in 3. part. disp. 41. lect. 1. num. 11. Quod & ego præbabilis reputo. Sed puer qui scit peccare, poterit habere peccata venialia, quæ remittantur per sacram Vnctionem. Igitur iniuste defraudabitur hoc remedio, licet nunquam sumperit Eucharistiam.

Sanchez Selecta.

Præterea tollit reliquias peccatorum sacramentum Vnctionis, tam peccati originalis, quam actualis, mortalis, siue venialis, vt D. Thomas in 4. distinct. 24. quæst. 2. artic. 2. quæst. 1. Albert. artic. 1. & 2. Capreolus quæstione 1. artic. 2. Antonin. 3. parte, titulo 14. cap. 8. Sorus quæst. 1. artic. 2. Ledesma 2. part. 4. quæst. 3. artic. 1. Viquer. in sum. cap. 16. §. 5. versic. 4. Victor. in summa, num. 197. siue per reliquias peccatorum intelligantur peccata post sacramentum Pœnitentiæ commissa, siue oblita confiteri, vt dicunt aliqui, Henriquez lib. 3. cap. 9. §. 2. Bellarminus de Vnctione, cap. 8. Tabien. verb. Vnctio, numero 4. Anton. Ragucius in lucerna Parochorum, de extrema Vnctione, quæstio 11. fol. 481. siue intelligatur reatus pœnæ temporalis, siue pronitas ad malum, & torpor ac difficultas operandi bonum, quæ ex peccato originali, & actuali remanet, vt sentiunt D. Thomas, & Albert. vbi supra non quod tollat fomite ad peccandum, vel habitus prauos, aut phantasmata, & imaginationes quibus homo inclinatur ad malum, sed quatenus hoc sacramentum causat auxilia, & confert robur ad vincendam propensionem, & inclinationem ad malum, vt explicuit Suarez disputatione illa 41. lect. 1. num. 18. Vel dici potest, remittere reliquias peccatorum, quatenus ex vi peccati debitum erat homini, vt sua debilitati, & fragilitati relictus, auxiliis gratiæ præferim extraordinariis, & superabundantibus priuaretur. Per hoc autem sacramentum ita remittitur id debitum, vt potius ratione illius debita iam sint talia auxilia: quod etiam placuit Suariorum vbi proxime. At defraudare puerum remedio contra reliquias peccatorum, crudele est & iniquum. Igitur Parochi tenentur ministrare hoc sacramentum pueris scientibus peccare, & reliquias peccatorum habere parentibus.

Deinde potest hoc sacramentum aliquando reddere hominem de attrito contritum, infundendo ei gratiam primam, vt communiter tenent omnes, & Suarez illa sectione 1. numero 19. Quod licet sit probabile de omnibus sacramentis, & in materia sacramentorum tenemur sequi partem magis fauorabilem suscipienti, vt ferè omnes 1. 2. quæst. 19. art. 6. & ibi Vazquez disput. 63. in hoc longè certius est quam in cæteris, (excepto Baptismo & Pœnitentiâ) nam in reliquis non esset ex speciali institutione, sed ex generali quadam ratione; in hoc verò est aliquo modo ex propria institutione, vt constat ex verbis Iacobi, *Si in peccatis sit, dimittentur ei*: & ex verbis Concilii Trident. sess. 14. cap. 2. *Delicta si que sint adhuc expianda, ac peccati reliquias absterget*. item ex verbis formæ, *Indulgeat tibi Deus quidquid peccasti*, &c. Poterit autem contingere puerum non fuisse confessum sua peccata, aut non cum dolore necessario. Si tamen postea recipiat hoc sacramentum cum sola attritione putans bona fide gratiæ statum habere, hoc sacramentum causabit primam gratiam. At si non ministraretur, probabiliori periculo exponi saluationem pueri quis ambigat? Hinc Nauarr. in manual cap. 22. num. 13. inquit, quod magis curæ esse debet vnique huius sacramenti suscipio, quia fieri posset vt aliquis moriens absque hoc sacramento damnaretur, & vnctus eo saluaretur: quod si quis sua peccata confiteri non posset, & non haberet nisi attritionem

(quæ de se non est sufficiens ad remissionem, ex Concil. Trident. sess. 14. cap. 4.) per virtutem sacramenti Vnctionis ex attrito fiet contritus. Iudicet ergo Patrochus num rectè quem suam pascat, fame perire eam sinens, vbi cum pastu gratiæ posset iugiter reficere.

Et vlteriùs hoc sacramentum institutum (& vult Suarez disput. 41. sect. 1. num. 11. quòd primò & per se) ad iuuandum & confortandum animam ægrotantis contra difficultates & labores illi occurrentes in articulo mortis, vt constat ex verbis Iacobi, & alleuiabit eum Dominus, & ex Trident. sess. 14. in proœra. dicente: *Clementissimus Redemptor noster, qui seruis suis quous tempore voluit de salutaribus remedijs aduersus omnia omnium hostium tela esse prospellum; quemadmodum auxilia maxima in sacramentis alijs præparauit, quibus Christiani conseruare se integros dum viuerent, ab omni grauiori spiritu incommodo possent; ita extrema Vnctionis sacramento finem vite tanquam firmissimo quodam presidio munuit. Nam etsi aduersarij noster occasiones per omnem vitam querat, & capiet, vt deuorare animas nostras quoquo modo possit, nullum tamen tempus est, quo vehementius ille omnes sua versutia nervos intendat, ad perdendos nos penitus, & à fiducia etiam, si possit, diuina misericordie deturbandos, quam cum impendere nobis exitum vite prospicit. Et æquum erat hoc sacramentum institui (supposita misericordia Dei) pro necessitatibus mortis tempori annexis, cum alia lex essent instituta pro necessitatibus in decursu vite occurrentibus. At puer qui peccare scit, tentationibus dæmonis est subiectus in illa hora, & molestias ægritudinis sentit, periculum impatientie experiens. Igitur ei necessarium est, & expediens sacramentum Vnctionis, quo tentationes dæmonis, tam desperationis de diuina misericordia, quàm impatientie, &c. superuincat.*

10.

Tenet nostram conclusionem Nauar. in summ. cap. 22. num. 1. qui ait, cuiuslibet infirmo ministrandum esse hoc sacramentum, qui scilicet potuerit peccare. Et addit, quamuis sint qui ætatem pubertatis requirant. D. Antonin. 3. tom. tit. 14. §. 6. cap. 15. dicens, quòd pueris nondum vsum rationis habentibus non possit ministrari sacramentum Vnctionis. Ergo ad contratio si vsum rationis habeant, aut peccatum actuale, debet ministrari. Idem docet Victor. in summ. de extrema Vnctione, num. 22. & expressissimè Angles de florib. de extrema Vnctione, artic. 4. conclus. 5. cuius hæc sunt verba. *Pueri qui nondum habent annos discretionis, non debent illam recipere, quia non indigent remedio contra peccata, cum nondum peccauerint; nec contra tentationes, quas tempore mortis non patiuntur: bene tamen erit administranda pueris qui annos discretionis attingerunt, quamuis non sint Eucharistia capaces.* Tenet Arboled. præct. sacram. de extrema Vnctione, nota 4. qui expressè loquitur sicut Angles, Zambran. de extrema Vnctione, dub. 1. capit. 5. numero 3. per hæc verba: *Omnibus pueris capaciibus sacramenti Pœnitentiæ, atque addò in omnibus post septennium, nisi constaret carere vsu rationis, danda est extrema Vnctio, licet non recipiant, nec sint idonei ad Eucharistiam recipiendam.* Sa verb. extrema Vnctio, numer. 2. per hæc verba: *Non solet dari pueris, nisi ætate qua communicant: sufficit tamen ætas qua possunt peccare.* Graff. 2. part. decil. cap. 8. num. 16. per hæc verba: *Bene tamen administranda erit pueris ex-*

trema Vnctio, qui annos discretionis attingerunt, quamuis non sint Eucharistia capaces. Ledesin. 1. part. summ. de extrema Vnctione, cap. 6. per hæc verba: *Pero aduertase, que para administrar el sacramento de la extrema Vnction a los niños, basta que tengan uso de razón para poder pecar: quiero decir, que en estando obligados a confessarse, se le han de administrar, aunque no esten capaces de la Eucharistia.* & D. Anton. titul. 14. cap. 8. §. 3. vbi agit de extrema Vnctione per modum scitmonis, D. Bonauent. in 4. distinct. 23. art. 2. quæst. 2. numero 38. Ricard. ibidem; art. 2. quæst. 4. in corp. dicentes, dandam esse sacram Vnctionem iis, qui peruenierunt ad vsum rationis. Consentit Vuald. de extrema Vnctione, num. 28. vbi dicit, ferè omnes censere tunc esse ministrandum sacramentum Vnctionis, quando puer habet vsum rationis ad peccandum, & recipiendum sacramentum Pœnitentiæ. Et licet ipse dicat, melius sibi videri, quòd expectetur ætas Eucharistiam sumendi, in fin. subiungit: *Notandum quòd si in salute puer non recipiet Eucharistiam ante duodecimum annum, esset optimum consilium in articulo mortis ministrare viaticum puero, & Vnctionem ante illam ætatem.* Quo fit, tandem sentire Eucharistiam, & Vnctionem fore ministrandam puero statim atque scit peccare. Tenet Vega 1. part. cap. 111. de extrema Vnctione, cas. 1. qui ait, quòd pueris sit ministranda Vnctio quando illis est licitum ob ætatem suscipere Eucharistiam. Probauimus iam disputatione præcedenti, statim atque norunt peccare, habere ætatem ad sumendam Eucharistiam. Idem Vega in espejo de Curas, tom. 1. cap. 13. numero 11. expressè allerit, tum paruulis sacram Vnctionem posse ministrari, quando præcepto confessionis obligantur, quamuis nondum Eucharistia. Toller. lib. 7. cap. 3. num. 2. dicens, quòd vbi vngantur, sufficit habeant ætatem qua possint peccare: Durand. in 4. distinct. 23. quæst. 4. numero 7. in fine, qui ait, quòd pueris qui non sunt capaces rationis vt committant peccata, non sit administrandum hoc sacramentum, cum institutum sit ad remissionem peccatorum. Ergo à contratio sensu, si peccati capaces sint, ministrandum erit. Valent. tom. 4. disput. 8. quæst. 2. punct. 2. qui ait, quòd qui ratione vtuntur, vngendi sint. Caped. in summa, tract. de extrema Vnctione. parùm antefin. per hæc verba: *Pueris qui habent amor discretionis, quamuis non sint capaces ad Eucharistiam, potest ministrari hoc sacramentum.* Paludan. in 4. distinct. 23. quæst. 3. num. 14. dicens, quòd pueris qui non possunt peccare, non debeat dari Vnctio, ne falsificetur forma, quidquid peccasti, &c. Ergo vbi poterit verificari in puero potentia peccandi, ministrandum erit. Rosel. verb. Vnctio extrema, num. 5. dicens, quòd pueris qui non habent infirmitatem spiritualem contractam ex peccato actuali, nec dispositionem deuotionis, non debeat ministrari hoc sacramentum. Colligitur à contratio, quòd si puer habeat peccatum & deuotionem ad sacramentum, debeat illi dari, etiam si nunquam communicauerit: deuotionis verò capax erit puer, qui capax est illius erga sacramentum Pœnitentiæ; maior enim cognitio ad hoc, quàm ad extrema Vnctionis sacramentum requiritur: cum ad susceptionem sacramenti Pœnitentiæ opus sit puero cognitione doloris, proposito, & examine ad confitenda peccata, vt late diximus in disputatione præcedenti. Henricz

quez lib. 3. cap. 11. §. 9. Estius in 4. distinct. 23. §. 13. & à fortiori tener Maior distinct. 33. §. contra secundam conclusionem, ad secundum, cum dicat, ministrandum esse infantibus carentibus usu rationis: sed in hoc manifestè fallitur Gabriel in supplement. distinct. 23. quæst. 1. liter. M. qui solum pueris qui non possunt peccare, negat hoc sacramentum. Et expressius paulò ante literam S. dum ait, non esse expectandam determinatam ætatem in puero ad hoc sacramentum suscipiendum, sed cum capax fuerit Eucharistiæ. Probauimus iam nos disputatione præcedenti, quòd dum est capax Pœnitentiæ, sit capax Eucharistiæ. Idem dicit Ochania tractat. de extrema Vnctione, numero 16. in fin. docet Anton. de Literat. in summ. 1. part. cap. 44. numer. 3. videlicet non esse ministrandam pueris carentibus infirmitate contracta ex peccato. Ergo à contrario, &c. docet Ludou. de San Ioan. 1. part. sum. tract. de extrema Vnctione, art. 6. fol. 736.

11. Imò libenter addo, magis fore necessarium sacramentum Vnctionis puero qui nunquam communicauit, quàm adulto qui sacram Eucharistiam iam suscepit, aut in illa infirmitate, aut in salutis tempore. Quis enim negauit, sacramentum Eucharistiæ vberissima auxilia conferre ad vincendas tentationes dæmonis in hora mortis occurrentes, cum illa de se conferat quouis etiam tempore, & specialis illius effectus sit conferre auxilium congruum ad perseverandum in gratia finaliter, vt supponunt communiter Doctores agentes de Eucharistia? Non quòd vniuersi qui non receperint Eucharistiam, non perseuerent. Nam vt optimè inquit Vazquez tom. de Eucharist. disp. 169. numero 20. & 23. etiam diuina voluntate perseuerantia conceditur. Nec etiam vt quicumque dignè sumpserint perseuerent; aliàs nemo dignè communicantium damnaretur, sed cum contingit dignè communicantem perseuerare, auxilio ab Eucharistia causato sit adscribendum. Vel quòd licet voluntas diuina sit causa perseuerantiæ, non est sola, sed etiam Eucharistia, non tamen auxilium ad perseverandum ab Eucharistia causatum efficax semper est, sed solum sufficiens, vt ait Vazquez supra, & tomo de sacramentis, disput. 131. cap. 7. semper tamen maximi habendum illud auxilium, vt ait Suarez tomo de Eucharist. quæst. 73. art. 3. disput. 2. §. vnde argumentor. At puer qui nunquam communicauit, destitutus est hoc remedio: illi ergo magis necessarium erit sacramentum Vnctionis, quàm adulto qui communicauit, aut quàm sibi met, si aliquando communicasset.

12. Vnde infero, quòd si sit adultus in articulo mortis constitutus qui sacram Eucharistiam in illa infirmitate suscepit, & puer etiam sit in eodem articulo, qui tamen nunquam communicauit, Patochus verò, si dum adulto sacramentum Vnctionis ministrat, iudicet prudenter & timeat puerum interea sine Vnctione moriturum; tenebitur sanè ministrare puero, adulto relicto: ex lege enim charitatis, aut iustitiæ in ministro ex officio, maiori necessitati succurrendum est, vt admittunt omnes cum D. Thom. 2. quæst. 32. & 33.

13. Imò etsi adultus in ea infirmitate non suscepit sacram Eucharistiam, suscepit quidem antea, & iudicet Patochus probabiliter, non peccasse mortaliter post iam susceptam, tenebitur ministrare sacram Vnctionem puero, relicto adul-

to. Nam sacramentum Eucharistiæ auxilia confert ad vincendas tentationes quolibet tempore oblatas; nec refert quòd paulo vel multo ante ad occasionem oblatam Eucharistia sit suscepta. Euenit sanè quòd si quis vno ab hinc anno communicauit, si mortaliter non peccauit post communionem, vincat tentationem oblatam in sine anni virtute auxilij præstiti ex illa communionem multo ante præterita, cum auxilia Eucharistiæ non statim dentur quando sacramentum suscipitur, sed quando occasio vincendi tentationes offertur: tunc enim necessaria sunt, & non quando suscipitur sacramentum, vt rectè docet Suarez tom. de Eucharist. disputat. 63. sect. 9. §. vt auerem. Præterquam quòd cum auxilia illa sint motiones intellectus, & voluntatis vt plurimum, tunc solum habent esse, quando hæ potentiæ mouentur contra tentationes, & etiam interdum conceduntur auxilia æternæ protectionis, vt quando euitatur mors violenta & repentina, & sit remotio malarum occasionum ad peccandum inducentium; Imò in opinione censente omnem gratiam sacramentalem restitui reuiuiscenti à peccato, consequenter erit iudicandum restitui simul auxilia ob præcedentes communionem debita: aut quare minus? Imò etsi non restituitur gratia, restitui tamen auxilia docet Vazquez tom. de sacrament. quæst. 69. num. 15. Potentiórque erit ratione auxiliorum sacramenti ad vincenda peccata, qui post decem communionem reuixit, quàm qui nunquam est lapsus, & semel, aut bis solum Eucharistiam suscepit. Quod tamen intelligito, nisi ante lapsum in peccatum essent præstita auxilia debita communionibus. Fortè enim pro certo numero occasionum seu vincendarum tentationum decreuit Christus auxilia sacramentalia conferre.

14. Verum etsi adultus post susceptam Eucharistiam peccasset mortaliter, confessus tamen esset sua peccata in tempore infirmitatis, cum maximo dolore; puer verò non cum tanto, talitèr quòd Patochus probaliter indicaret, adultum per sacramentum Pœnitentiæ fuisse consecutum gratiam, & non adeò verisimiliter puerum: tenebitur certè tunc Patochus sacram Vnctionem ministrare puero, adulto relicto, quia puer in maiori necessitate est constitutus, quàm adultus.

15. Nec audeam sine externa Vnctione puerum relinquere, etiamsi teneremus capace esse pœnitentiæ, & non Eucharistiæ (quod tamen putamus falsum, vt suo loco diximus) quando sacramentum Pœnitentiæ non suscepisset: tunc enim puer exponeretur periculo æternæ damnationis, nec credo in hoc casu posse ab aliquo negari. Nam in opinionibus pertinentibus ad salutem prouenientem ex sacramentis, fauorabilior suscipienti sacramentum est eligenda, vt communiter Doctores in 1. 2. quæst. 19. art. 6. & ibi Vazquez disputat. 63. Nostrium verò casum expressè docet Zambran. de extrema Vnctione, c. 5. dub. 1. num. 6.

16. Omnes autem effectus sacramenti Vnctionis, qui dispersim & latè ab Authoribus recensentur, paucis explicuit Concil. Trident. sess. 14. cap. 2. per hæc verba: *Res porrò & effectus huius sacramenti illis verbis explicatur*: & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit, dimittentur ei. *Res etenim gratia*

est Spiritus sancti, cuius unctio, delicta si qua sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit, & agroti animam allevat, & confirmat, magnam in eo divinae misericordiae fiduciam excitando; qua infirmus subleuatus, & morbi incommoda ac labores leuius fert, & tentationibus daemonis calcaneo infiduciam, facilius resistit, & sanitatem corporis interdum, ubi saluti animae expediret consequitur. Defraudare itaque puerum huiusmodi utilitatibus, quando eis maxime indiget, peccatum de se mortale contra charitatem proximi est, contra iustitiam, cum ex illa teneatur Parochus ministrare sacramentum Vnctionis peccati, saltem ubi vita ipsius Parochi non exponitur periculo, vt teneat communiter omnes; specialiter verò Suarez tom. de poenitent. disput. 44. sect. 3. num. 20. Navar. cap. 24. num. 10. & cap. 25. num. 133. Qui assernat cum periculo vitae teneri Parochum ministrare sacramenta poenitentiae, & Eucharistiae, tacet verò de extrema Vnctione. Si autem infirmus non posset recipere sacramentum Poenitentiae, & perditissimam vitam egisset, ita vt iudicet probabiliter Parochus infirmum non habuisse contritionem ob accelerationem infirmitatis, vel aliam causam (licet difficulter hoc cognosci queat) tenebitur ministrare sacramentum Vnctionis cum periculo propriae vitae, quia tunc Vnctio est necessaria ad saluationem infirmi: & par ratio currit de hoc sacramento, ac Poenitentiae, quod quidem ministrare teneatur Parochus cum periculo vitae, quando verosimiliter dubitatur de contritione infirmi, vt Adrian. de confessione, dubio 8. Suarez vbi proximè, numero 13. & 15.

17. Ad id, quòd sicut quando dubitatur de puero, num habeat vsum rationis, teneatur Parochus ministrare sacramentum Poenitentiae sub conditione, sic sub conditione etiam teneri ministrare sacramentum Vnctionem propter maximam eius utilitatem, & fructum; & summopere referat feliciter vitam finire; & quia ministrando sub conditione, nulla irrogatur irreuerentia sacramento Vnctionis, sicut nec poenitentiae, & ex alia parte lucrum suscipiendi forte eueniet, si vsum rationis habeat: negotia enim in quibus nihil amittendum timeretur, sed potius lucrum speratur, audacter tractanda sunt, Hispanè dicitur, *Lo que este negocio tiene de bueno, que no puedo perder, y puedo ganar*: & minor Zambrantus de extrema Vnctione, cap. 5. dub. 1. num. 7. fol. 168. timide assentiri, dum dicit, quòd non sit omnino improbabile ministrare sub conditione sacra Vnctionem, quando dubitatur de vso rationis, etiam quando sub conditione suscipit sacramentum Poenitentiae. Nam quando non recepisset sacramentum Poenitentiae, nec quidem sub conditione, credit ipse, vt colligitur à contrario sensu suae doctrinae, debere ministrari sacramentum Vnctionem cum tunc puer maxime indigeat hoc sacramento.

18. Nec assentior arbitrantibus, quòd licet Parochus cognoscat per confessionem puerum nunquam actualiter peccasse, teneatur ministrare sacramentum Vnctionis: quia tunc indigebit illo infirmus ad robur acquitendum contra tentationes daemonis, & vincendam tristitiam ex infirmitate ortam, recipietque gratiam qua perfectius ad ingressum gloriae praeparatur. Nec forma falsificatur, inquit, dicendo: *Indulgeat tibi Deus quicquid peccasti*, &c. quia sensum facit, *Impendo*

tibi gratiam sacramentalem de se remissionem peccati si forte adsit. Sicut ille qui absoluit à peccatis hominem iam contritum, sensum reddit, *Impendo tibi gratiam remissionem peccatorum*, vt communiter DD. de sacramento Poenitentiae agentes. Et sic Suarez disp. 42. sect. 2. num. 10. in fin. tom. 4. Quemadmodum & adulto qui in gravi morbo & in fine vitae baptizaretur, debet hoc sacramentum conferri, quamuis nullum peccatum post susceptum baptismum commiserit, vt docent Doctores infra allegandi. (Et testis fui), ministratum fuisse catechumeno Conuentus Regalis Incarnationis Matritensis, mancipio Mahumetano periculoso morbo decumbenti, sacramentum Baptismi, & extreme Vnctionis successuè, & immediatè vnum post aliud anno 1620.) Docet Syluest. verb. *Vnctio extrema*, num. 5. in 3. dicto, & Suar. supra vbi proximè, num. 9. Paludan. in 4. dicto in 2. cap. 3. numer. 15. Lopez 2. 1. 10. in 1. instruct. cap. 2. 1. fol. 101. de extrema Vnctione. Vega en espejo de Curas, tom. 1. cap. 13. num. 20. Filiucius tom. 1. tractat. 3. cap. 6. num. 108. Ludouicus de San Ioan. 1. part. summ. tract. de Eucharist. artic. 6. fol. 736. Zambran. de extrema Vnctio. cap. 5. dub. 3. numer. 6. Ledesin. de extrema Vnctio. cap. 6. conclus. 7. expressè asserentes, quòd adultis recentè baptizatis dari debet extrema Vnctio. Hinc inferunt, actualiter peccasse non esse de necessitate huius sacramenti, cum debeat etiam vngi ille qui per multos annos ex particulari dono sine peccatis vixit, quique nec peccata, nec reliquias peccatorum iam habet: quòd notauit Suarez vbi proximè, supra numero 9.

Sed huiusmodi doctrina non adhaereo: fidelis enim qui nunquam peccauit, subiectum habile non est, cuius respectu forma Vnctionis verificari valeat. Nam qua ratione verè dici quibit, *Indulgeat tibi Deus quicquid peccasti*, &c. respectu illius qui nec peccatum, nec peccati reliquias habet, cum nulla vnquam labe fuerit infectus? Recens verò baptizato ministrati forsitan poterit, tum quia exigua mora inrecedente inter baptismum & vnctionem aliqua forde veniali potuit inquinari. Et fortè recepit baptismum absque dispositione ad fructum requisita. Attritione verò existente per Vnctionis sacramentum iustificabitur, vel saltem esse ministrandum sub conditione, docet Nuño tom. de Poenitentia, in addit. ad 3. part. quest. 3. art. 4. fol. 117. Haec probabiliter à Doctores dicuntur. At ego recens baptizato Vnctionem ministrandam non consulerem, nisi nouum post baptismum peccatum admisisse constaret. Qui enim fieri potest, quòd quis capax neutiquam sit Poenitentiae, & tamen sit Vnctionis: cum vtrumque circa peccata versetur, vt docent Nuño vbi supra, 2. concl.

19. An verò ministratum fuerit B. Virgini Vnctionis sacramentum, variè repetiunt Doctores. Quibusdam docentibus illi ministrari sacramentum Vnctionis oportuisse, & de facto fuisse ministratum: corroborari enim, inquit, potuit gratia Dei aduersus tentationes daemonis, non minus, ac si passura illa fuisset. Quòd etiam docuit propter ipsum sacramentum, ne scilicet despicere videretur, tum propter fructum, tum propter exemplum. Nec hoc est magis indecens, aiunt, quam quòd B. Virgo fuerit baptizata, quandoquidem etiam baptismus datur in remissionem peccati.

peccati. At quia non significat remissionem, vt necessitati actualiter fiendam, sed solum collationem gratiæ de se sufficientis, & ordinatæ ad peccatum expellendum, idem in Virgine locum habere potuit. Idem igitur dicendum est, affirmant, de forma, & effectu seu gratiæ huius sacramenti. Quamuis enim B. Virgo ex ordinatione humorum non ærotauerit, ab intrinseco tamen habuit quandam debilitatem corporis, quæ ad eum statum illam perduxit, in quo iam naturaliter non poterat anima in corpore conseruari. Sicut si quis consecutus senili ætate moreretur, absque alia infirmitate, adhuc vngendus esset: vt notauit Rayn. in *summ.* tractat. 5. in princ. fol. 571. tenent Anton. 3. part. tit. 15. cap. 16. §. 2. aliquantum ante fin. Syluest. in *Rosa aurea*, tit. 3. dub. seu casu 53. in quæstionibus impertinentibus. Bern. de Bult. 3. part. sermon. serm. 11. Albert. Magn. in *mariali*, cap. 72. & 74. relatus ab Antonin. vbi supra. Suar. 4. tom. de *Pœnitentia*, disput. 42. sect. 2. numer. 11. & 2. tom. disputat. 16. sect. 3. in med. Henriquez lib. 3. cap. 11. num. 7. Reginald. 2. tom. *prax.* lib. 28. n. 69. Ektius in 4. dist. 23. §. 13. Ruiz in 4. sent. controu. 85. aliquos adducens, Filiucius 1. tom. tract. 3. cap. 6. num. 108.

20. Contrarium tamen reclamant alij, videlicet ministratum non fuisse B. Virgini sacramentum Vnctionis, Palud. in 4. distinct. 23. quæst. 3. art. 2. supplementum Gabr. quæst. 1. dub. 3. Victor in *summa* num. 222. Vazquez 1. tom. in 3. part. disput. 119. cap. 8. Vega in *espejo de Curas*, 2. tom. capit. 13. num. 15. ante finem. Ochagau. tract. de *extrema Vnctione*, num. 16. in fine. Quibus allentior: non enim decebat, quod respectu B. Virginis audiretur illa vox, *Indulgeat tibi Deus quicquid peccasti*, &c. Nec extabatur præceptum de Vnctione suscipienda saltem in publico, sicut de baptismo. Vnde absque fractione legis Vnctione non indigens, poterat non suscipere. Deinde cum proprius & primarius effectus sacramenti Vnctionis non solum sit remittere venialia quæ actu infirmis, sed etiam reliquas peccatorum quæ ex præcedentibus peccatis remanere; subiectum quod nunquam peccauit, inhabile esse ad hoc sacramentum, sicut amens à natiuitate. Nec propter effectum secundarium scilicet augmenti gratiæ, ministrandum est sacramentum subiecto inhabili respectu primarij. Nec forma baptismi aded explicite exprimit suscipientem baptismum peccatæ, ac forma Vnctionis. Præterquam quod baptismus est ianua sacramentorum, & eo fit suscipiens membrum visibile Ecclesiæ. Quapropter licet peccato careat originali illum recipiens, eo indigebit ad prædictos fines: vt docet Nuño tom. de *pœnitentia*, in addit. ad 3. part. quæst. 32. art. 2. distinct. 2. fol. 813. B. Virginem sacra Vnctione non fuisse inunctam licet fuerit baptizata: addens idem potuisse ministrari baptismi sacramentum illi, quia licet non haberet originalem maculam, contrahit tamen illius debitam. At huiusmodi sacramentum non ad tollendum debitum contrahendi peccatum, sed ipsum peccatum; à Christo est institutum, vnde illius ratio est infirma.

21. Ad primum argumentum fateor in regula illa manualis satis indicari extrema Vnctionem non ministrandam pueris, qui nunquam susceperunt Eucharistiam: sed iam emendata est à Paulo V. in Rituali edito ann. 1617. præcipiente, §. 2. fol. 75. sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ mini-

strati infirmis ante extremam Vnctionem nisi aliud tempus, & infirmi conditio postulent. Quasi diceret: si conditio pueri ob defectum ætatis talis sit, vt ei non debeat ministrari Eucharistia (forte quia ex consuetudine non datur statim ac puer scit peccare: quam minùs rectè obseruari probauimus disput. præcedenti) non ob id neganda erit extrema Vnctio. Et inferius in regula 5. absolute asserit infirmis qui peruenierint ad usum rationis, ministrandam sacra Vnctionem, nulla facta mentione de susceptione Eucharistiæ.

22. Ad secundum Suar. 4. tom. de *Pœnitentia*, sect. 2. num. 8. dicit consuetudinem antiquam fuisse, Eucharistiam Parochos vltimo loco portigere, cum sit finis omnium sacramentorum: & tunc etiam alicubi vigere talem consuetudinem: & idem docet Sa verb. *extrema Vnctio*, numer. 3. Ita refert quoque supplement. Gabriel. distinct. 23. quæst. 1. art. 3. dubio 3. & idem colligitur ex Bernat. in vita Malach. *Vngitur* (ait) *Episcopus, & sumptio viatico ad lectum reuertitur*. Surius etiam die 15. Augusti in vita S. Arnulfi. Sueton. Episcop. cap. 10. refert, priùs ipsum fuisse inunctum die sabbathi, postea verò ad vesperam viaticum sumpsisse. Et B. Gertrud. lib. 5. reuelat. cap. 29. eandem consuetudinem refert: quæ herclè fundatur in aliquibus congruentiis, quia scilicet decet post perfectissimam animæ purgationem, etiam quoad pœnas Eucharistiam suscipere; vel quia viaticum magis coniunctum est ad periculum mortis, cum detur decessuris; nec detur vt detineantur (ita dicam) sed vt proficiantur: Vnctio verò datur, vt in vita præsentis immorentur si expediat infirmis. Hæc placent Zambran. tract. de *extrema Vnctione*, cap. 5. dub. 1. Sed quicquid sit de hac consuetudine respectu adulti qui Eucharistiam, & Vnctionem potest recipere; consuetudo saltem extremam Vnctionem non administrandi pueris, qui nunquam communicantur, non est obseruanda, vt minùs expediens, & in præiudicium puerorum, qui certè tanto magis indigent Vnctione, quanto minus fouentur auxilio Eucharistiæ; quam nunquam recepere, vt diximus in explatione conclusionis à num. 6. sic Zambran. tract. de *extrema Vnctione*, cap. 5. dub. 1. nam. 8. Arboled. præf. sacra. de *extrema Vnctione*, not. 4. §. 5. *es pues de mucha importancia*, fol. 600. y. §. vltim. *tiene pues esta piadosa opinion*, fol. 604. Quibus locis asserit, emendandam esse regulam Manualis, vt periculosam animabus puerorum, talemque consuetudinem non ministrandi pueris extremam Vnctionem ante ætatem congruentem ad communicandum esse irrationabilem, & ob id non obseruandam docet Zambr. supra.

Ad replicam resp. Quod forte attentis naturis vtriusque sacramenti Eucharistiæ & Vnctionis, congruentius foret vltimo loco Eucharistiam suscipi, vt diximus paulò ante. Sed adhuc si dicatur contrarium: Resp. naturam Vnctionis non exposcere absolute ministrari post Eucharistiam respectu omnium hominum, sed solum capacium suscipiendi eam: respectu verò puerorum qui incapaces iudicarentur Eucharistiæ, & non pœnitentiæ (quod nos falsum reputamus, vt diximus disput. præcedenti) tantum abest naturam Vnctionis sacra exposcere, vt pueris non detur qui non susceperunt Eucharistiam, quòd potius postulet ex sui natura illis ministrandam fore. Nam cum ex natura sua hoc sacramentum sit institutum tanquam

quàm in consumationem pœnitentiæ ad delendas reliquias peccatorum, & vincendas tentationes in hora mortis maxime urgentes, sitque ex generali ratione institutum in fauorem animatum, tunc ex sui natura maxime postulat exhiberi, quando anima magis illo indiguerit. Probauimus verò iam in conclusione magis indigere puerum hoc sacramento, quando nunquam communicauit, quàm si communicasset aliquando, cum tunc careat auxiliis quæ possent provenire ab Eucharistia. Catechismus autem quando dicit esse perpetuam consuetudinem ministrandi prius Eucharistiam, quàm Vnctionem, solum loquitur respectu adultorum, qui ob ætatem capaces sunt Eucharistiæ.

23. Ad tertium viuens naturale quod nutrirî non possit, superflue & impetinenter applicaret sibi ea quibus possit aliàs augeri, quia augmentum in naturalibus solum est terminus nutritionis:

augmentum verò in supernaturalibus non fit ex nutritione, nec est eius terminus. Vnde licet deficiat gratia quæ datur per modum nutrimenti, poterit homo habere gratiam aliam per modum augmenti, si recipiat sacramentum, quod est causa efficiens illius gratiæ. Insuper gratia Eucharistiæ metaphoricè solum dicitur nutrire, quatenus sacramentum quo illa gratia causatur, manducatur, & in manducationibus vñ causatur à sacramento gratia, Christo dicente, Ioan. 6. *Qui manducat me, viuet propter me.* Ad modum quod cibus corporalis media manducatione nutrit. Vnde etsi gratiam Eucharistiæ non susceperit puer, rectè segeter recipiendo extremam Vnctionem vt augmentum gratiæ habeat, & alios effectus consequatur ab illo sacramento pro-  
uenientes.

\* \*



## DISPUTATIO XXVIII.

Vtrum expediens sit Confessariis impedire aliquoties pœnitentes Eucharistiam sumere, causa emendandi venialia peccata, siue imperfectiones illorum?

### SUMMARIUM.

*Argumenta à parte affirmatiua, numero 1. 2. 3.*

4.

*Authoris iudicium, num. 5.*

*Probatur rationibus, n. 6. & 7.*

*Obiectio perdifficilis, num. 8.*

*Responsio ad obiectiorem, n. 9.*

*Expedientiùs se geter confessarius, si media reprehensione emendationem peccatorum venialium pœnitentis intendat, quàm denegando Eucharistiam, num. 10.*

*Pœnitens non habens conscientiam peccati mortalis, non tenetur ex præcepto obedire confessario præcipienti, ne communicet, motu scilicet sine acquirendi emendationem venialium, siue imperfectionem, num. 11.*

*Ad argumenta respondetur, numero 12. 13. 14.*

15.

*Causa mortificandi, seu humiliandi pœnitentem, non potest confessarius denegare sumpcionem Eucharistiæ, num. 16.*

*Neque etiam causa emendandi mortalia, in quo decipiatur Anton. Molin. num. 17. 18. & 19.*

3.

**R** I M V M argumentum. Partem affirmantem suadet quòd iurisdicco confessarij respectu pœnitentis, ad omne illud emendandum se extendit, cuius pœnitens reum se ostendit. Ad quid enim aliud se accusare conduceret nisi confessarius haberet potestatem super defectus & peccata explicata, ad illa nempe absoluenda, vel retinenda? Cùmque contingat sæpè pœnitentem reum se ostendere de peccatis pluries, iteratis, seu de imperfectionibus; tunc confessarius

non solum vt iudex, verum vt condolens medicus medicinam applicare debet, quæ aptior ei visa fuerit ad obtinendam pœnitentiæ emendationem. Sit tamen casus, quòd negata Eucharistia pœnitens adeò terreatur, vt de cætero peccata euitet. Videtur planum in tali euento non solum expediens fore confessario Eucharistiam pœnitenti denegare, verum ad id teneri; aliàs enim in curatione deficeret.

2. Secundum argumentum. Confessarius item potestatem habet, vt emendatio pœnitentis consulat, illum obligando etiam sub pœnitentiâ, vt confiteatur de mense in mensem, aut ab octo in octo dies: de quo disput. 13. num. 2. Hoc autem laboriosius est pœnitenti, quàm forer, negare illi Eucharistiam semel atque iterum. Igitur iniuriam nullam irrogat pœnitenti, si dum possit illum obligare, vt confiteretur ab octiduo in octiduum, in negationem Eucharistiæ commutauit, & consequenter ob vitandas culpas pœnitentis expediens erit sumpcionem Eucharistiæ prohibere.

3. Imprimat tertia ratio maiores vires argumento. Contingat itaque confessarium dare optionem pœnitenti inter negationem Eucharistiæ, & obligationem confitendi ab octo in octo dies; eueniat item pœnitentem negationem Eucharistiæ eligere; quis quæso in hoc casu admittet factam fuisse iniuriam pœnitenti? *Sciemi*, namque, & *volenti nulla fit iniuria*, de reg. iur. in 6. In tali ergo euento expediens erit Eucharistiam denegare, cum vitatio venialium peccatorum acquiratur per medium aliàs licitum, & pœnitenti non iniuriosum.

4. Quattò demum arguitur, qui indicaret iniuriam licet pœnitenti digno ad communicandum, negata

negata Eucharistia, ita deberet iudicium ferre, quod ex negatione Eucharistiae maximo bono spirituali priuatur poenitens. At melius est poenitenti non committere aliquam culpam venialem, quam habere omnem gratiam quam B. Virgo & Sancti modò habent, & possent habere: vt notauit Sotus lib. 5. de iustic. quæst. 1. art. 6. §. Quæritur in alterum. Igitur præcauente confessario, nè poenitens in culpam venialem incidat, vtendo tanquam medio negatione Eucharistiae (& admittimus nullom aliud medium esse efficacius ad præseruandum poenitentem à venialibus, quam negationem Eucharistiae, fuisse expertum confessarium) negotium agit poenitentis, in vitilitatem eius negationem Eucharistiae conuertens. Si enim detur optio animæ charitate accensa, velint magis culpa veniali carere, quam gratia omnium Sanctorum ornatu, non indiscretè eliget carentiam culpæ; imò à contrario peccaminosa esset electio gratiæ, admissa culpa. Cum denique desiderium culpæ magis animæ noceat, quam desiderium carendi gratia Sanctorum (supponimus autem semper animam habere primam gratiam) fit, culpam venialem realiter animæ inhzrentem adducere maius damnum, quam causer bonum gratia omnium Sanctorum. Actus enim ab obiectis specificantur, vt communiter Doctores, cum D. Thom. 1. 2. quæst. 1. §. art. 2.

Nec obstat dicere quempiam, nulla ratione credi posse esse maius noeuementum animæ culpam venialem, quam carentiam gratiæ omnium Sanctorum; cum quislibet gradus gratiæ sufficiens sit ad constituendam amicitiam inter Deum & hominem; culpa verò veniali amicitiam nõ dissoluat: & præterea melius sit homini habere id quo fieret Dei amicus, si amicitia aliàs non esset, quam carere eo, quod amicitiam non dissoluit, quale est peccatum veniale, iudicet quisque.

Non inquam obstat hoc; supposito namque quoddam anima sit in gratia non est illi maius bonum augmentum gratiæ attingens culmen gratiæ Sanctorum, quam carentia culpæ venialis; aliàs licitum esset præeligere augmentum gratiæ, quam carere culpa veniali: quæ tamen electio iniqua esset, vt iam est probatum. Dato verò, quod homo non habeat primam gratiam, ordinatè eligeret habere potius illam, quam carere culpa veniali; cum paria sint carentia primæ gratiæ, & peccatum mortale; aut quia est quiddam coniunctum cum peccato, vt causa cum suo effectu. Quod tenent multi pro se adducentes D. Thom. 1. 2. quæst. 71. art. 6. Vel quia peccatum essentialiter in illa carentia consistit, vt volunt alij, pro se etiam D. Thom. vocantes. Et tunc eligere potius habere primam gratiam, quam carere culpa veniali, esset eligere potius carere culpa mortali quam veniali: quæ ingenuè electio ordinata est. Quo fit, quod si constitueretur homo in puris naturalibus qui nec esset amicus, nec inimicus Deo, & daretur ei optio vellérne magis carere culpa veniali, quam habere primam gratiam, qua constitueretur amicus Dei, inordinatè eligeret si præferret culpam, cum de vitanda culpa habeat præceptum; de acquirenda verò amicitia supernaturali, nequaquam, quando aliàs inimicus non est, cum alioquin non sit ad finem supernaturalem eleuatus. Igitur cum maius malum sit homini culpa infici veniali, quam qualibet gratiæ accretione carere, fit confessarium nullam irrogare iniuriam

Sanchæ Selecta.

poenitenti denegando Eucharistiam, si eo medio culpas veniales sit vitaturus, & consequenter expediens erit, tali vii medio.

### Authoris iudicium.

Licet præfata argumenta quasi agmen in partem negatiuam pariter irrumpant, deserenda tamen illa non est. Numquam certè ego adduci potui ad cogitandum expedire confessarium poenitentem aliàs benè dispositum Eucharistia priuare, sine inducendi emendationem venialium, seu imperfectionum, quidquid in contrarium arbitretur Rodrig. 1. part. summi. cap. 65. Iurisdicção namque confessarij, & potestas super poenitentem, ad id solum se extendit, vt clauibus liget, aut soluat, iuxta illud Christi Ioann. 20. *Quorum remiseritis peccata, remittentur eis, & quorum retinueritis, erunt retenta*: vt expressè docet Montel. 1. 2. disput. 19. num. 200. Vnde iurisdicção confessarij erga poenitentis emendationem, non se extendit ad imponenda noua præcepta: sed id respicere tantum debet, num dignum inueniat poenitentem ad abolitionis beneficium impertiendum, vel indignitatem habeat ob dispositionis defectum, siue indispositio oriatur ex doloris defectu, siue ex animis, vel propositi ad emendationem. Igitur casu admissio, quod poenitens qui venialia & imperfectiones confitetur (quæ imperfectiones num sint sacramentaliter consistendæ, dicimus disput. prima,) habeat verum dolorem, & propositum emendationis, & habere sibi persuadcat, confessarius tenebitur illum absoluerè: poenitens verò absolutus dignitatem, & ius habet ad Eucharistiam suscipiendam. Igitur si confessarius illum defraudet susceptione Eucharistiae, iniuriam ei irrogabit, & à fortiori expediens non erit sumptione Eucharistiae priuare sine consequendi venialium peccatorum emendationem, vel imperfectionum. Tenet expressè Henriquez lib. 4. de Eucharistia, cap. 5. dicens: *Prudens confessarius à iusto homine non exquirat diuinam, aut Angelicam puritatem, sed satis est ea probatio, vt de peccatis habeat iustam aestimationem, & da presentem non habeat iniustam delectationem, de futuro verò iustam voluntatem, sic sufficienter dispositus accedat. & inferius. Quos confessarius iudicat dignos absolutione (vt qui habent contritionem dignam, qua effectum peccati excludat, nec infordecent peccato publico, cuius scandalum ante communionem auferendum) potest incitare ad communionem, quamuis facile recidant, non ex habituali consuetudine, sed propter extrinsecas causas qua forsè remant: habet enim homo ius ad medicinam Sacramentorum, vt exhiberet faciem in oleo, & panis cor hominis, confirmet. Aduertendum tamen ided Henricum dixisse, confessarium posse incitare poenitentem dignum absolutione ad suscipiendam Eucharistiam, quamuis facile recidat, dum id non fiat ex habituali consuetudine; quia censet habenti consuetudinem peccandi, & sæpè admonito in aliis confessionibus, differendam esse absolutionem, vt diximus disputatione 9. num. 3. At nos ibi, num. 6. contrariam censuimus, scilicet non differendam, si proponat peccata curare.*

Præterea si priuans aliquem beneficio Ecclesiastico acquirendo, quando dignus est, manifestam committit contra illum iniuriam; multò magis illam

illam committit, si priuè beneficio gratiæ supernaturalis, quæ à Sacramento in re accepto recipitur; & à plurimis effectibus pretij inestimabilis, remissione scilicet venialium, auxiliis specialibus ad præseruandum à peccatis, salute corporali: moderatur enim Eucharistia nimium calorem, qui posset libidinem excitare; & inde corpus reducit ad bonum temperamentum. Ex temperamento sanè valerudinem corporis pendere, quis negabit? Si extrema Vnctio salutem corporis parat, quid mirum illam nos adipisci ex Eucharistia? imò potius mirandum foret, si illam non causaret. Consecratur obsecro experti, quoniam tempore sanitatem validiorem præsentant; an quando sæpè communicant; an quando abstinant; & audiemus saniores reddi quando communicant: quod rectè obseruauit Suarez tomo 3. in 3. part. quæst. 79. art. 3. disput. 64. sect. 1. Priuaretur etiam aliis pluribus effectibus non sumpta Eucharistia, quorum cognitio soli Deo, & cui voluerit reuelare, est nota. Eius iudicij sum, esse innumerabiles effectus huius Sacramenti à Theologis adhuc non cognitis: & multo plures quam qui de facto cognoscuntur. Quodd enim fulgur hominem non treuolenter dilanet, fortè euenit quia communicauit. Cur verò minus? Quodd vxoratus pudicam habeat vxorem, filios virtuti addictos, quosdam religiosos, sæculares alios, fortè contingit, quia communicauit. Quodd fructus hæreditas ista pingues reddat, cum & aliorum reuues colligantur, fortè euenit, quia dominus hæreditatis dignè communicauit: vt enim rectè obseruauit Fr. Ludou. à Granata sæpè in suo tract. de vna. plura sunt mala à quibus Deus hominem indemnem eripit, quam sunt bona quibus condecoratur: quapropter (ait ipse) tot beneficia erga me impensa considero, quibus malis eripior: si claudum alium inspicio, vt proprium beneficium suscipio, quod claudod drest, & mihi deficere potuit. Ex Eucharistia namque non solum auxilia interna motionis scilicet voluntatis & excitationis intellectus enascuntur, vt diximus disputatione præcedenti, num. 1. sed etiam auxilia eternæ protectionis. Si igitur tot tantisque bonis priuatur pœnitens ex negata Eucharistia, conuenit potest insidè de confessario Eucharistiam negante, cum aliàs dignus sit ad illam suscipiendam. Quod si ob ignorantiam bonorum, quæ non acquirit pœnitens non sumpta Eucharistia, querimoniam aduersus confessarium non habeat, non idè confessarius excusatur. Nonne ego si aliena furtipio quæ furati dominus ignorat, labe non inquinabor, quia dominus rei querelam non instituat? teneor heic à non furtipere; etiam si alius ignoret. Quodd si confessarius ignoret tantis vtilitatibus defraudari pœnitentem, addiscat quæ scire tenetur, vt ignorantia non damnet.

7.

Deinde imprudenter operatur quis quando media indebita, & fini repugnantia apponit ad illum consequendum: at sumptio Eucharistiæ est medium de se ordinatum tam ad remittenda venialia, quam ad præseruandum ab illis; vt constat ex illis verbis Concilij Tridentini sess. 13. cap. 2. ibi: *Suum autem voluit* (scilicet Christus) *Sacramentum hoc, tanquam spirituale animarum cibum, quo alantur, & confortentur viuens vita illius qui dixit: Qui manducat me, & ipse uiuet propter me: & tanquam antidotum quo liberemur*

*à culpa quotidianis, & à peccatis mortalibus præseruemur.* Si tamen cum Suarez tom. 3. in 3. part. disput. 63. sect. 10. per particulam, *liberemur*, intelligamus remitti venialia quæ fuere commissa, non idè asseuerabimus non præseruari à venialibus, cum à mortalibus dicat Concilium, præseruare Eucharistiæ Sacramentum; quandoquidem præseruans à maiori offensa fortius à minori præseruabit: & consequenter à venialibus præseruabitur reali susceptione ipsius. Igitur confessarius qui præseruationem venialium pœnitentis curat adipisci, Eucharistiam, vt prudenter agat, debet ministrare pœnitenti. Quo fit, minus bene illum acturum illam negando, cum non sumptio Eucharistiæ non possit esse medium ad præseruandum à venialibus; aliàs duæ res omnino priuatiuè oppositæ eundem effectum per se haberent: quod sanè Philosophiæ manifestè repugnat. Nam si aqua calida de se calefacit, non calida non calefaciet; nec cæcitas visionem, nec visio cæcitate efficiet, vt Suarez in Metaphys. plurimis in locis, labelus, Soneinas fatentur.

Quis enim non iudicabit peritiorum medicum esse medicinas apras ad salutem infirmo applicantem, etiam si eum mori contingat, quam illum qui ineptus, etsi contingat viuere? Primus sanè peritior est, & dignus laude. Ideo Aristoteles lib. 1. Topic. de huiusmodi medico sic scribit: *Non idè malus medicus si non semper sanat, dum nihil omiserit eorum que sunt ex arte.* Igitur peritior confessarius erit Eucharistiam pœnitenti infirmo velut medicinam applicans, licet contingat non fieri sanum, hoc est, de venialibus emendati; quam sit ille qui Eucharistiam negat ad sanandum infirmum, quamuis contingat eum sanari: eum hic secundus minus apram medicinam ad effectum consequendum applicet; primus verò apram, imò & aptiorem inter cæteras quas applicare potest. Iudicet vnusquisque.

8.

Alacriter fortè quis à se excutiet præfatam rationem, & crimine insufficientiæ notabit, dicens, negationem Eucharistiæ, manifestum esse, per se non fore medium necessarium ad præseruandum à venialibus: posse tamen contingere quodd sit medium per accidens ordinatum, si constet confessario Eucharistiæ negationem pœnitenti adeò magnum terrorem imprimere, vt inde emendationi consulat; & fortè aliis intentatis mediis eam non est assecutus: hoc sanè euenit prudenter se gerit, si negatione Eucharistiæ vratur, tanquam medio ad consequendam emendationem venialium.

9.

Fundamento huius responsionis conuulso, reliquas partes ædificij eorti necesse est. Cum enim scientia confessarij, scientia veritatis debeat esse, minus bene agat si pœnitentem fallat, terrorem incutiendo in eo quodd minus bene exequi potest, minando se negaturum Eucharistiam: & multo minus bene si de facto exequatur negationem: quamuis sciat pœnitentem ob ignorantiam adeò timere, vt potius eligat emendationem, quam minarum executionem. Sicut malè ageret confessarius, Parochus, aut alius de eius licentia, qui pœnitenti volenti matrimonium inire, noller in contractu assistere, vsque dum emendationem peccatorum esset assequutus: vt enim rectè obseruauit Sanchez lib. 3. de matrim. disput. 15. num. 19. Parochus, imò & Episcopus ob ignorantiam doctrinæ Christianæ neminem arcere

arcere possunt à matrimonio contrahendo: cum ipsorum non sit impedimentum matrimonij statueret, nec hoc impedimentum ab Ecclesia statutum sit: etsi sciat certò Parochus, quòd si ipse nollet matrimonio assistere, contrahentes sint addiscituri doctrinam Christianam, vel ab aliis peccatis cessaturi. Sed hoc verum esse intellige, si insistent contrahentes matrimonium celebrari. Si tamen suauiter, & absque vlla violentia, & ex contrahentium consensu, ad breue tempus Parochus detineret, malè non ageret: sed ideo non ageret malè ad breue tempus differendo matrimonium: quia cum contrahentes in statu peccati mortalis sint, aut quia non restituant dum debitores sunt, & possunt illicò restituere, aut quia nesciant doctrinam Christianam, contrahendo matrimonium, sacrilegium committunt. Consulere autem differre peccatum, sanum consilium est. Ex quo deducitur, quòd etsi ad breue tempus possit Parochus matrimonium differre, vt enitet sacrilegium, non tamen possit susceptionem Eucharistiæ differre pœnitenti, qui etsi statim committeret, sacrilegium non committeret. Hic obiter infertur contra præfatam doctrinam procedere constitutionem cuiusdam diœcesis, disponentem, & prohibentem Patochum assistere matrimonio eorum, qui doctrinam Christianam ignorant. Non enim, vt suprà diximus ex Thoma Sanchez lib. 3. de matrimon. disput. 15. numero 19. Episcopus potest imponere impedimentum matrimonij. Quamuis oppositum doceat Basilius de Leon lib. 5. de matrimon. cap. 36. numero 8. vocans pro sua sententia Sancium, qui tamen oppositum dicit, casu quo contrahentes insistent, bene tamen si suauiter consentiant ad breue tempus differri.

10. Deinde cum peccata venialia vitare non possumus, nisi à Deo sanctis cogitationibus præueniamur, & suis auxiliis adiuuemur: quoniam enim credi potest, maiora auxilia ad peccata venialia vitanda promanatura fore à timore perdendæ communionis, vel à dolore negatæ, quàm essent illa quæ causarentur à Sacramento Eucharistiæ realiter suscepto: ad eum modum, quo diximus disputat. 9. numero 12. non fore sanum consilium absolutionem digno denegare sine timorem incutiendi, vt vigilantius peccata vitet, cum vberiora auxilia proueniant à Sacramento pœnitentiæ realiter suscepto, quàm à dolore negatæ absolutionis, vel timore denegandæ. Expedientiùs ergo se habeat confessarius, si media reuersione emendationem peccatorum venialium pœnitentis intendant, quàm denegatione Eucharistiæ: cum ad hoc medio vtendum nullum habeat ius pœnitente renuente sibi Eucharistiæ denegari, habeat tamen ad reprehensionem.

Præterea cum pœnitens iustitiæ ius habeat ad suscipiendam Eucharistiæ, dum mundus est à mortali, ex illo Pauli 1. Corinth. 11. *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, &c. Quem locum explicans Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 7. non aliam mundiciam, quàm à mortali, fore necessariam decernit ad hoc quòd pœnitens habeat ius sumendi panem illum. Hinc fit irrogari iniuriam pœnitenti prohibendo sumptionem, dum non habeat conscientiam mortalis. Nec medio iniurioso est vtendum ob ma-*

*Sanchez Selecta.*

iore mundiciam, seu perfectionem pœnitenti comparandam. De quo redibit seimo aliquantulum latius in solutione ad primum, numero 12.

Deinde confessarium taxantem certos dies pœnitentibus ad Eucharistiæ suscipiendam, in aliis suscipi prohibentem, contra Concilium Tridentinum agere, minimè dubito. Nam ex tate declaratio quæ habetur in 4. volum. decision. Rotæ in declaratione sess. 22. cap. 6. quam refert Marcilla in *Memorial. Compostell.* fol. 29. huius tenoris: *Obstat Concilium Tridentinum Episcopo volenti præscribere certa tempora, vt dies Dominicos, quartam, & sextam feriam, quibus tantum liceat viris laicis coniugatis, negotiatoribus & mulieribus sanctissimam Eucharistiæ sumere, etiam ob irreuerentiam quam potest quotidiana huius Sacramenti sumptio in sua diœcesi parare. Hoc fuit decisum in mense Ianuarij 1587. obstat, quia antiquo tempore peracta consecratione omnes adstantes sumebant Eucharistiæ: & ideo licitum est, quotidie Eucharistiæ sumere, cap. quotidie, de consecratione distinctione 1. Quapropter exhortandi sunt fideles, vt sicut quotidie peccant, ita quotidie medicinam accipiant, cap. quotiescunque, de consecrat. distinctione 2. Si igitur declarat sanctæ Congregationis Cardinales, Episcopum taxantem certos dies ad Eucharistiæ sumptionem, & in aliis suscipi vetantem, contra Concilium agere: quare tibi confessario aduersus illud non tendere videtur, verantius tuos pœnitentes quotidie ad sacram accedere mensam, sed solum certis diebus à te designatis? Securus ne es contra Concilium procedens? Dices, Episcopum secundum externam solum gubernationem prohibuisse quotidie communionem, te verò secundum internam; de qua non loquitur præfata declaratio. Sed nullius momenti euasio: Episcopus sanè ob vitandam irreuerentiam quam oriundam fore putabat ex quotidiana communionem, quotidie suscipi Eucharistiæ vetauit. Similiter, & tu ob eundem finem incitaris ad interdicens eandem tuis pœnitentibus. Par igitur est confessarius cum Episcopo, & respectu vtriusque procedit declaratio. Tum etiam, quia Episcopus secundum internam gubernationem dicitur agere, quando ad impedienda peccata leges edit. Nec confessarius distinctam gubernationem internam poterit habere erga pœnitentem, legem illi imponendo, quam non possit Episcopus, nisi pœnitentiam, hoc est, satisfactionem sacramentalem, quam non poterit Episcopus, nisi munus pœnitentiarij actualiter respectu pœnitentis exerceat: at sub pœnitentia iniungi non posse, non susceptionem Eucharistiæ, dicimus disputat. 33. num. 15.*

Deducitur ex dictis, pœnitentem non habentem scientiam peccati mortalis, non teneri obedire confessario præcipienti, ne communicet, moto ob finem acquirendi emendationem venialium, aut imperfectionum, taliter, quòd si non obediat, peccet; vt optimè docet Marcilla in addit. ad *Memorial. Compostell.* fol. 146. iurisdicção namque confessarij non se extendit ad negandam Eucharistiæ dignè disposito, hoc est absque mortali inuento; cum iurisdicção ipsius solum se extendat ad negandam absolutionem

11.

nem indigno, & impetendam ex religione, & iustitia digno; quandoquidem nulla extrane causa iusta minister ex religione perficere teneatur Sacramentum à se ministratum, nec informe, aut diminutum relinquere; & ius iustitiæ commutativæ insit pœnitenti respectu sui Patochi, ad recipiendum ab eo Sacramenta. Imò respectu cuiuscumque confessarij ius habet pœnitens iustitiæ ad exigendam absolutionem, dum haud indignus sit illius, cum ex pacto quasi virtuali se devinxerit confessarij ad impetendam absolutionem supposito quòd audire peccata pœnitentis decrevit, qua sub conditione pœnitens sua illi detexit secreta, aliàs minimè. Nec confessarij pœnitenti novum aliquod vinculum iniungere potest, præter aliud iniunctæ pœnitentiæ. Quando verò aliquid imperat in ordine ad emendationem in futurum, nihil novum præcipit, sed solum explicat id quod aliàs pœnitens exequi tenetur, ut quòd restituat, vel occasionem tollat; ut bene notavit Sylvest. verb. *restitutio* §. 5. §. 7. Suar. de *Pœnitentiâ*, disputat. 20. sect. 4. fin. Tolet. lib. 3. cap. 18. num. 3. de quo videnda à nobis dicta disputat. 13. num. 8. Et supposito iam, quòd pœnitens probavit se in iudicio confessionis, & iudicatus est à confessario haud indignus sumptione Eucharistiæ, vitæ carens culpa mortali, obligare non poterit illum sub præcepto ad non communicandum, usque dum habeat aliam distinctam dignitatem, & maiorem dispositionem, scilicet contentiam venialium, seu imperfectiorum. Nullibi sanè tale præceptum reperitur, nec Divus Paulus in illis verbis 1. Corinth. 11. *Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat.* aliud ponit præceptum præter hoc, quòd homo careat culpa mortali ad accedendum dignè ad mensam Domini. Quod communiter à sanctis Patribus docetur, & à communi Theologorum recipitur, & traditione Ecclesiæ est determinatum, ut decernit Concil. Trident. sess. 13. cap. 7. ibi: *Ecclesiastica consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscius peccati mortalis ad sacram Eucharistiæ accedere debeat.* Nec scio, quam ratione dicat Anton. Molina, lib. de instruct. Sacerdot. tract. 4. cap. 4. §. 4. in eo loco. *Qui indignè manducat, & bibit, iudicium sibi manducat, & bibit,* per indignitatem non solum intelligere D. Paulum peccatum mortale, sed etiam veniale: Concilium enim in illo cap. 7. non aliam probationem requirit ut necessitatem ad non manducandum iudicium, & condemnationem, quam mundiciam à mortali: si verò per peccata venialia incurteret homo iudicium, & condemnationem sumendo Eucharistiæ, non rectè intulisset Concilium: Quod si homo non velit incurtere tale iudicium, de quo ibi loquitur D. Paulus, mundet se à mortali, cum etiam opus esset se mundare à veniali, iudicet unusquisque sed de hoc D. Pauli loco latius egimus disputatione 22. numero 36. & 39. An verò sit sanius consilium, iudicium sequi confessarij impediens communionem, quam contra illius ordinationem Eucharistiæ suscipere, est ex præcepto nequaquam parere teneatur fidelis, sequenti disputat. examinabitur.

12. Primum argumentum solum probat, quòd si negatio Eucharistiæ esset medium per se ordinatum, & aptum ad præservandum à venialibus, teneretur confessarij Eucharistiæ negare. Nec

obstat, quòd per accidens contingat pœnitentem cavere venialia ob negatam Eucharistiæ: nam quæ per accidens contingunt, non expedit confessarij præcipere relictis quæ per se convenientiam ad finem habent, cum illa quæ eveniunt per accidens possint etiam non evenire. Præterea cum pœnitens iustitiæ ius habeat, quòd sibi non negetur Eucharistia, quando mundus à mortali eam postulat; iniustitiam ager aduersus pœnitentem cupientem communicare confessarij, illam negando quantumcumque faciat ob bonum finem cavendi peccata venialia, siue imperfectiones pœnitentis, sicut iniustitiam committeret quis proximum incarcerans ultra unam, vel duas horas causa vitandi peccatum incarcerati. Quod intellige etiam quando peccatum esset in damnum tertij, & tempus suppeteret certiorandi iudicem de nefaria intentione incarcerati, ut notat D. Thomas 2. 2. quæst. 65. artic. 3. ad 3. pertinet enim solum ad iudicem ultra duas, vel tres horas incarcerare, Sylvest. verb. *carcer*, numero 1. Tabien. dicta verb. numero 1. Armilla verb. *carcer*, et 1. Manuel Rodriguez 1. tom. summ. cap. 39. numero 1. Bañez, Solon, Aragon 2. 2. quæst. 65. artic. 3. Sotus lib. 5. de iustit. quæst. 2. artic. 3. Molina 4. tom. de iustit. disputatione 2. numero 17. Sanchez lib. 3. de matrimonio, disputat. 15. numero 19. Villalob. 2. tom. summ. tractat. 12. difficult. 19. numero 7. & 8. Ledesma. 2. part. summa, cap. 19. in fin. 4. conclus. Graff. in decision. lib. 3. cap. 5. numero 128. Si aucthores iuris desideras, vide plures in D. Ioan. Vela de delictis, cap. de privata auctoritate incarcerante, ut quid transcribam? Si ergo etiam ob vitandum peccatum incarcerati licitum non est, uti medio contra iustitiam (cum Paulus dicat, non esse facienda mala, ut eveniant bona) incarcerando, seu per vim detinendo præter duas, vel tres horas; nec etiam expediens erit privare pœnitentem iure suo ex iustitia ad suscipiendam Eucharistiæ, dum mundus est à mortali, præcipiendo vel quomodolibet impediendo sacramentum panem suscipere, quantumcumque id fiat sine impediendi peccata pœnitentis, siue imperfectiones.

Secundum argumentum debiliores habet vires. Quamvis enim pœnitenti esset difficilium de mense in mense confiteri, quam carere Eucharistiæ, non propterea neganda erit, cum sit medium per se minus aptum ad finem; confiteri verò crebro aptum. Non certè peritus medicus corporalis esset qui applicaret medicinam ineptam infirmo, relictis apta & salubri; solum quia difficilium infirmus recipit aptam, quam ineptam reciperet.

Ad tertium. Nec voluntati pœnitentis æquum erit confessarij annuere, etsi eligat potius carere Eucharistiæ, quam confiteri de octo in octo dies: errat enim pœnitens sic eligens; quem tamen dirigere debet confessarij: quod si omittat, iniustitiam pœnitenti irrogat. Illa namque regula, *scienti & volenti nulla fit iniuria*, solum locum vindicat, quando scientia non nititur in ignorantia.

Ad quartum. Licet melius sit pœnitenti culpa veniali carere, quam habere quodlibet incrementum gratiæ, non tamen debet confessarij per medium minus expediens finem adipisci: nec negotium agit pœnitentis defraudans eum gratia,

13.

14.

15.

tia, quam posset habere, si Eucharistiam suscepisset. Et præterea si aliis mediis vreretur, consequeretur etiam præseruationem venialium. Imprudenter sanè ageret confessarius, vt rectè obseruauit Nauarr. *de pœnitentiâ* distinct. 5. §. *ponat*, numero 4. & Graff. 1. *part. decis.* lib. 1. cap. 3. numero 6. 7. & 8. Chapiuile *de casibus referuatis*, fol. 103. si melancholico, & ad desperationem prompto consuleret, quæ augmentant tristitiam, quale esset ieiunium panis, & aquæ, & vitatio honestarum recreationum; aut si imponeretur elemosyna magna pauperi, ieiunium perpetuè laboranti, austeritas magna, asperitasque delicato; peregrinatio mulieribus, &c. Et honori pœnitentis semper consulendum est, vt notauit Soto in 4. distinct. 20. quæst. 2. artic. 3. col. 3. in fin. non enim (ait ipse, loquendo de pœnitentia iniungenda) illæ pœnitentiæ iniungendæ sunt, quas personam adimplere non deceat: vt decreuit Leo Papa Epistol. 77. aliàs 79. ad Nicetam Episcopum, cap. 6. per hæc verba: *Tempora pœnitentiæ habita moderatione constituenta sunt, prout conuersorum animos profpexeris esse deuotos; pariter etiam habens acacie senilis intuentum, & periculorum quorumcumque, aut agriudini respiciens necessitates.* Si enim quando pœnitentiæ imprudenter essent iniunctæ, eas accipere non tenetur pœnitens, vt diximus disputatione 14. numero 20. eo quod applicentur medicinz contrariæ infirmitati; minùs tenebitur pœnitens præceptum confessarij sequi negantis Eucharistiam ad præseruandum à venialibus, cum tali medicina omninò contraria de se sit infirmitati curandæ; tum quia in tali mandato dando potestare clauium minimè vitur, eo quod non sumptionem non iniungat sub pœnitentia. An verò possit non sumptionem sub pœnitentia imperare, agimus disputatione 33. à numero 15. Vbi negatiuè respondemus, nec eam acceptare teneri pœnitentem resoluimus.

16. Ex dictis duo certa deducuntur. Primum, quod ratione mortificationis pœnitentis non expedit confessarium subtrahere ei sacram Eucharistiam, vt latius disputat. 30. num. 5. & 11. cum id agere non expediens sit ratione cauendi venialia, & amplius ius habeat confessarius ad emendandum pœnitentem à peccatis, quam ad inducendum, vt acquirit virtutes mediis mortificationis actibus.

17. Secundò deducitur, quod nec etiam ratione cauendi mortalia pœnitentis expedit con-

fessarium Eucharistiam denegare. Est enim Eucharistia, vt ex Concilio Tridentino supra constat, antidotum quo à mortalibus præseruamur. Negate igitur Eucharistiam pœnitenti, vt caueat à mortalibus, esset applicare medicinam contrariam omninò ad ea mortalia præcauenda, & medicinam ab infirmitate remouere.

Infertur testis, falsum esse quod dixit Molina libro *de instructione Sacerdotis*, tractatu 7. §. 4. cap. 5. quod confessarius, vt procuret emendationem pœnitentis, poterit Eucharistiam negare: probauimus enim iam, quod si non possit negare absolutionem, nec etiam communionem posse, quia pœnitens absolutus dignus est sacra Eucharistia; nisi vomitus, aut dilaceratio Sacramenti, vel alia indecentia timeatur.

Denique vellem inquirere à Doctõribus contra hanc nostram doctrinam reclamantibus, num ipsi ad celebrandum, ita subdantur confessario quod imperanti ipsi cessationem celebrationis statim pateant, quantumcumque id iubeat ob finem vitandi venialia siue imperfectiones ipsorum? Credo sanè, si tale illis iussum esset non obtemperaturos, agrè ferentes ad id obligati ad quæ non sint constricti, & de illis edoceri, quæ melius ipsi quam confessarij norunt. Si igitur Sacerdotes quoad celebrandum, vel non, parati non sunt obedire confessario verenti celebrationem, dum ipsi labe mortali non sunt infecti, quam ratione obligatos ad obediendum volunt esse laicos quoad communicandum, vel non? Et cum Sacerdotes, vt celebrent quotidie, si mundi à mortali sunt, licentiam à confessario non exquirant: Quam ratione laici, vt quotidie Eucharistiam suscipiant, si à mortali liberi sint, licentiam à confessario petere erunt cogendi? Nam quod quisque iuris in alterum stauerit, opus est, vt ipse eodem iure vitur. Quis enim aspernabatur idem ius sibi dici quod ipse aliis dixit, vel dici effecit 2. *leg. 1. Quod quisque iuri.* Nemo namque audiendus est id petens, cuius contrarium non fuerat in contrarium euentum postulaturus *leg. penult. Cod. de solutionibus.* Faber in *Cod. Fabriano*, lib. 8.

tit. 30. definitione 43. numero 2. Quæ respondeant ad hæc aduersarij, leuia sunt, quæ consultò omitto.



## DISPUTATIO XXIX.

An estò quòd pœnitens purus à mortali non teneatur sub præcepto obedire Confessario præcipienti, ne communicet; teneatur tamen sub consilio potius ei obedire, quàm communicare?

## S V M M A R I V M.

*Argumenta suadentia fore melius consilium obtemperare confessario, num. 1. 2. & 3.*

*Authoris iudicium, num. 4.*

*Soluntur argumenta num. 5. 6. 7. 8. & 9.*

1.



VADET affirmatiuam partem, quòd scilicet melius sit sequi consilium confessarij, quàm communicare, pius vsus fidelium, qui aliquid contra æquitatem committere se putant, si renuente & contradicente confessario communicent. Nec credibile est, Deum fore permissurum Fideles per tot sæcula in errore permanere, eligendo imperfectius consilium, relicto prudentiori. Confessarij item non ignari rædium ostendunt pœnitentibus contra datum à se consilium communicantibus. Et vercor, ne aliqui non absolutos relinquunt pœnitentes, si reluctentur eorum mandatis, vel consilijs, quoad hoc. Neque etiam credi potest, si consilium confessarij in hoc non foret amplexandum, obtenebratos esse confessarios iudicantes semper eorum consilium esse sequendum, nec aliquando aduertisse, an minus bene se gerant.

2.

Quinde, concionatores tradentes doctrinam de frequentia communionis, id semper aduertunt, ne accedant ad Eucharistiam Fideles inconsulto confessario. Sed ridiculum sanè foret, consilium rogare à quo non esset accipiendum. Igitur confessario consulenti pœnitentem pro aliquo tempore non communicaturum, patendum erit.

3.

Vltcrius. Contingat quòd pœnitens habeat confessarium designatum cui libenter se submitrat, vt ab illo regatur non solum quoad necessaria animæ, sed etiam quoad supererogatoria, desiderans summam perfectionem acquirere. Hac itaque supposita voluntate, & submissione, ex æquitate debet sequi pœnitens consilium confessarij in omnibus, quæ ad perfectionem animæ non atinerè non sit manifestum: aliàs si sit dubium, an pertineant necnè; si nolit sequi consilium confessarij, ad quid petit? In rebus enim dubijs consilium sedem habet. At manifestum non est esse melius communicare contra consilium confessarij, quàm illi parere non communicando. Igitur aut illusoria fuit, & nomine tenus subiectio ad confessarium velut ad patrem spirituales, aut tenebitur sequi illius consilium statuens pœnitentem pro aliquo tempore ab Eucharistia abstenturum.

*Authoris iudicium.*

4.

Hanc tamen partem etsi laboribus argumentorum aliqui tutantes sint munire conati, contrariam puto magis veram. Vnde sentio pœnitentem rectius acturum non exequendo consilium confessarij impediens susceptionem Eucharistie ad assequendam emendationem venialium; supposito quòd nullius criminis mortalis conscientiam habeat. Est enim negatio Eucharistie minus bonum medium ad finem intentum præcauendi, scilicet peccata venialia. Probant etiam hanc conclusionem rationes, num. 6. & 7. præcedenti disputatione allatæ. Conuincunt enim non solum pœnitentem non teneri sub præcepto parere confessario impediendi communionem, verùm neque sub consilio: & consultius se gesturum pœnitentem Eucharistiam accipiendo contra consilium confessarij, si aliàs absolutus sit, & sufficienter dignus communionem; quàm abstinere, consilio pœnitentiarij morem gerendo. Sic Magister Mareilla in tractat. de *communione*, in addit. ad *Memorial. Compostell.* cap. 12. Petrus S. Bonavent. in *las jordanas del alma*, fol. 240. aliàs 242. Rayneius in summ. de *Eucharistia*, cap. 26. prope finem, dicens, quòd quantum ad frequentationem communionis vnusquisque suo iudicio sit relinquendus, & an raro, vel frequenter sit communicandum. Non ergo iudicium confessarij interuenire opus est, si aliàs pœnitens sit absolutus, & dignus communionem. Quod idem docet D. Thom. in 4. distinct. 12. artic. 1. quæst. 3. Quem sequuntur Durand. Gabriel. Argent. Richard. dicta distinct. Et pro hac parte adduci potest Henric. num. 5. præcedenti disputatione adductus, dum ait, confessarium posse incitare ad communionem pœnitentem absolutum, etsi facile recidat. Sentit igitur non fore vnquam rectum consilium impedire Eucharistie sumptionem ob vitanda peccata; aliàs non esset permissum confessario, incitare, licèt esset permissum non impedire quando veller pœnitens communicare: incitare namque propriè respectu operis sub consilio stantis dicitur. Hinc inferretur esse falsum, quod ait Anton. Molina tract. 7. de *instru-ctiõne Sacerdotis*, §. 1. cap. 5. fol. 220. quòd semper pœnitens debeat dependere ab arbitrio confessarij, quantum ad communicandum, vel non communicandum. Dependente Sacerdos absolutus à confessario quoad celebrandum, petitne licentiam ab eo? vt diximus disputatione præcedenti, num. vltimo.

Obicies, Summum Pontificem in cap. *Omnia vtriusque sexus; de pœnitent. & remiss.* asserere, posse

posse Fidelem de consilio Sacerdotis ob aliquam rationabilem causam ad tempus à perceptione Eucharistiae abstinere. Censet igitur Summus Pontifex consilium confessarii de abstinendo ab Eucharistia, sequendum esse. At facilis est solutio: non enim Pontifex necessariò sequendum esse confessarii consilium affirmat: sed quod licet quis illud sequi possit, & absque metu poenarum illius canonis, licet poenitens in Paschate non communicet; quod & nos pariter affirmamus. Quando videlicet confessarius differret absolutionem, vt experiretur an propositum poenitentis esset firmum, ex mente aliquorum, vt diximus disput. 9. num. 3. & 4. aut quia absolvere nequam poterat donec poenitens occasionem proximam peccandi vitaret, addentes semper fore salubrius non habenti mortale, consilio Sacerdotis differrentis communionem non annuere, sed relicto eius consilio, communicare. De quo plura in disput. 9. num. 11. & 12. *An habenti consuetudinem peccandi sit neganda absolutio.* Et specialiter de cap. illo; *Omnia vtriusque sexus*, egimus disput. 26. num. 8. & 9. qui videndus est, nam ad rem praesentem maximè conducit.

Sunt hercle confessariorum non pauci tyrannicè sibi usurpantes libertatem à Christo animabus exhibitam, adeoque zgrè ferentes quòd coram aliis ab ipsis confessio fiat, vt insanite videantur, vt rectè animaduertit Ioan. de la Cruz in *l'ama de amor vna*, §. 11. *Tu de tal manera tyrantizas las almas (Confessor) y de suerte las quitas la libertad y adindicas para si la anchura, y libertad de la doctrina euangelica que no solo procuras que no se dexen, mas lo que peor es que si a caso alguna vez saues que alguna fue a pedir algun consejo a otro, o a tratar alguna cosa que no conuenia tratar contigo, o la licuaria Dios para que la enseñasse lo que tu no la enseñas, te ayas con ella ( que no lo digo sin verguença ) como las contendas de zelos que ay entre los casados, losquales no son zelos que tienes de la honra de Dios, sino zelos de tu soberuia y presunçion. Por que como puedes tu sauer que aquella alma no enuo necesidad de ir a otro?* Sicut ergo ineptum iudicatur confessarius impedire fideles alios adire poenitentiariorum à quibus perficiantur, nec in hoc sanum consilium reputatur confessarii sic impediens parere, icidem rectum consilium nullatenus erit sacrae Eucharistiae vsum vetare, quo fidelis certius perficitur.

Nec primi argumenti vires state permittam. Admitto quidem ingenuè piura vsum fidelium de non communicando resuente confessario. Pius herclè vsum, sed non magis pius quam oppositus. Neque mirum Deum huiusmodi opinionem per aliquot saecula permisisse (quis scit an per omnia) cum non sit hæc materia de obediendo, vel non consilio confessarii in communione, vel abstinendo ab Eucharistia, supposito, quod poenitens conscientiam non habeat mortalitatis peccati adeò necessaria ad salutem animarum. Confessarii item bona fide purantes consilium suum fore sequendum, tædium ostendunt si contrarium fieri videant: neque sine causa, cum bona fides & opinio excusat, quaque mediante aliqui confessarii poenitentes parum sibi obediens non absolutos reiciunt. Durat bona fides & opinio, durat & excusatio.

Ad secundum argumentum respondetur, con-

cionatores ex zelo suæ opinionis & bona fide procedere, monendo Fideles, ne accedant ad Eucharistiam inconsulto confessario: id tamen necessarium non est, cum probatum iam sit, quòd etsi confessarii dissuadeant communionem, opus non erit, quòd sit eorum consilium exequendum, velut maiori bono defraudans; dum tamen suscipientes Eucharistiam mundi sint à mortali peccato & nequaquam dubitent sibi licere Eucharistiam sumere non parendo tali consilio.

Tertium argumentum facile euerto. Fateor ingenuè poenitentem, qui subiicitur regimini confessarii quoad supererogatoria, teneri ex æquitate rationis, non ex præcepto ad aliquam culpam obligante sequi consilium confessarii in rebus dubiis quæ scilicet sint perfectiores, vel imperfectiores. In rebus tamen manifestè imperfectioribus & minus bonum poenitenti apparantibus non teneri sequi consilium confessarii; nec ad id se poenitens obligabit, quia stulta esset obligatio & repudio digna; neque etiam si fecisset votum obligaretur, quia *displectit Deo infidelis & stulta promissio*, Ecclesiast. 5. Manifestum autem est quòd non suscipere Eucharistiam sine cauendi venialia, seu defectus, sit eligere medium manifestè minus bonum ad finem, vt supra est probatum numero 6. & 7. præced. disputat. Nec idem dicendum est, hoc non esse clarum & apertum, quia plurimi etiam sapientes ante discussionem factam de eo dubitent; contingit enim multoties aliquid sub dubio permanere, non quia dubietatem contineat in se, sed quia hominum ingenia non ex proposito considerant, dum contenti sint prisorum vestigia sequi. Non miror hoc: *Addere namque scientiam est addere laborem*. Ecclesi. 1. quasi dicat: Qui supra scientiam quam habet, addere cupit, supra laborem præteritum addat nouum, cum scientia labore & indultria comparetur. Hinc, vt rectè aduertit Vazquez 1. 2. tomo 1. disput. 62. cap. 4. num. 13. Azor tom. 1. lib. 2. cap. 16. quæst. 5. Villalob. 1. tomo, summ. tractat. 1. difficult. 4. num. 16. Sayrus Clau Regia docet in re lib. 1. cap. 6. num. 8. Sanchez in summ. lib. 1. cap. 9. num. 9. & lib. 3. de matrimonio, disput. 44. num. 2. negare non possumus turbam Doctorum aliquando amplecti vnam opinionem absque delectu rationum, aut saltem non tam exactè rationibus ponderatis: contra quas deinde alius Doctor magnæ autoritatis opinionem aliquam maturè excogitam in scholas introducere potest. Et multæ opiniones initio excogitæ & in scholas inuectæ sunt, quæ communes tunc non fuerunt. Non ab hinc multis saculis audaciæ nota inuretur qui stuprum non esse circumstantiam mutantem speciem affirmaret; at modò plausibilis, & communis satis, ac verior sanè est opinio censens speciem non mutare, dum violentia illata non sit virgini, vt docent Lessius lib. 2. de iustitia & iure, cap. 10. num. 6. Vazquez 1. 2. quæst. 74. disput. 112. num. 1. & 3. & opuscul. de restitut. cap. 3. §. 1. Sotus in 4. distinct. 18. quæst. 2. art. 4. post 7. conclusionem, Sanchez lib. 7. de matrimonio, disput. 14. num. 5. & reputat probabile Suarez tom. de poenitentia, disput. 22. sect. 4. num. 6. Basil. de Leon lib. 6. de matrim. cap. 12. numero 6. Layman 1. tom. sect. 5. fol. 135. & satis eam insinuat Salcedo in pract. cap. 83. verb. *Non debeat condemnari*. Anton. Diana tractat. 7. resolut. 11. Tannerus part. 2. disp. 4. quæst. 8. num. 130.

Megala 1. part. lib. 5. cap. 11. num. 10. opinio. 4. *Egid. de Sacrament. disput. 7. dub. 4. num. 5. Hurtado de penitens. disput. 9. difficult. 4. Fagundez 2. præcepto, lib. 4. cap. 3. num. 16. qui ait hanc opinionem esse turam, quamvis oppositam tutiorem arbitretur: & hanc esse in rigore metaphysico & speculatio probabiliorem docet Filiucius tomo 2. tractat. 30. cap. 3. num. 64. quamvis in praxi oppositam esse veram dicat: in quo non consequenter loquitur, quia probabilitas practica ex probabilitate speculatio oritur: vnde repugnat aliquid esse speculatio probabile, & non practice, vt dicimus disputat. 54. num. 11. & plures eam docent qui typis sua scripta non tradiderunt, quos consului, & esse probabilem docet Villalob. tomo 2. tract. 30. diff. 10. num. 6. licet vetiorem dicat esse oppositam Nauarra lib. 2. de restitutione, cap. 3. num. 419. Quamvis mutata speciem asserant Diuus Thomas 2. 2. quæst. 154. articulo 6. & ibi Caietan. Nauarr. in summ. cap. 16. num. 3. verb. *Luxuria*, num. 1. & verb. *Stuprum*, in principio, Viguerius de *Catholicis institutionibus*, §. 4. versu 4. cap. 7. Syluester verb. *Luxuria & stuprum*, 1. Bañez 2. 1. quæst. 64. art. 6. in fine D. Antoninus 2. part. tit. 5. §. 1. Armilla verb. *Stuprum*, Sayrus Clari Regia lib. 8. cap. 4. num. 9. Villalobos 1. part. summ. tract. 9. diff. 36. num. 15. Chapiaulle de *casibus reformatis*, fol. 149. Filiucius tom. 2. tract. 30. cap. 3. num. 66. Corduba in quæstionario, lib. 1. quæst. 13. punct. 6. ad arg. Ledesma 2. part. summ. tract. 27. cap. 10. in principio Grass. 1. part. decisionum lib. 2. cap. 79. licet solum intelligat, tunc mutata speciem quando puella esset constituta sub parentum cura. Llamas 2. part. summ. cap. 8. §. 17. Pedraza in summa 6. præcepto in principio. fol. 65. Victoria in summ. vbi de confessione, num. 176. Medina Cod. de penitens, quæst. de *circumstantiis mutantibus speciem*, pauld post principium, Gutierrez, lib. 1. quæstionum Canonice, cap. 3. num. 29. Angles de Floribus 1. part. quæst. 3. de confessione, art. 4. difficult. 7. Henriquez lib. 5. de penitens, cap. 7. num. 3. litera T. & cap. 8. num. 2. Martinus de Ledesma 2. parte, quæst. 8. art. 4. dub. 3. in fine, Valentia 2. 2. disput. 9. quæst. 3. punct. 3. §. *Stuprum accipiend.*, Philarchus de officio *Sacerdotis*, tomo 1. parte 2. libro 4. fatetur tamen maior pars horum Doctorum in viro circumstantiam stupri non reperiri. Fit ergo modò in scholis aliquas esse communes opiniones, quæ antea minimè erant obturbam Doctorum illas oppugnantium. Et vt aduertit Gateia tomo 2. de benefic. 1. 1. part. cap. 5. num. 363. vt opinio probabilis sit, non sat est eam asserere viros sapientes, sed etiam opus est eam confirmare optimis argumentis. Idem tenent Medina 1. 2. quæst. 19. art. 6. Aragon. 2. 2. quæst. 63. art. 4. nostram tamen sententiam, vt vidimus, non mediocris ponderis confirmant argumenta. Aduertendum tamen, quod est res de qua in præsentia agimus, sit nobis manifesta, si tamen penitens dubitet de illa, tenebitur sequi consilium confessorij, ne ob dubiam peccet conscientiam: deposito tamen dubio, & veritate cognita qualiter est in se, procedit noster casus, & illius resolutio, quod tunc scilicet non sit sequendum consilium confessorij.*

Cum autem statuerimus stuprum tunc speciem mutare quando violentia infertur virginis, & illo euentu confitentiam necessariò fore circumstantiam stupri, contendet forsitan aliquis hoc euer-

tere, & sat esse aperire, se per violentiam sibi carnaliter copulasse solutam. Nam si interueniente consensu fœminæ stuprum sufficienter manifestatur, dicendo solutam fuisse à se carnaliter cognitam, accedente oppressione solum additur species iniustitiæ, quæ violentia appellatur: igitur sufficienter tota malitia peccati aperitur, fornicationem simplicem, & violentiam manifestando. Præterea accessus per vim ad virginem, vel est stuprum, & particularis species, quia accessus ad incorruptam, vel ideo quia fit ad fœminam vi oppressam; si namque est particularis species quia accessus habetur cum incorrupta, semper erit species distincta, quantumvis fœmina consentiat, cum consensu eius minimè auferat incorruptionem: si verò sit species distincta, quia concubitus exercetur cum fœmina vi oppressa, vbi cumque vis, seu violentia reperiretur, esset inueniendum stuprum, & consequenter reperiretur quoque dum haberetur congressus cum fœmina corrupta, quod nullus admittit: igitur censent Doctores dari stuprum speciem distinctam, etiam fœmina consentiente, vel non dari ipsa licet contradicente, sed satis esse penitenti dicere, se per vim fœminam cognouisse solutam. Dices speciem distinctam stupri, nec consistere solum in accessu ad incorruptam, nec seorsum in accessu ad vi cognitam, sed in vtroque simul. At hoc non planè vires argumenti facti diluit, nam fatentes quòd accessus carnalis etiam primus, nullam speciem oppositionem gerit contra castitatem, fateri constringuntur, nec etiam illam haberi quando accessus fuerit vi extortus; nam illud quod ratione sui malitiam non præfert, nec etiam quando alteri malitiæ vnitur, aliam nouam in se producet, sed solum reperietur illa malitia, quæ fuit adiuncta. Quapropter optimè Vazquez tomo opusculorum, opuscul. de restitutione, cap. 3. §. 1. num. 11. aduertit, stuprum & raptum non esse propriè species luxuriæ, sed ipsas secundum se esse intra eandem speciem luxuriæ, scilicet fornicationis simplicis, adiunctam tamen habere circumstantiam alterius generis, videlicet iniustitiæ. Ad summumque solum conuinci videtur, oppressione virginem cognoscere, esse grauius scelus intra eandem speciem, quàm per violentiam corpore solutæ potiri, non tamen quòd diuersæ sint species. Nec ex eo quòd ad restitutionem sit astrictus deflorans per violentiam virginem, vt vniuersi fatentur, non tamen quando consentiente ipsa sit claustris ruptio, vt censent plures, quos sequor, inferri videtur, necessario fatendam fore circumstantiam stupri, nec sufficere tunc manifestari, per vim solutam cognitam fuisse. Tum quia ad restitutionem teneri per violentiam cognoscentem solutam iniustitiæ scilicet illatæ, & forte aliquando ad maiorem, si fœmina corrupta esset melioris conditionis quàm virgo, arbitrabuntur Doctores censentes, pro fama iniuste ablata restitutionem debere fieri in pecunia, dum alia non extat via satisfaciendi: quod satis probabile esse opinatur Lessius de iustitia, libro secundo, capitulo vndecimo dubio 16. numero 97. & docent alij, eo modo quo censent plures compensandum esse in pecunia damnum vitæ, vel cicatricis, quos refert dictus Lessius lib. 2. capitulo 9. dubio 23. in principio. Vnde dicendo penitens se per violentiam cognouisse solutam, ad restitutionem constringitur à confessario, discernatque

penitens,

pœnitens, siue consulat doctos, in qua quantitate sit iniuria compensanda, nam ad confessarij munus in quantum Sacramenti Pœnitentiæ ministri, non pertinet quotam taxare. Tum quia si restitutio deflorationis adhibita iam est à stupratore, ratione talis restitutionis agendæ opus non erit pœnitenti deflorationem confiteri. Ob hæc sat esse stuprantem fœminam per vim, fateti se commississe simplicem fornicationem per violentiam, censuere aliqui viti docti è Societate I x s v & alij quos consului, & solum conuinci intra eandem speciem esse grauius peccatum opprimere virginem quàm solutam, sunt rati. Ad quod maximè inclinât Anton. Diana tractat. 7. resolutio 11.

9. At his non obstantibus satis non fore pœnitenti defloranti per violentiam fœminam, confiteri oppressisse solutam reor, quia iniustitia est quædam species subalterna continens sub se plures species iniustitiarum, verbi gratia, furtum, infamationem, occisionem, & alias: quamuis igitur

iniustitia hæc solutæ illius corpore per violentiam vtendo, nunquam tamen ab ea per violentiam inferentem aufertur aliquid ad cuius conseruationem haberet ius: at virgo ius habet æquale cum soluta, quod ipsius corpore ipsa renitente nemo vtatur, & præter illud ius possidet aliud, videlicet quoddam signaculum virginitatis, quod est sanè quid pretiosum, & æstimatione dignum, ea reluctante non auferatur: vnde in virginis defloratione possumus meditari inueniri violentiam, & rapinam, in corruptæ tamen congressu solum violentiam interuenire. Et quamuis signaculum illud virginitatis non sit aliquid physicum distinctum à vase, vt censent plures, quos sequor; tamen moraliter est pretio æstimabile, intactam permanere fœminam; herclè ius violare, specialiter iniuriosum est, & rationi dissonum: & ob id Doctores consentiunt absque discordia, fœminam simulantem se virginem esse, & inde extrahentem maius pretium pro sui corporis vsu, ad restitutionem excellentius esse deuinctam.



DISPUTATIO XXX.

An sit expediens Prælati Religionum priuare aliquoties suos Religiosos susceptione sacræ Eucharistiæ, causâ illos mortificandi. Et num Confessariis idem expediat erga suos pœnitentes?

SUMMARIUM.

Argumenta proponuntur, num. 1. 2. 3. & 4.  
 Auctoris iudicium, num. 5.  
 Probatur rationibus, num. 6. 7. & 8.  
 Soluuntur argumenta, num. 9. 10. 11. & 12.  
 Non rectè confessarij se gerunt impediens pœnitentibus opera virtutum mortificationis tantum causâ, num. 13.

1. **H**ÆC parti affirmatiuæ communis vsus Religionum in quibus aliquoties Prælati suos Religiosos priuant sacra suscipienda Eucharistia. Nec credibile est, si id magis expediens non esset, Religiones illud acturas, dum ex eis lux ad sæculum deueniat, nec in hoc essent obfuscatæ. Neque etiam verisimile est, Deum permitturum illud per tot sæcula in tam minore profectum animarum, quæ Eucharistiæ communionem priuantur; cum sit lux, Ioann. 1. illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum.

2. Præterea nihil aliud est religioni conuenientius, quàm quod Religiosi sint maximè obediētes Superioribus, & velut mortui reputentur, qui imperio iubentis in nullo resistunt. Vt enim docet D. Thom. 2. 2. quæst. 186. art. 3. Ledesin. de los estados, cap. 4. concl. 5. Sanchez, & Suarez in tract. de statu Religioso, pluribus in locis, per easilitatem Religiosus corpus tradit Deo; per paupertatem, bona temporalia; per obedientiam, voluntatem, quæ certè quid excellentius est aliis duobus. Iusque habet Prælati vtendi omnibus me-

diis, & rebus (quæ siue faciat Religiosus, siue non, nequaquam peccabit) ad obedientiam subdito augendam.

3. Confessarij item eximie scientiæ, vt rectius animas regant, aliquando easdem priuant perceptione Eucharistiæ, sine mortificandi, & experiendi, num desiderium Eucharistiæ sit humile & resignatum. Et data opera experimentum sumere intendunt in eo, quo negato pœnitens magis dolebit, aut quo præstito magis gaudebit.

4. Deinde Hieron. (vt refertur à P. Alphonso Rodrig. tom. 2. tract. de mortificatione, cap. 5.) ait, tantum proficies, quantum tibi ipsi vim intuleris. Per mortificationem vis Religioso infertur. Igitur cum Religiosi sint de statu tendentium ad perfectionem, teste D. Thom. 2. 2. quæst. 184. art. 5. ad secundum, & art. 7. & quæst. 185. art. 8. & quæst. 186. art. 2. & 9. & in eisdem locis Caietan. Ledesin. de los estados, cap. 2. concl. 8. Lessius lib. 2. de iustit. cap. 41. dub. 1. num. 6. Abulen. cap. 19. Matth. quæst. 144. Astens. summ. 2. part. lib. 6. tit. 47. art. 1. quæst. 3. Cathus. de reform. claustrali, lib. 1. art. 1. in fine, D. Anton. 3. part. tit. 16. cap. 1. §. 1. Angel. verb. Religiosus, num. 27. Syluest. verb. Religio, 1. q. 3. Armill. verb. Religio, num. 3. & ibi Tabien. q. 4. n. 5. ad fin. Nauare. comm. 1. de regul. n. 10. dicto 10. Cord. in regul. D. Francisci, cap. 1. quæst. 3. dicto 2. Viquer. lib. institut. cap. 17. §. 1. vers. 13. Azor tom. 2. lib. 11. cap. vlt. quæst. 11. Bænez 2. 2. quæst. 33. art. 3. dub. 3. conclus. 3. Rodrig. tom. 3. qq. regular. quæst. 48. art. 1. fine, Beltram. tract. de voto paupert. cap. 3. Valent. tom. 3. disput. 10. quæst. 2. punct. 4. Cened. tract. de la pobreza Religiosa, dub. 6. fol.

79. & 429. Ioan. de la Cruz tract. de statu Religioso, lib. 1. cap. 7. dub. 3. Sancius de statu Religioso, lib. 6. cap. 5. num. 1. & lib. 5. cap. 1. num. 16. expediens erit Prælati qui debet curare de perfectione Religiosorum, in ferre mortificationem in omnibus illis ad quæ voluntas Religiosi sit propensa, ea impediendo, quæ sub præcepto non sunt.

### Authoris iudicium.

**C**ontrarium tamen ego sentiendum puto. Non enim expediens est ex industria private Religiosum exercitio perfectioris virtutis (quando manifestè adfert de se maiorem operanti utilitatem) ut imperfectiori intendat. At suscipere Eucharistiam est actus Religionis, sicut per contrarium in prohibitione suscipiendi transgressa est sacrilegium sub irreligiositate contentum: ut notavit Vazquez tomo de Eucharistia, disput. 207. num. 6. mortificatio verò ad inferiores virtutes pertinet. Nam ut dicimus disput. 46. num. 29. aut ipsa ad nullam virtutem specialem atinet, sed ad omnes virtutes in quarum actibus sumitur mortificatio, ut si sit in cibo ad abstinentiam, in abstinencia à carnalibus ad castitatem, &c. Vel solum pertinet ad iustitiam vindictivam, vel poenitentiam: hæc verò virtutes inferiores sunt Religionis. Et licet simul cum mortificationis actu exequatur quoque subditus obedientiæ actum, adhuc non expedit obedientiæ jurisdictionem versari erga prohibitionem virtutum, ut infra, num. 12. & 13. dicimus, & multò minus dum virtutes sunt adeò excellentes, qualis est Religio in reali Eucharistiæ susceptione. Et actus Religionis, licet quatenus est opus operantis, scire non possit Prælati, hic & nunc quando à subdito exercetur, afferat nimiam utilitatem, cum id dependeat ex intentione operantis actum & aliis circumstantiis: quatenus tamen est actus suscipiendi Sacramentum, vel ut loquar propriè suscepti Sacramenti, non potest ignorare Prælati, quòd maximam utilitatem afferat, cum causet gratiam Sacramentalem, & alia plura bona suscipienti conciliet (loquimur quando non intercedit alia vitia nisi mortificationis.) Quo fit, quòd causa mortificationis non expedit private subditum exercitio orationis, cum orare sit actus perfectior, quàm mortificatio. Est præterea actus propriæ charitatis Eucharistiam suscipere: cum enim homo saltem diutius sine ope huius Sacramenti vitam spiritualem conservare non possit moraliter loquendo; ut illam conservet, ad suscipiendum movetur aliquando credendo Christo dicenti: *Nisi manducaveritis carnem Filij hominis, non habebitis vitam in vobis.* Ioan. 6. Quod eleganter observavit Suar. 3. part. quæst. 80. art. 11. disput. 69. sect. 1. §. *Dicendum nihilominus est. Religio autem & propriæ charitatis virtutes perfectiores sunt, quàm obedientia, patientia, & humilitas, ad quas mortificatio pertinet. Et quamvis utilitatis ad non suscepta Eucharistia seu mortificatio ad Religionem pertinet, pertinet tamen secundariò; trahari autem de virtute non exercita non esse adeò perfectum actum, ac exercitium reale virtutis manifestum est, ut dicemus num. 13. Probat optimè hanc conclusionem declaratio Cardinalium à nobis adducta disput. 28. num. 10. per quam reprehenditur Episcopus prohibens*

quotidianam communionem; pariter ergo Prælati religionum reprehensi ibunt, idèmq; probat Salazar in *frequencia de la sagrada comunión*, fol. 229. Cum enim mortificatio ad id solum tendat quòd magis perficiatur religiosus, non erit ius Prælato præcipere illud quod minus perfectum est tam secundum se, quàm ex circumstantia loco illius rei, quæ tam ex se quàm ex circumstantia magis perfecta est. Hoc dicimus, quia potest imperare fieri id quod secundum se est minus perfectum, dum tamen ex circumstantia perfectius sit; sicut est celebrare perfectius est ex se quàm infirmum curare, at dum necessitas curandi se offert, teneret infirmo subvenire.

Deinde teq; intentio & bene ordinata voluntas Prælati respectu profectus Religiosi ea debet esse, quæ cedat in maius bonum ipsius Religiosi. Ex susceptione autem digna Eucharistiæ omnia bona comparat sibi Religiosus, patientiam, obedientiam, humilitatem, castitatem, &c. Et præterea acquirit gratiam Sacramentalem, qua Religiosum privati minus bonum erit. Sic enim ex negata Eucharistia mortificationis ergo comparat Religiosus patientiam, obedientiam, humilitatem, eadèmq; non minus virtutes nanciscitur sumpta dignè Eucharistia: iustèque conquiri poterit si ea priuatur, cum & Prælati idem consequatur, siue mortificet negando, siue Religiosus suscipiat obediendo.

Si verò Prælati non solum intendat dictas virtutes, patientiam, &c. sed etiam obistere inclinationi Religiosi in illo actu particulari, quam habet ad suscipiendam Eucharistiam, id utique consequetur si præcipiat susceptionem, ut possit dicere Religiosus: *non suscipio Eucharistiam, quia propria voluntate feror: sed quia obedientiæ & præcepto Prælati ducor.* Quod egregie observavit Alphons. Rodrig. tomo 2. tract. *De mortificatione*, cap. 13. §. *Mas adelante posson los Santos.* Docens, exercitium quo homines possunt mortificari, negando suam propriam voluntatem, non solum consistere in rebus, quas non teneantur operari, sed etiam in quibus teneantur, ut illas operando abnegent suam voluntatem, neque efficiant res præceptas, quia inclinatio eò tendit, sed quia ad est præceptum Dei: teste Paulo 1. ad Corinth. 10. *Sine ergo manducatis, siue bibitis, siue aliud quid faciatis, omnia in gloriam Dei facite.*

Tuetur expressè nostram sententiam revelatio à Christo facta sanctæ Gertrudi 2. part. lib. 4. cap. 13. ferè in fine. Euenit enim Sanctam certo die Eucharistiam non sumplisse ex obedientia confessarij, & præsentiens Divinæ gratiæ ingentem suavitatem in animam suam fluere, ex revelatione certior facta id sic accidisse: quia obedientiæ steritisset, in hæc prorupit verba: *Señor si santos favores y mercedes hazeys a los que por respetos pueflos ebra azon, dexan de comulgar, parece que seran mas bien librados los que se abstienen de la sagrada Comunión por obediencia, que los que son admitidos a esto combie soberano.* El Señor respondió, *no es así, porque quien a gloria y alabanza mia recibe los Divinos y saludables Sacramentos sin duda le sustentan con el manjar saludable de mi cuerpo divinizado, y bene en abundancia de la fuente de los divinos dolores, &c.* Et P. Leandrus de Granata in scholis, lit. G. confirmat doctrinam allatam ex Alphonso Rodriguez, quòd Prælati si velit obistere ex vna parte inclinationi Religiosi, cupientis Eucharistiam

stiam suscipere, ex alia obedientiam à subdito exerceri, præcipere debeat communionem, & hac via habebit meritum obedientiæ, & gratiam Sacramentalem.

Valde quoque ad rem attinet, & maximè nostram sententiam stabilit exemplum S. Luithgardæ, vt refertur à Surio, tom. 3, cap. 12. Iunij 16. Mos namque huic Beatæ erat octavo die celestem panem edere, prohibita tamè fuit à sua Abbatissa id exequi, Deus autem ad huiusmodi mandatum illam puniuit, vt constat ex illis verbis: *Ego quidem mater charissima libenter obediã sibi, sed certissime præideo, Christum hanc iniuriam in tuo corpore vlturum.* At si magis expediens esset prælati Religionem priuare aliquoties suos subditos sacra percipiendâ Eucharistia, causa illos mortificandi, à Deo nequaquam fuisse punitum factum illud: nam credendum est, illam Abbatissam zelo mortificationis inducendâ, & non alio prauo fine vetuisse celestem panis sumpcionem. Et oportere in hoc genere mortificationis, priuationis videlicet Eucharistiæ, Prælatos maximè circumspectos esse, nec impedire communionem, fatentur Doctores, qui his temporibus circa frequentem communionem scripsere.

7. Liberos se videre desiderant contrarium opinantes, vtque laqueo contrito indemnes euadant, hanc excogitant solutionem. Inquunt enim, quod Religiosus, cui ex obedientia, causa mortificationis, Eucharistia negatur, aliis viis compensat priuationem gratiæ, ex non suscepta Eucharistia causatam; nam astante desiderio suscipiendâ Eucharistiam communicat spiritualiter, teste Concilio Tridentino sess. 13, cap. 8, quod loquendo de Sacramento Eucharistiæ, ait: *Quosdam enim docuerunt sacramentaliter id sumere vt peccatores, alios tantum spiritualiter, illos nimirum qui voto proposito illum panem celestem edentes fide viuã, quæ per dilectionem operatur, fructum eius & utilitatem sentiunt.* Ecce ibi Concilium utilitatem, & fructum Sacramenti vt deur tribuere abstinenti ex obedientia, desiderandi tamen communicare. Habet præterea meritum obedientiæ, & dicere potest: Melius est obedire quàm sacrificare. In nullo ergo Prælati Religiosum damnat.

8. Hanc tamen oppugnationum congressionem facile rerundimus. Negare quidem non poterunt, quod gratia sacramentalis, quæ effectiue à Sacramento causaretur, eo casu Religioso desit: cumque ex gratia illa sacramentali, non solum obiectiue sacramentali, sed etiam effectiue, & in executione (obiectiue sacramentali diuisus, vt tacitæ obiectiui sit responsum) quàm plurimi effectus tam spirituales quàm corporales dependant, qui à communionem spirituales non causantur, vt tenent communiter Theologi 3. parte, quæst. 80, art. 1. cum D. Thom. ad 3. & Doctores in 4. distinct. 8. & 9. imò Vazquez de Eucharistia, disput. 212, num. 4. errorem putat in Fide, asserere eisdem effectus percipi ex Sacramento Eucharistiæ in voto, atque in te suscepto. Quod hercè definitum est à Tridentino sess. 22, cap. 6. *Operari sancta Synodus vt in singulis Missis (hoc est quotidie) fideles abstinentes non solum spirituali effectui, sed sacramentali etiam Eucharistiæ percipiione communicarent, quo ad eos sanctissimi huius sacrificij fructus uberius perueniret.* Ecce uberiorem fructum ex sacramentali perfectione quàm

de spiritali prouenire, decernit Concilium. Nec obstat, quod Tridentin. sess. 13, cap. 8, dicat, suscipientes Sacramentum in voto fructum eius, & utilitatem sentire: est enim sensus, quod fructum eius desiderij Sacramentum suscipiendi, & utilitatem sentiant. Quod acutè obseruauit Vazquez loco citato. Ex Eucharistia quidem in voto nullus fructus percipitur, nisi fructus ipsius operis meritorij, scilicet desiderij Eucharistiæ. Credo tamen quod per huiusmodi desiderium aliqua specialia auxilia conferat Deus, quæ non daret propter alia opera bona, quasi obligetur Deus (loquamur sic nostro modo) ad protegendum homines desiderantes eum in anima sua hospitare. Priuaretur ergo Religiosus Eucharistiam non suscipiens maximis utilitatibus. Et licet posita obedientia non communicandi, melius sit ei obedire quàm sacrificare, hoc est, quàm communicare: non tamen ideo est melius, quia maior gratia ex actu obedientiæ quàm ex actu communicandi illi adueniat (loquendo secundum se ex natura actuum) sed quia posito præcepto, ab aliquo malo, scilicet culpæ liberatur Religiosus obediendo, quo non liberaretur si inobedienter communicaret, & de hoc iustè conuenitur, quod in tali discrimine ponatur à Prælato, quod non sit illi licitum communicare, cum id possit cum maximo prouentu spiritali. Vnde dum 1. Regum 15, dicitur: *melior est obedientia, quàm victima*, loquitur Samuel contra Saulem qui melius fuisset obedire Deo, quàm animalia pinguis Amalecitarum in sacrificium offerre contra Dei mandatum. Præterea tunc dicitur obedientiam meliorem esse, quàm sacrificium, quando obedientia procedit ex reuerentia Dei; nam vt sic pertinet ad deuotionem quæ est principalis actus Religionis, & quia in sacrificio immolatur aliena caro, per obedientiam autem propria voluntas, vt D. Gregorius dicit lib. vlt. moralium, cap. 12. parum à principio, & docet D. Thom. 2. 2. quæst. 104, art. 3. ad 1.

Explorent quæso Prælati, qui sibi subditos ad præfatam obedientiam trahere cupiunt, quinam sint obedientiores, & quinam habeant suas passionem magis mortificatas; an qui sæpè communicant, an verò illi, quibus causa mortificationis Eucharistia negatur. Reperiet absque dubio obedientiores esse qui sæpè communicant. Prælati enim qui satagit solo suo imperio instruere & inducere subditum, vt obediat, id aggreditur quod efficeret ille qui vellet sanare infirmum nulla adhibita medicina. Quod recognoscens S. Ignatius statuit in sua regula, ne Prælati absoluto imperio, hoc est denudato, res præcipiant, sed sub velamine rogationis, taliter quod magis videantur rogare, quàm imperare. Ac Prælati qui intendit obedientiam subditi medianæ sumpcionem Sacramenti Eucharistiæ, prudenter facit: intendit enim salutem infirmi, scilicet victoriam passionum adhibita medicina, & nulla certè aptior est ad salutem spirituales, quàm sumptio Eucharistiæ, vt communiter DD. 3. part. quæst. 79, per totam. Et verè quod cor hominis maximè indurat, est non vus Eucharistiæ. Ratio sanè quæ Concilium Hibernense mouit, vt refert Theodorus Archiepiscopus Hibernensis, & refertur distinct. 82. ap. Presbyter, vt Sacerdotem conuiuum de fornicatione, diutius celebratione non priuaret. Cuius hæc sunt verba: *Finis primo an-*

no & dimidio Corporis & Sanguinis Domini, ne indureſcat (ſcilicet Sacerdos) particeps fiat.

9. Primum argumentum à mea opinione me haudquaquam pellit. Aliqua enim in Religionibus modò mutata videmus quæ aliter ſe habebant olim propter varietatem temporis: vt noſtris temporibus mutatam videmus frequentiam communionum. Olim à quindecim in quindecim, aut ad minus ab octo in octo dies Religioſi communicabant, modò frequentius, tertio ſere die in Religionibus aliquibus. Et ſpero, faxit Deus, quòd deinceps frequentius fiet. Quapropter etſi modò in aliquibus Religionibus mos ſit priuandi Euchariftia ſubditos ob mortificationem, forte deinceps mutabitur talis mos. Vnde optimè Bonifacius VIII. in cap. *Alma mater*, de ſententia excommunic, in 6. ſic eſt aſſatus. *Alma mater Eccleſia plerumque nonnulla rationabiliter ordinat & conſulit, qua ſuadente ſubditorum utilitate poſtmodum conſultius ac rationabilius reuocatur, in meliusve commutat.* Quod idem decernitur in l. 1. cap. de *caduc. tollend.* vbi dicit Bald. quòd ſicut medicus ſecundum tempora alterat medicinas, ita legiſlator leges. Quod etiam probat l. *Relegati. ff. de pœnitent.* Oſtenditur idem in cap. *non debet*, de conſanguin. & affin. per hæc maximè meditanda verba. *Non debet reprehensibile iudicari ſi ſecundum varietatem temporum ſtatuta quandoque varientur humana, præſertim, cum vrgens neceſſitas vel euidentis utilitas id expoſcit. Quoniam ipſe Deus ex his que in veteri Teſtamento ſtatuerat, mutauit in nouo.* Et olim ex copula illicita contraſta affinitas impediēbat matrimonium inſte vſque ad 4. gradum, modo per Concilium Trident. ſeſſio. 24. cap. 4. reſtrictum eſt ad 2. & vſque ad 7. Antea prohibitio contrahendi inter affines & conſanguineos extrabat, modo vſque ad 4. extendi tantum decernitur, vt conſtat ex cap. *Non debet*, de cognatio. & affin. Liquer quoque ex cap. *ſtatutum*, de reſcriptis in 6. & ibi Gloſſa verb. *ad Noxam.* & ex cap. *Quia ſancta*, §. *verum*, diſtinct. 36. & cap. 1. 35. quæſt. 1. & cap. *vl. de ſentent. excommunic.* in 6. Et in gubernatione politica vel in procuranda ſalute plura de nouo inueniantur, quæ antea non fuiſſe animaduërſa, admirationem non modicam inducit, ab hinc namque duodecim annis aqua niue non inſtrigidabatur, quod maximè ſaluti congruete experientia teſtatur.

10. Ad ſecundum. Licet Religioſo licitum ſit communicare, aut non: Prælato tamen inexpediens erit communionem impedire ſolo illo ſine mortificandi ſubditum (ſemper ſic loquimur in hac diſputatione:) habet enim ius Religioſus, vt bonum manifeſtè perfectius, etſi ſit ſub conſilio, ei non impediatur. Sicut & iuribus licitum eſt ingredi Religionem, vel non: ſuppoſito tamen, quòd velim: aſſicte faciet, qui me impiederit. Nec habet ius Prælati ad exercitandum ſubditi obedientiam, vtendi medijs manifeſtam in perfectionem ſubdito per ſe adducentibus, vt expreſſè daret Suarez de *ſtat. Religioſi*, lib. 10. cap. 3. num. 5.

Reginaldus 2. tomo praxis, lib. 18. num. 395. & alij, nec ab hac doct̄ina recedere poteſt quifquam auctor.

Ad tertium. Propter eandem rationem dicimus, confeſſariis non oportere ſuos pœnitentes perceptione Euchariftiæ priuate mortificationis ergo. Neque confeſſariis neceſſarium eſt examinare, an deſiderium ſuſcipiendi Euchariftiam ſit humile & reſignatum. Iurisdic̄tio namque illorum ſolum ſe extendit ad id, vt indignis denegent Euchariftiam: pœnitens verò qui dignus fuerit, ſp̄riuari per confeſſarium non poterit ſumptione Euchariftiæ, etiam ſi ſit certus, quòd non ſit plenè pœnitens reſignatus ad non ſuſcipiendum, licet à confeſſario præciperetur. Talis enim inobedientia contra præceptum non eſt: imò nec contra conſilium non obedire confeſſario præcipienti, quòd dignus non communice. Id enim eſt contra conſilium altius, ſcilicet communicandi, vt diximus latè diſput. 29. num. 4.

Ad quartum. Nec Hieronymus nobis contrarius eſt. Eò enim ſolum tendit eius doct̄ina, quòd in Religionibus ſit neceſſaria mortificatio: quòd ipſum fatemur, & millies fatemur. Negamus tamen eſſe expedientius mortificationem locum habere in negatione Euchariftiæ, cum ſint aliæ plurimæ res circa quas verſari poſſit, & ad quas mortificationes iurisdic̄tio ſe extendat. Quòd ſi aliqui Prælati adhuc in oppoſita doct̄ina perſeuerent, hoc ſaltem illis opus erit aduertere, quòd videlicet tardè prædiſta mortificatione, denegandi videlicet Euchariftiam, vtantur.

Moris item eſt quàm plurimis confeſſariis ſolo ſine mortificationis ſuos pœnitentes impedire, ne exequantur aliqua opera virtutum quæ exercere exoptant: cognoſco etenim confeſſarium interrogantem ſuum pœnitentem, an ieiunet, & reſpondenti ieiunare, imperare ieiunium ſoluere: intellige tamen non in die prohibito. Potius contrarium agerem ego, imperarem videlicet (dato quòd ius ad imperandum mihi eſſet) ieiunium haberi quando pœnitens nollet: non enim reſtictum mortificationis genus eſt, opera virtutum impedire ex eo quòd auidè deſiderentur operari à pœnitentibus & ex illarum abſtinentia triſtantur, non ſanè huiusmodi triſtitia, de virtute non exercita, perfectior virtutis actus eſt, quàm exercitium reale virtutis: magis enim in virtute proficit ſecundum ſe, & plus meretur qui ieiunat, quàm ille qui triſtat ob id quòd non ieiunio ſe adigat. Quòd ſi per accidens triſtitia ſit maxima, & multiplicentur deſideria ieiunandi, & excedat perfectionem ipſius ieiunij, non ob id à confeſſariis erit imperandum à ieiunio fore abſtinentium, cum imperetur quòd ſecundum ſe eſt minus bonum, & tunc reſtictum ex oppoſito eius quòd agendum erat, eueniat per accidens: vti autem medio per accidens bono reſictio illo quòd per ſe bonum eſt, minus expedit, cum medium, quòd ſolum per accidens eſt bonum, contingentem habeat bonitatem, quæ poterit aſſeſſe, & abeſſe.

## DISPUTATIO XXXI.

Vtrum rectè se gerant Confessarij non admittentes ad confessionem poenitentes (quos non esse in mortali credunt) non audentes accedere ad Eucharistiam, nisi præuia confessione?

## S V M M A R I V M.

*Argumenta affirmatiuam partem suadentia à num. 1. vsque ad sextum inclusiue.*

*Quid sentias Vazquez, num. 7.*

*Autoris iudicium, num. 8.*

*Parochus tenetur ex iustitia quotidianas confessiones audire, opportuno tamen tempore, num. 9.*

*Si semel aut iterum noluerit audire, solum venialiter peccabit, num. 10.*

*Confessarius qui Parochus non est, nec etiam sub veniali tenetur audire quotidianas confessiones, num. 11.*

*Aget tamen contra consilium, num. 12.*

*Soluuntur argumenta à numero decimotertio vsque ad finem disputationis, & pariter adducitur vtilis doctrina.*

1. **R**IMVM argumentum quo partem affirmatiuam suadere liceat, est communis vsus peritorum confessariorum, qui sibi persuadentes, poenitentes nullam habere culpam mortalem, illos ad confessionem non admittunt, monentes communionem, licet pro tunc confessioni factæ non applicentur. Nec credibile est rationaliter sese gestatos probos & doctos confessarios, si minus licitum esse iudicarent: per tot enim sæcula num aduertissent?

2. Secundum, munus confessarij non solum est, ligare, aut soluere poenitentem, verum etiam instruere & declarare quibusnam actionibus inhæreant peccata, & quibus non, vt communiter Doctores agentes de Sacramento poenitentiae. Et ob id in confessario non mediocrem rerum cognitionem requirit Concilium Trident. sess. 23. cap. 15. & habetur, cap. omnis vtriusque sexus. per hæc verba: *Sacerdos autem sit discretus, & cautus, vt more periti medici superfundat vinum & oleum vulneribus sauciati, diligenter inquirens & peccatoris circumstantias, & peccati; quibus prudenter intelligat quale debeat ei præbere consilium, & cuiusmodi remedium adhibere, diuersis experimentis utendo ad saluandum aegrotum.* Non solum vt ipse sciat inter peccata discernere, aut inter peccatum, & hoc quod non est tale; verum etiam vt idem edoceat poenitentem, ne ab actionibus suis, in quibus falsè & ignoranter peccatum esse cogitat, cum dispendio suo desistat; aut ne propter conscientiam erroneam peccet; in quantum minimè peccaret cognoscens & agens veritatem: vt aduertunt Graff. decis. 1. part. cap. 16. num. 20. Vega 1. part. cap. 62. casu 19. Ledesma 1. part. summ. cap. 15. Caietan. in summa verb. *confessor.* de qualitate confessarij, Syluest. verb. *confessor.* 3. in princip.

D. Thom. in 4. distinct. 17. & ibi Bonauent. Medin. in summa cap. 6. vbi latè de hoc Tolet. lib. 3. cap. 15. Reginald. lib. 2. num. 42. At pletique poenitentes, præsertim forinix, putant illicitum esse accedere ad sacram Eucharistiam absque præuia confessione, licet à mortali se liberos iudicent. Conueniens igitur erit vt hæc ignorantia contra Fidem militans, exulet, vtpote aduersus Concilium Trident. sess. 13. cap. 7. (intelligens illis verbis Pauli 1. Corinth. 11. *Probes autem seipsam homo, & sic de pane illo edat; non aliud exposci nisi mundiciem, & immunitatem à mortali, vt dignè Eucharistia suscipiatur*) multoties poenitentes non admittere ad confessionem, casu quo à mortali mundos esse cogitet confessar us, quantumcumque instent poenitentes confessionem ante communionem præmittere: si namque aliquis ignoraret eorum sumi Christum in parte hostiæ consecratæ, rectè sanè ageret Sacerdos ministrando hostiæ partem, vt huiusmodi tolleretur ignorantia, quamuis diuidere opus non haberet: similiter in nostro casu rectè agit, non admittens ad confessionem poenitentem, licet alias posset.

3. Tertio. Medici etiam officium confessarium assumpsisse quis dubitet? Vnde ad curandos, & remouendos scrupulos à poenitente non auso, nisi præuia confessione accedere ad Eucharistiam (de quo verificatur illud Psalm. 13. *Illic trepidauerunt vbi non erat timor*) recta incedet via confessarius non admittendo ad confessionem.

4. Quarto. In Religionibus vbi ter aut quater in hebdomada suscipitur Eucharistia, semel aut bis vt plurimum ad confessiones admittuntur Religiosi. Si verò non admittere minus rectum esset, certè Prælati Religionum, quibus incumbit cura de profectu spiritali Religiosorum, tantum abest, confessionibus rarioribus fore contentos, vt potius ad illas exhortarentur. Et sicut maxime procurant, horæ orationis mentalis subditos suos quotidie assistere: ita quotidianæ confessioni dari locum intenderent, respectu illorum saltem qui vellent sibi ministrari.

5. Quinto. Demus confessarium, qui non sit Parochus poenitentis, iam respectu huiusmodi poenitens non habebit ius iustitiæ, vt sibi ministraret Sacramentum poenitentiae, quemadmodum communiter DD. in tractatu de poenitentia. Et loquendo etiam de Parocho, nisi semel in anno, tenet Ricard. in 4. dist. 18. art. 2. quæst. 8. Syluest. verbo *confessor*, 1. quæst. 18. Medina Cod. de confess. quæst. de confessione per curatum audienda quoties subditus confiteri velit. Atmilla verb. *absolutio*, num. 27. Maior in 4. distinct. 17. quæst. vlt. Nec etiam habet ex iure charitatis vt sibi ministraret

quotidie; alias etiam peccaret confessarius contra charitatem non ministrando, & quidem mortaliter, privando & defraudando re maximè vili, scilicet gratia sacramentali pœnitentem. Vt enim notavit Suarez 3. tom. in 3. part. disput. 16. sect. 1. obligatio ex charitate ad administrandum Sacramentum ex suo genere gravis est, & sub mortali deincit. Nullus sanè confessarius contra conscientiam se agere putabit, Sacramentum non ministrando; nec ullus Auctor, quem hactenus viderim, criminis ne quidem venialis confessarium reum iudicabit (semoris tamen aliis circumstantiis, quæ possent sub mortali obligare ad administrandum) sic Valent. tom. 4. disput. 7. quæst. 10. puncto 3. dicens hanc esse communem opinionem. Non ergo illicito modo geret se confessarius pœnitentes non admittendo ad confessiones, & consulendo, vt Euchariſtiam suscipiant.

6. Sexto demùm. Qui quotidie confitentur, cum non habeant noua peccata, non imprudenter creditur nullum eos adducere dolorem. Rectè igitur ager confessarius huiusmodi respuendo confessiones. Nec satisfacit omnino, si moneat pœnitentes de præteritis culpis dolere. Nam cum tunc à longè culpam respiciant, dubitare prudenter potest, an doleant, præsertim si leuis sit, & formidare, ne cauendi in posterum culpas leues quas confitentur, propositum habeant, præsertim si illarum culpæ materia totalis Sacramenti haberetur. Hæc autem inconuenientia maximè consideranda sunt; ob quæ fugienda circumspicte ageret confessarius, si confessiones quotidianas non admittat.

7. Propter huiusmodi argumenta, præsertim vltimum, sententiam reperio, expedire videlicet magis, non admittere ad confessiones pœnitentes tot es quoties velint, eadem peccata repetendo in confessione. Hanc tenet Vazquez tom. de pœnitent. quæst. 91. art. 3. dub. 7. num. 8. per hæc verba: *Sed quamuis dicamus utile esse repetere eadem peccata, ex parte clauum si adest aliis sufficiens dispositio, cauendum tamen est ne propter nimiam consuetudinem, iam homo illa repetat sine ulla discretione, & ita magis expediat, moderatius hæc vi confessione.*

### *Auoris iudicium.*

8. Secundum se loquendo (nisi excusentur bona *ſhde & zelo*) minus rectè agunt confessarij, pœnitentes non aulos accedere ad Euchariſtiam absque præuia confessione, non admittentes ad Sacramentum pœnitentem, siue sint proprij Parochi siue alieni (de quo agemus in solutione quinti argumenti); nam per Sacramentum illud confessionis gratiam Sacramentalem recipiet pœnitens, quæ iam defraudatur dum non admittitur. Defraudata autem gratia Sacramentali pœnitentem, minus iustum est, quam adiuuare ad illam consequendam. Igitur simpliciter loquendo minus rectè procedunt confessarij ad confessionem pœnitentem non recipientes, quando alias, nisi illa præcedente, non audent ad Euchariſtiam accedere. Hæc est expressa Nauar. in summa cap. 21. num. 42. in medio vbi ait, quoddam quamuis nemo ad confessionem peccatorum semel bene facta, iterandam teneatur, sanctum tamen esse iterum ea confiteri, si deuotionis causa cum quieta con-

scientia & sine tædio confessariorum, absque aliorum bonorum operum impedimento fiat: quia quamuis per primam confessionem remissa fuerit eorum culpa, frequenter tamen non remittitur tota pœna temporalis, quæ per secundam & tertiam confessionem tollitur, aut minuitur tam ratione verecundæ pœnitentis, quam virtute Sacramentalis absolutionis; quæ non solum largitur gratiam, sed etiam diminuit pœnam temporalem: & sic intelligit dictum Augustini in cap. *quem pœnitet*, de pœnitent. distinct. 1. *Quanto pluribus confitetur in spe venia turpitudinem criminis, tanto facilius consequitur gratiam remissionis.* Qui text. sic intelligendus iuxta Panorm. in cap. *si de iudiciis*, §. *de adulterijs*. Quam Nauarri sententiam tenet D. Thom. in 4. distinct. 18. quæst. 1. art. 3. quæst. 2. ad 4. Caietan. 1. tom. opuscul. tract. 5. quæst. 4. Sor. in 4. distinct. 10. quæst. 2. art. 1. in solut. ad 3. Ledesma in 2. part. 4. quæst. 10. art. 2. Vazquez quæst. 91. art. 3. dub. 7. in princip. qui postea limitat, num. 8. eo modo quo nos retulimus illius sententiam num. præcedenti.

Si tamen confessario serè euidenter constaret ex repetita confessione, eorundem peccatorum nullam capi displicentiã à pœnitente, non solum rectius ageret non admittendo huiusmodi confessiones, verùm non admittere teneret, ne indubitata materia formæ subministraretur, & sequatur sacrilegium. Notanter dixi, *si confessario serè euidenter constaret*; nam si solum ex suspitione moueretur leuibz iudiciis, pœnitenti irrogaret iniuriam negando Sacramentum, respectu cuius ob suam dispositionem tunc ius habet. Irrogaret inquam iniuriam si proprius Parochus esset tam ratione denegati Sacramenti, vt num. 9. dicimus, quam ratione sinistra suspitionis de mala dispositione pœnitentis conceptæ: si verò proprius Parochus non esset, solum inferret iniuriam pœnitenti ob suam suspitionem de illius dispositione conceptam, & non ratione denegati Sacramenti, vt num. 11.

Id verò ad praxim merito rogabis, quænam censenda sint leuia, vel grauia indicia ad hæc, & nunc non admittendum pœnitentem ad confessionem Sacramentum ob doloris defectum. Audiuimus vitum doctum censentem graue indicium fore, pœnitentem subridere dum ad confitendum accedit. At hoc sic absolute prolatum non puto verum: nam si pœnitens hilari animo natura sua sit, communiter subridens in quibuscumque actionibus etiam serijs, iudicandum non erit dolore carere ob risum; potuit enim domi quando recogitabat peccata, de illis dolere, & postea ad sacramentum accedens, actualem pœnitentiam non adducere. At ad valorem & fructum percipiendum Sacramenti confessionis non requiritur actualem dolorem, sed virtuales sufficere, veram sententiam esse quis dubitet? Imò sæpè risus eorum qui virtutes colunt & spiritalibus deduntur, est effectus sinceritatis & pacis conscientie. Contrà si pœnitens deperdit conscientie sit, & serius in actionibus irridens tamen correctionem confessarij prudenter iniunctam (nam si imprudenter, non mirum irridere, cum tunc imprudentiam confessarij illudat, nequaquam correctionem) indicium graue erit talis subridus ad cogitandum pœnitentem dolore requisito carere. Nec minus indicium graue reputabitur, si correctionem impatienter suscipiat, redarguens

confessarium, & pondus peccatorum suorum nolit audire.

9. Si confessarius proprius Parochus sit, tenetur non solum ex charitate & misericordia spirituali, sed etiam ex iustitia ratione sui officij confessiones quotidianas audire. Muneris namque illius est neminem à profectu spirituali attere, non tantum impedimentum non apponendo, sed etiam opem neutiquam negando, ut latè dicimus disp. 27. num. 6. & 7. ubi plures Doctores hanc partem tutantes adducimus.

10. Solum tamen venialiter peccaret, si semel aut iterum nollet audire confessiones, ut ibi etiam dicimus num. 10. appositis tamen quibusdam limitationibus, quas omnino videas, si hanc exactè cupis addicere materiam.

11. Si verdè confessarius parochus non sit, nullo modo tenetur, ne quidem sub veniali ex charitate (ex iustitia manifestum est non teneri) audire confessiones quotidianas penitentium non audientium accedere ad Eucharistiam, nisi præcedente confessione: opera enim misericordiae tam corporalia quam spiritualia præcepta non sunt in communibus necessitatibus. Sic loquens de elemosyna, tenet D. Thom. 2. 2. quæst. 32. art. 5. Tabien. verb. *elemosyna*, num. 5. Rosel. num. 1. Armill. numero 3. Tolet. lib. 8. cap. 35. numero 3. qui ait, communem esse sententiam Doctorum. Angel. verb. *elemosyna*, num. 1. Gabriel in 4. distinct. 16. quæst. 4. conclus. 5. Alexand. part. 4. quæst. penult. membr. 1. Durand. in 4. distinct. 15. quæst. 6. num. 10. & ibi Paludan. Sylvest. verb. *elemosyna*, 2. conclus. Sa verb. *elemosyna*, num. 2. Nauarr. tomo 3. de *elemosyna*, num. 5. in fin. Vega 2. part. de *elemosyna*, casu 11. Medin. Cod. de *elemosyna*, tractat. 5. de operibus spiritualibus. Igitur multo minus opus misericordiae spiritualis obligabit sub præcepto, quando subueniendus non patitur necessitatem etiam communem, sed solum subuentionem procurat ad incrementum boni spiritualis, quod intendit acquirere, habens solum venialia, aut tantum de præteritis volens confiteri.

12. Aget tamen contra consilium, si illius confessionem non admitrat: quia defraudatur tunc penitens incremento gratiae Sacramentalis. Præterquam quòd ut ex mente omnium Doctorum constat, operibus misericordiae inscribere planè consilium sit, cum tendant ad maius bonum, ut ex numero præcedenti constat.

13. Primum argumentum solum conuincit, ob communem vltimum confessarium sincera fundamentum Fide, excusari confessarios à labe consilij, vel præcepti, si proprii pastores sint, nolentes ministerio confessionis vacare quoties ob accessum ad Eucharistiam postulet penitens: putat namque rectius se agere non admittendo penitentes ad confessionem, quam admittendo. Nec mirum confessarios doctos & probos per tot sæcula ad id non aduertisse, cum bona fides in operando per multum temporis haud nos mouere soleat ad indagandum, an licitè, vel illicitè fiat negotium, vel an minus, vel magis expediat fieri: tum quia vltimum multorum in dubium non vocari valde inuictum non sit, præsertim si id quod agitur, occultam habeat dissonantiam, vel minorem conuenientiam.

14. Ad secundum fatemur ingenuè, officium confessarij non solum consistere in ligando & ab-

soluendo, sed etiam in instruendo penitentem, ut sciat discernere inter peccatum, & illud quod non est tale. Si tamen penitens ignoret non sibi licere accedere ad Eucharistiam absque præuia confessione, quamuis sit sine mortali, non erit medium ordinatum ad extirpandam huiuscemodi ignorantiam, non admittere ad confessionem, sed potius admittere, & erroris admonendo veritatem docere. Diuidere autem in partes hostiam consecratam, licet non sit medium statutum ad eliminandam ignorantiam suscipientis Eucharistiam: non tamen inde damnamus ministrum diuidentem, cum nullo modo minor ex qualibet particula recipiatur gratia, tum quia diuidendo non agit contra aliquod opus misericordiae, ut ageret, non admittendo ad confessionem.

Tertio argumento concedimus quòd illo probatur. Si enim volens confiteri solum id peteret propter scrupulorum perturbationem, rectius ageret confessarius non admittendo, quia tunc scrupulosus veram non promeret confessionem, nec materiam absolutionis subministraret. Sic Vazquez expressè tomo de penitent. quæst. 93. art. 3. dub. 6. num. 3. qui postquam dixisset teneri Parochum ratione officij ad audiendas confessiones quoties ipsi velint confiteri extra tempus necessitatis, postea limitat. *Primo, quando tanta frequentia confessionis expediret saluti, & profectui spirituali subditorum. Sunt enim qui adro frequenter confitentur, ut omnino sit inutile, quia & confessionis virtus conuenitur. Imò etiam aliquando expedit conscientis subditorum cessare à confessione propter scrupulorum perturbationem. Denique diligenter inspiciendum est, quia unicuique penitenti conueniat.* Et idem dicit 1. 2. disputat. 67. cap. 2. num. 8. qui aduertit, esse genus scrupulosorum qui scrupuli si sint circa præterita, de futuris verdè cauendis parum solliciti; & quòd his præcipuum remedium esse soleat, ut frequenter ad confessionem accedant. Aliis verdè scrupulosus erga futura non oportere confessarium adire statim atque sentiri scrupulum; sed per se suis scrupulis occurrere: vide Salas 1. 2. tractat. 8. disput. vnic. numero 291. qui citat plures. Chaves in summa ex scriptis. Victor. de confess. num. 130. qui ait, quòd de scrupulis confitentes infamant Sacramenta, & reddunt ea odiosa, Gerson tractat. de remed. contra pusillan. Alphab. 70. lit. B. C. & in tractat. de diuersis diaboli tentat. lit. Z, qui ait, scrupulosos cessare debere à reiteratione confessionis. Reginald. tractat. de prudent. confess. cap. 11. numero 10. & 17. in princip. & in fine. Nauarr. in summa, cap. 21. num. 42. & de penitent. distinct. 5. cap. consideret. § semper, num. 3. & si plura desideras de scrupulis, vide indicem Nauarr. circa omnia opera quæ scripsit, qui habetur in summ. non autem in manuali, Sayrum Clauij Reg. lib. 1. c. 14. plures DD. adducentem. Et nos de scrupulis plura congerimus disp. 41.

Ad quartum resp. Religiosorum omnium quotidianam confessionem ferè non esse possibilem, cum incumbere debeant alijs etiam operibus communitatis, quibus non assistere, nocuumtum haud exiguum putaretur: ob quòd ergo vitandum, rationabiliter debent velle Religiosi carere confessione quotidiana.

Ad quintum argumentum. Iam patet ex dictis num. 9. proprius enim Pastor admittere debet confessiones quotidianas, ut diximus, secundum

15.

16.

17.

le

loquendo. Si verò tanta esset confessionum frequentia, ut nimio oneri foret Parochus, non teneatur omnes auctoritate, sed eas tantum quas ex equitate & sine incommodo magno possit, ut notavit Vazquez loco allegato, quæst. 93. artic. 3. dub. 2. in fin. addens, debere Parochum de ministris providere qui confessiones audiant: quod tamen universaliiter verum non puto, nisi in casu magni Iubilæi, aut festi maxime solemnisi, ut in tribus Paschatibus & festis principalioribus beate Virginis, Corporis Christi, & forte aliis: nam ut notavit Suarez tomo de pœnitent. disput. 32. sect. 1. Parochus non tenetur summam diligentiam adhibere, vel laborem, sed moderatam & prudentem sollicitudinem, ut nunquam pœnitentibus volentibus confiteri, desint confessarij. Confessarius autem qui Parochus non est, solum sub consilio tenetur admittere confessiones, ut diximus num. 12. Fanet Henriquez lib. 1. cap. 4. num. 4. qui tempore Iubilæi, & insignium festorum obligat Parochum ad audiendas confessiones; nec negabit, quod si per se ipsum non potest, provideat de ministro.

18. Ad sextum argumentum resp. quotidie confidentes & minime ignorantes; probe nosse, necessarium esse dolorem, & bonum propositum, ut fructuosa sit confessio, imò & valida. Nec quod culpas præsentis non habeant, impedimento erit quin de præteritis doleant, & firmum propositum habeant cavendi futuras; si tamen pœni-

tes rerum ignari sint, minime erit securum medium ad expellendam ignorantiam, crebè non admittere ad confessionem; sed edocere necessitate propositi & doloris. Quod si adhuc ducet ignorantia, nequaquam admittantur ad confessionem.

Ex his ad fundamentum sententiæ Vazquez resp. solum eam veram esse quando confessario ex magni ponderis iudiciis constaret, pœnitentem displicentiam criminis non auferre; tunc enim ad confessiones frequentes non esset admittendus. Huiusmodi tamen iudiciis deficientibus, iniuriam irrogabit pœnitenti à confessione eum excludendo, si proprius parochus sit; si verò confessarius proprius parochus non sit, contra consilium ager non admittendo ad confessionem pœnitentes nolentes accedere ad Eucharistiam, nisi prævia confessione, etiam dum credunt se à mortali esse mundos iuxta dicta num. 9. & 11. At expedire maxime homini Christiano sapius confiteri, decretum est per Concilium Tridentinum in Catechismo à Pio V. edito in 2. part. de confessione, num. 54. per hæc verba: *Sed nulla res fidelibus adeo cura esse debet, quam ut frequentis peccatorum confessione animam student expiare, &c.* Idemque admonuit Paulus III servandum ab omnibus qui Concilio Tridentino intercesserunt, in sess. 2.

in decreto de modo vivendi, & aliis in Concilio servandis ibi, *sapius confiteri.*



## DISPUTATIO XXXII.

An detur casus in quo pœnitens confessus, & iuste non absolutus à Confessario, possit sacram Eucharistiam suscipere?

### SUMMARIUM.

Argumentum à parte negativa, num. 1.

 *Auctoritate iudicium, num. 2.*

*Si Sacerdos ob ignorantiam, aut malitiam neget pœnitenti absolutionem, & desiciat alium confessarium, poterit licite communicare, si nota infamia gravis esset oriunda, habita tamen contritione, num. 3.*

*Sacerdos non absolutus celebrare potest, si urgeat necessitas celebrandi, dum conetur ad contritionem, num. 4.*

*Pœnitens moraliter certus à nullo confessario se fore absolvendum, potest licite Eucharistiam suscipere ob vitandam infamiam gravem, & Sacerdos Sacram celebrare absque prævia confessione; dum conetur ad contritionem, num. 5.*

*Pœnitens quatuor mortalia habens, & ob unum solum timens non absolvi, tenebitur confiteri illa tria tantum, si necessitas urgeat communicandi, num. 6.*

*Pœnitens non inveniens confessarium nisi surdum, tenetur confiteri per nutum & signa, num. 7.*

*Non verò per interpretem, bene tamen per scripturam, pœnitente tamen presente, num. 8. & 9.*

*Habens casum reservatum urgente necessitate communicandi, ad summum solum tenetur confiteri peccata*

*non reservata confessario non habenti potestatem ad reservata, num. 10.*

*Si peccatum reservatum habeat annexam excommunicationem, tunc licet habeat pœnitens alia peccata non reservata, illa non tenebitur confiteri Sacerdoti inferiori. Et simul adducitur utilis doctrina ad excommunicationem pertinet, numero 11.*

*Pœnitens qui non absolutus communicavit, non tenetur statim confiteri, tenetur tamen Sacerdos qui celebravit etiam in die Parasceves, numero 12. & 13.*

*Celebrans etiam solum cum peccatis mortalibus interioribus, tenetur statim confiteri, numero 14.*

*Quando Sacerdos celebrat absque conscientia peccati mortalis, cuius tamen peccati in principio celebrationis recordatur ante sumptionem, non tenetur statim confiteri, ex sententia Vazquez contra Suar. num. 15.*

*Respondetur ad argumentum, num. 16.*



**I**DEVR nunquam licitum esse accedere ad Eucharistiam suscipiendam absolutione iuste denegata: nam Trid. sess. 13. c. 7. decernit, nullum sibi cōscium criminis mortalis,

ralis, quantumvis contritum absque præmissa Sacramentali confessione (& idem est absque absolutione, cum confessio in ordine ad eam præcipitur) accedere debere ad sacram Eucharistiam, modò non desit copia confessarij & necessitas celebrandi, vel communicandi non cogat, ac si diceret; si necessitas communicandi urgeat, & copia confessarij deficiat, licitum erit ad sacram Eucharistiam accedere, conando ad contritionem. Sed qui non absolutus communicaret, & si ob necessitatem urgentem, vitandi scilicet infamiam id ageret, non communicaret absque præuia absolutione ob inopiam confessarij, sed ob suam indispositionem qua meruit non absolui. Igitur contra determinationem Concilij ageret, qui non absolutus communicaret.

### *Authoris iudicium.*

2. **Q**uoties pœnitens iudicat se habere contritionem, potest sacram Eucharistiam suscipere, etiamsi à confessario non sit absolutus, dum infamia graui notaretur non communicando. Nam tunc censetur copia confessarij deficere, cum deficiat copia absoluentis. Iuxta Concilium autem sess. 13. cap. 7. urgente necessitate communicandi, & deficiente confessarij copia, licitè absque præmissa confessione (& idem est absque præmissa absolutione) potest fidelis sacram suscipere Eucharistiam. Tenet expressè Manuel Rodriguez 1. parte, summ. cap. 65. conclus. 1. in med. Antonius Ragucius in lucerna Parochorum de Eucharistia quæst. 10. fol. 159. & quæst. 12. fol. 161. & quæstio 24. folio 163. & in simili casu tenet Victor. quæstione 146. dicens, petentem & non obtinentem licentiam à proprio Parocho ad confitendum alij confessario, posse tunc communicare (dum aliàs vigeret necessitas communicandi.) Idem enim tunc iudicium est de eo (ait Victoria) ac si careret confessario, casu quo expedierit non confiteri pœnitentem proprio Parocho. Nec obstat quòd Parochus iniuste negauerit licentiam eligendi confessarium, Sacerdotem verò non absoluentem ipse se gessisse: non, inquam, obstat: nam etsi confessarius iuste se gerat negando absolutionem, etiam pœnitens iuste se gerit Eucharistiam suscipiendo, dum ex non sumptione oriretur infamia, & dum iudicat se contritionem habere. Tenet etiam Nauarr. in summa cap. 27. num. 237. in simili, dum ait excommunicatum occultum siue irregularem posse celebrare ante censuram absolutionem, ob periculum infamiz vitandum. Idem sentit Cordub. lib. 1. quæstion. quæst. 16. §. si dubietur, & quæstione 35. prope fin. Sequuntur Nauarrum, & Cordubam Angelus, Armilla, Syluest. Sa, Vazquez, & Ledesma, numero 5. allegandi. Antonius Ragucius in lucerna Parochorum de Eucharistia, quæstio 21. fol. 160.

3. Nec obstat, si dicas, non esse dignum communionem, qui est indignus absolutionem. Non inquam obstat; nam cum ad absolutionem rectè impetriendam debeat minister esse moraliter certus de dispositione pœnitentis; illam autem certitudinem habere non possit, nisi experientia aliquorum dierum testante firmum propositum ipsius: sit quòd etsi peccator promittat confessario de non peccando vterius, & dolorem præ se ferat,

*Sanchez Selecta.*

adhuc indignus sit absolutione in foro Sacramentali (licet forte quoad Deum dignus esset:) ad hoc verò quòd communionem sit dignus, sufficit deficiente copia confessarij, illum conari ad contritionem, urgente necessitate communionis, ad vitandam scilicet infamiam grauem: qua tamen cessante communicate nullo modo valebit, vt definitum est in Tridentino sessione 13. cap. 7. in fine, & numero sequenti explicatur. Aduertendum tamen præsentem casum contingere solùm posse in opinione asserentium, habenti consuetudinem peccandi negandam esse absolutionem, donec ex tempore emendatio vitæ cognoscatur. At in nostra sententia, quam defendimus disp. 9. num. 6. procedere casus non potest. Impertinenda quidem est absolutio pœnitenti proponèti emendationem, quantumvis consuetudinem habeat peccandi. Sed dari potest casus respectu habentis occasionem proximam peccati, vt si domi retineat concubinam, quam facillè expellere potuit antequam ad confitendum accederet; quem tunc non absoluerit confessarius tenebitur, dum scèpius promississet expellere, promissionibus autem non stetit; vt diximus disput. 10. num. 4. & 6. pœnitens verò non absolutus licitè poterit sacram Eucharistiam suscipere, contritioni incumbendo, quando ex non suscipiendo infamia grauis oriunda foret.

4. Hinc fit, quòd si quis ignoranti confessario confiteatur, iniusteque neganti absolutionem, ex ignorantia scilicet, aut malitia, neque alterius confessarij copiam habeat, aut euidenter credat à quouis alio absolutionem sibi negandam fore, possit licitè communicare, conando tamen ad contritionem: quam si iam videatur adeptus, communicet; sin minus, nequaquam. Quod tamen semper intelligas, quando ex non communicando notam grauem infamiz incurreret: aliàs enim minimè licebit; ne sumant occasionem homines accedendi ad sacram mensam non absoluti, persuadentes sibi fuisse iniuste negatam absolutionem: vt definitur in Tridentino sess. 13. cap. 7. fine, vbi determinans Concilium, nullum cum conscientia peccati mortalis accedere debere ad recipiendam Eucharistiam absque præuia confessione; & extendens hanc doctrinam etiam ad Sacerdotes celebratos, subdit: *Quod si necessitate urgente Sacerdos absque præuia confessione celebrauerit, quam primum confiteatur.* Vbi Concilium solùm in casu necessitatis iudicat licitum, factum celebrare absque præuia confessione, sic Angles 1. part. quæst. 2. de suscipiensibus Eucharist. art. 4. diff. 2. conclus. 1. Sotus in 4. dist. 12. artic. 4. prope fin. §. *Ad secundam autem rationem Caietani*, Cordub. lib. 1. quæst. quæst. 16. Vazquez de Eucharist. disput. 208. cap. 2. Chapiaulle de casibus reservatis, cap. 9. fol. 68. & tenent auctores allegati infra num. sequenti. Et idem est absque præuia absolutione. Casus autem necessitatis ex mente omnium Doctorum, ille iudicatur, quando bona fama sacerdotis periclitaretur nisi celebraret: aut si fidelis quis in articulo mortis existens, communicaturus esset, nulla existente hostia consecrata, posset ad infirmum communicandum celebrare, licet non adesset confessarius cui confiteri posset: aut ne Parochus totum populum sine Missa relinqueret: aut persiceret sacrificium, scilicet Missam ab alio sacerdote inceptam, qui ob ægritudinem valde subitam non

C c potuit

potuit illam perficere. Vide Angles vbi supra, diff. 3.

Hinc deducitur, quòd etiamsi pœnitenti denegata sit iniustissimè absolutio, nec adsit confessarius alter qui illam impertiat, non possit pœnitens Eucharistiam sumere, nisi ob non summptionem iacturam gravem in fama esset passurus; nam si solum leuem, quia videlicet videntes pœnitentem non communicare infimæ sortis sint apud quos non multum xstimet pœnitens probum haberi, aut quia etiamsi videntes cessationem communionis graves sint, non tamen nimis mirabuntur ex abstinentia, sumere Eucharistiam sset nefas.

Deceptus autem est Richardus in 4. distinct. 9. vt refert Armill. verb. *communio*, & vliino, iudicans fidelem expectantem de propinquo sacerdotem cui deuotius confiteatur, posse contritum communicare absque præuia confessione, licet præsentibus essent alij confessarij, quos facile posset adire, quod etiam impugnat Ledesma. 1. part. summ. tractat. *de Eucharistia*, cap. 11. conclus. 8.

5. Si contingat aliquos sacerdotes data opera non confiteri peccata sua priusquam sint in sacristia induti sacris; sic quasi cogentes confessarios absolutiorem impertiri; in suum fauorem allegantes quòd exui sacris vestibus post confessionem in illorum infamiam vertatur, confessarij non illos absoluant, putantes ad id se teneri, cum tamen potius ad contrarium teneantur, casu quo voluntaria occasione peccandi sint immeriti, & ter, vel quater fuerint iam moniti, iuxta dicta disputat. 10. numero 4. & 6. Aduertant autem posse sacerdotes non absolutos celebrare, si non ex celebrando infamia grauis subotiretur. Quo fiet, necessitati sacerdotis celebrari subueniri, consulendo illi celebrationem, & conando ad contritionem prouocare, vt vitetur infamia: & confessarium rectè suo officio fungi non absoluendo talem sacerdotem. Sic expressè Manuel Rodriguez 1. in parte, summ. cap. 65. conclusione 1. in medio. Victor. in summa in simili casu, numero 146. Chapiaille de casibus reseruat. cap. 9. fol. 68. Nauarr. in summa, cap. 27. numero 239. & cap. 21. numero 48. Ledesma 1. part. summ. cap. 11. conclus. 8. tractatu *de Eucharistia*, Cordub. lib. 1. quæstion. quæst. 16. §. si dabitur, & quæst. 35. prope finem, vbi dicit, quòd qui ab excommunicatione non fuit absolutus, possit celebrare ad vitandam infamiam: non enim obligat ius postrius cum tanto rigore. Quod etiam tenent Nauarr. Ledesma, Victor. vbi supra, Angel. verb. *Eucharistia*, 2. §. 5. & 6. Sa verb. *Eucharistia*, numero 21. Syluest. verb. *Eucharistia*, 2. numero 10. Armill. verb. *Missæ*, numero 13. Vazquez tomo *de Eucharistia*, disputatione 208. cap. 2. numero 8. & 9. qui ait, indubitatum esse apud omnes posse laicum communicare, aut Sacerdotem celebrare ratione vitandæ infamiae grauis absque præmissa confessione. Suarez 3. tom. in 3. parte, disputatione 67. sectione 5. Idem autem sequitur absque præmissa absoluteione, quando confessarius non impertitus est illam, & ex omissione celebrationis, aut communionis detrimentum graue esset in fama exortundum non tunc celebranti, vel non communicanti.

6. Hinc inferitur, quòd si quis moraliter sit certus negandam sibi fore absolutiorem, posse licitè communicare ob vitandam infamiam grauem; aut Sacerdotem celebrare, absque præuia confessione, licet plures habeat præmissis confessarios: idem namque est deficere confessarium, ac deesse qui absoluat: & enarrare peccata confessario non impensuro absolutiorem, ad nihil aliud deseruiet, nisi ad infamandum se coram illo. Hic tamen casus potius metaphysicus est, quàm moralis. Nam ferè numquam eueniet pœnitentem moraliter reddi certum à nullo confessariorum impediendam sibi fore absolutiorem.

7. Si verò pœnitens quatuor peccata mortalia haberet, & ob vnum solum timeret certò non fore absoluendum se, ob alia verò tria tale quid non metueret, tenebitur confiteri illa tria, & poterit tacere quartum, casu quo instet necessitas communicandi ob vitandam nempe infamiam grauem, docet Medin. Cod. *de confessione*, quæst. *de integritate confessionis*, sine, folio 55. Tunc sanè facit confessionem formaliter integram; sicut qui tacet circumstantiam ob vitandum malum imminens proximo, vel sibi, vt homicidium, aut reuelationem secreti confessionis, integrè & formaliter confitetur: vt admittit expressè Vazquez tomo *de Eucharistia*, disputatione 208. capitulo 2. numero 6. & communiter cæteri Doctores. Præceptum enim præmittendi confessionem ad Eucharistiæ summptionem obligat, nisi interueniat graue damnum pœnitentis ex confessione. Sic Suarez tomo 3. in 3. parte, disputatione 67. §. *tertium casus est*, Maior in 4. distinctione 17. quæstione 5. Nauarr. in summ. cap. 7. numero 6. & Medin. Cod. *de confessione*, quæstione *de confessione præmittenda summptioni Eucharistia*, sine, fol. 62.

8. Deducitur præterea, pœnitentem non inuenientem alium confessarium quàm omninò surdum, teneri confiteri per nutus, & signa ante summptionem Eucharistiæ, vel Sacerdotem ante sacri celebrationem: obligat enim tunc præceptum confitendi. At cum possibilis sit modus confitendi per nutus, & signa, ac pœnitenti nec laboriosus, nec infamatorius; qualis est modus confitendi per interpretem, deinceps sanè erit confessionem præmittere. At ad confitendum per interpretem, non fore obligandum pœnitentem etiam in articulo mortis, putant non pauci Doctores, Caietanus verb. *confessio*, conditione 11. Soto in 4. distinctione 18. quæstione 2. articulo 6. Ledesma 3. parte, 4. quæstione 8. articulo 3. Victor. numero 173. Petrus de Soto lect. 11. *de confessione*, Medina Cod. *de confessione*, quæstione 19. *de modo secreto confitendi*. Maior in 4. distinctione 17. & ibidem Paludanus quæstione 2. & reparat probabilem practicè Suarez 4. tomo *de pœnitentia*, disputatione 36. sectione 6. numero 4. licet contraria sibi videatur probabiliter. Valent. 4. tomo, dispur. 7. quæst. 11. punct. 1. §. *Secundò asserimus*, quos sequor. Alii contra opinantibus ad confitendum per interpretem teneri saltem in articulo mortis, Suarez tomo *de pœnitentia*, supra. Agidius de Sacramentis, disputatione 5. dubio 10. Vazquez tomo *de pœnitentia*, quæstione 91. articulo 4. dub. 3. num. 6. Eodem modo, si pœnitens mutus esset, per

per nutus, & signa fateri deberet. Suarez tomo 4. disputacione 21. sectione 2. Angles 1. parte, folio 238. difficultate 5. Caietanus verb. *confessio*, versiculo, *expedit autem*, Nauarr. cap. 21. numero 36. sine, Rodriguez in explicatione Bullæ, §. 2. dubio 5. Soto in 4. distinctiõne 18. quæst. 2. artic. 6. & est communis Doctorum. Nec valde anxius sit tunc confessarius, aut penitens, an omnia peccata sint manifestata sufficienter per nutus & signa: nam cum vnum tantum peccatum sit materia sufficiens absolutionis, licet alia non explicentur ob impossibilitatem, nihil referret quo minus validè, & fructuosè recipiatur Sacramentum.

9. Inferitur deinde ex dictis, à fortiori non teneri penitentem fateri per interpretem ad recipiendam Eucharistiam in Paschate; vel Sacerdotem ad celebrandum Sacrificium: est enim talis confessio nimis molesta penitenti, vt pote infamatoria respectu interpretis. Nec præceptum præmittendi confessionem ante sumptionem Eucharistiæ, vel celebrationem Missæ, cum posituum Christi sit, obligat cum tanto onere & difficultate. Sed credendum tunc copiam confessarij deficere: quod expressè tenet Henriquez lib. 4. cap. 4. §. 4. & communiter alij: tenebitur tamen per nutus & signa fateri, vt diximus numero præcedenti, vel per scripturam (præsenti Sacerdote & penitente) vt tenet Syluest. verb. *confessio*, 1. quæst. 15. referens alios, præsertim D. Thomam insinuantem id in 4. distinct. 17. quæst. 3. artic. 4. quæstiuncula 3. ad secundum, vbi Maior quæst. 1. ad tertium, Petrus de Soto lect. 11. de *confessione*, Suarez 4. tom. de *penitentia*, disp. 36. lect. 6. num. 7. Quicquid in contrarium sentiant Richard. distinct. 17. art. 2. quæst. 5. Nauarr. cap. 21. num. 36. Victor. in summ. quæst. 137. Medin. quæst. 19. de *modo secreto confitendi*. Ledesm. 2. part. 4. quæst. 8. art. 3. Soto in 4. distinct. 18. quæst. 2. art. 6. Paludan. in 4. distinct. 17. quæst. 2. Caietan. verb. *confessio*, conditione 11.

10. Vltetiùs deducitur, habentem causam reseruatam, vigente necessitate communicandi ad vitandam infamiam grauem, ad summum solùm teneri confiteri peccata non reseruata confessario non habenti potestatem ad reseruatum, vt colligitur ex numero 6. Tunc enim cum certus sit penitens non posse se absolui à reseruato, ad aliud non erit vtilis confessio reseruati, quam ad se diffamandum coram tali confessario. Et non leue onus esset, obligari penitentem ad confitendum bis idem peccatum. Tenet Alexand. 4. parte, quæst. 18. membro 4. artic. 5. §. 2. ad vltimum, Petrus de Soto lect. 10. de *confessione*, Filliucius tom. 1. tractat. 4. cap. 7. num. 213. hanc reputans probabilem. Angelus verb. *confessio*, 1. §. 7. quantumcumque formidet concedere Suarez tomo de *penitentia*, disputat. 31. lect. 3. numero 8. & necessariò esse omnia peccata confitenda docet Vega en el espejo de Curas, 1. tom. cap. 11. numero 273. Chapiuile de casibus reseruatis, cap. 8. fol. 64.

Aur si tibi libet liberare penitentem habentem causam reseruatum à confessione etiam non reseruatorum, habes patronos Richard. in 4. distinct. 17. artic. 2. quæst. 8. ad secundum, Adrian. quæst. 4. de *confessione*, Durand. in 4. distinct. 17. quæst. 19. negantes adhuc in casu necessitatis (quæ non sit mortis) posse Sacerdotem absolue-

Sanchez, Selecta.

re à reseruatis; & addentes, quòd in eo casu possit Fidelis accedere ad communicandum, vel Sacerdos ad sacrum celebrandum cum sola contritione, tanquam non habens copiam confessarij. Si tamen ex deuotione solùm velit sacram Eucharistiam suscipere, vel sacrum celebrare, habens casus reseruatos, non poterit confiteri Sacerdoti inferiori, & consequenter nec celebrare, iuxta sententiam Suarez tom. de *penitentia*, disput. 31. lect. 2. Vazquez tomo de *penitentia*, quæst. 91. art. 3. dub. 9. num. 26. pro se plures Doctores adducentium. Imò Vazquez in nullo casu, etiam necessitatis qui non sit mortis, asserit, posse absolui penitentem habentem reseruatos (in quo conuenit cum Richardo, Maiore, Adriano, & Durando) ab inferiori à non reseruatis: tunc enim nulla esset confessio vt pote facta non habenti facultatem circa reseruata. Nec refert, quòd habeat illam circa non reseruata, cum vnum sine alio absolui non possit, dimidiando absolutionem, nisi consequenter, quando videlicet peccatum fuit oblitum in confessione, minimè verò quando de peccato iudicauit confessarius in confessione, vt notauit Vazquez tomo de *penitentia*, quæst. 91. art. 3. dub. 9. num. 27. & 28. & tomo de *Eucharistia*, disputat. 208. cap. 2. numero 7. Qui autem sint casus necessitatis in quibus possit quis absolui à non reseruatis, quamuis simul haberet reseruata peccata, diximus numero 4. prope finem.

Si tamen peccatum reseruatum annexam habeat excommunicationem, tunc licet habeat penitens alia peccata non reseruata, illa non tenebitur confiteri Sacerdoti inferiori, cum non possit confessarius impendere absolutionem Sacramentalem, nisi præuia absolutione excommunicationis, quam ipse tunc impertiri non potest. Quòd verò excommunicatione non ablata absolutio Sacramentalis inualida sit, tenent Adrian. quæst. 3. de *Clauibus*, Paludan. in 4. distinct. 17. quæst. 6. articulo 1. conclus. 2. & 4. & distinct. 18. quæst. 6. articulo 2. numero 9. Syluest. verb. *excommunicatio*, 4. numero 1. & verb. *confessio*, 2. quæst. 3. casu 5. & verb. *Confessor*, 3. numero 12. vbi plures refert, & dicit communi consuetudine ita obseruari, Maior in 4. quæstione 9. fin. Gabriel in 4. quæstione 1. artic. 3. dubio 2. Antonin. 3. parte, tit. 14. cap. 19. §. 4. Sotus in 4. distinct. 22. quæstione 1. articulo 1. fin. Ledesma 2. parte, 4. quæstione 23. artic. 1. Chapiuile de casibus reseruatis, in examine confessariorum, in fine libri, folio 396. Vazquez tomo de *penitentia*, tractatu de *excommunicatio*, dubio 4. numero 8. §. *Tertia ergo opinio est*. Certum namque est, quòd iure positiuo id potest institui; quòd nullus negat; & etiam institutum esse videretur in cap. *si celebrat*, de *cleric. excommunic.* vbi sic dicitur, loquendo de clerico minori excommunicatione ligato. *Peccat autem conferendo Ecclesiastica Sacramenta, sed ab eo collata virtutis non carent effectu; cum non videatur à collatione, sed participatione (qua in sola consistit perceptione) remouea.* Per particulam, *remouea*, non solùm significatur prohibitio ad recipienda Sacramenta, cum etiam ad ea conferenda adsit, vt constat ex illis verbis: *Peccat autem conferendo Ecclesiastica Sacramenta*; sed inualiditas denotatur taliter quòd inualidè recipiat Sacramentum Penitentia, qui excommunicatione minori est

11.

est ligatus: quod à fortiori erit verius in ligato maiori. Quam etiam opinionem sequitur Ledesma in summ. tractat. de penitentia, cap. 20. §. La segunda duda es, censens more suo, esse sententiam communem omnium Doctorum, qui tamen in hoc fallitur. Tenent enim contrarium Nauarr. in summa, cap. 9. num. 3. Petrus de Sot; de confessione ab excommunicato facta. Couarru. in cap. Alma mater, 1. part. §. 2. numero 5. & infra, & §. 6. à numero 5. & iterum Nauarr. de penitentia, distinct. 5. cap. 1. §. casus, numero 23. & in cap. ultimo, numero 38. Caietan. in summa, verb. absolutio nis impedimenta, & in opuscul. quæst. 1. de qual. confes. & verb. excommunicatio minor, Suarez tomo de penitentia, disput. 3. sect. 3. numero 6. & tom. de censuris, disput. 10. sect. 3. numero 9. qui plures alios adducit, qui asserunt talem absolutionem validam esse; quia excommunicatio non irritat absolutionem, dum illa excommunicatio se tenet ex parte recipientis. Vnde nisi ipse sciens veller Sacramento communicare. Sacramentum & fructum Sacramenti reciperet. Hottum potissima ratio est, quod nullo iure fiat irrita talis confessio; & quia cetera Sacramenta iure suscipiantur ab excommunicato: igitur & hoc sacramentum Penitentia. Quod verò sit ab Ecclesia irritata absolutio, ostendimus iam ex cap. Si celebrat. de cleric. excommunic. & quod sit diuersa ratio in Penitentia sacramento, ac in aliis, est manifestum, cum possit Ecclesia auferre iurisdictionem à confessario absolvente excommunicatum, alia verò Sacramenta non possint ab illa irritari, si supponantur ad illorum administrationem omnia necessaria à Christo instituta: quod rectè notauit Vazquez tom. de penitentia, tract. de excomm. dub. 4. num. 7.

Vnde laudabiliter confessarij præmittunt absolutionem excommunicationis ad peccatorum solutionem; verùm aduertere libet plures reperiri confessarios, qui si duas aut tres peccatorum reconciliationes admittant in eodem intervallo temporis, totidem absolutiones excommunicationis impendant: quod utique necessarium non est, nam per primam absolutionem ablata est excommunicatio; postea verò in illo intervallo temporis non fuit incurta noua excommunicatio, ut monuimus d. 6. num. ultimo. Notandum item, quòd in articulo mortis licet non esset præmissa absolutio ab excommunicatione, absolutio à peccatis teneret, quia Ecclesia in tali articulo neminem vult absque remedio relinquere, ut bene docent Adrian. in 4. quæst. 3. de clauibus, Sotus in 4. distinct. 22. quæst. 1. art. 1. in fine, Vazquez tom. de penitentia, tractat. de excommunicat. dubio 4. numero 10. Vnde tanquam subditum reputat Ecclesia in illo articulo excommunicatum, nec iurisdictionem aufert ab impendente absolutionem, aufert tamen illam in cæteris aliis casibus.

Nec scio quam ratione Nauarr. in summa, cap. 27. num. 24. Petrus de Soto lect. vltima, de excomm. Caietanus in summa, verb. excommunicatio minor, asserant, ministrantem Sacramenta in minori excommunicatione non peccare, eo quòd solum prohibitum sit illa suscipere. Et miror magis, quòd hæc sit differentia receptissima inter maiorem & minorem excommunicationem, cum clarè text. ille cap. Si celebrat. de cleric. excomm. dicat peccare administrantem Sacramenta mino-

ri excommunicatione ligatum. Nec mihi constat, qua de re Suarez tomo de censuris, disp. 10. sect. 3. num. 13. asserat, in illo textu solum fieri sermonem de prohibitione ad recipiendum Sacramenta, & non quoad ministrantem. Melius sanè Vazquez tom. de penitentia, tractat. de excomm. dubio 4. asserit, peccatum mortale esse, ministrare excommunicatione minori ligatum. Tom ex illo cap. Si celebrat. tum ex iure Diuino: supposita enim excommunicatione in aliquo, irreuerentia erit sic Sancta pertractare. Et quòd sic ministrare sit peccatum saltem veniale: censent Couarru. in cap. Alma mater, 1. part. relect. §. 8. num. 2. Adrian. quæst. 3. de Clauibus, Sot. in 4. distinct. 22. quæst. 2. art. 3. in principio, Auila de censuris, 2. part. cap. 6. disputatione 12. dub. 3. Medina in summa, lib. 1. cap. 11. §. 6. fin. Quamuis nec etiam valere veniale censent Filliucius 1. tomo tractatu 13. cap. 1. num. 24.

Et sanè si electio, seu præsentatio, aut collatio beneficij facta excommunicato minori excommunicatione, est nulla, erit & collatio Sacramenti. Antecedens constat ex illo cap. si celebrat. sic intelligendo verbum irritanda, id est, irrita enuntianda, iuxta subiectam materiam & rationem, de qua ibi. Ita gloss. verbo, scienter, Cardin. & Abbas num. 3. Decius in cap. dilecti, num. 5. de except. Lambert. super Rebuff. in cap. postulasti, 2. notab. num. 22. & 51. seu 64. & 93. Coraf. 4. part. cap. 3. num. 22. Couarr. in cap. Alma mater, 1. part. §. 8. num. 3. dicens magis communiter receptum. Cuc. Institur. maior. lib. 4. tit. 1. num. 132. Vgolin. de censur. tabula 3. cap. 6. §. 3. num. 2. Frechil. de excommunicat. 2. part. num. 12. & 13. Philarc. 1. part. lib. 3. cap. 17. Gonzalez gloss. 58. num. 25. Garcia tomo 2. de benefic. part. 7. cap. 13. num. 27. Nauarr. in cap. si quando, de rescript. except. 9. ad med. ex Theologis Azor 2. tom. lib. 6. cap. 7. quæst. 7. Antonin. 3. part. tit. 24. cap. 76. & allegatur pro hac opinione Richard. distinct. 18. artic. 7. quæst. 4. quem non vidi, Syluester verb. excommunicatio, 3. §. 9. Paludan. in 4. distinct. 18. quæst. 4. art. 4. Armill. verbo, excommunicatio, num. 5. Vivald. de excomm. num. 48. & videtur approbare Sa, verb. excommunicatio, num. 33. Quod etiam tenent, etiam si ignoretur excommunicatio, Couarr. Cuc. Vgolin. Frech. Armill. Vivald. vbi proxime, Cardin. & Abb. super gloss. cap. si celebrat, & alij, vbi etiam gloss. refert illud verbum, scienter, ut sit idem quod maxime, & sit sensus; si priuatur beneficio qui ignorat excommunicationem, maxime certè, qui illam sciet: quod etiam tenet Garcia vbi supra, & Azor.

Nec obstat, quòd contrarium teneat Vazquez tom. de penitentia, tractat. de excommunicat. dubio 6. num. 11. eo quòd text. non dicat, quòd sit irrita electio, sed irritanda. Quod etiam tradit Felin. in cap. dilecti, de exceptionib. num. 4. pro se adducit Vazquez, Richard. in 4. distinct. 18. art. 7. quæst. 4. & ait expressè tenere hanc sententiam: qui tamen Richard. pro opposita à suis Doctoribus adducitur. Quid autem sentiat, certò affirmare non possum; quia illum non vidi. Sair. lib. 2. cap. 22. num. 23. Suarez tom. 5. de censuris, disput. 24. sect. 2. à num. 13. Lessius lib. 2. de iustitia & iure, cap. 34. num. 116. Filliucius tract. 13. tomo 1. cap. 2. num. 31. Et videtur tenere Rebuff. sibi contrarius in cap. postulasti, 2. notab. num. 62. Toletus lib. 1. cap. 17. Rodriguez in summa. 1. tomo,

mo, cap. 105. allegans cap. finale, de election. voluit allegare cap. fin. de Cleric. excommunicat. Sor. in 4. distinct. 22. quæst. 2. art. 3. Auila de consens. 2. part. disput. 12. dub. 4. Antonin. 3. part. tit. 25. cap. 1. §. 1. Ludouic. Lopez 1. tom. part. 2. cap. 17. §. 18. Henriquez lib. 13. cap. 3. §. 3. & in gloss. lic. V. & X. & cap. 13. §. 1. Non, inquam, obstat, quod dicti Doctores irritam non esse collationem beneficij dicant factam excommunicato excommunicatione minori, sed irritandam. Nam ex ratione capitis colligitur, quod nomine irritanda, intelligi debeat irrita declaranda: cum beneficium detur propter officium, cap. fin. de rescript. cap. cum secundum Apost. de præbend. Qui verò non potest licite ministrare Sacramenta, aut suscipere, non recepat validè beneficium, quod in ordine ad administrationem, vel susceptionem Sacramentorum conceditur: ius namque non intendit conferre illud quod aliàs non daret, nisi sub onere alicuius rectè agendi, vt Garcia 2. tomo, de benefic. part. 7. cap. 13. num. 22. qui licet dicto numero, solum loquatur de collatione facta ligato excommunicatione maiori, ratio ipsius quæ eadem est cum à nobis adducta, conuincit etiam de collatione facta ligato minori.

12.

Aduertat tamen pœnitens qui non absolutus communicauit, nec iure Diuino, nec Ecclesiastico teneri statim confiteri: quidquid in contrarium censeat Zerol. praxi pœnitent. folio 103. ductus simili ex Concilio loquente de Clerico, vt infra, & Nauarr. summ. cap. 2. num. 10. Azor tom. 1. lib. 10. cap. 31. quæst. 9. in fin. Ludouicus de S. Ioan. 1. parte sumpt. tractat. de Eucharistia, quæst. 7. art. 6. in fine, fol. 163. postea dicens fol. 164. esse hoc tantum sub consilio. Sa verb. confessio, num. 5. dicens hoc esse certissimum, in quo decipitur. Et verb. Eucharistia, num. 13. Diuinum enim ius solum affirmatiuum præceptum inducit, vt confessio antecedit communionem; at transacta illa opportunitate, cessat obligatio. Et Concil. Tridentin. sess. 13. cap. 7. solum loquitur cum clerico celebrante, quem voluit obligare, vt quam primum fieri posset, confiteatur; licet Ledesm. in summ. de Eucharist. 1. part. cap. 11. ante 9. conclus. teneat, solum consilium, & non præceptum inducere verba Concilij. Quem sequitur Villalob. in summ. tract. 7. difficult. 37. num. 6. Fagundez 3. præcepto lib. 3. cap. 8. num. 9. Quod tamen falsum reputo cum Suarez, tom. de Eucharistia, disputatione 66. sect. 7. & Vazquez inferius allegando, Fillucio tomo 1. tract. 4. cap. 8. num. 223. Granado 1. 2. de legib. fol. 236. num. 25. Hurrado de Eucharistia, disput. 9. difficult. 7. fine. Egidius quæst. 80. artic. 4. fine. Bonacina disput. 4. quæst. 6. punct. 2. Reginald. lib. 29. num. 110. Licet non teneatur statim confiteri, quando ob malitiam ante communionem non præmisit confessionem peccati mortalis, aut quando ex obliuione desit confiteri aliquod peccatum: cum Concilium solum loquatur de Sacerdote celebrante sacrum cum conscientia peccati mortalis: celebrare autem cum conscientia peccati, aut cum obliuione peccati, contraria sanè sunt. Quod etiam tenet Vazquez tom. de Eucharistia, disputat. 109. cap. 3. & tomo de pœnitentia, quæstione 90. art. 3. dub. 3. num. 11. & Suarez tomo de Eucharistia, disputat. 66. sect. 3. & Fillucius tomo 1. tract. 4. cap. 8. num. 223. & similiter Concilium solum loquitur de Sacerdote Sacrum celebrante absque præuia confessione ex

urgente aliqua causa: at celebrans in mortali ob prauam voluntatem absque præuia confessione, illam non prætermittit ob causam urgentem. Diana de celebrat. Missar. resolut. 61.

13.

Quam obligationem statim confitendi incurtere Sacerdotem sentio, etiam in die Parasceues celebrantem, aut Missam alterius post consecrationem perficientem: talis enim Sacerdos verè celebrat vt minister Ecclesiæ, iuxta sensum commune huius vocis, licet non consecret. Sic Suarez disputatione illa 66. sect. 7. non longe à principio, Fillucius tom. 1. tract. 4. cap. 8. num. 223. Fideles tamen (vt obiter scias) non esse constructos illi celebrationi assistere, si contingat diem Parasceues festiuum esse (vt in hoc anno 622. incidit festum Incarnationis) arbitror. Nam omnia iura tantum inducunt obligationem audiendi Missam in die festiuo: at Missa non reperitur vbi non consecratur: essentia namque sacrificij in consecratione consistit, vt docet Sebastianus Perceus Episcopus Oxomen. tractatu de sacrificio Missæ, cap. 14. Bellarm. tom. 2. lib. 4. de Eucharistia. cap. 12. & esse D. Thom. 3. part. quæstione 76. artic. 2. ad 1. & 2. & quæst. 78. art. 3. ad 2. & quæst. 83. art. 1. collegit Vazquez tomo de Eucharistia, disput. 222. cap. 4. quam ipse tucur, Suarez tomo de Eucharistia, disputatione 79. sect. 4. Egid. de Sacram. quæst. 83. art. 1. dub. 5. num. 96. & 97. Henriquez lib. 9. cap. 9. §. 9. dicens, in tribus actionibus consistere essentialiter sacrificium, quem sequitur Bonacina de Sacram. disput. 4. quæst. vltim. punct. 2. videlicet in consecratione, in oblatione, & consumptione, principaliorem tamen esse consecrationem: & lib. 9. cap. 8. num. 3. litera I. refert plures censes, totam essentiam sacrificij in consecratione consistere. Vnde Vazquez sententia tomo de Eucharistia, disputat. 232. cap. 2. num. 19. censentis, teneri fideles assistere illi officio in Parasceue à tempore quo ex monumento extrahitur corpus Christi vsque dum consumatur, deseritur. Nec Henriquez lib. 9. cap. 8. num. 5. fine, sequitur Vazquium: tantum enim ex sententia aliorum dicit, in Missa Parasceues impleri præceptum Missæ, supposita sententia censente in sumptione consistere sacrificium.

14.

Et tenebitur statim confiteri Sacerdos, quamuis cum solis interioribus peccatis celebraverit. Nam licet Ecclesia actus interiores non possit præcipere, potest certè modificare obligationem præcepti diuini, quod obligat etiam ad confitenda peccata interiora; & statuere legem, quod simul atque fieri possit, confiteatur Sacerdos post finitum sacrificium; sicut obligat ad annuam confessionem pariter illum qui solum habet peccata interiora. Quod rectè notauit Vazquez tomo de Eucharistia, disputat. 208. cap. 3. num. 17. & 26. & 27.

Cum autem Concilium præcipiat Sacerdotem celebrantem absque præuia confessione ob inopiam confessarij, quam primum possit, confiteri; deducitur statim finita Missa astrictum fore confessioni se subdere, dum aliud graue non obstat. Nam si ante Missæ celebrationem constructus erat confessionem præmittere, copia confessarij existente: quare mirandum quod illicet finita celebratione ad confessionis executionem vincitur? Quamuis Cerol. in praxi pœnitent. fol. 113. vsque ad mane ante alterius Missæ celebrationem differri posse arbitretur, allegans suum Magistrum

giltum & Divum Anton. 4. part. tract. de suscipienda Eucharistia, difficult. 3. artic. 2. conclus. 6. Arque statim finita Missa constructus sit Sacerdos confiteri, docet Vazq. tomo de penitentia, quæst. 90. art. 3. dubio 3. num. 10. & 11. Suarius tom. de Eucharistia, disputatione 66. sect. 7. in principio & fine.

15. Infert ex his Suarez ubi supra, quod sacrificans Sacerdos absque præuia confessione ob non recordationem peccati, teneatur statim post Missam quam primum fieri possit, confiteri, ubi eius recordatus fuerit ante sumptionem Sacramenti: cum tunc celebret, seu communice sine confessione propter urgentem necessitatem, & cum conscientia peccati. Idem ait, si ante celebrationem fuisset confessus, & alicuius mortalis oblii recordaretur ante sumptionem.

Contrarium autem sustinet Vazquez tomo de penitentia, quæst. 90. art. 3. dubio 3. num. 11. ait enim, Concilium solum dixisse Sacerdotem teneri statim confiteri, quando necessitate urgente absque præuia confessione celebrauerit: quasi dicat, necessitate urgente, cum non esset copia confessarij. Secus, qui habens confessarium, celebrauit absque præuia confessione, ex inconsideratione, aut obliuione. Unde infert huiusmodi Sacerdotem solum teneri confiteri ante aliam celebrationem siue proximè, siue ad longum tempus futuram. Quæ sententia Vazquez mihi videtur certa. Aliam vetò ex Suarez nequaquam ad men-

tem Concilij esse. Sanè si attentè inspicatur necessitas vrgens ad celebrandum absque præuia confessione, duo importare debet. Primum, quod necessitas vrgeret celebrandi. Secundum, quod reuera confessarius non adfit. Unde si aliquod horum deficiat, obligatio Sacerdoti non est iniungenda confitendi statim à celebratione. Quapropter si Sacrificio fuit addictus absque præuia confessione, sine necessitate urgente ad celebrandum, sed ob suam voluntatem solum, vel ob lucrum pitantiz, confiteri non tenetur statim. Vel si necessitas celebrandi premebat, confessarius autem aderat, qui poterat confessionem excipere, sed ob inconsiderationem, vel obliuionem confessio non fuit facta, non tenebitur statim confiteri. Nec obligationes sunt ampliandæ; dum Concilium ad obligandum celebrantem absque præuia confessione, quod statim confiteatur, & necessitatem vrgentem, & inopiam confessarij simul requirat.

Ad argumentum à principio ex dictis satis constat: suscipienti enim Eucharistiam absque præuia absolutione, dum illi est opus recipere ob vitandam infamiam grauis notam, reuera deest copia confessarij: quia vt diximus num. 6. idem reputatur quoad effectum communicandi, deficere copiam confessarij, ac deficere copiam absoluentis. Et licet penitentiarius iuste deneger absoluitionem, iuste etiam communicat penitens absque absoluitione: vt diximus num. 3.

16.



## DISPUTATIO XXXIII.

An Confessarius imponere possit sub penitentia susceptionem Eucharistia, vel è contra præcipere quod non suscipiatur?

### S V M M A R I V M.

Argumenta affirmatiua partem suadentia, num. 1. 2. & 3.

1. Auctoris iudicium, num. 4.

In quonam consistat maior difficultas? num. 5.

Notabile solutionis, num. 6.

Potest confessarius imponere sub penitentia susceptionem Eucharistia absolutione, num. 7.

Penitens acceptare non tenebitur, num. 8.

Obiectio difficultis, num. 9.

Solutio cum per celebri doctrina, num. 10.

An imponi possit sub penitentia Sacramentalis confessio, remittitur ad disputationem 13. num. 11.

Solutio argumentorum, num. 12. 13. & 14.

Non potest præcipi sub penitentia, quod penitens Eucharistiam non suscipiat, num. 15.

Obiectio grauis, num. 16.

Solutio huius obiectio à num. 17. vsque ad 20.

1.



R I M A M partem, scilicet, quod confessarius præcipere possit sub vinculo penitentia susceptionem Eucharistia, suadet, quod imponere possit recitari Psalmos, Horarium, & quemlibet alium actum Religionis exteriorem, seu visibilem (vt excludamus ora-

tionem mentalem, & alios actus interiores, qui sub penitentia imponi non possunt) cum pars satisfactoria Sacramenti Penitentia visibilis esse debeat, sicut Sacramentum, vt docet Sanchez summ. lib. 4. cap. 11. numero 36. Quicquid in contrarium sentiat Suarez tom. de penitent. disputatione 37. sect. 6. & 2. tom. de relig. lib. 3. cap. 6. num. 17. Basil. de Leon lib. 1. de matrimon. cap. 7. dicens, non esse inconueniens partem partialem Sacramenti esse internum actum. Ochagavia tractat. de satisfact. Sacrament. quæst. 7. numero 4. folio 276. Reginald. 1. tomo prax. lib. 7. num. 12. At Eucharistiam suscipere actus Religionis est exterior: igitur imponi potest sub vinculo penitentia.

2. Secundò, ratio satisfactionis in actu non sequitur mensuram penalitatis ipsius, sed meriti, vt tantò actus sit magis satisfactorius, quanto meritorius. Quis non videat, quod qui offert Deo in satisfactionem peccatorum actum ex obiecto perfectiorem, plus satisfaciatur, quàm si imperfectiorem exhiberet per solutionem; etiam si soluenti esset difficilius, & magis penalitatis? Nonne qui debet centum, & cum sit deus, ægè non soluit, satisfaciatur minus, quàm debens centum & soluens solum quinquaginta cum maiori difficultate seu labore? Nihil minus, cum centum, duplicatum

plicatum quinquaginta contineat. At suscipere Eucharistiam licet actus pœnalis non esset suscipienti (de quo in tertio argumento) est tamen maximè meritorius, & consequenter satisfactorius: imponi ergo poterit à confessario sub pœnitentia. Nec ideo oratio, ieiunium, & elemosyna ponuntur communiter sub pœnitentia, quia magis satisfactoria sint, eo quòd magis pœnalia opera, sed quia magis medicinalia, dum per elemosynam curetur auaritia, lubrica caro per ieiunium, & mentis cogitationes inordinatæ per orationem.

3. Tertio, confessarij in pœnitentiis iniungendis attendere debent, quòd illas iniungant, tam ad præteritorum peccatorum vindictam & castigationem, quàm ad nouæ vitæ custodiam, & infirmitatis medicamentum: vt docet Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 8. sed ad præseruandum à peccatis nulla aptior medicina infirmo pœnitenti applicari potest, quàm Eucharistiæ susceptio, vt ex eodem Tridentino dict. sessione cap. 2. constat, dum ait: *Sumi autem voluit Sacramentum hoc tanquam antidotum, quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præseruemur.* Est præterea susceptio Eucharistiæ præteritorum peccatorum vindicativa; nam etsi facilis sit pœnitenti, tamen quòd ex obligatione fiat, difficilis redditur, & corpori passionibus auscultanti laboriosa: præsertim cum ad suscipiendam Eucharistiam aliquis labor antecedens & subsequens sit interponendus; vt adire Ecclesiam, ministrum dispensantem querere, & fortè rogare, & post susceptam sacram buccellam aliquantulum orationi vacare: quod exposcit reuerentia tanti Sacramenti. Vnde quando susceptio Eucharistiæ sub pœnitentia præcipitur, etiam quæ attinent ad reuerentialem sumptionem videntur esse mandata.

#### *Authoris iudicium.*

4. **D**upliciter potest confessarius sub vinculo pœnitentiæ sumptionem Eucharistiæ imperare. Primo absolutè, obligando pœnitentem quasi antecedenter anniti gratiæ statum sequi ad recipiendam Eucharistiam. Alio modo sub conditione, vt eam recipiat, si fortè peccatum mortale non habere conspiciat. Sanè isto secundo modo, licet primo aspectu non reperiatur, quare confessarius non possit sub vinculo pœnitentiæ imponere sumptionem Eucharistiæ, cum ex huiusmodi iniuncta pœnitentia non accrescat nouum grauamen pœnitenti, vel maius, quàm si ei fuisset impositum recitare Rosarium, aut Missam audire. Imponi tamen alia ratione nequit, quia sic iniungendo pœnitentiam, iniungitur conditionaliter, & dependenter à voluntate pœnitentis: nam si ipse post confessionem in crimen lethale incideret, pœnitentiam implere non tenebitur: ac in Sacramento Pœnitentiæ pars satisfactoria absolutè est iniungenda, ne illi Sacramenti pars satisfactionis deficiat, vt diximus disputatione 13. num. 8.

5. Id difficultius videtur, an possit iniungere confessarius sub vinculo pœnitentiæ receptionem Eucharistiæ absolutè & nulla adhibita conditione? scilicet, si pœnitens criminis mortifici conscientiam non habeat. Et quòd non possit abso-

lutè imponere, ex eo colligi videtur, quòd imponi non possit pœnitentia, ad quam adimplendam sine peccato, obliget pœnitentem mundam & tutam habere conscientiam. At vt sine crimine Eucharistia recipiatur, & absque labe conscientiam exigit, iuxta illud Pauli 1. Corinth. 11. *Qui manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit, id est, offensionem & peccatum seu condemnationem.*

6. Notandum autem pro difficultatis solutione, aliud esse, pœnitentem teneri acceptare sub vinculo pœnitentiæ Eucharistiæ receptionem absolutè: aliud esse, an imponi possit sub tali vinculo?

7. Non tamen video rationem, qua aduei quædam ad iudicandum, non posse à confessario imponi sub vinculo pœnitentiæ sumptionem Eucharistiæ absolutè: cum illa sumptio actus Religiosus sit, medicinalis, seu præseruatiuus futurorum peccatorum, vindicatiuus etiam præteritorum, vt probatum esse tertio argumento conuincitur. Et licet ad hoc quòd pœnitens sine peccato adimpleat illam pœnitentiam, secunda conscientia prærequiratur, non tamen requiritur munda, vt præcepto pœnitentiæ satisfiat: simili modo, quo præcepto annuæ communionis satisfiat per communionem sacrilegam, hoc est Eucharistia in peccato suscepta, contra reuerentiam debitam Sacramento. Solum namque substantia operis, quæ visibilis est, imponi potest à confessario, vt pars satisfactoria Sacramenti Pœnitentiæ. Communio verò etsi sacrilega, substantialiter & verè est receptio Eucharistiæ.

8. Fateor tamen, quòd pœnitens non teneatur acceptare illam pœnitentiam, eo quòd adimpletio ipsius sine peccato, mundam conscientiam præsupponat: iusque habet (nisi libenter cedat) vt non grauetur sub vinculo pœnitentiæ acceptare opus, quòd adimplendum sit in statu gratiæ, nisi velit de nouo peccare, vt docet expressè Palat. in 4. distinct. 15. disp. 4. colum. 7. sicut non possit constringi sub pœnitentia, non recitare Horarium iniunctum, nisi in statu gratiæ: nam status pœnitentis non est aliquid materiale & sensibile, & hæc non potest rationem pœnitentiæ intrare. Nec teneatur acceptare opus, quòd perplexitatem ei adducere possit, siue adimpleat, siue non: nam si non adimpleuerit pœnitentiam iniunctam, præceptum frangere perspicuum est: sin autem in peccato adimpleat, licet non frangat præceptum pœnitentiæ, reuerentiæ tamen mandatum debitæ Sacramento Eucharistiæ dissoluit. Si inistes, quòd sua culpa capiat pœnitens perplexitate, dum possit, si velit, ab ea eripi, rectum cor confessione, aut in defectum illius ob inopiam confessarij, contritione explicando, causa vigente ad communicandum interueniente: nam aliàs minime liceret & etiam contritione comparata Eucharistiam recipere, vt constat ex Concilio Tridentino sessione 13. cap. 7. Nihil tamen hoc obstat; nam ius non habet confessarius inducendi maiorem obligationem pœnitenti, quàm vt acceptet opus satisfactorium. Cum verò recipere Eucharistiam, præter hoc quòd sit opus satisfactorium, talis habeatur naturæ, vt recipi non possit sine peccato, nisi in statu gratiæ, esset obligare pœnitentem duplici vinculo, & pœnitentiæ adimplendæ, & in statu gratiæ exequendæ. Certum tamen est, confessarium non posse pœnitentem grauari

grauare alio, quàm penitentiae vinculo: quod docet Suarez tom. de penitentia, disput. 30. sectione 4. sine, Syluest. verb. *restitutio*, §. 5. 7. Tolerus libro 3. capitulo 18. numero 3, & latius diximus disput. 13.

Si iterum inistes, quòd iniungendo sub penitentia Eucharistiae receptionem, directè non grauet, nisi vno vinculo, indirectè autem grauetur penitens alio, suscipiendi, scilicet dignè. Obiectio non conturbat: nam onus siue directum, siue indirectum, verè onus est, & pondere premit: cùmque confessarius alia opera satisfactoria imponere possit, quæ onere indirecto penitentem non grauent, ius habebit ad sumptionem Eucharistiae non acceptandam sub penitentiae vinculo. Præsertim quòd prudens confessarius in iniungenda receptione Eucharistiae sub penitentia, id attendere debet, an penitens sit illam impleturus criminis noxius, vel innoxius: si crimine infectus, potius diram mortem quàm salutem propinat confessarius, vt constat ex illo Pauli 1. Corinth. 11. *Qui indignè manducat, iudicium sibi manducat.* Et ex illo Sequentiae in solemnitate Corporis Christi dici solitæ, *mors est malis, vita bonis, &c.* Quod ab eius munere longè alienum est; si verò criminis expertus sit illam penitentiam impleturus, iam probauimus ad id obligare non posse confessarium, & consequenter, nec penitentem constricuum esse acceptare.

Obiicies, Prælatum Religionis præcipere posse subditis Eucharistiam suscipere. Igitur & confessarius absolute poterit receptionem Eucharistiae sub penitentia iubere. Non enim minus iuris possidet confessarius respectu penitentis, quàm Prælatum respectu subditorum.

Verùm dupliciter à Prælati imperati possunt communionones, seu Missarum celebrationes. Primum illæ solùm, quæ habentur ex constitutione, & non plures. Sanè has imperare potest Prælatum: nam cum intrans Religionem, de contentis in regula certior fiat; vel per ipsum stet, quòd non certioretur, eam acceptans, consequenter etiam quæ continentur in regula, acceptare debet, & ad ea velle obligari: votum namque Religiosi profitentis in aliqua Religione ad omnia contenta in regula obseruare se extendit, & ob id proficientes in forma possessionis, sic aiunt: *Promitto tibi obedientiam secundum regulam, ac si dicerent, me ex voto vincio obedire tibi dum imperaueris ea quæ in regula sunt præscripta, vt docet Sanchez de statu Religioso, lib. 6. cap. 2. & Suarez de statu Religioso, lib. 10. cap. 8. & 9. Ioan. de la Cruz de statu Religioso, & Miranda in Manuali Prælatorum in pluribus locis. Aliàs verò, quæ ex constitutione præfixita non essent, imperare non posse quidam affirmant, Rodriguez tom. 1. quæst. regular. quæst. 26. art. 3. §. *Video quam patet*, ait, posse Prælatum intra regulam iubere quod placuerit; extra, minimè. Alij verò id posse præcipere contendunt, Maior in 4. distinct. 17. quæst. 6. conclus. 4. videndus Sancius de statu Religioso, qui latè de hoc agit, lib. 6. cap. 2. de quæ etiam nos infra agimus disput. 33. num. 33. & 49. Opinionum tamen harum modò electione non facta, ad argumentum responderetur. Et si admittamus, Prælatum imperare posse communionones extra regulam, non inde inferretur confessarium posse præcipere sub penitentia Eucharistiae perceptionem; cùm ius illius non extendatur, nisi*

ad obligandum penitentem acceptare sub penitentia opus satisfactorium. At si imponatur opus satisfactorium talis naturæ quòd conscientiam mundam requirat, vt sine crimine penitens penitentiam adimpleat, acceptare minimè teneatur. Prælatum autem præcipere potest omnem actum virtutis. (Quod modò admittimus soluendi argumenti gratia,) præcipue si non impediatur perfectiorem: cùm subditus se deuinxerit, intrando Religionem, perfectionem sequi. Ad id igitur quod ad consequendam perfectionem conducit, ius habebit Prælatum imperandum. Quod sanè admittimus modò gratia argumenti soluendi. Nam Prælatum non posse imperare ea quæ extra regulam continentur, quantumuis perfecta sint, resoluimus in fine, num. 33. & 49. cum Sanchez & Suarez supra allegatis.

Id magis promebat, An scilicet imponi possit sub penitentia Sacramentalis confessio: quod resoluimus disput. 13. num. 2.

Primum argumentum solum probat, quòd cùm recipere Eucharistiam actus Religiosus sit, imperari possit à confessario sub penitentia. Videat verò penitens, an ad huiusmodi penitentiam velit obligari? si velit, rectè potuit imponi à confessario: si renuat, cogere eum nullo modo poterit, vt dictum est num. 8.

Secundo argumento admittimus omne, quod probandum assumit: & quòd ratio satisfactionis in actu sequatur potius mensuram meriti, quàm pœnalitatis, vt docent Gabriel in can. Missæ, lect. 58. folio 135. §. *hic incidit alia quæstio*, & Cenedo in quæst. practicas, quæstione 31. numero 16. Et communiter docent Theologi, per actum dilectionis Dei nimis intentum accidere remitti totam pœnam debitam peccatis, & tamen non tam pœnalis est actus ille sicut ieiunium. Quod etiam docet Lorca 2. 2. disputatione 34. numero 18. in fine, dum dicit, quòd licet in satisfactione requiratur, vt opus sit aliquo modo pœnale, non ex sola pœnalitate crescit valor ad satisfaciendum, & quòd imponi possit sub penitentia receptio Eucharistiae: non tamen vquam conuincit penitentem teneri illam acceptare.

Ad tertium dicimus, quòd onus præseruatiuum à peccatis futuris, & præteritorum punitiuum imponi possit à confessario sub penitentia: penitens autem acceptare non tenebitur, si sit talis naturæ, quòd mundam requirat conscientiam ad executionem ipsius, vt probatum est, num. 8.

SECUNDA PARS DISPUTATIONIS TRIGÉSIMÆTERTIÆ. An imponi possit sub penitentia quòd sacra Eucharistia non suscipiatur?

### S V M M A R I V M.

Negari non posse sub vinculo penitentiae Eucharistia abstinentiam, manifestum est, numero 15.

Obiectio

Obiectio contra resolutionem, num. 16.

Illius solutio, num. 17.

Alia obiectio aduersus Auctoritatem resolutionem, numero 18.

Illius enodatio, dicto num. 18.

Tertia obiectio aduersus rationem resolutionis, numero 19.

Obiectio fractio cum vtili doctrina, num. 20.

Quod non possit abstinentia ab Eucharistia imponi sub pœnitentia, comprobatur Cardinalium declaratione, num. 21.

15.



15. Vobis secundo loco in titulo questionis quaeritur, An negari possit Eucharistia susceptio, difficultate apud aliquos non laborat: Marcilam videlicet in addition. ad memor. fol. 148. sed negari non posse Eucharistia susceptionem sub pœnitentia vinculo, mihi manifestum est. Cùm cessatio operis virtutis nullius sit entitatis, & consequenter neque meriti, neque satisfactio, cuiquam quæz pœnale erit ab opere virtutis vacare? Non entitas sanè pars nequaquam potest esse Sacramenti, nec eleuabilis à Deo ad causandam gratiam, nec remissionem pœnitentia, cum non entis nullæ sint qualitates, leg. eius qui, 41. ff. de rebus creditis. Faber in leg. 1. ff. de iudicij. & in Cod. Fab. titul. 31. lib. 8. definitio. 30. num. 8. allegans leg. 5. in fine, de in litem iurando. At Eucharistiam non recipere, otium sanè, & nullo modo exercitium virtutis importat, vel entitatem. Nec velle Eucharistia carere, de se est actus bonus, nisi aliquando per accidens ratione timoris, & reuerentiæ erga Sacramentum, qualiter se habuit bonus actus ille Centurionis nolentis, siue reculantis in domum suam Christi, Saluatoris ingressum, dum dixit: *Domine non sum dignus, vt intres sub tellum meum, &c.* Solum enim ratione reuerentiæ erga Christum virtutis ornatu indura fuit talis recusatio.

16.

16. Obiicies, quod licet verum sit, cessationem ab opere virtutis non posse imponi sub pœnitentia vinculo, secundum se loquendo; per accidens tamen, quando, scilicet exercitium minoris virtutis impeditet aliud maioris, imperari poterit sub pœnitentia, ab imperfectiori cessare, vt perfectiori pœnitens intendat. Num quis negabit, Religioso, aut alij, assistenti infirmo curatione indigenti, imperari posse sub pœnitentia, vt Choro non intersit, aut Missam non celebret, cùm operi perfectiori pro tunc vt pote magis obligatorio incumbat? Igitur quamuis Eucharistiam non recipere sit ab opere virtutis cessare; quatenus tamen illa receptio impediret maius bonum pœnitentis, imperari poterit non susceptio, verbi gratia, si pœnitens infirmum desereret, vt Ecclesiam adiret ad suscipiendam Eucharistiam, aut debitam pecuniam non solueret ipsa hora communionis necessariò soluendam, aut si pœnitens timore sibi negandæ communionis peccatorum emendationi incurreret.

17.

17. Respondetur, falsum assumi in obiectione, posse imponi sub pœnitentia cessationem virtutis imperfectioris eo solum fine, vt perfectiori siue magis obliganti intendatur, & inde crimen viretur; cùm pœnitentia iniuncta à confessario vim habere debeat præseruatiuæ, & vindicatiuæ, seu punitiuæ præteritorum peccatorum, vt asserit Concilium Tridentinum sessione 14. capitulo 8.

Sanchez Selecta.

fin. his verbis. *Habeant autem præ oculis, vt satisfactio quam imponunt, non sit tantum ad noua vitia custodiam, & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad præteritorum vindictam & castigationem.* Et ex natura ipsa institutionis Sacramenti constat. Quando enim Christus instituit pœnitentia Sacramentum, partem satisfactoriam habere voluit, vt integrum esset, iniungens autem sub pœnitentia vinculo cessationem ab opere virtutis, nequaquam punit peccata, cum vt dictum iam est, per otium à virtutis actu pœnitens non puniatur. Fit ergo aduersus integritatem Sacramenti agere non imponentem pœnitentiam quæ satisfactoria sit, sed purè præseruatiua. Nec proderit iniungi aliquod opus, quod merè præseruatiuum sit, & aliud quod sit satisfactorium: nam illud quod purè præseruatiuum est, pars Sacramenti pœnitentia neuiquam esse poterit, quantumcumque illud sub pœnitentia à confessario iniungatur: quamuis hanc esse Concilij mentem, non fateantur quidam moderni nobis aduersarij, sed id nullo fundamento probant. Imò principali & primaria ratio in pœnitentia iniungenda attendi debet, quod sit præteritorum peccatorum punitiua, secundaria verò à futuris præseruatiua. Et cùm cessatio ab opere virtutis imperfectioris, siue solum ex consilio obligantis, eo solum fine vt perfectior, siue ex præcepto obligans non lædatur, tantum sit medicina præseruatiua ad fugiendum peccatum, quod inflare possit aduersus virtutem perfectiorem, & nullo modo punitiua peccati confessi, sit consequens, cessationem ab opere virtutis, iniungi non posse sub pœnitentia, si eo animo iniungatur, quod peccatum aliàs patrandum vitetur, vt deducimus ex mente Trid. sess. 14. c. 8. in fin. Quapropter Religiosus, cui esset iustum sub pœnitentia choro non assistere, ipse tamen choro assisteret hora subueniendi infirmo, nequaquam contra præceptum iniunctæ pœnitentia peccaret secundum se (ratione conscientia erroneæ, si putaret obligari sub pœnitentia ad non assistendum choro, ageret contra præceptum pœnitentia) sed solum contra charitatem seu misericordiam ægrotanti debitam: alius verò non restituens contra iniustitiam non soluendi debitum. Tum quia, si absentia à choro præcipiatur Religioso, eo solum fine, ne infirmum deserat, satius & directius esset assistentiam cum infirmo imperare sub pœnitentia. Nam præcipiendo tantum absentiam à choro, posset Religiosus præceptum implere chorum non intrando, quamuis aliàs non assisteret infirmo. Quod verò pœnitens metu negandæ communionis peccatorum emendationi incumbat, non conuincit posse negari, sub vinculo pœnitentia, communionem; tum quia illa negatio solum esset præseruatiua, & non punitiua peccatorum, cùm ex otio, & cessatione à virtute peccata non puniantur. Si verò contingeret inducere mortificationem pœnitenti non susceptionem Eucharistia, & ea ratione esse negationem Eucharistia punitiuam, tunc non iam priuatio Eucharistia punit, sed mortificatio inde exorta, & sic ipsamet priuatio non habebit rationem partis Sacramenti. Tum alia ratione non posset imponi sub pœnitentia negatio Eucharistia, quia scilicet illa negatio præseruatiua per se non est peccatorum, imò impeditiua est maioris boni; cùm potius sumptio ipsius antidotum sit, quo liberamur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus

D d

præfer

præseruatur, teste Tridentino sessione 13. cap. 2. Neque ex eo, quòd aliquibus prosit Eucharistiæ negatio ad emendationem peccatorum, erit illa negatione vtendum; cum id fiat per accidens & dici queat tunc, *Rectum ab errore*, Marcell. in additione ad *memoriale Compostell.* folio 108. Sicut non rectè ageret medicus, qui medicinam inepnam & contrariam in summo applicaret, etiam si crederet probabiliter profuturam. De quo latius egimus disputatione 18. num. 7. At repugnat institutioni Sacramenti Pœnitentiæ; imponi sub pœnitentia id quòd ex sua natura nequaquam iurare potest ad peccatorum destructionem, sed potius ad lapsum in ea: non sumptio autem Eucharistiæ via potius est peccatorum, quàm eorum euictio, cum hæc ex sumptione ipsius per se comparatur, vt ex Concilio supra constat. Ex quo sequitur, ad huiusmodi pœnitentiam acceptandam non teneri pœnitentem.

18. Obiciet fortè aliquis aduersus rationem numero 15. allatam, ex illa videlicet sequi, ieiunium non posse iniungi sub pœnitentia; cum illius natura consistat in cessatione comestionis, & ob id sit negationum præceptum, vt dicitur disputat. 54. num. 41. Malè ergo dictum est in dicto num. 15. cessationem virtutis ideo sub pœnitentia impetrari non posse, quòd cessatio ab actu entitas non sit, & consequenter esse non posse partem Sacramenti eleuabilem ad causandam gratiam siue physicè, siue moraliter.

Sed responderetur, ieiunium non imponi sub pœnitentia secundum quòd dicit puram negationem, & cessationem actus comedendi, sed secundum quòd includit macerationem carnis, quæ quid positium est, & eleuabile à Deo, quia ratione quid positium est ieiunium, & eleuabile ad causandam gratiam. At cessatio à sumptione Eucharistiæ cum carnem non maceret, non relinquit aliquem effectum positium qui possit eleuari, vt pars Sacramenti. Quòd verò aliquando spiritum mortificet, quatenus desiderium volentis communicare non impletur, non propterea inferitur, posse priuationem Eucharistiæ sub pœnitentia iniungi: tum quia cessatio à sumptione Eucharistiæ non est per se inductiua mortificationis, sed aliquando per accidens euenit, è contra cessatio comestionis est per se causatiua macerationis: tum quia mortificatio spiritus est effectus spiritualis qui pars sacramenti sensibilis esse non poterit, vt diximus numero 1. Nec ex eo quòd cessatio à sumenda Eucharistia possit etiam esse voluntaria pœnitenti, & consequenter esset quid positium, sequitur posse imponi sub pœnitentia, & effici partem sacramentalem. Nam velle cessare ab opere virtutis, non tendit secundum se ad destructionem peccati; imò contra ad prolendum in peccata iuuat. At pars satisfactoria Sacramenti Pœnitentiæ destructiua esse debet peccati, sicut destructiuum est ipsum Sacramentum: partes namque alicuius totius iuuare debent totum in ordine ad causandam actionem conuenientem naturæ totius.

19. Si verò istes, posse imponi sub pœnitentia cessationem à ludo honesto, licet ludus honestus sit actus virtutis entropelæ, vt asserit D. Thom. 2. 2. quæst. 168. Igitur falso dictum est cessationem à virtute iniungi non posse sub pœnitentia.

20. Responderetur cessationem à virtute dupliciter inueniri: aliam quidem quæ natura sua includit

aliam perfectiorem virtutem, sicut cessare à ludo essentialiter includit mortificationem, quæ excellentior virtus est, quàm entropelia: ob quòd rectè notauit Sanchez in summa lib. 3. capite 18. num. 2. & lib. 1. de matrim. disput. 4. num. 5. contra Rodrig. tom. 1. summ. in 2. edit. cap. 189. num. 10. Suarez tomo 2. de religione, lib. 2. cap. 8. num. 16. Malderus de virtutibus, tract. 10. cap. 5. dub. 2. fol. 768. Villalobos 2. tomo summ. tract. 34. difficultate 2. num. 1. votum de ludendo honestè, non obligare, eo quòd impeditiuum sit perfectioris boni. Sunt namque aliqui actus virtutum quorum priuationes sunt perfectiores virtutes. Quando ergo cessatio virtutis essentialiter includit perfectiorem virtutem, rectè imponi potest sub pœnitentia, eò quòd tunc non tam iniungitur cessatio virtutis, quàm virtus essentialiter annexa in illa cessatione. Alia verò cessatio à virtute datur, non includens aliam virtutem, vt in cessatione dilectionis Dei, vel proximi, fidei, spei, vel iustitiæ non annectitur alia virtus, cum nequaquam sic melius vnquam cessare à dilectione Dei, vel proximi, vel administanda iustitia, quàm prædictis actibus incumbere. Talius igitur virtutum cessationem non posse iniungi sub pœnitentia censemus, eo quòd tunc talis cessatio in iuuamen potius peccati, quàm in ipsius destructionem tenderet. Cum denique cessatio à sumenda Eucharistia illarum cessationum sit, quæ virtutem non includunt, fit sub pœnitentia imponi non posse à cessatione. Aduertas deinde, quòd sicut sub voto non potest cadere ludus honestus, sic nec sub pœnitentia præcipi potest, cum pœnitens obligari non possit ad sequendam hunc, & nunc imperfectiorem virtutem. (Dico hic & tunc; iam posset obligari ad sequendam virtutem imperfectiorem de se, quæ hic, & nunc esset perfectior pœnitenti, vt si expediret nimis ludere honestè ad salutem, & ad expellendam molestiam tristitiam quæ exsiccat ossa) præcepta sanè contraria esse non debent consiliis diuinis. Cum ergo consilium sit, quòd quis sequatur maiorem perfectionem, præceptum dari non poterit illam sequi prohibens.

21. Demum aduersus Concilij mentem esse non susceptionem Eucharistiæ vinculo pœnitentiæ iniungere, mihi persuadeo, ex declaratione Cardinalium super capite 6. sessione 22. quæ habetur volum. 4. decision. Rotæ, & adducitur à Matcilla in *memorial. Compostell.* folio 29. huius tenoris: *Obstet Concilium Tridentinum Episcopo volenti prescribere certa tempora, vt dies dominicos, quartam & sextam feriam, quibus tantum licet viris laicis coniugatis, negotiatoribus, & mulieribus etiam non coniugatis sanctissimam Eucharistiam sumere etiam ab irreuerentiam quam potest quotidiana huius Sacramenti sumptio in sua diocesi parere. Hoc fuit decisum in mense Ianuarij 1587. obstare, quia antiquo tempore peracta consecratione omnes adstantes sumebant Eucharistiam, & ideo licitum est quotidie Eucharistiam sumere, capite quotidie de consecratione, distinctione 1. Quapropter exhortandi sunt fideles, vt sicut quotidie peccant, ita quosidie medicinam accipiant, capite quosiescumque, de consecratione, distinctione 2. Si igitur declarant sanctæ Congregationis Cardinales, agere aduersus Concilium Episcopum prohibentem sumptionem Eucharistiæ certis temporibus; quam rationem dicendum non erit, acturum contra Concilium confessarium prohibentem vinculo iniunctæ pœnitentiæ*

nitentia fidelem absolutum à peccatis non sumere Eucharistiam? Nam talem iniungendo poenitentiam, vel intendit seruari maiorem erga Sacramentum reuerentiam, quo sine etiam ducebatur Episcopus ille, & tamen contra Concilium tendere fuit declaratum: aut intendit media illa poenitentia præseruationem à peccatis; & hoc sanè minus, cum potius sumptio ipsius sit præseruatio à sceleribus, vt diximus num. 3. aut intendit punire peccata præterita, quod nec assequetur, cum priuatio, seu non exercitium virtutis, nec puniat, nec mortificet per se loquendo cum importet otium, & cessationem ab actu, seu non erit itatem, quæ eleuabilis neuiquam est ad causandam gratiam: pars autem satisfactoria instituta est à Christo ad causandam gratiam, vt docet Suarez tom. de poenitent. disput. 38. sect. 2. Sotus in 4. distinct. 17. quæstione 1. art. 2. circa finem. D. Thom. 3. part. q. 90. art. 2. ad 2. & ibi Caietan. velut pars integralis Sacramenti Poenitentia, quamuis aliis ardeat ad solam remittendam poenam esse institutam, vt Ochagauia tract. vltimo de satisfactione Sacramentali, quæst. 7. num. 6. & 8. P. Ruego en el purgatorio de la conciencia, alio nomine, saluacion del alma, part. 2. cap. 12. §. 2. fol. 115. quæst. 7. num. 6. & 8. Egid. de Sacrament. disput. 10. dub. 10. Vazquez tomo de Poenitent. quæst. 94. artic. 2. & aliis quos adduximus disput. 16. num. 5. & indicat D. Thom. in 4. distinct. 16. quæst. 1. art. 1. quæst. 2. ad 3. & docet ibi Palat. quæst. 1. dub. 5. num. 9. & 11. Quod verius mihi videtur; quia Sacramentum, nec pars eius conferunt aliquem effectum quem non significant: at satisfactio non significat collationem gratiæ sanctificantis, & quia cum hic effectus scilicet augmentum gratiæ, ita præcipuus sit, non est assignandus sine fundamentum in sacra Scriptura, Conciliis, aut Patribus, in quibus tale non reperitur, imò Concilium Trident. sess. 14. varios effectus satisfactionis enumerans huius effectus, videlicet augmenti gratiæ, non meminit. At iuxta nostrum propositum priuatio, seu non exercitium virtutis eleuabilis non est, nec ad causandum augmentum gratiæ, nec ad remittendam poenam.

## ROBORATVR SENTENTIA

Authoris adducta numero 15. Et responderetur aduersariorum obiectionibus.

## S V M M A R I V M.

*Aduersariorum oppugnatio aduersus nostram sententiam, num. 4. allatam, adducitur, num. 22.*

*Diluitur obiectio, num. 23.*

*Corollaria aduersus nobis oppositam sententiam adducuntur, num. 24. 25. & 26.*

22.



**D**ENIQUE contendes posse iniungi sub poenitentia cessationem à perceptione Eucharistiæ, destruendo fundamentum à nobis adductum, quo nixi sumus stabiliter aded imponi non posse, quia cessatio illa nec punitiua est,

*Sanchez Selecta.*

seu pœnalis poenitenti, nec præseruatiua. Et quidem punitiua esse videtur conuinci, quod in iure ob puniendi aliqua delicta assignetur tanquam pœna, cessatio à communionem pro aliquo tempore. In primis in cap. *Latozem*, 33. quæst. 2. huiusmodi statuitur pœna matrem suam occidenti per hæc verba; *Latozem presentium matrimonium esse cognouimus, cui præcipimus, vt sub poenitentia iugo permaneat, ita vt per annum integrum Ecclesiam non ingrediat, sed ante fores Basilicæ orans, & deprecans Deum perseneret: completo vero anni circulo introeundi in Ecclesiam licentiam habeat, tamen inter audientes stet, sed nondum communicet. Completis autem trium annorum curriculum sacra communio ei gratia concedatur. Si autem ante annorum trium cursum finis vite illius appropinquauerit, corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi particeps fiat.* Et in cap. *Admonere*, 33. quæstione 2. *Hastulpho uxorem suam sine causa interficienti priuationem Eucharistiæ per totam vitam, præterquam articulo mortis fuisse tanquam pœnam delicti assignatam, constat ibi: Communionem corporis & sanguinis Domini cum illis diebus vita tua indignum te existimes: in ultimo tamen exitu vite tue die si merueris pro viatico, si sit qui tribuas, tantummodo venialiter vt accipias, tibi concedimus.* Imò ex hoc quod dicit venialiter concedi, id est, ex misericordia posse illum vxoricidam sumere in fine vitæ Eucharistiam, si argumentum posse Ecclesiam etiam in fine vitæ Eucharistiam denegare ob peccatorum poenam. Constare videtur ex cap. *Si quis Episcopum*, 1. quæst. 3. vbi dicitur, *Si quis Episcopum aut Presbyterum, aut Diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non poterit, nec in fine dandam ei communionem consensum.* Vnde in cap. *Impudicas*, 27. quæst. 1. dicitur, quod possit subueniri sceminis impudicis in fine vitæ existentibus communionis gratia solius intuitu misericordiae. Verùm non ex eo quod dicatur communionem dari peccatoribus in extremis existentibus ex venia & misericordia, ided erit iudicandum ex iure Christi & communi non deberi Eucharistiam peccatoribus respicientibus in extremo vitæ: Christus namque viaticum instituit dari commigrantibus ad aliam vitam si verè poenitentes sint. Et iure communi id decernitur in cap. *Pœnitentes*, distinct. 50. & cap. *Vale. Hic qui*, 1. & 2. 26. quæst. 6. & cap. *Eos*, 3. quæst. 10. & cap. *Virginibus*, & cap. *Virgines*, 27. quæst. 1. cap. *Fures*, 13. quæst. 2. cap. vltim. de sepult. vbi glossa, cap. *Accusatores*, distinct. 46. cap. *Quæsumus*, 13. quæst. 2. cap. *Si quis de corpore*, 26. quæst. 6. & cap. *Qui recedunt*, & cap. *Tanta*, 86. distinct. Vnde textus ille, *Si quis Episcopum*, 1. quæst. 3. Vbi dicitur certis peccatoribus nec etiam in fine vitæ dandam esse communionem, intelligendus est de peccatoribus non respicientibus, vt explicat ibi Glossa: & cap. illo *Admonere*, 33. quæst. 2. solum misericorditer dicitur Eucharistiam illis dari, quia ob illorum facinora benemeriti fuerunt morte præoccupati ante poenitentiam, & consequenter ante communionem. Et damnatis ad mortem negandam minime esse Eucharistiam sanxit Pius V. in quodam motu, cuius egit mentionem Philippus II. in 17. lib. 8. recopil. qui idem decreuit, & videndus Rodrig. in summ. cap. 68. Et in cap. *Eos vero*, distinct. 50. per quinquennium priuatur Eucharistiæ susceptione qui casu homicidium fecerit; quamuis

olim per septennium fuisset priuatus, ibi: *Eos vero qui non voluntate, sed casu homicidium fecerint, prior quidem regula per septem annorum penitentiam communioni sociantur secundum gradus constitutos; hac vero humana quinquennij tempus tribuit.* Et ipsamet poena infligitur ancillam suam casu occidenti, cap. *Si qua femina*, distinct. 50. & voluntarie homicidium committenti priuatio communionis per totam vitam iniungitur, quinquennio autem si casu, cap. *Si quis*, distinct. 50. Et in cap. *Hi qui*, distinct. 50. priuatio communionis infligitur sacris initiatis, & flagitia carnis committentibus. Et dicta poena designatur inuasiuibus rerum Ecclesiasticarum, cap. *De viro*, 12. quaest. 2. & virginibus Deo dicatis, sed libidini seruientibus priuatio Eucharistiae designatur, cap. *Virgines*, 17. quaest. 1. & eadem poena infligitur peccatrici fornicatrix, cap. *De uocata*, 17. quaest. 5. & cap. *Si qua monacharum*, & cap. *Eos autem*, 17. quaest. 5. Cum igitur iura priuationem Eucharistiae ob puniendam peccata tanquam poenam iniungant, sit cessationem à perceptione Eucharistiae posse esse punitiuam & poenalem, & consequenter iniungi à confessario sub poenitentiae vinculo poenitenti.

Verum huiusmodi oppugnatio, quam magnificat aduersarij facillime retundi potest. Forum enim exterius dum poenas infligit delinquentibus non eo sine inducit illas, ut delinquentes ex illarum tolerantia Deo satisfaciant, & poena debita peccatis remittatur, sed tantum illo sine punit, ut debita satisfactio detur Reipublicae quae laesa fuit ob delicta à delinquentibus commissa, vel quod reddatur personae offensae, ut Vazquez tom. de poenitentia, quaest. 94. art. 1. dub. 4. num. 8. Vnde etiam si iudex certo sciret delinquentem reddendum impatientem ob punitionem, & potius nouae culpae reatum incursum, quam satisfactioem reddidit Deo de delicto commissio, à punitione tamen non teneretur cessare: & sic cessationem à perceptione Eucharistiae potest imponere tanquam poenam pro delicto, quamuis cessatio illa satisfactoria non sit Deo, sed solum Reipublicae. Vnde forum exterius ut punit delicta non attendit, an punitio fiat obligando ad actiones positivas exercendas à delinquentibus vel an per priuationem, prohibendo uidelicet aliquas actiones ab illis exerceri. Nec ad forum externum magis refert punire per priuationem actionis, quam inducendo poenas positivas quae in aliqua actione exercenda à delinquirentibus consistant: cum pariter assequatur suam intantum satisfaciendi, uidelicet Reipublicae, siue praecipiat actionem aliquam fieri, siue ab actione abstinendam à delinquirentem seruandam. Imò potius & frequentius punit per priuationem actionis, ut dicimus disputatione 41. numero 5. ut per excommunicationem priuat communionem fidelium, & suffragiorum, ac additionem Missae: & per suspensionem priuat Ordinum iam susceptorum exercitio, & per irregularitatem receptione Ordinum, vel iam receptorum usu, & per interdictum priuat sepultura Ecclesiastica, & ingressu Ecclesiae dum Diuina peraguntur, & per cessationem à Diuinis omnium diuinorum prohibitionem, seu abstinendam inducit Ecclesia. Aliquando tamen punit, poenam positiuam iniungendo, ut si praecipiat aliquem flagellari, in claustrum detudi, poenam pecuniariam soluere, &c. At iudex fori interni, uidelicet Sa-

cramenti poenitentiae, ex intentione directa debet iniungere poenam, ut ex illius tolerantia Deo satisfiat, & poena debita remittatur. Ut ergo puniat peccata confessi, debet iniungere partem satisfactoriam, quae punitiua erit peccatorum, pars autem satisfactoria ut possit eleuari à Deo, debet esse aliqua entitas. Nam id quod non est, eleuari non potest. Vnde cum cessatio à perceptione Eucharistiae sit mera negatio, & non entitas, iniungi non poterit sub poenitentia à confessario. Quod sane procedit, siue pars satisfactoria instituta fuerit à Christo ad causandam poenarum remissionem tantum, ut docent aliqui Doctores arbitrantes partem satisfactoriam Sacramenti solam remissionem poenae causare, & non gratiam, quod docent Doctores supra allegati, num. 12. & disput. 61. num. 5. siue ad causandam remissionem poenae, & gratiam simul, ut docent Diuus Thomas 3. parte, quaestione 90. articulo 2. ad secundum, & ibi Caietan. Sotus in 4. distinctione 17. quaestione 1. articulo 2. circa finem, Suarez tomo de poenitentia, disputatione 38. sectione 2. numero 3. nam ut diximus, id quod non est, eleuari non potest ad vllum effectum causandum physice vel moraliter, & consequenter nec remissionem poenae, nec gratiae qualitarum.

Ex quo colligitur falsum esse quod ab aduersariis asseritur, posse scilicet iniungi sub poenitentiae vinculo non erogandam eleemosynam, non orandum, non ieiunandum, quando non elargiri eleemosynam, aut non orare, vel non ieiunare expediret poenitenti. Nam si illud dicant intendentes puram negationem istorum actuum posse esse partem satisfactoriam Sacramenti, falsitatis iam sunt clare coniecti. At dicunt, posse iniungi ratione obedientiae, eod quod actus obedientiae, quo abstinere poenitentes à dictis virtutibus, satisfactorius est. Verum hoc asserentes fatentur tenebantur iniungi sub poenitentia obedientiae actum, qui versatur circa abstinendam dictarum virtutum, & non iniungi dictas cessationes virtutum. Obedientiae vero actus internus est qui non poterit fieri Sacramenti pars, quae visibilis esse debet & sensibilis sicut Sacramentum, ut docet Sancius in summa, libro 4. capite 11. numero 36. & diximus numero 1. Vnde si confessarius diceret poenitenti, *iniungo tibi sub poenitentia, quod exequatur actum obedientiae dando eleemosynam*, solum erogatio eleemosynae haberet naturam satisfactoriae partis Sacramenti, & non obedientiae actus. E contra vero si dicat confessarius, *iniungo tibi sub poenitentiae vinculo, quod tibi obedias non erogando eleemosynam*, idem esset ac si nullam poenitentiam praefiniret: nam cessatio ab eleemosyna ratione sui & quatenus pura negatio est, iniungi non potest, cum entitas non sit. Quod ipsi admittunt. Actus vero obedientiae, etsi positiuus tunc esset (nam posset esse obedientia in non resistentia consistens) cum internus sit, naturam poenitentiae Sacramentalis participare nequit. Quod si effugere nitantur asserentes actum internum, ut explicatur per externum, posse iniungi sub poenitentia & esse partem Sacramenti: sicut attritio qui actus internus est, pars est Sacramenti, ut explicatur per confessionem. Et actus orandi mentaliter, ut acceptatur à poenitente, habet rationem actus interni, & sic poterit sub poenitentia imponi, ut docet

docet Suarez 3. parte, tomo de *penitentia*, disputatione 37. sectione 6. & 2. tom. de relig. lib. 3. cap. 6. num. 17. Ochagau. tractatu de *satisfactione Sacram.* quaestione 7. num. 4. folio 279. Reginaldus 1. tomo praxis, libro 7. num. 22. Basilius de Leon libro 2. de matrimonio, capite 7. numero 4. atque ira actus ille obedientiae ad abstinendum à communione quatenus acceptatus à poenitente poterit sub poenitentia praecipere. Probabiliter loquentur si aliàs melius poenitenti desideranti suscipere Eucharistiam à sumptione abstinere, quàm illam recipere; quando illam recipiendo nec mortale, nec veniale crimen sit parraturus. At cum semper sit melius & perfectius communioni incumbere, quando ex ea non sit exoriendum peccatum aliquod etiam veniale, & confessarius non possit impedire actum perfectiorem, nec sub poenitentia praecipere, ne actus perfectior exerceatur; sit nec etiam valere sub poenitentia praecipere cessationem à perceptione Eucharistiae, quando aliàs poenitens recipiendo, nec etiam venialiter delinqueret.

25. Ex quo deducitur, versari manifestum discrimen inter iniunctam poenitentiam de obedientia in non erogando elemosynam, vel non ieiunando, aut orando, & inter obedientiam de non suscipiendo Eucharistiam: quòd non erogare elemosynam, vel non ieiunare, aut orare, poterit expedire aliquando magis poenitenti, quàm dictis actibus vacare, vt si ob nimiam orationem, vel ob ieiunium notabiliter minueretur salus; aut alia negotia altioris qualitatis impeditur; vel ob nimiam elemosynam erogata ita in paupertatem deueniret aliquis, quòd in periculum aliena subripiendi incideret, vel si esset Sacerdos cum magno dedecore status Sacerdotalis premeretur mendicare. Quibus euentibus probabiliter posset sustineri actum illum obedientiae circa non ieiunandum, vel orandum, aut non elargiendam elemosynam, posse iniungi sub poenitentia. At actum obedientiae circa non sumendam Eucharistiam, casu quo in sumptione nec etiam venialiter esset peccaturus recipiens, non poterit confessarius sub poenitentia iniungere: quia nunquam expediet magis ab Eucharistia abstinere in illo euentu, quàm edere caelestem Panem.

26. Hinc colligitur, quòd cum probatum iam sit, non posse esse poenam satisfactoriam in foro poenitentiae cessationem à perceptione Eucharistiae, eodem modo nec posse esse medicinam praeseruatium per se, conuincitur, sed ad summum per accidens, quatenus poenitens timore sibi negandae communionis poterit fortè à peccatis cessare, vt diximus numero 17. At vt aliqua poena imponatur sub poenitentia, debet esse per se praeseruatia, causando videlicet aliquem effectum per se in corpore vel anima, per quem poenitens debiliior sit ad peccandum, & potentior ad non delinquendum. Sic ieiunium iniunctum sub poenitentia macerationem carnis inducit, qua mediante non viget iam in homine tam ingens luxuria & carnis stipulus, sicut vigeat ante ieiunium observatum; & oratio potentias & intellectum ad quierem redigit, ne iam diuagentur à peccato in peccatum, sicut antea. Elemosyna relinquit carentiam ac defectum bonorum temporalium in erogante illam, ne ad sit occasio in affluentia dinitianum, illis ap-

ponendi cor: iuxta illud Psalmi 61. *Diuitia si affinant, nolite cor apponere.* At cessatio à perceptione Eucharistiae, nullum effectum per se praeseruatium causat in poenitente; nec in corpore, cum illud non maceret, nec in anima, cum timor ille incussus, ob negatam communionem, quo poenitens sit magis sedulus & idoneus ad praecauenda futura peccata, per accidens eueniat, & in pluribus poenitentium non oritur. Et potius ex digna susceptione Eucharistiae timor ille seu cautio in futurum non delinquendi, prouenit tanquam effectus proprius & per se, vt diximus.

Ex quibus sit manifestum, perperam aduersarios nixos fuisse probare posse à confessatio iniuncta sub poenitentia iugo abstinentiam ab Eucharistia cum illorum argumentis sit satisfactum planè, aded vt nisi passione pertrahantur suae conuincendae sententiae, nostram ingenuè fatentur premantur, deincepsque sub poenitentiae vinculo non fore iniuncturam cessationem à sacra percipienda Eucharistia spero. Praeterquam quòd ultimo argumento, quo ipsi sunt conati nostram diruere opinionem, & quo se conuincere illam non esse veram sunt potestati, respondetur satis ex infra proximè dicendis, conuinciturque manifestè ex plurimorum Doctorum mente, illud debile esse, imò quòd sit falsum conuincemus numero 54. ex admissis ab ipsis, videlicet, quòd probabile sit iniungi non posse ab Eucharistia abstinentiam sub poenitentiae mandato. Sed tamen quia aduersarij textibus nostram demoliri nituntur doctrinam, textu quoque vno pro mille illorum euertere sententiam contendamus. D. Ambrosius lib. 2. de poenitent. cap. 9. relatus in cap. *Sunt qui*, 33. quaest. 3. sic est affectus. *Sunt qui arbitrentur hoc esse poenitentiam, si abstinence à Sacramento caelestibus. Hi saniores in se iudicant sunt, qui poenam praescribunt sibi, declinant remedium, quos vel poenam suam conuenienter dolere, quia caelesti fraudarentur gratia. Coelesti verd fraudatur gratia, siue poenitens propria auctoritate à caelestibus Sacramentis abstinens, siue ex auctoritate confessarij, & dolendum potius ait textus, quòd abstinentiam à Sacramento sibi praescribant poenitentes, declinantes remedium, quàm gaudentium, quod ex eo medicinam reperiant.*

## ROBORATUR DEINCEPS Authoris sententia, & oppugnationibus aduersariorum respondetur.

### S V M M A R I V M.

*Pluribus vix conati sunt aduersarij suam sententiam veram se ostendere, num. 27.*

*Argumentum aduersariorum quo contendunt imponi posse sub poenitentia abstinentiam ab Eucharistia, & teneri illam acceptare poenitentem, eo quòd dum varietas opinionum versatur inter superiorem & subditam, teneatur subditus obedire, adducitur num. 28.*

*Soluitur argumentum negando principium illud, Dd 3 quod*

quod tanquam indubitatum supponunt; dicto numero 28.

Requiritur discrimen assignatum à Sauro; Sancio & alijs, videlicet, quod subditus teneatur obedire quando opinio illi est, quod sit illicitum quod precipitur; non tamen teneri parere, quando opinio illi fuerit, quod in hoc, vel illo casu non teneatur obedire, num. 29.

Potius è contra prædicti Doctores dixissent melius, videlicet quod teneatur subditus obedire, quando opinio illi est; quod non teneatur obedire; & quod non sit constitutus obedire quando opinio illi est; quod sit illicitum quod precipitur. Sed nec hoc discrimen verum est, num. 30.

Discrimen assignatum à Vazquez, Lessio & Salas melius percipitur; videlicet, quod teneatur obedire subditus, quando opinio illi est; quod sit illicitum; quod precipitur, non tamen quando opinio illi est; quod non sit legitimus superior, eo quod electio non fuerit legitima. Sed adduc hoc discrimen verum non esse declaratur, num. 31.

**A**uthoris iudicium, videlicet quod quoties fuerit probabilis opinio quod sit illicitum quod precipitur, subditus non teneatur obedire; num. 32.

Confirmatur Authoris iudicium à simili, videlicet, quod penitens non teneatur obedire confessario contra propriam opinionem, num. 33.

Confirmatur secundo à simili, videlicet, quod rem rogatus in causa sanguinis in delicto semiprobatum non teneatur respondere, num. 34.

Confirmatur tertio à simili, videlicet quod subditus cui opinio est, esse iniustum tributum, non teneatur illud solvere, num. 35.

Comincitur ratio Authoris iudicium, numero 36.

Fundamentum Sancij & aliorum contra nostram sententiam, diluitur, num. 37.

Ostenditur Sancium in suis dictis discordare, numero 38.

Ostenditur Sancij & aliorum sententiam ex illorum dictis in nullo casu posse praticari, numero 39.

Obiectio adversus Authoris sententiam adducitur, numero 40.

Solvitur obiectio eadem doctrina qua veniunt adversarij pro illius solutione: nam etiam obiectio contra illos militabat, num. 41.

Ex non partitione subditi probabilis opinione ducti non potest oriri scandalum, nec turbatio communis infirmitatis, num. 42.

Superior non potest in se punire subditum eo quod non obediat, quando ad non obediendum ducitur opinio probabilis, num. 43.

Solvitur fundamentum Vazquez quod committitur esse constitutum subditum obedire; quamvis opinionem habeat esse illicitum quod precipitur, numero 44.

Argumentum adductum à Vazquez pro se, contra ipsum quoque militare convincitur, numero 45.

Subditus quamvis opinionem habeat quod sit licitum, quod precipitur, non tenetur obedire, si cognoscat esse aliorum Doctorum contrariam opinionem arbitrarium præcipi rem illicitam, numero 46.

Alia adducuntur à numero 47. usque ad 52. scilicet digna.

Quid ad casum præsentis disputationis sit dicendum? num. 53.

Confessarius abstinetus est se conformare opinioni penitentis, num. 54.

Pusilla quadam ratio ab oppugnantibus adducitur contra nostram sententiam, qua censetur sanius esse consilium laicos quotidie communicare, numero 55.

Solvitur dicta ratio, num. 56.

Mirandum quod adversarij, ut convincant non esse sanum consilium laicis quotidie communicare, sed taxam communionum ad munus partis spiritualis conducere, versantur illo loco Matth. 24. & Luca 12. Quis putas est fidelis servus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illi in tempore tritici mensuram? num. 57.



**A**D id exoptant adversarij suam sententiam veram esse ostendere, videlicet, quod non expediat laicis non perfectis quotidie Eucharistiam sumere: quod id pluribus intentatis viis convincere sint conati. Primum, quia abstinentia ab Eucharistia, inquit, apta est materia ut iniungi possit sub penitentia vinculo, & consequenter quotidianam communionem non expedire deducunt; aliàs à sumptione aliquoties abstinere, imponi non posse sub penitentia, cum Penitentia Sacramentum ad edificationem & profectum penitentis sit institutum, & nullatenus in destructionem, de quo egimus supra à numero 21. Sed quamvis admitamus probabile esse non expedire laicis vitam perfectam non agentibus quotidie communicare, licet ad id iudicandum esse probabile, solum docamur principijs extrinsecis, ob auctoritatem scilicet illam opinionem tumentium. Et quamvis verisimile esse fateamur posse iniungi sub penitentia actum obedientia circa abstinentiam ab Eucharistia, quatenus probabile est actum internum, ut acceptatum à penitente posse sub penitentia intimari. Quamvis, inquam, unum & aliud probabile esse putemus: non tamen infertur, quod ipsi denique contendunt, videlicet teneri penitentem obedire confessario, sub penitentia præcipiente abstinentiam ab Eucharistia, ut immediate videbimus.

Nam eò semper tendunt adversarij, quod abstinentia ab Eucharistia sub penitentia iniungi possit à confessario, & penitentem illam acceptare esse constitutum convincuntur. Quia videlicet quoties opinionum varietas, inquit, versatur inter super orem & subditum, contendente superiore obligare, subdito verò non vinciri, semper sit parendum superiori. Hocque fundamentum veluti indubitatum faciunt, immerito tamen ut videbimus. Ex illo ergo fundamento subinferunt, quod negari nequeat esse satis probabile posse confessarium præcipere sub penitentia Eucharistia abstinentiam: ergo ea imposita tenebitur penitens consentire, & obedire ut subditus suo superiori.

At quamvis concedamus illis gratis, ut vidimus num. 25. & 26: probabile esse posse Eucharistia abstinentiam sub penitentia vinculo imponi, non tamen inde infertur, teneri penitentem obedire confessario præcipiente ab Eucharistia abstinentiam sub penitentia. Nam quoties fertur opinio probabilis dicens in aliquo casu non teneri subditum obedire, nec superiorem posse obligare,

27.

28.

gare, liberum erit subito obedire vel non, cum possit tunc alterutram opinionem sequi. Docet Sairus Clavi Regia, lib. 1. cap. 12. num. 6. Sancius, *poenitentia in rebus moralibus*, de statu religioso, lib. 6. cap. 3. num. 7. Torres de iustit. disput. 50. dub. 5. numero 9. Quamvis Sancij fundamentum nobis non probetur, inquietis, tunc non teneri subditum obedire, quia non præponderat possessio certa superioris, quia eò ipso quod sit opinio probabilis dicens subditum non teneri in eo casu obedire, vocatur in dubium possessio superioritatis in subditum, & ideo non supponitur ea possessio ut præponderet contra libertatem quam habet subditus ad sequendam quaecumque probabilem opinionem. Hoc inquam fundamentum nobis non probatur, nam quamvis demus certam habere possessionem superioritatis Prælatum, si tamen opinio dicat aliqua subditum non esse constrictum obedire, liberum erit illi tunc obedire vel non, eo quod fas sit cuique opinione probabili uti, ut postea dicemus, §. num. 32. & sequentibus. Cum igitur probabile sit confessarium non posse iniungere sub poenitentia abstinentiam ab Eucharistia, huiusmodi opinionem amplecti licitum erit subdito, & consequenter, parere confessario non tenebitur, nec acceptare poenitentiam illam. Omitto quòd estò admitteremus aduersariis teneri subditum obedire, quoties opinionum varietas inter se & superiorem reperitur, hoc locum non habet inter poenitentem & confessarium, cum potius confessarius se conformate poenitentis opinioni sit deuinctus, ut postea latius dicimus, num. 54.

29. Addit tamen Sair. Sanchez num. 6. & Torr. suprà Granado 1. 2. tract. 12. disp. 4. sect. 3. num. 17. Lorca 1. 2. disputat. 41. §. ex quo infero, quòd estò subditum non teneri parere, quando opinio docet superiorem non posse obligare, siue subditum non teneri obedire, erit tamen constrictus obedire quando opinio docet esse illicitum, quod præcipitur: & huius reddunt rationem. Quia cum superior sit in possessione præcipiendi, illa minime erit spoliandus, nisi constet rem præceptam esse malam, & non solum quando de ea dubitatur, vel opinatur, num sit mala, vel non. Quando verò opiniones circunferuntur, an superior possit aliquid præcipere? & inde an subditus teneatur parere? superioris possessio vocatur in dubium, ut iam diximus, fundamentum Sancij referendo num. antecedenti, & ideo non supponitur ea possessio, ut certa, nec talis, ut præponderet contra subditi libertatem, & tunc non est magis certa superioris possessio ad præcipiendum, quam subditi libertas ad non parendum. Sicut habenti opinionem probabilem, imò probabiliorem dicentem suam rem esse ab altero possessam, non licet alterum spoliare sua possessione, quia dum non est certitudo, non est probabile posse fieri spoliium autoritate propria: at si haberet opinionem, etiam minus probabilem, dicentem fas esse spoliare alterum, posset illum spoliare sequendo opinionem illam probabilem. Quam doctrinam approbat quoque Suarez de legibus, lib. 5. cap. 18. num. 20. ut dicemus num. sequenti 2. §. Deinde *quatenus Sanchez*.

Hanc tamen doctrinam, vel discrimen, Salas 1. 2. tomo 1. tract. 8. disputatione vnica, sectione 8. numero 76. se non capere fatetur, nec intelligere. Nam superior nunquam est in possessione, seu

iure præcipiendi illicitum: ergo quoties opinio fertur, an aliquid sit illicitum, dubitatur de possessione quoad id præcipiendum, quamuis ad alia iubenda liquida sit superioris possessio: ergo idem erit opinari, an res præcepta sit licita vel non: quod opinari, an teneatur subditus in illa re obedire? Præterea ideo in pluribus casibus (non in omnibus iuxta dicenda num. 39.) opiniones circumferuntur, quòd superior non possit ad aliquid agendum obligare, & consequenter, nec subditum esse constrictum obedire, quia opiniones versentur prius, an illud quod præcipitur sit illicitum, vel non: ergo si non obstante opinione asserente, aliquid esse illicitum, Sairus, Sancius & Torres constringunt subditum parere, etiam obligare tenebuntur, quamuis adit opinio censens subditum non constringi obedire, cum ideo non teneri obtemperare putet illa opinio, quatenus arbitrat id quod præcipitur esse illicitum. Unde hic deducitur syllogismus necessarius. *In rebus illicitis subditus non tenetur parere; sed modo opinatur subditum probabiliter, quòd sit illicitum illud quod imperatur; ergo probabiliter quoque iudicat se non teneri obedire.* Idem igitur est, subditum habere opinionem esse illicitum, quod præcipitur, atque esse illi opinionem, quòd non teneatur obedire. Ob hæc ergo se non capere Salas discrimen fatetur.

Quod sanè discrimen, nec ego capio: unde Doctores affirmantes teneri subditum parere, quamuis probabiliter opinetur illud, quod præcipitur esse illicitum, asserenti constringuntur, obligari obedire licet probabiliter opinetur non teneri in aliquo casu parere. Imò facilius capitur, & probabiliori via defendi poterit non teneri obtemperare in primo casu, quam in secundo. Nam ut dicemus disputatione 41. numero 7. probabilis iudicatur ab aliquibus (quamuis nobis oppositum esse verum videatur) opinio dicentium non esse fas alicui aliorum opinionem sequi, quam arbitrat esse falsam contra propriam sententiam; in hoc ergo casu si existimet subditus esse illicitum, quod sibi præcipitur, & opinionem censentem esse licitum putet falsam, obedire erit nefas, nec obedientia excusabit, quia illud quod de se malum est, reddi non potest honestum ob præceptum obedientiæ, ut resè notauit Vazquez 1. 2. tom. 1. disputat. 62. num. 32. Sairus Clavi Regia, lib. 1. cap. 12. num. 5. Azor lib. 2. cap. 17. quæst. 9. contra Cordub. lib. 3. quæst. 9. & Garciam de Beneficiis, 2. tom. part. 1. cap. 5. num. 366. ratione obedientiæ excusantes tunc subditum contra propriam sententiam operantem. At in casu quo solum opinetur subditus non teneri obedire, poterit si velit licite parere, v. g. in opinione illorum, qui asserunt superiorem non posse obligare religiosos ad id quod est supra regulam, si contingat illud iuberi, poterit licite obedire subditus, quando id quod imperaretur licitum esset. Facilius ergo defendi potest constrictum esse subditum parere superiori quando opinatur ipse, quòd in tali casu non tenetur obedire, quam dum opinionem haberet, quòd id quod sibi præcipitur sit illicitum, cum in omni opinione posset obedire ille cui iubetur aliquid supra regulam, non autem si imperaretur aliquid quod secundum opinionem subditi esset illicitum.

Præterea videtur sibi non constare in exemplo adducto Sanchez: nam libro 2. de Matrimonio,

monio, disputat. 41. numero 40. asserit, habentem rationes probabiles, quod hora duodecima noctis non sonuerit, licet cum formidine alterius partis, posse crastino communicare, quomodo ededit, vel biberit. Si ergo rationibus probabilibus ductus ille Sacram Synaxim suscipere potest non obstante præcepti possessione, in Sancij opinione; non communicandi scilicet, nisi ieiunus: similiter, qui rationibus probabilibus duceretur ad iudicandum rem aliquam esse suam, posset rem illam accipere non obstante possessione habentis illam: utroque ergo exemplo idem debuit fieri vel negare. Vnde cum verum sit, & fateatur hic Sanchez, huiusmodi arbitrantem rem illam esse suam non posse illam accipere, eo quod alius est in possessione qua spoliandus non est, nisi certo constet de veritate, & nos addiderimus (quod omnino opus fuit addere) videlicet quod opinio illa qua arbitrat rem esse suam, circa factum versetur, & non circa ius, iuxta dicta disput. 43. à num. 49. eodem hercle modo fieri tenebatur, fas non esse illi probabilibus rationibus arbitranti horam duodecimam non sonuisse, crastino communicare, eum etiam opinio illa quod sonuerit, vel non duodecima hora, circa factum, & non circa ius versari sit compertum; & aliis in illius opinione possideat præceptum non communicandi, nisi ieiunus. Sed tamen quamuis nefas sit illi communicare, eo quod ducatur probabilibus rationibus, admissa semel possessione præcepti, non communicandi, nisi ieiunus: quam falsus est Sancius: cum tamen nos negamus præceptum tunc temporis possidere, sed potius libertatem ad comedendum, iuxta dicta disput. 42. num. 9. asserendum est licitum esse illi sacram Euchari-stiam sumere, quia ut iam pluries diximus, libertas ad comedendum possidet, & non præceptum, ut dixit Sanchez, & suborsit dubium intendens libertatem comedendi auferre, casu quo communicandum sit crastino: ius autem dubium vincere ius certum, nec potest, nec æquum est. Vnde quamuis Sanchez verum asseruerit, dum dixit illum in dicto casu posse communicare, quod & nos quoque facimus illa disput. 42. numero 9. non tamen id æqua ratione probavit, dum possidere tunc præceptum non communicandi nisi ieiunus asseruerit, sed id conuincendum esset, admitendo libertatem ad comedendum possidere, & non ieiunij mandatum.

Deinde quatenus Sanchez quem comitatur Suarez de legibus, lib. 5. cap. 18. numero 20. non distinguit in illo exemplo à se adducto, quod vna opinio probabilis sit opinio facti, alia verò sit opinio probabilis iuris, dimittit processit iuxta à nobis dicenda questione 43. à numero 48. opinio namque probabilis facti non est absolute & simpliciter opinio probabilis, cum vires non habeat reddendi tutam conscientiam operantis, sed dicitur lato modo opinio iuxta dicta illo num. 48. docet Villalob. 1. tract. tom. 1. summ. difficult. 10. in fine. Sanchez in summ. lib. 1. cap. 9. numero 44. Si namque opinio facti simpliciter esset opinio, posset reddere tutam conscientiam operantis, quando probabilis esset. Et sic posset dicere aliquis, quod sicut ille qui certo sciet, rem suam apud alium detineri, posset illam priuata auctoritate recuperare, absque scandalo tamen: sic qui probabiliter opinaretur rem suam ab alio occupari. Nam supposito quod opinio tutam reddat

agentem, ut possit cogitare rem ab alio possessam esse suam, & res propria vbiicumque sit, possit recuperari, sit habentem opinionem rem suam ab alio detineri, posse possidentem spoliare, quod fas non esset si tantum esset dubius an res esset propria vel non: diuersissimum namque est habere conscientiam dubiam, vel habere opinatiuam. In dubiis namque melior est conditio possidentis, non in opinionibus, ut bene docet Sanchez lib. 2. de matrimonio disputatione 41. numero 30. Villalobos 1. tomo summ. difficult. 5. num. 3. & difficultate 9. num. 1. qui malè adducit Azorium lib. 2. tom. 1. cap. 6. in fine, qui solum illam regulam, *Tutior est pars eligenda*, intelligendum esse in dubiis, & non in opinionibus ait, ut dicemus disputat. 44. num. 17. à valde diuersa est regula ista ab illa, *In dubijs melior est conditio possidentis*. Idem cum Azor docet Sanchez in summ. lib. 1. cap. 9. num. 14. & Vazquez 1. 2. tom. 1. disputat. 62. num. 44. Vnde quando Sanchez, & Suarez inquirunt, quod dum non est certitudo, non est probabile posse fieri spoliolum auctoritate propria; posset aliquis dicere intelligendum esse, quando non est certitudo quæ oriatur ex dubio, non tamen quando incertitudo nascitur ex opinione. Fit ergo ex dictis, esse nullum discrimen adductum à Sancio, Sairo, & aliis, videlicet quod subditus teneatur obedire quando opinatur, quod res præcepta sit illicita, ne spoliat superiorem possessione. Quando verò habet opinionem docentem subditum non teneri obedire, integrum esse illi obedire, vel non, quia tunc vocatur in dubium possessio superioris.

Vnde melius Saitus, Sanchez & Torres dixissent, ideo constrictum iri obedire subditum quando opinio illi est, illud quod præcipitur, esse illicitum, non tamen quando habet opinionem dicentem non teneri obedire. Quia dum opinionem habet, quod sit illicitum, quod præcipitur, se excusare contendit non parendo, quia videlicet obtemperare non possit absque peccato: at cum hæc excusatio falsa sit, eo quod optime queat parere absque crimine, si sequi velit superioris opinionem, ideo parere tenebitur, quando opinio solum versatur circa id quod sit illicitum quod præcipitur. At dum opinionem habet subditus, quod non teneatur obedire in illa vel alia re, non contendit se excusare, quod ideo non pareat, quia absque peccato non possit, sed quia non teneatur parere: quod verò teneatur obedire, nullo principio conuinci potest, sicut conuictus est quando excusationem præmittebat non parendi, quia illicitum esset, quod inbebat, & consequenter, quod illud efficere non posset absque peccato. Hoc, inquam, discrimen melius percipitur, quam sit illud, quod à præfatis Doctoribus traditum est, videlicet quod constrictus sit obtemperare subditus quando opinionem habet, quod sit illicitum, quod præcipitur, quia videlicet tunc superior est in possessione præcipiendi, à qua non est spoliandus, nisi constet rem præceptam esse malam, & non solum quando de ea dubitatur, aut opinatur. Quando verò opinionem habet docentem se non teneri obedire, ideo ab obedientia excusari, quia superioris possessio certa non est, sed vocatur in dubium, sed nec hoc discrimen verum est, licet percipiat melius, quam illud quod à præfatis Doctoribus est traditum.

Quapropter melius Vazquez 1. 2. tomo 1. disputat. 62. numero 32. & 33. Lessius lib. 2. cap. 41. dubio 9. numero 76. Episcopus Troianus *en la pragmatia del trigo*, cap. 8. fol. 107. & Salas supra allegatus censuere, non discriminare inter se opiniones subditi, quod videlicet ferantur, an aliquid sit licitum, vel illicitum, vel quod versentur, nam subditus teneatur parere, vel minus? hæc enim omnino esse idem putarunt, Salas id expresse asserens, Vazquez verò tacite ex eius doctrina. Solum ergo discrimen adinuenere ad obligandum, vel non, subditum ad parendum superioris mandato, quando opiniones versentur, an aliquid sit licitum, vel non? vel quando circumferuntur, an electio superioris legitima sit, vel non? verbi gratia, quia asserit aliqua opinio non legitimam, nec canonicam esse, deficiente aliqua solemnitate, alia verò legitimam esse restatur: in hoc ergo casu non teneri obedire subditum, si opinionem habeat, quod legitima non sit, aiunt. Quod confirmare possumus ex eo, quod nulla maior nullitas sit, quam defectus potestatis in agente, leg. 3. de officio Proconsul. leg. ult. de iurisdictione omnium iudicum, leg. si quis filio, 6. §. antepenult. ff. de iniuncto rupto, & irrito facto testam. Eamque, nullitatem nullitatum vocant pragmatici, Faber in leg. si forte, 17. ff. de officio Præsidis: at quando opinionem haberet esse illicitum, quod præcipitur, ad parendum constringunt. Quod idem docet Lorca quantum ad primum, 1. 2. tom. 2. disputatione 26. §. *Aduerte præterea*, dicens, quod ubi versatur opinionum varietas circa vigorem legis aut legislatoris potestatem potest subditus legi non parere. Sed adhuc hoc discrimen verum non est, ut dicemus num. 36. quia nullus tenetur aliorum opinionem sequi, & propriam deferere: vnde poterit non obedire subditus quando opinatur esse illicitum, quod sibi præcipitur.

### *Authoris iudicium.*

32.

**H**uiusmodi tamen discrimenibus non obstantibus vetum arbitror, subditum non constringi obedire quoties opinio aliqua asseruerit ipsum non teneri parere, siue illicitum esse, quod præcipitur. Quando ergo non obligari obtemperare docuerit opinio, subdito liberum esse obedire, vel non, farentur Sanchez de statu Religioso, lib. 6. cap. 3. numero 7. & in simili in summ. lib. 1. cap. 10. numero 33. 34. & 35. Sairus Clavi Regia, lib. 1. cap. 12. numero 6. Torres de iustit. disputatione 50. dubio 5. numero 9. ut vidimus num. 28. Quando verò opinio solum docet aliquid esse illicitum, licet præfati autores renuant admittere integrum esse subdito non obedire, illud concedere constringuntur, cum conuictum iam sit nullam versari discrimen inter vnum & alterum. Et ratio à priori est, quia licet superior constringere possit, ut subditus operetur illud quod absolute bonum est, & secundum regulam si religiosus sit: at non poterit constringere ad operandum illud quod solum, secundum opinionem est bonum, ut dicemus numero 44. Docet Ledesma tractat. de los Estados, ubi de Religiosos *en comun*, cap. 4. mihi fol. 82. dicens in hanc consentire sententiam quotquot conveniunt fas esse sequi opinionem probabilem. At in hoc decipi-

*Sanchez Selecta.*

tur, nam licet doceant absolute, fas esse amplectari opinionem probabilem, id restringunt plures in casu obedientiæ: imò addit Ledesma quod nec etiam parere tenetur subditus quando dubitar, an legitime imperet, & ex partitione sit exoriturum damnum tertie personæ, quod etiam docet Lessius lib. 2. de iustit. cap. 31. num. 10. Sair. Clavi Regia, lib. 1. 2. cap. 16. num. 18. & 21. quos sequitur Sanchez de statu Relig. lib. 6. cap. 3. num. 24. alios plures adducens. At hoc verum non est, ut dicemus disp. 43. num. 28.

Nostram quoque sententiam in te docet Suarez tomo de censuris, disputatione 4. sect. 6. numero 6. ubi ait, liberum esse subdito legi non parere, si eam esse iniustam sit manifeste probabilis. Cum igitur in hoc eventu illa maior probabilitas evidentiam de iniquitate legis non constituat, intra latitudinem dubij remanet semper iniustitia legis, & adhuc illa dubitatione extante admittit Suarez ad parendum legi non in constrictum subditum: igitur nec in quolibet alio eventu quando probabilis opinio detur de iniustitia legis, obtemperare non erit cogendus, cum ut iam dictum est, maior, vel minor probabilitas de iniustitia legis à possessione iustæ legis ipsam legem non excludat. Cuius argumentum vim perspicuum Sanchez de statu Religioso, lib. 6. cap. 3. num. 6. magis consequenter est loquutus, negans esse integrum subdito in illo eventu non parere legitime si id admitteret, cogere illud concedere in quocumque alio evento, ubi probabilis opinio de iniustitia legis reperiretur. Sed pro nobis, ut iam conuicimus, Suarium patronum habemus. Quod confirmare possumus ex adductis à Garcia 2. tomo de beneficijs, part. 7. cap. 2. numero 28. impugnante Rebullum de obligationibus, 1. part. lib. 2. quæst. 14. à num. 8. & 2. part. lib. 1. quæst. 2. à numero 10. eo quod asseruerit in materia dubij attendendum esse maxime an dubium sit æquale, vel non, ut liberetur quis ab obligatione operandi, vel constringatur operari. Hæc autem nihil referte optime ait Garcia: nam licet pro vna parte sit maior verisimilitudo dubij, cum excessus ille non eximat rem à dubio; non redditur causa impar, & ideo pro reo erit semper iudicandum. Eodem modo licet vna opinio longè probabilior sit quam alia, probabilis poterit sectari, quia excessus ille maioris probabilitatis non constituit aliam inesse improbabilitatis.

Præterea penitentem posse non obedire confessario ductum ad id probabili opinione, imò confessarium teneri se conformare penitentis opinioni, docet turba DD. ut num. 54. videbimus, quos sequuntur Sanchez, Sair. Vazquez, Salas, Torr. & alij, qui consentire nolunt integrum esse subditum non obedire, quamvis ad id probabili ratione ducatur, esse illicitum præceptum. Si igitur confessarius in foro penitentis verè superior est, & adhuc non hoc obstante posse penitentem iuxta propriam opinionem operari admittunt contra confessarij mandatum, idem admittere conuincuntur in quocumque alio subdito; aut assignent aduersarij sufficiens discrimen. Quod enim confessarius exigere aliud non possit à penitente, nisi quod non peccet, superior verò religionis, ius habeat ducendi sibi subditos ad perfectionem; non obstat hoc, ut subditus teneatur obedire casu quo opinio illi esset imperfectionem esse efficere illud quod à superiori iubetur,

E e

33.

betur, vel etiam si sit perfectius, illud tamen sit præter regulam, vel supra illam, vt docet Sanchez de statu Religioso, lib. 6. cap. 2. num. 15. Suarez de statu Religioso, lib. 10. cap. 8. & 9. In his enim licet præcipiatur, parere non tenetur subditus.

34.

Deinde, cum licitum sit reo in causa sanguinis, non fateri suum crimen semiprobatum, vt dicitur disp. 43. num. 29. eo quod opinio probabilis illi faueat, nec tenetur sequi opinionem iudicis interrogantis: eodem sanè modo nec subditus tenebitur sequi opinionem superioris imperantis, & iuxta illam operari. Vnde Doctores pro opinione rei adducti, pro quocumque subdito non obediendo ducto opinione probabilis adduci possunt. Quod enim respondendo reus sit. morte plectendus, & ob id non teneatur mandato iudicis parere, alius verò subditus obtemperando nullum patiatur damnum. Non obstat. Nam id quod proxime excusat reum à responsione, non est timor damni incurrendi, sed quod sciat ipse opinionem dati probabilem excusantem à responsione, quamuis fundamentum talis opinio inde sumptum sit, quod nemo teneatur sui damni auctoritatem fieri: altera verò opinio docens subditum non teneri obedire, siue docens illicitum esse quod illi tunc præcipitur, suum quoque fundamentum habebit. Nec ad subditum attinet opinionum fundamenta discutere, quando illi aliàs constat opinionem à se sequendam, esse quoque iuxta Doctorem aliquorum mentem. Præterea non obstante damno incurrendo à reo, docet opinio quam sequitur iudex, teneri reum respondere, & tale damnum pati: & tamen quia reus pro se habet opinionem, quod iudex iniuste illud præcipit, excusatur à responsione: eodem ergo modo si subditus opinionem habeat iniuste aliquid sibi imperari, obtemperare non tenebitur, siue ex partitione paruum, vel magnam sit exoriendum damnum subdito: hoc enim extrinsecum est, sufficit namque illi quod sciat ex opinione probabilis esse iniustum mandatum.

35.

Vt citius non teneri subditum soluere tributum Regi, quando ipse opinio nritur esse iniustum docente, fatentur plures inter quos est Navarra. lib. 2. de rest. cap. 1. dub. 13. in fine, in noua edit. me. num. 237. Sanchez de statu religioso, lib. 6. cap. 3. num. 7. & alij infra allegandi: igitur & hi fatentur quoque obstringuntur quemcumque subditum habentem opinionem esse iniustum quod sibi præcipitur, non teneri obedire: aut assignent aduersarij sufficiens discrimen. Quod enim damnum sequatur, vel non, subdito ex partitione, extrinsecum quid est, vt iam diximus supra: solum enim habet ius subditus ad non obediendum ex eo, quod opinetur probabiliter iniustum esse quod præcipitur: non verò quod ex obedientia sit illi exoriendum damnum, vel non. Porro non teneri soluere tributum subditum habentem opinionem quod sit iniustum, docent Cordoba in summa, quæstion. 95. ad 1. dubium, versic. *¶ porque en el capitulo.* Lopez 1. parte instr. cap. 187. Maldesus de veritatibus, tractatu 8. cap. 6. dubio 4. *Dico sexto.* Lessius de iustitia, lib. 2. cap. 33. dub. 8. num. 67. Citius hanc esse communem Doctores. Diuus Anton. 2. parte tit. 1. capitulo 13. §. 8. dicens quod si probabiliter sciat esse iniustum tributum, non interuenit obligatio illud soluendi. Vega 1. parte, summ. cap. 15. casu 11. nu-

tab. 4. Salon. de iust. tom. 2. quæst. 77. art. 3. controuersia 8. fol. 410. Maure. summ. 1. part. cap. 15. §. 6. num. 9. & à multis hoc iudicari probabilius, docet Vazquez opusc. de restit. cap. 6. §. 3. dub. 5. num. 78. quamuis ipse dicat semper pro Rege esse præsumendum. Et hanc esse sententiam in praxi securam, ait Suar. de legib. lib. 5. cap. 18. num. 2. quando rationes contra iustitiam tribui sunt valde vrgentes sapientum iudicio. Quamuis ipsi oppositam sustineat falso mihi fundamento nixus, videlicet quod minus ius habeat subditus vsurpandi tributum, quando probabilis opinio dicitur esse iniustum, quam dum solum dubitat de iniustitia, eo quod in dubio æqualis sit iustitia, & iniustitia pro vtraque parte: at existente opinione pro Rege potest practice iudicare de iustitia legis. Sed non aduertit, in dubio sit ne aliquod iustum mandatum, vel non, possessionem certam practice absolutè stare pro mandante: at dum opinio intercedit, solum probabilis possessio illi fauet. Vnde dubium absolutam possessionem in mandante supponit: opinio verò solum probabilem. Ius autem dubium subditi, vt sæpè retulimus, superare non potest ius certum superioris: ius autem probabile ex opinione resultans, vincere potest aliud ius probabile, imò magis probabile: cum enim licitum sit sequi opinionem probabilem relicta probabiliori, & hæc victoria sit moralis, & non ex viribus physicis nascatur, tunc vincit ius probabile ius magis probabile, quia videlicet fas sit amplexari ius probabile relicto probabiliori. Ex hoc fit, quod licet habens opinionem probabilem esse iniustum tributum, cognoscat siquid, superiorem iuste tributum imposuisse, sua quoque probabilis opinione ductum, & habens dubium negatiuum, non cognoscat, quod sit iustum: at subditus habens opinionem cognoscendo esse iustum ex parte opinionis superioris, cognoscit simul esse iniustum ex parte propriæ opinionis, dubitans verò ex nulla parte cognoscit esse iniustum tributum: maius autem ius habere subditum ad non soluendum tributum, quando ex aliqua parte cognoscit esse iniustum, quam dum ex nulla parte iniustitiam percipit, manifestius est, quam probatione indigeat. Fit ergo, posse habentem opinionem, quod sit iniustum tributum, illud non soluere: quod etiam docet Sa verb. *gabella*, num. 5. & in editione facta Matrini, anno 1601. magis expressè. Et à fortiori hanc docere tenentur qui asserunt vectigalia in conscientia non deberi, nisi constet de illorum iustitia: inter quos est Angelus, verbo, *pedagium*, num. 6. Syluest. *gabella*, 3. quæst. 3. & 14. Armill. *gabella*, num. 18. Caietan. verbo, *vectigalia*, Aragon. 2. 2. quæst. 62. art. 3. Gabriel. in 4. distinct. 15. quæst. 5. conclus. 7. Rodrig. 2. tom. summ. cap. 72. conclus. 2. id dicens de nouis tributis, cum Medina, Cod. de restit. quæst. 13. Aragon. 2. 2. quæst. 62. art. 3. fol. 170. Carbo de restit. quæst. 33. in nouis tributis. Fillinius 2. tom. tract. 28. num. 17. Villalob. 1. tom. summ. tract. 1. difficult. 26. num. 3. & 2. tom. tract. 8. difficult. 13. num. 11. Molin. 3. tom. de tributis, disput. 674. num. 6. & 7.

Rursus neminem teneri aliorum opinionem sequi, & propriam deserere, est notum: nullum namque præceptum naturale, nec positium ad id constringit: igitur nec subditus tenebitur iuxta superioris opinionem operari, propriam abnegando: aut assignent aduersarij, vbi nam præceptum

36.

ptum contineatur, an in decalogo, vel in iure Canonico, vel alibi. Si dicant eodemmet præcepto quo constringitur subditus obedire, obligari quoque iuxta opinionem superioris operari, & illam sequi: hoc probandum erat, quod nunquam expletum videmus.

37.

Nec fundamentum quo Sanchez de statu Relig. lib. 6. cap. 3. num. 6. Sair. Clavi Regia, lib. 1. cap. 12. n. 6. & Torres de iust. disp. 50. dub. 5. n. 9. conuincuntur, vrget, contra nostram opinionem, inquirentes teneri subditum obtemperare, si solam opinionem habeat, quod sit illicitum quod sibi præcipitur, eo quod superior non tantum habeat ius iubendi res quas subditus nouit esse licitas, & iuxta limites suæ potestatis, sed etiam res vniuersas quas subditus non cognoscit euidenter illicitas, & ultra potestatem superioris. Non, inquam, hoc fundamentum vrget: nam id tantum verum est, quando ineuidencia & incerta cognitio, quod videlicet sit illicitum quod præcipitur, oritur ex dubio quod habeat subditus: in hoc enim casu teneri obedire, ingenue fateamur, quia in dubiis melior est conditio possidentis, & ne ius dubium superet ius certum, cuius veritates plures postea referemus Doctores: quando verò ineuidencia seu incertitudo oritur non ex dubio, sed ex opinione, tunc subditus ius habet non parendi. quamuis non sit illi euidentis esse illicitum quod præcipitur: sufficit namque probabiliter id opinari, cum fas sit cuique probabiliter opinione vti. Vnde optime Lorca 1. 2. tomo 2. de legibus disputacione 26. fol. 492. ait, fas esse contra verba legis agere, si probabilibus argumentis constet casum occurrentem ab intentione legis deficere, eo modo ac si essent probabiles opiniones circa legis vigorem, aut Legislatoris potestatem: & huius reddit rationem, quia fas est probabiliter opinione vti, non tamen, quando est dubium. Porro subditum dubitantem, num sit licita res quæ sibi præcipitur? teneri obedire, docent glossa capit. *dilecta* in fine, de maiorit. & obed. & capite ad auras, verb. *obedientiam*, de tempore ordinand. & capite *ex tenore*, verb. *mandato*, de sent. excom. & cap. quod culpatur, verb. *iniquitas*, 23. quæst. 1. & cap. nerui, verb. *formidat*, distinct. 13. Innoc. cap. *scius*, el tercero, num. 1. de iureiuran. & ibi Ioan. Andr. num. 5. Hostiens. num. 3. Bald. num. 8. Abb. numero 16. Alexand. de Neuo num. 79. Bellam. quæst. 6. num. 25. Henric. num. 3. Carraria de regulis iuria, quæst. 5. art. 4. idem Hostiens. in summa, tit. de pœnitent. & remiss. §. *quid de rapina*, versic. *quod si probabiliter dubitat*, Anton. cap. *alim*, num. 25. de restitut. sponsiat. Archidiacon. cap. *denique*, num. 2. 14. quæst. 5. Paludan. in 4. distinct. 19. quæst. 4. numero penult. & distinct. 36. quæstione 2. art. 2. post 4. conclus. Diuus Bonauent. in 2. distinct. 39. artic. 1. quæst. 3. ad vltimum, & ibi Carthus. quæst. 3. Alexand. parte 2. quæst. 126. membro 3. art. 2. Maior. in 4. distinct. 15. quæst. 10. conclus. 3. & distinctione 38. quæst. 15. in fine, Gabr. in 4. distinct. 15. quæst. 4. art. 2. conclus. 4. D. Anton. 3. parte, tit. 16. cap. 1. §. 9. versic. 3. Rosell. verb. *bellum*, num. 4. & verb. *conscientia*, num. penult. & verb. *obediencia*, num. 14. Angel. verb. *Religiosus*, num. 29. & verb. *obediencia*, num. 6. & verb. *conscientia*, num. 2. & verb. *Bellum*, num. 8. Syluest. verb. *bellum*, 1. quæst. 9. conclus. 3. & verb. *conscientia*, quæst. vlt. & verb. *obediencia*, quæst. 2. & verb. Religio, 6. quæst. 6. Tâ-

Sanchez Selecta.

bien. verb. *bellum*, quæst. 11. num. 14. & verb. *conscientia*, quæst. 3. num. 4. & verb. *obediencia*, quæst. 11. num. 12. Armill. verb. *obediencia*, n. 4. & verb. *bellum*, num. 4. & Caieran. in summ. verb. *bellum*, & 2. 2. quæst. 169. art. 2. circa solut. ad quartum, in dubio 2. Alexand. Aristotlis in enchirid. 1. part. in 6. regula ad cognoscendum peccatum mortale. Ioan. de Friburgo, in summ. confessor. lib. 2. tit. 5. 45. & 73. Malderus de virtut. quæst. 40. art. 1. dubio 3. fol. 251. Anton. Fernand. *en la instruccion de Confessores*, docum. 1. num. 5. Lorca 2. 2. sect. 3. disput. 53. num. 8. & 9. & 1. 2. sect. 2. disputat. 38. §. *de dubio circa præceptum*, Cortolanus de casib. referuat. parte 2. folio 570. num. 9. Montef. 1. 2. tom. 1. disput. 19. quæst. 4. num. 93. & 94. & quæst. 5. num. 189. Viet. de iure belli, propos. 5. num. 3. 1. Sor. de tegendo secreto 3. quæstione 2. concl. 1. Nauarr. cap. *si quis autem*, num. 114. de pœnitentia, distinct. 7. & in summ. cap. 23. Latin. num. 37. Hispan. num. 36. Cordub. lib. 3. quæst. quæst. 6. in principio, & infra, versic. *secunda pars*, Medin. in summ. lib. 1. cap. 5. Tapia Authent. *ingressi*, versic. *ipso ingressu*, cap. 1. num. 46. Cod. de sacrosanct. Eccles. Tolet. in fine, summ. vbi de peccatis mortalibus, cap. 15. num. 6. Azor tomo 1. lib. 2. cap. 19. quæst. 9. Bañez. 2. 2. quæst. 40. artic. 1. dubio 6. Molin. tomo 1. de iustit. disputat. 113. conclus. 3. Valent. 1. 2. disput. 2. quæst. 14. punct. 4. quæst. 4. versic. *peculiariter autem*, & 2. 2. disputacione 3. quæstione 169. puncto 2. conclusionem 5. versiculo, *secundum certum est*, & disputacione 7. quæst. 1. punct. 2. colum. 1. versic. *Et hæc quidem*, & disputacione 10. quæst. 4. punct. 3. ad finem, Nauarr. lib. 2. de restitut. in noua editione, cap. 3. 2. parte, dubio 12. à num. 151. Ledesm. 2. tomo, summ. tractat. 3. cap. 13. conclusionem 19. Manuel 1. tomo, summ. 2. editione, cap. 126. num. 5. & tomo 3. quæstion. regul. quæst. 19. artic. 6. Sa verb. *bellum*, numero 1. Anton. Perez certam. 10. dubio 2. à num. 123. Sair. Clavi Regia, lib. 1. cap. 13. num. 4. Villalobos in summ. tractatu 1. difficultate 11. in fine, & difficultate 26. numero 1. & Garcia de benefic. 2. tomo, parte 11. capite 5. numero 366. Sor. lib. 1. de iustitia, quæst. 6. art. 4. concl. 3. Lopez instruct. 1. part. cap. 56. Nauarr. in opere posthumo, cap. *inter verba*, num. 53. in fin. Caieran. & Medina 1. 2. quæst. 96. art. 6. in corp. & ad secundum, cum D. Thoma ibi. Reginald. lib. 13. sect. 2. num. 100. Sanchez de statu religiofo, lib. 6. cap. 3. num. 3. Laurentius de Peirinis de Religiofo subdito, quæst. 1. de obediencia, cap. 7. Marquez Governador Christiano, lib. 1.

Deinde Sancius in suis dictis discordare videtur: nam libro illo sexto, num. 7. ait, non obligari subditum obedire, quando opinio esset, quod non teneatur obedire, & huius reddit rationem, quia tunc vocatur in dubium possessio superioris ad præcipiendum. Postea num. 19. Vazquium & Salam impugnatur & possit quoque impugnare Lessium lib. 2. c. 41. n. 76. dub. 9. eo quod censuerint, non esse constructum subditum obedire, quando opinio docuerit non esse legitimum superiorem, nec legitime electum aut confirmatum. At ita in dubio vocatur possessio superioris (imò magis) quando opinio circumfertur docens non fuisse legitimum electionem superioris, atque quando docer in aliquo casu non teneri subditum obedire: in vtroque ergo casu debuit Sancius fateri subditum non teneri obedire, vel in vtroque ad obediendum obstructum esse.

38.

E e 2

Præterea

Præterea opratem nimis à Sanc. edoceri, in quibus casibus locum habeat illa opinio, hoc est, eius doctrina; videlicet, quòd subditus non tenetur obedire, quando opinio docet subditum non teneri obedire. Nam in ipsius Sancij opinione locum non habet, quando opinio docet esse illicitum quod præcipitur. Nec etiam quando opinio docet, esse illegitimam electionem superioris vt vidimus numero antecedenti. Nec quando docet, rem præceptam excedere facultatem superioris, vt ipse Sancius docet numero 7. & 29. Nullus ergo videtur dabilis casus, in quo praticari possit illa opinio, videlicet quòd tunc non teneatur subditus obedire, quando opinio docet in aliquo casu non teneri parere. Vt enim opinionem habeat subditus se non teneri obtemperare, in vna ex tribus rationibus probabilibus debet niti, aut quia id quod præcipitur illicitum esse iudicat probabiliter, aut quia arbitratur electionem superioris non esse legitimam, vel denique quia putat illud quod iubetur à superiore, ipsius facultatem excedere.

At contra nostram opinionem validè aduersarios propugnare arbitrantur, obiiçientes, quòd ex illa ansa scandali & turbationis inter superiores & subditos pareretur, si integrum videlicet sit subditis non parere superiorum præceptis.

Sed non animaduertunt oppugnatores, non magis contra nostram, quàm contra Vazquij, Sancij, Salæ, Lessij, Sairi, & Torres sententiam hoc fulgur irruere. Nam Vazquez 1. 2. tom. 1. disput. 62. numero 32. & 33. Salas 1. 2. tom. 1. tractat. 8. sect. 8. n. 78. & Lessius lib. 2. cap. 41. dub. 9. num. 76. affirmant, non teneri subditum parere, quando opinio docet esse superioris illegitimam electionem, tunc si superior ductus contraria opinione aliquid præcipiat, & subditus non obediatur, non reputant inconueniens dari bellum iustum ex vtraque parte ex opinionibus probabilibus exorians, vt expressis verbis docet Sanchez de statu religioso, lib. 6. cap. 3. num. 7. qui obiiçiens sibi prædictam obiectionem, soluit illam præfata doctrina, quam nos amplius confirmamus disput. 43. numero 32. & asseruimus supra num. 35. in simili de subdito non solvente tributum. Et ex opinionibus probabilibus posse dari bellum iustum ex vtraque parte, plures auctores adducemus disput. 44. num. 19. Contra Sancium quoque de statu religioso lib. 5. cap. 3. numero 7. Sairum clauis regia lib. 1. cap. 12. num. 6. & Torres de iust. disput. 50. dub. 5. num. 9. militare obiectionem est competum. Nam ipsi non obligari subditum obedire docent, quando opinio asserit subditum non teneri in aliquo casu parere: tunc si superior præcipiat, & subditus non obediatur, non arbitrantur illud esse inconueniens quod debeat vitari. Si ergo in vno casu non reputant inconueniens esse præfati Doctores non obedire, nec etiam in aliis erit arbitrandum. Nam cum solum probabiliter obliget superior, solum probabiliter manere obligatum subditum inferitur: at cum sit opposita sententia docens non manere obligatum, poterit subditus illud sequi in praxi, vt expressis terminis admittit Sanchez illo numero 7.

Nec ex non partitione subditi opinione probabili ducti scandalum proprium enasci poterit. Nam scandalum propriè inuenitur, quando aliquis actionem malam agit, aut malæ speciem ha-

bentem sine causa, ex quo alij exemplum accipiunt ad iniquè operandum; ac subditus non obediens opinione probabili suffultus actionem malam non operatur, nec malæ speciem habentem; nec ex eo quòd alij non obediatur opinione quoque probabili ducti, iniquè non operabuntur. Fit ergo minimè scandalum proprie inueniendum esse tunc. Quod verò turba communitatis emanet, præsumendum non est, si notæ sint opiniones superioris & subditi, nullus namque mirabitur, nec iuste conqueretur, quòd superior præcipiat, & subditus non obediatur, cum quilibet ius suum illæsum conseruare contendat, quod fieri iure naturæ concessum est. Displicentia solum à superiore captanda timeri potest, quòd illius mandatum executioni non detur: at hæc potius naturalis est, quàm iuste sumpta. Si verò superiori nota non sit subditi opinio, tenebitur inferior illam declarare, ne non obediendo detur occasio suspicandi, se superioris mandatum despicere. Nec adeo plura sunt, quæ possint superiores præcipere, & in quibus versentur opiniones, an sint licitæ, vel non, quod crebrò turbatio illa timeri possit, sed semel ex millibus. Imò multo maiorem turbationem exoriamdam fore in opinione dicentium, non obstringi subditum parere, dum versatur opinio de legitimitate superioris: omnibus est manifestum. Nam superior tunc maiorem iniuriam sibi irrogari arbitrabitur, quòd videlicet ob id ei non obedientia præstatur, quia de eius iurisdictione dubitetur, quod sanè ipsi magis nocuum est, quàm si obedientia non præstetur in vna vel alia re, quia dubitatur, an sic licita vel non: vnde ex primo timere merito poterit in nihilo fore obediendum, ex secundo autem, quòd in hac vel illa re obedientia deficit. Hoc autem minus nocuum esse superiori, quàm primum, nullus sanæ mentis in dubium reuocabit.

Sed tamen aduersus hæc difficilis mihi se offert obiectio. Nam vt dicemus disput. 43. numero 49. habenti opinionem probabilem facti rem aliquam esse suam, fas non est illam eripere à possidente, nec licet id quamuis aduocati affirmant habere ius ad illam rem ex probationibus & instrumentis productis, eo quod opinio tunc aduocatorum tota sumatur & oriatur ex probatione facti, vt dicimus illa disputatione 43. numero 52. & 54. quæ dubium practicum non excludit, nec dum speculatiuum: in dubio autem spoliare non licet possidentem. Imò, nec habenti opinionem iuris rem aliquam esse suam, verbi gratia, dum alicui per testamentum minus solemne res fuit legata, illam nefas esse accipere à possidente cum scandalo admittunt omnes, sed ad summum in aliquorum opinione solum licebit occultè, vt dicimus disputatione 43. numero 54. ne scandalum videlicet, turbatio Reipublicæ, & seditio inter ciues exoriantur. Imò, quod plus esse à latrone habente meam rem, prohibitum esse mihi cum scandalo illam ab illo eripere, communis Doctorem consensus sustinet (postquam fur iam in tuto reposuit rem, non tamen dum actu fugit cum illa) huiusque prohibitionis reddet rationem, ne videlicet seditio, morsive inter futem & rei dominum & Reipublicæ turbatio causetur, & tumultus in populo fiat: vt latius probabimus, disputatione 44. numero 19. Si ergo in prædictis casibus non licet à possidente rem auferre, etiam dum

dum ius ad rem certum est, multò minùs licebit subdito spoliare superiorem sua possessione & iurisdictione illi non parendo publicè, ipso scilicet superiore vidente & contradicente.

At hæc obiectio scilicet obtrigit, dum illius occasione veritas nostræ assertionis fulgeat magis. Ideo namque in prædictis casibus nefas erit rem à possidente, etiam fure, accipere, ne videlicet seditio & mors, vel illius periculum inter possidentem & rem nitentem accipere oriatur: nam fur qui Deum non timuit, dum furaretur alienam rem, illam potius tutari & defendere esse paratum, quando tutò possidet, est credendum. Huiusmodi ergo rationem perspicimus naturæ ius, meritò dicitur potius rem propriam nò esse à fure auferendam ob vitæ amittendæ periculum, quàm deperdendam: at subditus dum opinione probabili ductus parere non vult superiori, non aufert ab illo aliquid quod possideat, sed suam libertatem ad non obediendum natam ex opinione probabili tuetur & defendit: quòd autem quis rem à se possessam defendat, scandalosum neutiquam est, nec seditiosum: & sicut superior sua opinione ductus arbitratur à se auferri possessionem iurisdictionis, quando subditus in illo non obedit, eodem modo subditus sua quoque opinione nitens putat superiorem à se auferre possessionem libertatis, quam ipse habet ad non parendum: verus autem dominus recuperans suam rem & auferens à fure, in actione auferendi non defendit à semet non auferri aliquid quod possideat, sed è contra recuperat id quod modò non possidet & antea possidebat.

Uterius obiciunt aduersarij & eo conuinci proferantur: iniquum enim, quòd negari non possit committere iniustitiam illum qui ab altero aufert id quod iustè possidet, sed superior præcipiens licitum ex opinione probabili, iustè possidet actionem seu ius ad præcipiendum: igitur spoliare cum ab huiusmodi iure iniuriosum erit & consequenter peccatum.

Sed esto extollant oppugnatores præfatam obiectionem, facile diruetur, admitiendo eis iniuriam irrogare spoliante aliquem ab eo quod possidet iustè absolutè, seu omnibus modis iustè, non tamen dum spoliatur illum qui possidet iustè probabiliter: nam cum eo quod iustè probabiliter possidet, compatitur simul, iniustè etiam probabiliter possidere iuxta opinionem subditi. Nec propterea datur bellum iustum materiter ex utraque parte, sed ex vna erit iustum materialiter & formaliter simul: ex alia verò solùm formaliter, vt rectè notauit Molina tomo 1. de iustitia, disputatione 103. Malderus de virtutibus, quæst. 40. dub. 4. nam à parte rei & coram Deo, aut iustè præcipit Prælati, vel iniustè, vt dicemus disputatione 44. à numero 55. de Rege debellante aduersus alium Regem, utroque ducto opinione probabili ad bellum gerendum. Vnde quando subditus ductus opinione non parat superiori præcipienti iuxta probabilem itidem opinionem, non datur bellum rei iustæ aduersus rem iustam in opinione subditi, sub rei iustæ probabiliter aduersus iniustam probabiliter. Et licet superior tunc præcipiens non inferat iniuriam formaliter subdito, facit tamen iniuriam materialiter probabiliter, hoc est, secundùm opinionem subditi: ad propulsandam tamen iniuriam, materialem quicumque habet ius, cum iure naturæ concessum

sit cuiuscumque ius suum illaferum seruare. Et quantum teneamus cum Vazquez opuscul. de restitutione, cap. 6. §. 3. num. 84. quòd qui ex opinione probabili, quòd videlicet aliquis contractus non erat vsurarius, contraxit cum alio, qui oppositam habeat opinionem, & ab eo aliquid ultra fortem recepit, non possit clam surripere quod tradidit: non totalis ratio est, quia alter iustè possidet, sed quia contrahens non facit alteri iniuriam, si noluit cum eo contrahere, nisi secundùm suam rationabilem opinionem, nec alius iustè conqueri poterit, quòd in eo contractu non sequatur suam opinionem: subditus verò non obediens, non obligatur ex aliquo opinione superioris sequi, & ob id poterit illum à iure præcipiendi spoliare.

Hinc infero non posse iustè superiore punire subditum non obedientem, ductum ad id probabili opinione. Quia cum tunc non obediendo minimè delinquat & nullus dignus sit poena nisi ob culpam, sit tunc non habere ius superiorem punitionis dandæ subdito. Eo modo quò dicemus disputatione 44. num. 27. nequire Episcopum punire confessarium qui absque eius approbatione confessionem excipit, quando putat probabiliter confessarius approbatus ab vno ordinario, vbi que virtute Bullæ posse pœnitentiæ Sacramentum ministrare.

Nec contra nostram sententiam officit fundamentum, quo Vazquez 1. 2. tom. 1. disput. 62. numero 32. & 33. Sanchez de statu Religioso, lib. 6. cap. 3. num. 6. Torres de iustit. disput. 50. dubio 5. numero 9. Montef. 1. 2. tom. 1. disput. 29. numero 189. & 191. Villalob. 1. tom. 1. summ. difficultate 11. num. 3. Saurus Claui Regia, lib. 1. cap. 12. num. 5. & 6. Salas 1. 2. tom. 1. tractatu 8. disputatione vnicâ, sectione 8. numero 76. conuicti sunt ad censendum teneri subditum obedire, quando opinio docet esse illicitum quod præcipitur, videlicet quod omne illud tenetur subditus operari, si imperetur, quod potest efficere sine peccato: at integram est subdito operari sine peccato, si sequi velit opinionem superioris: ergo ad operandum iuxta superioris sententiam erit obstrictus. At hoc argumentum soluit Sanchez facile de statu Religioso, lib. 6. cap. 3. numero 7 in simili, vt vidimus supra numero 41. Vnde omne illud tenebitur subditus exequi, si imperetur, quod potest efficere sine peccato absolutè, non tamen omne illud quod potest efficere sine peccato solùm probabiliter: nam cum opposita sit sententia docens quoque probabiliter non posse mandatum superioris executioni mandari sine peccato, illi quoque adherere fas erit, cum, vt sæpe meminimus, liceat cuiuscumque qua malit opinione vti.

Præterea argumentum, quod contra nos euehant præfati Doctores, aduersus eos quoque militare videtur. Nam ipsi farentur non obligari subditum obedire quando opinio docuerit electionem superioris non esse legitimam, (præter Sanchez qui hoc non admittit, vt vidimus n. 38.) At dicam itidem ego, in illo casu manifestum est non peccatum subditum obediendo, præsertim, si rem honestam fieri præcipetur: ergo illam exequi tenebitur subditus. Negant ipsi præfati Doctores numero antecedenti relati consequentiam: & huius aliam non possunt reddere rationem, nisi quòd etiam possit subditus opinioni super-

tiotis se conformem ostendere in operis executione, ad id tamen non tenetur. Si ergo in hoc casu se conformare non est obligandus subditus, quate in aliis casibus in quibus varietas opinionum inuenitur, cogendus erit. Quod enim in hoc casu opiniones versentur circa superioris potestatem, in aliis vero circa licitum, vel illicitum mandatum, impertinens est, ut obligatio quæ ponitur paren- di in vno casu, in alio deficiat.

46. Ex quibus subinfero, non teneri subditum obedire non solum quando ipsi opinio est, esse rem illicitam, quæ præcipitur: verum licet ipse quoque esse licitam opinetur, dum tamen no- scat adesse Doctorum sententiam probabilem do- centem illam rem illicitam esse. Eo quod licitum est cullibet aliorum opinionem sequi propriam deferendo.

47. Fit deinde, quod licet dentur opiniones proba- biles, quod cui licet edere carnes in die ieiunij ratione præseruationis ab ægritudine, cœnare possit, & quod cœnare sit nefas iuxta dicenda dis- putatione § 1. numero 4. & 5. si tamen Prælatum præcipiat subdito carnes comedenti præserua- tionis causa abstinentiam à cœna, tenetur obedire, dum abstinentia sit secundum regulam directè, vel indirectè; iuxta dicta à Sanchez de statu Reli- gioso lib. 6. cap. 2. num. 15. & à Suarez de statu Religioso, lib. 10. cap. 8. & 9. Reginald. tom. 2. lib. 18. num. 391. Valent. 2. 2. disp. 10. quest. 4. punct. 5. *Ledesma de los Estados*, cap. 4. conclusione 8. folio 77. Quia opinio facultatem sumenda cœnæ exhibens, solum cœnare esse licitum asserit ex vi præcepti ieiunij, ac si diceret, præceptum Eccle- siastici ieiunij non obligat ad non cœnandum comedentem carnes etiam ratione præserua- tionis: at quod cœna prohiberi non possit alio præ- cepto, non docet illa opinio. Vnde adueniente præcepto superioris cœnam interdicens, illi pa- tere erit restrictus subditus, cum præceptum obedientiæ feratur tunc circa rem honestam, & rationabilem secundum regulam. Sic si ille sub- ditus vouisset non cœnare, id adimplere esset obnoxius ratione non præcepti voti, à cuius transgressione non excusat illa opinio.

48. Si tamen Prælatum abstinentiam à cœna præ- ciperet, eò quod arbitretur ex vi præcepti ieiunij obnoxius esse subditum non cœnare, & cogno- scat certè subditum ea solum ratione iuberi, & non alia: tunc poterit subditus cœnare. Quia tunc abstinentia non præcipitur, vt actus virtu- tis, sub regula contentus, sed vt debita præcepto ieiunij. Cum ergo probabiliter opinetur subditus debitam non esse, à cœna abstinere non erit cogendus. Tunc enim præcipiens Prælatum absti- nentiam à cœna, idem est ac si diceret, *præcepto tibi quod ieiunas etiamsi carnes comedas*: at ieiunare more Ecclesiastico & carnes edere incom- patibile esse iudicat subditi opinio: ad id autem quod impossibile est, non solum absolue, sed etiam probabiliter constringere non potest Præ- latus.

49. Sed tamen obiicies adhuc, non præcipere pos- se abstinentiam illam à cœna Prælatum, & om- nia quæ sunt secundum regulam. Nam in Socie- tate I. & S. V. & Religione Dominicana & aliis re- gula ad nullam obligat culpam ex commissione, vel omissione omnium, quæ in illa continentur, præter transgressionem trium votorum, castitatis scilicet, paupertatis & obedientiæ: igitur Præla-

tus imponens præceptum non omittendi illa quæ continentur in regula, aliquid supra regulam & præter regulam imperat, cum, vt dictum iam est, regula præcepto ligare noluerit transgressores illius: efficere ergo præceptum iam esse, quod antea consilium erat, est vnus rei naturam, in al- teram mutare supra regulam.

Sed his non obstantibus tanquam certum cen- sendum est, posse Prælatum præcipere ea quæ sub consilio continentur in regula. Nec propterea præcipit aliquid supra regulam. Nam emittens professionem promisit obedire secundum regu- lam, hoc est, quod obediens aderit, si præcipian- tur ab illo fieri, quæ contenta sunt in regula. Vnde subditus per votum obedientiæ à se emis- sum confert ius Prælato radicaliter præcipiendi sub culpa, quæ antea erant sub consilio, aliàs vo- tum non esset, radicaliter inquam: nam proximè à summo Pontifice confertur iurisdicatio, vt infra dicemus. Quapropter dum extrahitur à natura consilij aliquid quod erat sub regula conten- tum, ad præcepti essentiam, non iubetur subdito aliquid, quod ipse non fuerit professus. Hincque fit, quod in regula hæc duo continentur, & quod contenta in illa, ad culpam non constringant, an- tequam imperentur, & quod ad culpam obli- gent quando superioris mandato, sub obedi- entia fieri fuerit iustum. Hòcque ad Religionis naturam conducit. Nam cum regularis status tendat ad perfectionem, Religioso debitum est ius suum in superiorem transferre, quod ab illo ducatur in eam, siue monendo, siue præcipiendo, vt congruentius sibi fore videbitur. Hanc susti- nent Sanchez de statu Religioso, lib. 6. cap. 2. nu- mero 15. & Suarez de statu Religioso, lib. 10. cap. 8. & 9. Reginald. tom. 2. praxi lib. 18. num. 391. Valent. 2. 2. disp. 10. quest. 4. punct. 5. *Ledesma de los Estados* conclus. 8. fol. 77. Sa verb. *Religio*, num. 36.

Præterea posse quæ secundum regulam conti- nentur præcipi, suadet: quod alias non assignabi- tur in quibus votum obedientiæ exerceri possit, cum non in illis quæ præter regulam, nec supra, nec secundum regulam habentur. Nisi dicas præ- stari posse illius exercitium in præceptis castitatis & paupertatis. At hoc verum non est. Nam re- gula seu solemnis professio solum obligat profi- tentes pro venereis videlicet, se castitatis voto vincire, pro rerum dominio, seu possessione (vt ab opinionibus abstraham, comparatiur ne vo- tum paupertatis cum rerum dominio, remota possessione) paupertatis voto tantum ligati: præ- cipere ergo obedientiæ vinculo castitatem & pau- pertatem obseruari, supra regulam quoque esset. Non igitur assignatur materia, circa quam execu- tionem adici possit obedientiæ votum, si eam esse quæ continetur sub regula negemus. Quod si dicas non esse præter, aut supra regulam addere obedientiæ mandatum præcepto castitatis & pau- pertatis, cum professionem emittens, obedi- entiam promiserit, quæ debet exerceri circa ma- teriam aliquam. Vnde ex eo quod præceptum obedientiæ adiungatur paupertatis, seu castitatis vinculo, non additur aliquid nouum præceptum in regula, cum solum inueniantur tria mandata, castitatis scilicet, paupertatis, & obedientiæ, quæ antea aderant antequam coniungerentur. Sed hoc non exactè satisfacit, cum supra regulam vi- deatur esse, quod delinquens contra castitatem,

dulplex committat peccatum, & contra votum castitatis & obedientiæ, cum ipse profitens vnico tantum voto seruare castitatem se deuinxerit. Fit ergo nullam inueniri maiorem rationem, quare omnia contenta sub regula imperari non possint sub obedientia, quam votum castitatis & pauperatis.

52. Notandum tamen cum Suarez de statu Religioso, lib. 10. cap. 3. num. 5. promittentem obedire alicui personæ in particulari, verbi gratia, confessario, & dubitantem, num id quod sibi præcipitur, sit honestum, vel non? non delinquentem non obediendo. Quia tunc non priuat imperantem aliqua iurisdictione, & aliis obediendo exponit se periculo illicitè operandi. At promittentem solemniter, obedire Prælato, & dubitantem de honestate rei præceptæ, teneri obedire, quia non obediendo spoliaret Prælatum sua iurisdictione imperandi. Vnde optimè animaduertit Vazquez 1. 2. tom. 2. disputatione 165. numero 26. & 28. quem sequitur Sanchez de statu Religioso, lib. 6. cap. 1. num. Salazar de la comunión, fol. 128. neminem propria voluntate ex vi voti à se emissi posse alteri se submittere, & iurisdictionem in se ipsum ei præbere. Nam post factam Regnorum & Rerumpublicarum diuisionem, potestas ius dicendi & iurisdictione tota penes Principes residet, §. *sed & quod Principi*, Instituit. Idem iure naturali, leg. 2. §. *Hac autem*, Cod. de veter. iur. enucleau. reg. final. ff. de legibus & constitut. Princip. & sic efficitur, vt nulla priuata persona consensu proprio, quantumuis iuramento & voto firmato in seipsum alteri iurisdictionem præbere possit. Quapropter in potestate laici non est se submittere in temporalibus, iudicibus Ecclesiasticis, nec in potestate Ecclesiasticorum, iurisdictioni laicorum se tradere. Fit ergo, quod licet Prælato Religionum iurisdictionem habeant super sibi subditos, illam non fuisse communicatam à subditis ex vi voti obedientiæ, sed illo præsupposito communicari à summo Pontifice, ac si Prælatis diceret: Nos vobis concedimus iurisdictionem super omnes illos qui vestris mandatis obtemperare voto se deuinxerint: & ob id diximus supra communicari à subditis radicaliter, seu præsuppositiue iurisdictionem, à Pontifice autem immediatè confertur potestas cogendi subditos ad obedientiæ obseruationem: iurisdictione autem nulla est sine vi coercitiua, vt constat ex leg. vltima, ff. de offic. eius cui man. iurisdic. Anton. Faber in leg. *Magistratibus*, 12. de iurisdictione omnium iudicum. Ex quo fit, confessarium, cuius obtemperate mandatis vouit aliquis, iurisdictionem non habere, tum quia ex voto potestatem coactiuam non nascitur: & quia, vt iam diximus, nullus proprio consensu alteri in seipsum iurisdictionem exhibere potest. Eo modo, quo non præberet iurisdictionem in pauperem, qui voto se ligasset illi centum dare, nec pauper ex eo per seipsum posse cogere ad solutionem: sic nec confessarius per seipsum uouentem posse contringere ad ipsius mandatum adimplendum. Acriter insurgit aduersus Vazquez Basil. de Leon lib. 7. de matrim. à primo cap. vsque ad 7. (acriter, inquam, vt illi videtur) contendens multis ex vi donationis interuenientis in professione facta à religioso, & non ex potestate Papæ acquiri superiori iurisdictionem. At in re arbitror in idem consentite vtrumque, cum

Basilij mens probet, solùm tradi à subditis radicaliter iurisdictionem, Vazquij verò illud non inficiatur, quem sequitur Sanchez de statu Religioso, lib. 5. cap. 1. num. 15. 20. & 21. Lessius de instit. lib. 2. cap. 4. dub. 1. num. 11.

Ex quibus ad nostrum casum deducitur, quòd cum iudicemus esse euidenter extra limites iurisdictionem confessarij iniungere sub pœnitentia abstinentiam ab Eucharistia, & esse palàm matetiam ineptam vt opinatur, vt diximus num. 15. non teneri pœnitentem, qui huius opinionis fauore vti velit, acceptare huiusmodi pœnitentiam. Et licet dixerimus, probabile etiam esse posse iniungi, non ideo asserimus, quia iudicium tantum opinatiuum, & assensum cum formidine de nostra sententia concipiamus: sed quia quamuis certum assensum illi præbeamus, simul cognoscimus oppositam etiam esse opinionem, quæ asserit posse intimari sub pœnitentia actum obedientiæ circa abstinentiam ab Eucharistia: quam si sequatur confessarius, poterit talem pœnitentiam imponere, si tamen pœnitens acceptare tenuerit, quia aliorum sequitur sententiam, nequaquam poterit obligari, vt immediatè dicemus.

54. Postremò alia ratione, quam tamen non sunt conspicari aduersarij, etiamsi facile potuissent, efficaciter quoque convincitur non posse confessarium obligare pœnitentem ad acceptandam sub pœnitentia abstinentiam ab Eucharistia. Nam quoties diuersa est confessarij & pœnitentis opinio circa aliquam rem, tenetur confessarius pœnitentis opinionem imitari, vel faltem permittere, vt aduertit Valent. 2. 2. quæst. 7. disput. 5. punct. 4. in fin. Sanchez in summ. lib. 1. cap. 9. num. 30. eo quòd pœnitens indignus nequaquam sit absolutio, quia nolit confessarij opinionem sequi, & absque peccato suæ inhereat. Indignus autem non est absolutio qui sine peccato non parer confessario. Igitur si pœnitens velit opinionem illorum sequi asserentium abstinentiam ab Eucharistia non posse iniungi sub pœnitentiæ vinculo, nec ad acceptandum posse contringi, si manifestum tantum abesse, quod confessarius possit illam imponere, & pœnitentem obligare, quòd potius teneatur non astringere pœnitentem acceptare. Porro teneri confessarium pœnitentis sequi opinionem, docent Nauarr. in summ. cap. 27. num. 280. & 288. & in cap. *si quis autem*, num. 66. de pœnitent. & distinct. 7. Medina C. de confessione, tract. 2. de pœnitentia iniuncta acceptanda, folio mihi 100. & quæstione de dimidiata confessione iteranda, corollar. vltimo, fol. 71. Tolet. lib. 3. cap. 20. num. 4. Armill. verbo *confessio*, 1. num. 18. Conrad. tract. 7. quæst. 100. art. 11. qui est in fine libri, Sor. in 4. distinct. 18. quæst. 2. artic. 5. Azor. tom. 1. lib. 2. cap. 17. quæst. 10. Medina 1. 2. quæst. 19. artic. 6. Villalobos in summ. tract. 1. difficult. 12. num. 1. Henriquez lib. 6. cap. 29. num. 5. lit. Z. in comment. & num. 6. plures referens. Syluester verbo *Confessor* 5. num. 226. Cordub. in summ. quæst. 41. ab Henriquez adductus, quem inuenire non potui. Suarius tom. de pœnitentia, disputat. 32. sect. 5. num. 4. Ledesma 2. parte, 4. quæst. 8. art. 5. D. Anton. 1. parte, tit. 14. cap. 10. §. 10. & 3. part. tit. 17. cap. 2. §. 2. Malderus 1. 2. disp. 86. Sancius in summ. lib. 1. cap. 9. num. 19. Ægid. de Sacramentis, disput. 8. dub. 17. num. 135. Reginald. tom. 1. lib. 13. num. 97. Moure in summ. 3. parte, cap. 6. §. 10. num. 4.

Bonacina disputatione 5. de *Sacramentis*, quæst. 7. punct. 4. num. 26. *Sau. de Sacramentis penitentia*, cap. 45. numero 2. & *Clau Regia*, lib. 1. cap. 9. à numero 23. Anton. Pérez in *Laurea Salmantina* certamine 10 cap. 13. numero 97. Nonius in additad 3. part. D Thom. quæst. 8. art. 4. dub. 4. *Zerol. de penitentia*, cap. 22. quæsto 3. Victor. in summ. vb. *de confessione*, num. 77. aliàs 178. Vazquez 1. 2. tom. 1. disput. 62. cap. 7. num. 40. Angel. in summ. verb. *confessio*, 4. num. 3. & verb. *ornatus*, num. 4. in fine. *Posseuin. de officio Curati*, cap. 7. num. 52. Ludouic. de San Iuan in summ. 1. part. *de Sacramentis penitentia*, art. 18. difficultate 5. folio 437. & quæst. 11. art. 1. difficult. 6. fol. 543. *Vega en Espejo de Curas*, tom. 1. cap. 11. num. 136. Pallucius 1. tom. post 7. tract. in instructione pro conf. sarris, art. 4. folio 222. Sa verb. *absolutio*, num. 15. aliàs 17. Torres de instit. disput. 13. dubio 3. num. 19. & 21. Truiño in praxi examinatorum, fol. 279. Cortolanus de casibus referuatis, 1. part. sect. 2. num. 1. fol. 140. Antonius Ragucius in *Lucerna Parochorum de absolutione*, quæsto 102. fol. 313. Valens de differentiis vtriusque fori, verb. *opinio*, different. 2. num. 2. Granada 1. 2. tractat. 1. 2. disput. 4. sect. 3. num. 25. Torres opusculo, folio 459. *Marquez en Governador Christiano*, lib. 1. cap. 22. §. *en conformidad*, Cornejo 1. 2. tom. 1. tractat. 8. disput. 3. in fine. *Hurtado de penitent.* disput. 9. difficult. 9. & disput. 10. diffic. 23. Quand. in 4. distinct. 17. propos. 33. aduertens confessarios Regum, & ingenium Principum non teneri semper inquirere de illorum statibus, & principatibus, ex quo sciunt illos petiisse aliorum Doctorum consilium pro gubernandis statibus, nisi aliqua essent adeò manifestè mala & iniusta, quòd esset de illis meriti inquirendum. Sed prohi dolor! his miseris temporibus vereor audacia necessaria inopes esse aliquos confessarios ad conquirendum & obiurgandum de manifestè iniustis, & absolutionem non esse aulos negare dominis indignis. *Basil. de Leon lib. 4. de matrimon.* cap. 25. num. 8. *Polanc. in directorio confessorum*, cap. 1. §. *de prudentia Confessorii*, Rodriguez 1. tomo, tum. in 2. edit. cap. 62. num. 11. *Salon 2. 2.* quæst. 62. art. 2. controuers. 4. paulò ante solutionem ad argumenta, & quæst. 63. art. 4. controu. 2. conclus. 4. fol. mihi 1090. *Salas 1. 2. quæst. 21. tractat. 8. sect. 9.* à num. 81. *Valent. 2. 2. disput. 5. quæst. 7. punct. 4. fin.* *Montef. 1. 2. quæst. 5. disp. 29.* num. 198. Addens quòd si confessorius præcipere restitueret aliquid quod secundum opinionem penitentis restitueri non tenetur, non obligabitur penitens reddere ex vi restitutionis, sed posset obligari ex vi satisfactionis Sacramentalis. Quod intelligo, quando penitentia restituendi esset proportionata peccatis: nam si solum aliqua venialis esset confessi, & quantitas restituenda esset magna, non teneretur acceptare, vt irrationabilem penitentiam. Et colligitur in hanc sententiam vocari *Palac. ex dictis à se in 4. distinct. 20. disput. 1. fol. mihi 386.* Vnde nescio quatione Sancius plures ex præfatis Doctoribus asserat solum consentire in eo quòd possit confessorius licitè absolvere contra suam opinionem, paucos referendo qui dicant non tantum posse, verum ad impediendam absolutionem teneri, cum potius omnes Doctores ab ipso adducti non tantum posse, sed etiam teneri fateantur, excepto Rodriguez, & Sa, præterquam quòd quam-

uis non omnes assererent ad impediendam absolutionem esse constrictum penitentiarium, ob illorum rationem conuincitur ad absolvendum esse astrictum, cum id possit licitè. Et quoties confessorius potest licitè beneficium absolutionis impendere, ad illud exigendum habet ius iustitia penitens. Et expressè ad id obligari arbitrator sub mortali, si de mortalibus sit facta confessio: nam onus graue esset penitentem obligare ad sua detegenda crimina alij confessorio absque necessitate. Docet Sancius lib. 1. cap. 9. numero 29. Quamuis solum venialiter delinquere confessorium non proprium existiment Vazquez 1. 2. tom. 1. disput. 62. cap. 7. numero 40. *Salas 1. 2. quæst. 21. tractat. 8. sect. 9.* à numero 82. & *Sairus Clau Regia*, lib. 1. cap. 9. à numero 13. *Montef. 1. 2. disputatione 29. quæstione 5. numero 199.* Et contriungi confessorium absolvere penitentem contra propriam sententiam, siue sit proprius Parochus, siue alienus, certum reor: quia penitens qui sequitur opinionem probabilem, non caret dispositione requisita ad beneficium absolutionis nanciscendum: vt docent omnes Doctores relati, præter *Medinam*, & quosdam alios, qui tantum proprium Sacerdotem obligant.

Nec aduersus nostram assertionem facit publica quædam aduersariorum ratio. Inquiunt enim, quòd licet dum confessorius consulit id, quòd illicitum est, parendum minime sit illius consilio; at fas esse, & sanius illi obedire consententi, quòd minus bonum est ex se, eo quòd non semper velit Deus agendum iri id quòd ex se magis bonum est, sed id quòd operanti magis congruit, quamuis ex suo genere non sit adeò bonum: cum non repugnet aliquid futurum esse mihi melius, quòd ex suo genere ita bonum non est, sicut illius oppositum. Sicut aliquando Petro satius erit vxorem ducere, quam vitam cælibem agere: quamuis cælebs status perfectior ex se sit, quam vxorarius. Hinc inferunt, quòd quamuis ex suo genere melius sit quotidie communicare, quam à communionem abstinere, tamen non agenti vitam perfectam fore melius quotidie Panem cælestem non edere. Secundò inferunt, quòd cum melius sit in prædicto euentualiquoties abstinere à perceptione Eucharistia; & hoc non possit esse vndequeque notum communicatur, tum ob illius ignorantiam, tum ob amorem proprium, fore expedientius patrem spiritualem consulere, & illius consilio inhaerere.

Verum quòd semel euouerant, modò retorberent erunt constricti aduersarij. Principium quidem perunt in argumentatione, quòd quamuis sæpè negauimus, nunquam verum esse conuincere. Vndenam probant non esse melius Fideli Eucharistiam quotidie sumere, quando in sumptione nec lethalis, vel venialis intercedit actio: Vnde non tantum ex suo genere, sed etiam suscipienti melior erit sumptio, quam abstinentia. Nec inficiamur actum meritorium exsecutum penitentem abstinentem à perceptione Eucharistia; ob consilium confessorij: at fateamur magis meritorie se gesturum communicando, dum nec mortaliter, nec venialiter delinquit in sumptione, & actum perfectioris virtutis exequatur.

Et mitor Doctores aduersarios in lux opinionis suffragium adducere illud *Matth. 24.* & *Lucæ 12.* *Quis puerus est fidelis seruus & prudens, quem constituit*

55.

36.

37.

constituit Dominus super familiam suam, ut det illi in tempore criticis mensuram? Inde colligentes ad munus patris spiritualis conducetæ taxam communionum consignare Fidelibus, quibusdam maiorem, minorem aliis iuxta perfectionem vitæ ab illis ductam. Verùm conspicantibus prædicta loca fatis constabit quàm longè ab aliata interpretatione: dictis namque locis Christus conabatur ab omnibus hominibus mortis oblivionem pellere, & in sedulitatem rectè semper operandam pertrahere, & ob id dixit: *Beati serui illi, quos cum veneris Dominus inueneris vigilantes, etsi venerit in secunda vigilia, etsi in tertia vigilia venerit, beati sunt serui illi. Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret, utique, & non sineret perfodis domum suam. Et vos estote parati, quia qua hora non putatis Filius hominis venire.* Cùm autem Petrus hæc à Christo audiuisset, sic est alloquutus illum: *Ad nos dicitis hanc parabolam, an & ad omnes?* Cui Dominus dixit: *Quis putat est fidelis dispensator, &c.* Quasi dicat Christus, mortis est hominibus plures seruos habentibus vnum supremum constitutere qui more æconomi aliis cibum & portionem illis obtingentem distribuat: hic quidem si ita ut à Domino est iussum, fecerit diuisionem, fidelis est dispensator, & ob id Dominus cognitam iam illius prudentiam & fidelitatem, constituet eum non iam solum supra distributionem ciborum à seruis accipiendorum, sed super omnia bona domus suæ, generalem videlicet familiæ committens gubernationem. Eodem modo (progredditur Christus) fidelis erit & prudens homo qui munus sibi commissum adimplet, siue Summus Pontifex, siue Rex, siue Iudex, siue Sacerdos, &c. Qui verò non implet, infidelis est, & punitione dignus. In cuius doctrinæ confirmationem vltèrius loqui est exorsus Christus. *Omni autem cui multum datum est, multum queretur ab eo, & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo.* Quasi dicat Christus, interrogasti me Petre, num parabolam ad Apostolos solum, vel ad omnes dirigerem? Scitote ad vos, & ad omnes esse intimatam: nam à vobis qui maiora dona à Deo receperistis, vrgentior ratio erit exigenda, ab aliis verò quæ minor beneficia sunt collata, benignior. Sed tam vos quàm cæteri vestrum munus explete. Iudicet modò quilibet quid hæc attingant ad taxationem communionum à confessorum assignandam. Quæ optimè confirmat Dicitur Hilarius super Matth. cap. 26, in fine dicens: *Vt ignorantiam illam diei omnibus scitis, non sine vtili silentij ratione esse sciremus, vigilare nos Dominus propter aduentum furis admonuit, & orationum assiduitate detentos, omnibus præceptorum suorum operibus inharere. Eum enim esse ostendit Zabulum ad detrahenda ex nobis spolia pernigilem, & corporum nostrorum domibus insidiantem, ut ea incuriosis nobis, & somno deditis, consiliorum suorum, atque illecebrarum iaculis perfodiat. Paratos igitur esse nos conuenit: quia diei ignorantiam intentam sollicitudinem suspensæ expectationis exagitat. Quisnam est fidelis seruus & prudens quem constituit Dominus super fa-*

miliam suam? Quamquam in communi nos ad ineffam vigilantiam curam adhortentur: specialem tamen populi Principibus, id est Episcopis in expectatione aduentusque suo sollicitudinem mandat. Hunc enim seruum fidelem atque prudentem, prepositum familia significat, commoda atque utilitates commissi sibi populi curantem. Qui si dicto audiens, & preceptis obediens erit, id est si doctrinae opportunitate, & veritate infirma confirmet, disrupta consolidet, deprauata conuertat, & verbum vita in æternitatis cibum alenda familia dispendat, atque hæc agens, hisque immorans deprehendatur: gloriam à Domino tanquam dispensator fidelis & villicus vtilis consequetur, & super omnia bona constituetur, id est in Dei gloria collocabitur, quia nihil sit ultra quod melius sit. Quod si contuens longam Dei patientiam, qua in profectum humana salutis extenditur, aduersus conseruos insolens, & saculi malis vitijque se tradet, presentium tantum curam in cultu venter exercens: desperata die Dominus aduenies, cùmque à bonis, qua spondederat, diuidet, portionemque eius cum hypocritis in pœna æternitate constituet, quia aduentum desperaueris, quia mandatis non obtemperaueris, quia presentibus studueris, quia vita genium vixeris, quia desperatione iudicij, commissam sibi familiam fame, sui, cade vexaueris. Quibus etiam consonant illa sancti Gregorij Papæ aurea & pulchra verba Homilia 9. super Euangelio in illo Euangelio. *Homo quidam peregrè profectus, taliter fari exordiens: Lectio sancti Euangelij, fratres charissimi, sollicitè considerare nos admonet, ne nos qui plura ceteris, in hoc mundo accepissis aliquid cernimus ab Authore Mundi, grauitus inde iudicemus. Cum enim augentur dona, rationes etiam crescunt donorum. Ecce qualiter prædictus lobus Lucæ 12. & Matth. 24. videlicet: *Quis putat est fidelis seruus & prudens, &c.* longè aliter à Christo dictus sit, & à Sanctis interpretetur, quàm aduersarij illum commentantur. Nec eo, nec aliis ab illis adductis illorum opinio fulcitur, videlicet quòd non expedit laicis conscientiam mortalis non habentibus, nec aliis in sumptione Eucharistiæ delinquentibus, iuxta dicta disput. 22. num. 7. quotidie communicare: & minus conuincunt teneri poenitentem acceptare abstinentiam ab Eucharistia iniunctam sub poenitentia, quantumcumque variis viis nixi sint illud probare.*

Post hæc scripta vidi Dianam tractat. *de opinio. probab. resolut. 10. disputantem, An quando varietas opinionum versatur inter subditum & superiorem, teneatur subditus obedire?* Qui quidem author transcribit meam resolutionem, & post relationem factam sic inquit: *Ita supradictus Sanctus qui videndus est, est enim vir doctissimus & acutissimus; & concludit, sed tu sequere primam opinionem (videlicet teneri subditum obedire) tanquam communionem & probabiliorem: at credo hoc vltimum timore ductum dixisse, non quia id magis placeret, vitium fati commune pluribus Doctoribus, quod ibi placeat, vbi timendum non sit, iuxta Psalm. 13.*

*Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.*



## DISPUTATIO XXXIV.

Num publicis peccatoribus ministranda sit Eucharistia, etiam in articulo mortis, nullis exhibitis signis poenitentiae: & qualia sint hæc publicæ poenitentiae signa, vt sano peccatori publico possit ministrari, & qualia vt ægrotanti: & etiam extrema Vnctio?

## S V M M A R I V M.

*Nisi exhibitis signis publicæ poenitentiae non est ministranda in publico Eucharistia publico peccatori, num. 1.*

*Confessio Sacramentalis facta coram pluribus sufficiens signum poenitentiae publicæ est, vt ministratur publico peccatori publicæ Eucharistia, numero 2.*

*Facta confessione non est necessarium expectare per aliquot dies, quibus constat de emendatione, vt ministratur Eucharistia, num. 3.*

*Publico concubinario accedenti publicè ad confessionem, licet non absoluto, neganda non est Eucharistia, num. 4. & 5.*

*Nec est neganda peccatori habenti consuetudinem peccandi publicam, accedenti tamen ad confessionem publicè, num. 6. & 7.*

*Peccatori publico in extremis petenti Eucharistiam coram vno teste, ministranda est, num. 8.*

*Concubina in lupanari decumbens non valenti ostendere signa poenitentiae Eucharistia ministranda non est, num. 9.*

*Peccatoribus ex accidenti publicè ministranda est Eucharistia non offendentibus signa poenitentiae publicæ, num. 10. & 11.*

*Publico concubinario neganda non est Eucharistia, si defuncta iam concubina, ipso postulet, numero 12.*

*Publico usurario poterit ministrari Eucharistia semel & iterum dum accedit publicè ad confessionem, licet nondum restituerit, num. 13.*

*Non quicumque declaratur peccator à iudice, indignus est Eucharistia, num. 14.*

*Rarò contingit negandam Eucharistiam publico peccatori, licet publica opera virtutis non exerceat, num. 15.*

*Ob vitandam sui mortem, vel infamiam, vel bonorum iacturam poterit minister porrigere Eucharistiam publico peccatori, num. 16.*

*Casu quo ministranda est publico peccatori Eucharistia, etiam erit ministranda sacra Vnctio; & quando Eucharistia negatur, debet etiam negari Sacramentum Vnctionis, num. 17.*

1.



**P**eccatori publico ministrandam nequiquam esse in publico Eucharistiam, nisi signa poenitentiae publicè ediderit, concors omnium sententia est, & docent Paul. V. in Rituali edito anno 1617. de Sacram. Eucharist. fol. 65. §. fideles omnes. & fol. 70. D. Thom. 3. p. quæst. 80. artic. 6. ibi Suarez, Vazquez & Nuño, Hentiquez lib. 8. cap. 65. & lib. 3. cap. 10. num. 1.

& cap. 13. num. 1. Zambr. cap. 5. de extrem. Vnct. dub. 2. num. 5. Cord. lib. 5. quæst. 39. p. uel. 1. dicto 2. pag. 480. Manuale Hispal. de extrem. Vnct. can. 7. Alcocer in summ. cap. 11. casu 1. folio 37. Coriol. de casibus reseruat. 1. part. sect. 2. num. 6. fol. 179. Ant. Ragucius in Lucerna Parochorum, de Eucharistia, quæstio 13. folio 152. Astensis 1. part. lib. 4. tit. 17. art. 4. Putean. tom. 2. quæst. 80. art. 12. dub. 5. conclus. 3. Hurtado de Eucharist. disput. 9. difficultate 11. Nicol. de Orbellis in 4. distinct. 9. quæst. 5. §. 1. Heredia de Sacramentis, tract. de Eucharistia, quæst. de ministranda peccatori publico. D. Bonauent. in 4. distinct. 9. art. 1. quæst. vlt. Vega en espejo de Caritas, tom. 1. cap. 10. num. 134. Cantarell. in præceptis Decalogi, lib. 1. cap. 75. numero 336. Nauarr. cap. 22. num. 13. & cap. 26. num. 27. Sylu. in verb. extrema Vnct. num. 9. ibid. Armill. num. 7. Palud. in 4. distinct. 23. quæst. 3. art. 2. conclus. 11. Bartholom. Cucala in baculo Clericali, folio 42. Ioan. de Burgo in summ. quæ papilla oculi appellatur, 4. part. cap. 7. Gabr. in supplem. quæst. 1. art. 3. dub. 1. ad secundum, Alens. 4. part. quæst. 49. art. 1. membr. 2. D. Anton. 2. part. tit. 14. cap. 15. §. 6. fin. Ledesm. in summ. de extrem. Vnct. cap. 6. conclus. 6. Cum discrimine tamen: nam peccatori publico sano ministranda minime erit publicè, nisi publicæ poenitentiae signa ostenderit: vt Vazquez tom. de Eucharistia, disput. 209. cap. 2. num. 10. & Suarez disput. 67. sect. 2. & vniuersi absque discrimine. Nam quamdiu non constat de conversione alicuius peccatoris, indignus censeri debet tanto beneficio, ac proinde à tanto Sacramento repellendus. Existenti verò in extremis sufficere signa doloris ostendisse, etiam coram vno teste, vt dicemus num. 8.

Signa tamen sufficientia publicæ poenitentiae erunt, si peccator coram pluribus ad confitendum accessisset, taliter quòd sperari possit tot fieri notam poenitentiam quot sumptio Eucharistiae fuerit manifesta, vt constat ex allegato Rituali, fol. 70. §. 1. dicente, publicè peccatoribus non esse ministrandam Eucharistiam, nisi se prius sacra confessione expurgauerint, publicæque offensionis, pro vt de iure, satisfecerint. Publicè herclè poeniter qui publicè confessionem perit, quem & in melius mutaturum cor credendum est. Inò inter signa poenitentiae potius & præstantius signum est ad confessionem accessus: cumque fateantur communiter Doctores signa pietatis sufficere, quibus credatur peccatorem voluntatem peruersam mutasse, ad ministrandam Eucharistiam publico peccatori, longè priùs id ipsum de accessu ad confessionem erit dicendum. Docet Suarez tom. de Eucharistia, disput. 67. sect. 2. §. inquiri autem possit.

test. Vazquez tom. de *Eucharistia*, disput. 109. cap. 2. num. 10. dicens, vt scilicet possit porrigi Eucharistia publico peccatori, quòd talis debeat esse conuersio & penitentia, qualis etiam & Sacramenti huius administratio, nimirum vt si in publico Eucharistia ministranda est, penitentia cum confessione ita præcedat, vt de emendatione & probatione illius publicè etiam constet. Tenet etiam Nauarr. in summ. cap. 21. num. 55. dicens, peccatori publico nefas esse Eucharistiam ministrare donec publicè penitentiam egerit, aut parochus facultate ab ipso accepta publicè denuntiauerit, iam eum penituisse & confessum esse, aut ex ipsorum bonorum conuersatione, aut alio legitimo modo de vitæ emendatione constiterit. Nec decipiatis ex Nauarr. dicente non ministrandam Eucharistiam publicis peccatoribus quantumlibet sanctissimè confiteantur, donec publicè penitentiam egerint: nam intelligit in casu quo confessio aliis videntibus non esset facta iuxta limitationem omnino videndam num. 8. In quo sensu colligendus est Bartholom. Cucala loco suprâ allegato.

3. Nec erit necessarium post confessionem, per aliquot dies expectare ad recipiendam Eucharistiam, vt ita prius de emendatione constet, cum de ipsa iam liqueat, eo ipso quòd de accessu ad confessionem extat publica noticia. Vnde Nonio quæst. 80. art. 6. de *Eucharistia*, non assentior, exigenti ad publicam penitentiam, peccatorem per aliquod spacium temporis ostendere discontinuationem sui criminis coram illis quibus notum fuerit, & frequentare introitum Ecclesiæ. Nam fortè hinc Author id non postulasset, facta confessione Sacramentali aliis præsentibus.

Si verò esset aliqua proxima peccandi occasio, necessarium foret peccatori eam prius vitare negatiuè, id est, quòd positiuè alij non cognoscerent illam adhuc non esse elongatam: positiuè tamen illam vitare ante communionem aliquando opus non erit, si adsit propositum firmum illam vitandi post communionem, & credatur abesse periculum non incidendi in peccatum ex ea, vt latè dicimus disput. 10. vbi de occasione proxima ad peccandum vitanda egimus, vt possit impertiti Sacramentalis absolutio.

4. Vnde colligitur, publico concubinario ad confessionem accedenti in conspectu plurium, negandam non esse Eucharistiam, licet domo non expulerit concubinam, si habeat tamen firmum propositum illam eiiciendi; & dum vicinis positiuè non constet illam domi suæ adhuc detineri. Si verò cognouissent concubinam fuisse aliquando retentam in domo concubinarij accedentis ad confessionem, modò tamen nesciant, an sit reiecta, nec etiam norint certò, num sit domi eius; præsumendum erit pro eiectione, præsertim cum credendum sit concubinarium non accessurum fuisse ad penitentia Sacramentum absque debita dispositione.

5. Inferitur deinde peccatori publico accedenti ad confessionem, & habenti occasionem proximam peccandi, quam adhuc extare non constet pluribus, non esse negandum Eucharistia vsum, licet à confessario non fuerit absolutus. Nam cum iste talis publicè penitentia signa demonstrauerit, ius habet ad Eucharistiam instar peccatoris occulti. Quod verò fuerit absolutus, necne, ad rem non conducit, cum ex noticia habita in

confessione, de indignitate penitentis nequaquam sit præsumendum, ad negandam publicè Eucharistiam, imò nec in occulto, iuxta sententiam, quam defendimus, disputatione 8. numero 10.

6. Hinc deducitur, peccatori habenti consuetudinem peccandi solum, & non occasionem extrinsecam, accedenti ad confessionem coram pluribus, non negandam esse Eucharistiam: Tum quia peccator ex consuetudine, proponens firmiter amplius non delinquere, haud indignus est absolutione, vt dictum est disput. 9. numero 6. Tum etiam quia publicè penitens publica Eucharistia sumptione dignus est. An verò possit porrigi licet publicè ad penitentia Sacramentum non accessisset, dicemus num. 15.

7. Itaque conuincitur minus rectè egisse Parochum quemdam negando Eucharistiam certis personis publicè peccantibus certo genere peccati ex consuetudine, dum puraret non debere se illam administrare, nisi prius tempore teste de emendatione constaret maiori parti vicinia. Nam cum Parochus peccatores illos publicos ad confessionem admitteret, signis penitentia publicè iam notabantur, & qui antea publicè erant peccatores, in publicos penitentes conuertebantur.

8. Si verò peccator publicus sit in extremis constitutus, & signa penitentia demonstrauerit, etiam coram vno teste, ministranda erit illi Eucharistia, cum per eum non ster, quin coram pluribus dedisset, si possibile fuisset, & in tali casu vni testimonio credendum esse, constat ex gloss. in cap. *is qui*, 16. cum tunc non agatur de præiudicio alicuius. Sicut & dubitanti de suo baptismo non est iterum ministrandum, si vnus testis dicto constet collatum fuisse, patet ex cap. 1. 2. *Cum itaque*, de consecrat. distinct. 4. & ibi gloss. & ex cap. 110. *paruos*, eadem distinct. & ex cap. 111. *placuit*, & ex vtraque gloss. ibi. Limitat tamen glossa in cap. *illo, cum itaque*, nisi testis sit infidelis, aut Iudæus; quia tunc præsumitur testimonium ferre in iniuriam baptismi, siue baptizandi, vt scilicet alter sine baptismo remaneret. Si verò è contra Paganus, vel Iudæus affirmaret aliquem adultum infidelem in articulo mortis existentem baptismum postulasse, credendum est illi, imò vrgentiori ratione quàm fideli: nam Paganus potius veller baptismum non ministrari, vt dicimus disput. 44. numero 29. & videndus Zambranus de casibus in articulo mortis, cap. 4. dub. 2. à numero 12. fol. 101. qui plura adducit decreta, quòd testimonio vnus sit baptismum ministrandum adulto. Quod verò Eucharistia sit ministranda propter vnus testis dictum, docent Bonacina disputatione 4. punct. 1. in fine, fol. 146. Raymund. in summ. de *sepulchris*, dicens, hoc esse commune inter Doctores. Graff. tomo 2. consil. libro 5. de *homicidio*, difficultate 2. fine, de quo videndus Felinus in cap. *ueniens*, el primero, numero 18. extra de testibus, vbi concludit standum esse dicto vnus, quando non agitur de præiudicio alterius, modò iure. Iurare autem in nostro casu necessarium non est, cum maximè tunc esset impium mentiri. Nec obstant citata iura, quòd in plurali dicant, *dent testimonium qui eum audierunt*, &c. id enim dicunt quia frequentius contingit, quòd plures assistant moribundis. Docet etiam Suarez tomo de *Eucharistia*, disputatione

tionem 67. sectione 2. sine, dicens peccatori publico existenti in articulo mortis sat esse agere poenitentiam secundum temporis opportunitatem, seu necessitatem; quasi dicat, vnum solum testem doloris sufficere, vt ei possit sacra Synaxis porrigi. Idem censet Arroyo in Compend. de Sacramentis Euangel. fol. 13. Zambranus de casibus occurrentibus in articulo mortis, cap. 4. dub. 2. numero 34. fol. 1. bene aduertens, testem referentem signa contritionis infirmi, non esse credendum mentiri.

At peccatori publico secretò poenitenti, & poenitenti etiam secretò Eucharistiam, tenebitur ministrans porrigere: nam tunc cessat scandalum, & aliàs ratione poenitentis ius habet peccator ad Eucharistiam. Quod tamen intellige, dummodò non præsumat posse venire in aliorum notitiam susceptionem, non autem poenitentiam. Docet Vazquez tomo de Eucharistia, disp. 209. cap. 2. numero 10. Suarez de Eucharistia, disputatione 67. sectione 2. Nonius de Eucharistia, quest. 8. artic. 6. conclus. 2. Paludan. in 4. distinctione 9. questione 4. Sor. in 4. distinctione 12. questione 1. artic. 6. & vniuersi Doctores absque discrimine.

9. Hinc inferitur, ministrandam non esse Eucharistiam meretrici in lupanari decumbenti, & vsu rationis carenti, neque inde extrahi valenti propter periculum vitæ, eo quòd tunc nulla tergiversatione celari possit peccatum, quando neutiquam signa doloris ostendit. Nec obstat, quòd licet meretrix in loco peccati adhuc permaneat, non manere sua sponte, sed necessitate compulsam; & quòd præsumentum sit postulatorum Eucharistiam, si ratione polleret. Nec iterum valet effugium, quòd quando communiter Doctores asserunt publico peccatori non esse ministrandam Eucharistiam in articulo mortis, nisi petat expressè, vel tacitè, signa scilicet deuotionis ostendens antequam in amentiam incidisset: intelligendi sunt, quando infirmitas non obueneret ex improviso ratione priuans, sed quòd tempus suppeteret Eucharistiam postulandi, & esset admonitus infirmus postulare, ipse verò non fecisset, videns & sciens periculum mortis imminere. At si ex improviso ratione esset orbatus, per ipsum non stabit Eucharistiam non postulare; & piè credendum est postulatorum, si rationis compos esset: quæ voluntas interpretatiua sufficiens est, vt illi Eucharistia ministraretur. Non, inquam, obstat hoc: nam meretricem esse in statu peccati est certum secundum humanam præsumptionem; dubium verò, an ad Deum se conuertit: ius autem certum vinci non debet ab incerto, nec id æquum est. Nam estò, quòd esset pium ministrare tunc Sacramentum infirmo: at iniuria irrogaretur Sacramentò, ipsum videlicet ministrando peccatori publico, qui cum potuisset à peccato cessare, noluit tamen: & cum certum sit, malitiam, siue culpam, possessionem publicam cordis peccatoris sumpsisse, & dubitetur, num possessio sit perempta, fas neutiquam erit iuri culpe fauere, ministrando publico peccatori Sacramentum, iure certo Sacramenti posthabito, reclamante ipsum sacramentum peccatori publico, qui publicæ poenitentis signa non ostenderit, conferri. Nec pietatem locum habere credendum est, vbi iniuria tertij intercedit.

Inde inferitur, homini publicè homicidium

committenti negandam non esse Eucharistiam, licet publicè ad confessionem non accesserit. Non enim publico peccatori ex accidenti opus est publicam agere poenitentiam, vt publicè Eucharistiam recipiat, cum præsumat esse bonam habitualiter (loquamur ita) & malum ex accidenti. Qui autem solum casu & ex accidenti malus est, tantam indignitatem non habere ad Eucharistiam recipiendam manifestum est: quantum is qui ex consuetudine peccatis est immeritus. Nec scandalum oritur ex illius communionem. Æquum igitur est iura non parem poenitentis publicitatem excolere ab illo, ac ab eo qui perseveranter alicui incumbit fecleri. Similiter ac posset ministrari Eucharistia illi qui inuentus esset fornicationem exequi casu inuitante, videlicet occasione.

11. Imò licet quis per tres, aut plures annos inimicum suum quærat ad perimendum, idque publicè constet, tandem patrato homicidio, etiam publicè, non indigebit, vt sacramentam Eucharistiam suscipiat in publico, accedere præsensibus aliis ad confessionem, cum ex secuta occisione præsumat peccatum iam cessasse. Dum autem aliqua via prudenter liquet crimen iam non continuari, publicis poenitentis signis neutiquam opus erit.

12. Ex quo deducito ad praxim valdè necessarium, concubinario decem aut viginti annis publico minimè negandam esse Eucharistiam publicè expostulatam, licet publicè ad confessionem non accesserit, si tempore communionis vitam iam finierit concubina, & mortis illius exeret publica notitia, quia tunc concubinatum cessasse manifestum est, & in melius cor iam nauasse concubinarium est præsumentum: vel si iam è domo esse eiecram liqueat sponte & non metu poenarum.

13. Deinde publico vsurario accedenti ad Poenitentiam Sacramentum præsensibus illis, à quibus vsuras exegit, & non restituit, potest ministrari Eucharistia semel & iterum, cum præsumentum sit confessarium restitutionem impetasse, & poenitentem restitutioni operam daturum promississe. At si pluries confessus esset, & restitutionem non esset exequutus (quæ aliàs poterat fieri) creditur in peccato publico velle permanere, & impoententem ad sacram Synaxim nefariè & audacter accedere.

Quòd si vsurarius confessario mentiatur esse restitutionem factam, credere debet & Eucharistiam ministrare. Si tamen reclamant astantes creditores, ad sacram non admittat mensam, donec publicè de satisfactione liqueat; quam iam assequutum reputet, dum sileant plures reclamantes.

Si verò restitutionem iam effecta contendat malitiosè editores sibi ipsis debitum nullatenus esse compensatum, Eucharistia ministranda minimè erit publicè homini peccatori publico reputato: cum Ecclesia ad occulta iudicium suum non extendat. Sicut nec ministranda esset illi in publico qui per sententiam iudicis declararetur peccator, licet ex falsa testium depositione.

14. Nec aliquem sic declarari, sufficiens causa erit ad negandam Eucharistiam publicè petitam, si ex accidenti & casu, non ex consuetudine publicè esset peccator. Vnde capto à Iudice ob primum furtum, vel ob primum introitum in domum fec-

minæ impudicæ, & ob id, vt fur, vel inhonestus condemnatus, neganda non erit Eucharistia, licet publicè ad Sacramentum Pœnitentiæ non accesserit. Nec obstat, videntes capturam vel sententiam, suspicari delinquentem pluries esse furatorem, & sæpè etiam in domum inhonestam intrasse. Nam dum de crimine alicuius ita manifestè non constar, quòd nulla tergiversatione celari possit, præsumendum verè est in fauorem rei, vt dicimus disp. 38. num. 7.

15. Aduertendum maximè, rarò iam contingere negandum esse Eucharistiam publico peccatori, licet palam ad Sacramentum Pœnitentiæ non accesserit; tum quia si occasio extrinseca peccandi sit femora, & id constet, publico accessu ad confessionem non erit opus, vt diximus numero 12. Si verò peccator sit ex sola consuetudine, & intendat communicare, atendus non est à communione; cùm regulariter præsumatur nullum peccatorem accedere ad sacram mensam absque præuia confessione, præsertim si accedat tempore quo Ecclesiæ communicandi præceptum non vrget. Quæ heretè præsumptio æquiualeat manifesti accessui ad confessionem. Vnde quando DD. asserunt negandum fore publico peccatori manifestum Eucharistiæ usum nisi exhibitis publicæ pœnitentiæ signis, idem est ac remota publicè occasione peccandi. Et inde sufficit ostendere palam signa pœnitentiæ negatiuè, id est non continuationis peccati. Nec opus erit signa positiuè ostentare, orando scilicet, vel aliis pijs operibus insudando, aut publicè ad Sacramentum Pœnitentiæ accedendo. Hanc arbitror esse mentem Nauarr. in summ. cap. 21. num. 55. cuius verba retulimus num. 2. & nullum boni nominis Doctorum negaturum reor. Aut id intelligunt de peccatore habente publicam consuetudinem peccandi, casu quo adeò corruptæ reputaretur conscientia, quòd præsumeretur ausum, esse ad sacram approximare se mensam absque præuia pœnitentiæ & confessione. Huic enim ministranda neutiquam esset Synaxis sacra, nisi publicè ad confessionem accessisset.

16. Pependit, posse absque labis incurtendæ reatu ministrum porrigere Eucharistiam peccatori publico palam exposcenti, minitantiq; necem nisi offerret. Nam actio porrigendi ex parte ministri de se bona est, quæ exerceri potest absque peccato, existente causa excusante, licet suscipiens bona actio sit abusus. Ob vitandam infamiam occulti peccatoris publicè accedentis ad putissimam mensam posse admitti, vniuersi ferè fatentur, licet ministrans certò sciat sacrilegè accessurum, & an non erit fas ob vitam vitandam ministrantis? Nec iura positia cum tanto dispendio erunt obseruanda, nisi in contemptum Sacramenti vellet peccator communicare: & tunc sane non solum positium, verum Diuinum naturale ius Religionis obligat non ministrari. Et tumori communionem publici peccatoris spectantium minister cui minata esset mors, poterit post eà satisfacere; vel si non possit, patienter ferat, fidens Deum veritatem propalaturum. Et ob fugiendum falsum testimonium, honorem, vel fa-

mam lædens, poterit etiam ministrare, siue ob vitandam grauem iacturam bonorum temporalium, tam propriorum, quàm parentum, mariti, vel vxoris, fratrum, vel amicorum, quæ velut propria reputantur, vt in simili dicimus disputat. 11. numero 55. ius namque naturæ facultatem concessit cuiusque non solum propriam vitam, famam, & temporalia bona conferuandi, verum mariti, vxoris, parentum, fratrum, vel maximè amici, vel benefactoris, & affinis vsque ad quartum gradum; nam vsque ad illum communiter durat affectio naturalis; imò addit Sanchez lib. 4. de matrimonio, disputatione 4. numero 11. etiam vltra quartum gradum damnum in affiniibus reputari proprium, quando esset timor rei tangentis honorem, vnde toti prospiciat etiam vltra eum gradum macula sequeretur. Sed tamen (vt obiter scias) licet ius naturæ, illam facultatem conferuandi famam, & bona mariti, filiorum, & amici concedat, non propterea obligat, vt denuntiatio delicti grauis & perniciosi Reipublicæ fieri non possit, si denuntiaturus velit. Nam reus eo ipso quòd crimen commisit, factus est dignus quòd eius scelus denuntietur, & fama delinquentis eius fratris, &c. non conferuatur: vnde ius naturæ in prædicto casu solum excusat à denuntiatione præmittenda, non tamen obligat vt non fiat, & ideo ius illud est excusans, & non obligans: ob quod Iurisperitus leg. 4. de testibus, sancit consanguineum non posse constringi testificari contra sanguine sibi coniunctum (vel affinem intra quartum gradum, vt colligitur à simili ex Sanchez lib. illo quarto de matrimonio, disp. 4. num. 11. & 12.) magis namque conditioni humanæ repugnat, quòd quis sui consanguinei, vel affinis denuntiet delictum, quàm quòd post denuntiationem ab alio factam testis munus exequatur, cum in denuntiatione primus auctor esset damnationis sui consanguinei, in testificatione verò secundus, vel tertius.

17. Quod dictum est de administratione, siue negatione Eucharistiæ publico peccatori faciendæ, etiam seruandum est in collatione seu negatione extremæ Vnctionis, taliter quòd quando ob publicum peccatorem infirmo qui signa pœnitentiæ non ostendit, Eucharistia est deneganda, nec etiam extrema Vnctio sit administranda, vt communiter asserit turba Doctorum & plures allegat Zambrianus cap. 5. de extrema Vnctione, dub. 2. num. 5. & nos aliquos recensuimus supra num. 1.

An verò liceat Sacerdoti, publico peccatori siue occulto hostiam non consecratam loco consecratæ ministrare ob cauendum sacrilegium suscipientis, sequenti disputatione dilucidabitur. Denique quando peccator est publicus in vno oppido & non in alio, nec spes concipitur infamandum breui fore, illi deneganda non est Eucharistia in illo oppido in quo infamatus non est notatus. Quia tunc habet conditionem occulti peccatoris, iuxta dicenda disp. 43. num. 27.

& docet Hurtado de Eucharist. disp. 9. diff. 11. Fagundez 3. præcept. lib. 3. cap. 10. num. 7.



## DISPUTATIO XXXV.

An liceat Sacerdoti ministrare peccatori hostiam non consecratam ad sacrilegium suscipientis vitandum.

## S V M M A R I V M.

- Argumentum à parte affirmativa, num. 1.*  
*Prima sententia affirmat, quando peccator ministrari postularet, num. 2.*  
*Autoris iudicium, num. 3.*  
*Sacerdos simulans celebrare, & non celebrans, gravius peccat, quam si criminis reus celebraret, numero 4.*  
*Confessarius simulans audire peccata femina in ordine ad Sacramentum Pœnitentiæ, & agens id ut liberius, & sine nota lascivius loquatur, committit mendacium fictivum, num. 5.*  
*Ob metum mortis potest Sacerdos simulare consecrationem panis existentis in foro, num. 6.*  
*Potest Confessarius proferre verba absolutionis absque intentione, ob metum mortis à pœnitente incussum nisi absolvat, num. 7.*  
*Potest etiam Confessarius ob consolationem scrupulosi proferre verba absolutionis absque intentione, quando scrupulosus nullam præstisset absolutionis materiam, num. 8.*  
*Non potest dispensans Eucharistiam simulare se mittere hostiam in os peccatoris, num. 9.*  
*Ad argumentum respondetur, num. 10.*  
*Alia scitu digna, num. 11. 12. 13. 14. & 15.*

I.



ARTEM affirmativam suadet, quòd ministrando hostiam non consecratam peccatori occulto (de quo semper loquimur) prospicitur famæ illius, & vitatur sacrilegium. Specialiter tamen posse fieri videtur in casu quo quis peteret hostiam non consecratam sibi ministrari, ut si femina bonæ famæ id exposceret, necessitate se vndique altricam conspicens, dum maritus eius iubet illam communicare, & factum obseruat; sique illam suscipere Eucharistiam non videat, maximum damnum in fama reperitaret, & vita: illa verò se omnino indispositam agnosceret, ut paratam non deserere peccatum. Ad sacrilegium itaque vitandum Sacerdotem rogat, ut hostiam non consecratam sibi ministraret: quo in euentu & famæ feminae, & reverentiæ Sacramenti consulitur, nec alicui alteri sit iniuria. Sin minus, assiguent, quæso, contrarij quinam?

Nec satis facit, quòd ministrando hostiam non consecratam, Sacerdos quantum est ex parte sua exponit adorandam creaturam loco Creatoris, & rem profanam pro Sancta: quòd quidem summane sacrilegium est. Quòd verò adorantes non peccent adorando hostiam non consecratam, solum ex ignorantia evenit; nec ob id excusabitur Sacerdos à peccato. Sicut manifestè peccaret, qui exponeret ossa brutorum adoranda tanquam reliquias Sanctorum, licet adorantes non peccarent. Etiam eodem modo peccaret alij per-

suadens posse furari sine peccato, qui convictus inuincibiliter (quia suadens erat vir doctus) furtum committeret. Nam licet isti rem alienam suscipienti non imputeur furtum ad culpam, ob ignorantiam inuincibilem: rem tamen intrinsicè malam exerceat, cuius consulens causa fuit: ut rectè notavit Cordub. lib. 2. quæstione 30. Vazquez 1. 2. tomo 1. disput. 115. cap. 2. num. 4. Non (inquam) obstat hoc; nam Sacerdos in casu quo plures sint ad mensam Eucharistiæ accessuri, dispensans hostias consecratas, ministrat obiectum adorationis capax. Nec obstat, inter consecratas non consecratam inveniri: nam intentio adorantium non tendit expensè & formaliter ad quamlibet hostiam à Sacerdote propositam adorandam, sed solum Christum, qui cum sub aliis hostiis contineatur, ministratur iam verum obiectum adorationis: ea ratione qua non adorant fideles pilum, aut quædam aliud conglutinatum hostiæ consecratæ, sed solum Christum. Quapropter si Sacerdos hostiam non consecratam à tergo ponat consecratæ, quam non sciungat, nisi tempore quo peccator ad sumptionem accedit, peccare minime videtur.

Nec obstat secundò, quòd fictio in Sacramentis valde perniciofa, & execranda sit, ideoque licitum minus esse hostiam non consecratam loco consecratæ ministrare: aliàs enim committeret Sacerdos mendacium, quod nec verbum, nec rebus est committendum. Non (inquam) obstat hoc: nam ut ex mente omnium Doctorem constat, de mendacio & simulatione loquentium, quando adest iusta causa, potest quis vti æquiuocatione, qua excusatur fictio à mendacio. Sic stratagemata in bello licita sunt, & simulationes in ludo (de quo latè nos agimus in Relectione de mendacio, ubi quàm plures adducimus Doctores) sed ad ministrandum occulto peccatori petenti hostiam non consecratam vice consecratæ, adest iusta causa, sufficiensque ad vendendum æquiuocatione, pro vitando scilicet sacrilegio: cum aliàs nullum sit periculum idololatriæ, ut numero præcedenti diximus.

Neque etiam iniuria sit Sacramento; aliàs peccaret Sacerdos fingens absolvere pœnitentem ob vitandum infamiam non absoluti: quòd credo nullum Doctorem concessurum. Idem sanè erit simulare potrigere hostiam non consecratam loco consecratæ (aut assiguent contrarij differentiam) ac fingere absolvere pœnitentem. Eodem namque modo quo prohibuit non est in Sacramento pœnitentiæ simulatè Sacerdotem coniungere formam materiæ, ita licitum erit in Eucharistia simulatè proferte formam consecrationis super panem.

Prima sententia asserit, hostiam non consecratam pro consecrata posse ministrari peccatori occulto scienti & petenti sibi dari: non tamen ignorant,

2.

ignoranti, eo quòd ex conscientia erronea peccator sacrilegè peccaret materialiter sumendo non consecratam, quam putaret consecratam. Tenent Altisiodorens. libro 4. summ. tractat. 5. cap. 5. Albert. Magn. distinctione 13. articulo 20. relatus à Suarez tomo de *Eucharistia*, disputatione 67. sectione 4. §. *circa tertiam obiectionem*. Bonavent. in 4. distinctione 9. articulo 2. quaestione vltima, in fin. Angl. Flor. quaest. de *suscipientibus Eucharistiam*, difficultate 4. folio 125. qui ait, quòd in graui euentu, vbi grande occulto peccatori à communione abstinenti periculum immineret, possit ministrari hostia non consecrata pro consecrata: si scilicet proponatur hostia consecrata adoranda, & à tergo post illam non consecrata, ita vt nec videatur, nec adoretur; vtque id fiat ex consensu peccatoris, ne ex conscientia erronea adoret non consecratam pro consecrata. Quem sequitur Villalobos in summ. tractatu 7. difficultate 38. numero 6. Adrian. quodlibet. 3. articulo 3. versic. *Ad secundam confirmationem*, non longè à fine artic. citari solet, reuerà tamen nihil definit. Docet Ludouicus de San Ioan. 1. parte, summ. tractatu de *Eucharistia*, quaestione 7. articulo 8. difficultate 4. in fine, folio 167. At inquit Altisiodorens. in casu quo aliquis petit Eucharistiam, & Sacerdos ob negligentiam, nullam habet hostiam consecratam, posse ministrari simplicem hostiam ob petentis vitandum scandalum, nec illam simulationem esse tunc peccatum, cum ex causa fiat. At huiusmodi doctrinam falsam esse ob rationem adducendam num. 3. §. *secunda etiam*. manifestum erit intuenti.

### *Authoris iudicium.*

3. **A**bsque graui peccato sacrilegij non potest ministrari hostia non consecrata veluti consecrata peccatori occulto, quantumcumque instet, ad vitandum sui infamiam, constat ex Sapient. 1. *Spiritus sanctus disciplina effigiet fictum*, id est, Spiritus sanctus disciplinae Author & doctrix, effigiet hominem aliud afficientem, quàm apparentem efficere, vt explicuit gloss. interlinealis & Lira, ibi: & docet D. Thomas opusculo 67. §. de *Eucharistia*, numero 70. & 3. parte, quaest. 80. art. 6. ad secundum, & ibi Caietan. Richard. in 4. distinct. 9. art. 3. quaest. 1. Durand. in 4. distinct. 9. quaest. 5. num. 10. Gabriel in 4. distinct. 9. quaest. 2. art. 3. dubio 1. Paludan. in 4. distinct. 9. quaest. 4. conclus. 5. numero 9. Maior quaest. 4. §. *contra secundam conclusionem*, ad septimum, Armill. verb. *filio* 2. Sor. in 4. distinct. 12. quaestione 1. art. 6. §. *secundo arguitur*. Angel. verb. *Eucharistia*, 3. numero 20. Nicol. de Plob. de *causelis seruandis ex parte Sacerdotis conferentis Sacramentum*, cautel. 3. Ledesma 1. part. summ. cap. 12. dub. 7. §. *Toda via quedan dos dificultades*, Syluester verb. *Eucharistia*, 2. num. 11. Vazquez de *Eucharistia*, disputat. 209. numero 41. Suarez de *Eucharistia*, disputatione 67. sectione 4. §. *circa tertiam obiectionem*, Veja part. 2. casu 32. §. *sum quia*, Hurtado de *Eucharistia*, disput. 9. difficult. 9. Grassis tomo 1. decision. cap. 28. num. 40. Reginald. 2. tomo praxi. lib. 29. num. 49. Valent. tom. 4. disputatione 8. quaestione 8. puncto 4. §. *Denique hic notetur*. Henriquez lib. 6. cap. 22. numero 4. Palat. in 4. distinct. 9. disput. 12. ad quartum argu-

mentum. Nuño tomo de *Eucharistia*, articulo 6. difficultate 2. in fine, Cruz de *Eucharistia*, quaestione 4. dubio 2. in fine, Barr. Cucula in *baucio Clericali*, fol. 42. Ioann. de Friburgo in *summ. confessor*. lib. 3. tit. 24. quaest. 79. fol. 124. Malderus de *virtutibus*, quaest. 43. art. 7. in fin. Alensis in *summ.* 1. parte, lib. 4. tit. 17. art. 4. quaest. 2. & tit. 14. art. 2. quaest. 2. Alensis 4. parte, quaestione 49. membr. 6. Et id agere non decere instruimur factò Christi Indæ proditori Eucharistiam porrigentis quantumcumque sciebat illum sacrilegè illam esse sumpturum.

Variant tamen supradicti Authores in assignanda ratione, quare videlicet nefas sit hostiam non consecratam loco consecratae peccatori ministrare. Quidam enim ministrari non posse dicunt, quòd maximè perniciofa, & execranda sit simulatio in Sacramentis. Alij asserunt, ministrantem, quantum est ex se, alios ad idololatrandum inducere, cùm exponat adorandam creaturam pro Creatore, & rem profanam velut sanctam. Quæ sanè rationes licet veræ sint, indigent tamen maiori expositione.

Prima namque ratio, quòd scilicet in Sacramentis simulatio execranda sit, ex alio principio pendet, num videlicet vitatio sacrilegij peccatoris sit iusta causa vtendi æquiuocatione in administranda hostia non consecrata pro consecrata: vt enim ex mente D. Thomæ 2. 2. quaestione 111. articulo 1. & omnium Doctorum constat, in materia de mendacio, tam in verbis, quàm in rebus potest simulari licitè, & absque labe mendacij, iusta nempe causa ad vtendum æquiuocatione interueniente. Sed an interueniat in casu quaestionis, Authores non explicant. Nihilominus nullam adesse iustam causam ad vtendum æquiuocatione sine crimine mendacij censeo; quia liberum est peccatori non incidere in crimen sacrilegæ communionis, si velit deserere peccatum, à quo non abstinere à sola eius voluntate, & malitia pendet, sibi que imputer sacrilegium, hostiam consecratam sumendo. Quando verò aliquis in angustiis & periculis versatur amittendi bona, famam, aut vitam, à quibus eripi, solum ab eius voluntate & facultate pendet, haud aderit obligatio subueniendi vitæ, aut famæ illius; nec verbis aut rebus significari poterit aliud quod sit in mente, absque mendacio, vt docet D. Thomas 2. 2. quaestione 111. articulo 2. ad secundum, & quaestione 184. articulo 5. in secundo argumento, dicens, mendacium non solum reperiri in falsis verbis, sed etiam in simulatione operibus: & refertur 2. 2. quaestione 1. cap. *Cauete*,

Secunda etiam ratio vera est. Nam ministrans hostiam non consecratam velut consecratam, etsi à tergo alterius consecratae illam ponat, ponit equidem adorandum distinctum indiuiduum hostiæ non consecratae, & adest periculum manifestum idololatriæ, cum circumstantes possint, si velint, distincto actu adorationis adorare quamlibet hostiam, quæ communicantibus porrigitur. Nec est in ministri potestate vitare aliorum adorationem hostiæ non consecratae, quam ipse proponit velut consecratam. Et vt aduertit Suarez 3. parte, quaest. 80. artic. 6. disputatione 67. sectione 4. ferè in fine, ipsamet actio exterior suscipiendi illam hostiam non consecratam, actus religionis est, & cultus, cum flexis genibus fiat: imò

imò ipsa sumptio Sacramenti est quidam religionis cultus, vt paulo superius ostendit ipse Suarez: exteriori tamen adorare creaturam pro Creatore, nec etiam fictè, absente iusta causa fictionis, intrinsecè malum est.

Vnde infertur, mentiri Sacerdotem fingentem se celebrare, ne Eucharistiam in peccato mortali sumat, eo quòd obligetur ad celebrandum tanquam proprius Pastor, & alio qui celebret, nusquam comparente. Tunc enim Sacerdos quatenus est ex parte sua, exponit creaturam adorandam loco Creatoris, vt expressè definitur ab Innocentio III. scribente Rectoribus Romanæ Fraternalitatis, de celebratione. Millarum, cap. de homine, per hæc verba: *Quæsiuistis, quid de incanto presbytero videatur, qui cum se sciat in mortali crimine constitutum, Missarum solemniam, qua non potest propter necessitatem quolibet introumittere, propter sui facinoræ conscientiam, dubitat celebrare, peractisque ceteris circumstantiis, Missam celebrare se fingit, & suppressis verbis quibus conficitur corpus Christi, panem & vinum tantummodo pure sumit; ita credens per id quod pretendit, populo satisfacere, vt per hoc quod intendit, Deum non debeat prouocare. Cum ergo falsa sint abijcienda remedia qua veris sunt periculis graniora, licet is qui pro sui criminis conscientia reputat se indignum, peccet grauior si se ingerat irreuerenter ad illud, (scilicet ad sumendum Eucharistiam, & ad consecretandum) grauius tamen videtur offendere, qui ita fraudulentè illud præsumptè simulare: cum ille in solius misericordie Dei manus incidat, iste verò non solum Deo (quem illudere non veretur) sed etiam populo quem decipit, se obstringat. Quæ ratio, textus explanatione indiget. Nam tunc dicimus quempiam illudere aliquem, quando significans exteriori, rem porrigere, manum retrahit illo ipso tempore quo alius ad recipiendum accedit. Similiter (nostro modo intelligendi) fictè celebrans sacrificium Missæ extrinsecè demonstrat signo illo quod peragit ( vulgo con el ademan de hazer que consagra ) se tribuere Deo hostiam consecratam, siue consecrationem, illudens illum. Obstringit se præterea populo, quem non minùs ludificatur, extendentem iam manus ad percipiendum fructum Missæ: Sacerdos verò velut retrahens manum, illum desiderato beneficio defraudat. Cum itaque Sacerdos recipiens Eucharistiam in mortali, solum irreuerentiam & iniuriam irroget Deo, simulatè verò celebrans sacrificium, Deo & populo, sic grauius peccare simulando sacrificare, quam cum mortali Eucharistiam recipiendo. Tenent communiter Doctores numero 1. allati, & Martinus Bonacina, de Sacramentis, 1. parte, quæstione 6. puncto 4. numero 16. Grassi libro 2. decision. cap. 38. numero 37. Valentia tomo 4. disputatione 6. quæstione 8. puncto 3.*

Vtcriùs deducitur, peccare mendacio Sacerdotem, & irrogare iniuriam institutioni Sacramenti penitentiae, concubinam suam lasciuè alloquentem in situ confessionarij, dum vterque simulat Sacramentum penitentiae eo tempore administrari. Vtuntur quidem illa fictione ad liberius colloquendum, & absque infamiae nota. Assumunt hoc casu confessarius, & penitens (nostro explicandi modo) habitum veri Sacramenti, & absque iusta causa æquiuocatione vt volunt, vt sub prætextu Sacramenti rem sceleratam committant. Credo tamen, tale mendacium mortale esse præcipuè post latum decretum quod adduximus disputatione 11. numero 67. Nam ceremonia illa, & exterior reuerentia quòd scilicet penitens flexis genibus, detectè capite, & supplex ad pedes confessarij se prosternat, vt ab eo in foro Sacramentali veniam peccatorum consequatur, solum est debita Sacramento Penitentiae: exhibere ergo talem reuerentiam rei sceleratæ, videlicet conuersationi inhonestæ, est iure suo Sacramentum in re graui spoliare. Et poterit certè esse mortale contra aliam virtutem, si verba fortè essent nimis impudica, & ad lasciuiam prouocantia; aut contra iusticiam, vt si passionem initent, de occidendo matro, aut quid simile.

Quamuis tamen aliquibus piis & doctissimis viris visum sit, non solum mortale crimen committendum iri in huiusmodi fictione, verùm contra illum casum procedere rationem, & mentem Breuis contra sollicitantes confessarios editi vtpote peccantes sub confessionis scuto, & in illius opprobrium, vt refert Accia de confessariis sollicitantibus, quæstione 15. numero 2. qui tamen non comprehendit sub Breui casum illum censet. Quem sequitur eius adorator Seraphin de Freitas dicta quæstione, numero 11. An verò iniquitas illa mortalis sit, venialisque non innunt. Verùm quamuis sub dicto Breui Pij IV. non comprehendatur casus ille, comprehenditur tamen ex vi decreti ab Inquisitione Romana lati, vt diximus disputatione 11. numero 66. & ex vi decreti Gregorij X V. anno 1622. die 30. Augusti, vt constat ex illius tenore disput. 11. num. 67.

Præterea si hæreticus minaretur mortem Sacerdoti, nisi consecraret omnem panem in foro existentem, poterit proferte verba consecrationis, absque intentione tamen consecrandi, sine vlla labe mendacij: adest enim tunc iusta causa vtendi æquiuocatione. Nec obstat, aliquos adorare talem panem tanquam consecratum: erit enim solum idololatria materialis, quam Sacerdos in illo casu vitare non tenetur: grauius namque malum esset consecrare, & multas particulas petire. Quotiescumque ergo perplexitas absque culpa intencitur, ad minus malum eligendum obligatio adest: vt norant communiter Doctores & specialiter Vazquez 1. 2. disputatione 66. cap. 4. numero 21. Sotus tractatu de regendo secreto, numero 3. quæstione 2. Sepulued. in dialog. de ratione dicendi testimonium, cap. 9. & expressè traditur in cap. Duo mala, distinctione 13. & cap. Nervi sessicularum, eadem distinctione. Quod etiam tenet Thomas Sanchez de matrimonio, lib. 2. disputat. 41. numero 45. At si in contemptum Religionis hæreticus consecrationem postularer, potius ad subeundam mortem quam consecrare teneretur Sacerdos, quia tunc esset

cooperati positivè, & non solum permittivè ad contemptum Fidei, & infidelitatem hæreticorum fiat à fidelis actio quam hæreticus exposcit vt medium ad sperandam fidem.

7. Hinc colligitur, posse confessarium proferre verba absolutionis absque intentione, ob fugiendam mortem sibi iminatham à pœnitente, si non absoluat: vt expressè docet Ludovicus de San Ioan 1. parte, summ. tractatu de Eucharistia, quæst. 7. art. 8. difficult. 4. fol. 167. tunc enim iusta adest causa ad vtendum æquiuocatione. Sicut ille cui iminata fuit mors à latrone, nisi iuxta se daturum centum aureos, poterit verba iuratoria exterius proferre absque intentione.

8. Imò si scrupulosus quis anxie petat absolutionem, videat tamen confessarius vsu rationis, aut materia carere ad eam imperiendam, poterit ob solatium scrupulosi verba absolutionis absque intentione proferre dum alia via prolationem cauere non possit, vt scrupulosus linguam calletet Latinam, attentusque esset, an verba absolutionis proferrentur, vel non.

9. Id difficilius, an estò hostiam non consecratam loco consecratæ porrigere minimè Sacerdoti liceat, deceat saltem simulare se Eucharistiam in os illius immittere? Decere putat Henricus lib. 6. cap. 22. num. 5. ad vitandam infamiam accedentis ad communionem: sicut (ait) expedit aliquando schedulam confessionis dare pœnitenti minimè absoluto; tempore præcepti, aut moris, quo confratres, vel scholares communionem accipiant. Quod docuit priùs Medina lib. 2. in summa, cap. 4. ferè in fine, quia verè ille confessus est, licet non fuerit absolutus: quod & mihi verum videtur. Addit tamen Henricus non teneri Sacerdotem simulare se hostiam in os accedentis ad communionem immittere; idque docere Medinam ait, non allegato loco (fortè eum consulto, vt illius mos erat.) Quia qui sponte peccat, sibi prouideat quomodo peccatum occultet. Hoc secundum verissimum iudico. Vnde Sacerdos pactionem cum pœnitente nequaquam debet inire, quòd accedente ipso ad communionem, simulatione vtetur, fingendo hostiam ori iniicere. Sed num si velit huiusmodi pactum facere, difficiliùs merito iudicandum, an possit? Videtur sanè tunc non adesse iustam æquiuocationis causam, cum pœnitens si veller, sanctæ communionis panem posse accipere: absque necessaria tamen causa aliud exterius demonstrari, quàm interius retineri, non est propalandum, vt diximus num. 3. Quapropter Sacerdos pœnitenti ad communicandum accedenti hostiam consecratam porrigere tenebitur, & sibi imputet sacrilegium communicans. Qua ratione inuitus minimè Henricum non sequor, dicentem indistinctè, posse simulare Sacerdotem ori apponere hostiam, quam minimè ponit. Si verò ad simulandum causa legitima adesset, vt si maritus minatus esset mortem vxori nisi communicaret, quod videns illam communionis participem, suspicionem aduersus illam conceptam abiceret: aut si vxori esset notum maritum in Ecclesia illam obseruare, an communicet, vel minùs, ad confirmandam contra eam suspicionem conceptam; tunc poterit simulare Eucharistiam suscipere, & sacramentaliter confiteri, genu flectens ad pœnitentiarij pedes. Nam cum maritus ius non habeat ad cogendum vxorem communicare, aut fateri, sicut licet vim vi

Sanchez Selecta.

repellere, ita & fas erit vim fallacia contundere, retenta in mente æquiuocatione. At si femina à se moueret ad communicandum sine habendi bonam æstimationem apud suum maritum, quòd scilicet habeatur sancta, cum se vera peccatrix esset; nec cogereetur à marito ad communionem, neque idem in Ecclesia obseruaret, num communicaret nec ne, à labe mendacij neutiquam erit excusanda, cum sit tunc manifesta hypocri-sis, cupiendo id exterius apparere quoad sanctitatem, quod interius & se vera minimè est. Eo modo quo hypocri-sis esset, quòd quis fideò oraret, vt alios deceptione & fraude alliceret, qua reputaretur probus qui verè improbus est. Sicut etiam hypocri-sin incurreret, fideò ad confessarij pedes procidens, dando eo aliis ansam cogitandi confessionem fieri: vel si quis habitum sanctitatis assumeret, vt se iustum ostenderet: docet S. Thom. 2. 2. quæst. 111. art. 2. ad 2. & communiter Doctores, & idem D. Thom. 2. 2. quæst. 184. art. 5. in 2. argumento dicens, mendacium non solum reperiri in falsis verbis, sed etiam in simulatis operibus, & refertur 2. 2. quæst. 5. d. cap. *Causis*; & cap. *affirmant*, 11. quæst. 3. & factis appellamus, extra de appellat. cap. *cum dilecti* 1. & operibus etiam prædicamus, cap. *si Resor*: d. 43.

Ad argumentum ex dictis in num. 4. patet: peccator enim ad petendum hostiam non consecratam sibi ministrari, nullum ius habet, & in illius est facultate sacrilegium vitare, si velit peccatum deserere. Ad 1. replicam dictam est, quòd licet hostia non consecrata aliis consecratis inferatur, proponitur tamen vt distinctum indiuiduum adorationis. Ad secundam replicam etiam diximus, nullam scilicet interuenire iustam causam ad vtendum æquiuocatione in casu disputationis. Neque est eadem ratio de simulante absoluere pœnitentem: ad seruandum enim sigillum necessaria tunc est simulatio: quod non solum frangitur per commissionem efficiendo opus manifestatum secreti, aut dicendo verbum, quo peccatum confessum detegitur; sed etiam infringitur per omissionem: vt si confessarius interrogaretur, teneat Mariam honestam esse, & taceat, aduertens ex taciturnitate interroganti suspicionem generandam: violat tunc sigillum per omissionem, hoc est per non responsum. Et vrgentiùs si oriretur iudicium existimationem Maritæ inficiens. Ex suspitione namque minùs fama quàm temerario iudicio læditur, vt vniuersi fatentur Doctores. Iudicium enim temerarium est assensus certus defectu proximi saltem moralis, nam de natura, verbi gratia, quòd aliquis sit ex genere Iudæorum, fatuus, vel insanus, vel quòd ille qui nobilis est reputatur, iudicetur infimæ profapix, etiam si non maculatur, aut ex illegitimo matrimonio ortus, in opinione versatur, an sit peccatum. Affirmatiuam partem, videlicet, quòd sit peccatum iudicare de aliquo esse de genere Hebræorum aut insanum, &c. licet iudicium aliis non manifestetur, nec despiciatur proximus ob id, docent Sa verb. *Iudicium*, numero 2. Valent. tom. 5. disputat. 5. quæst. 4. punct. 3. Salon. 2. 2. quæst. 60. art. 3. *Qua materia dicatur grauis vt iudicium temerarium sit peccatum mortale*; & ibi Aragon, §. *Sed dubitabit aliquis*, Sotus lib. 3. de iustitia, quæst. 4. colum. 7. Bañes 2. 2. quæst. 60. art. 3. §. *Pro decisione primò explicandum est*. Ludovicus Lopez 1. parte instructorij, cap. 283. §. *Igitur concludamus*, & §. vi-

timo illius capitis, Ledefma in 2. part. summ. tract. 8. cap. 2. §. *La segunda dificultad es*. Allegans Magistrum Orellanam docet Medina in summa, præcepto 8. §. 36. Alcocer, in summa, præcepto 8. §. *luzgar*. Quam opinionem veram iudico. Nam iudicare de aliquo esse insanum, vel ex masculo sanguine descendere, inseparabile est à quodam despectu, & contemptu; ius autem habet proximus, quod à nemine despiciatur, nec etiam leviter nullis vel levis indicibus existentibus, & maior iniuria reputatur in Hispania irrogari alicui si de illo iudicetur ex maculato sanguine descendere, quam si indicaretur esse concubinarium, vel nuncius sui non restum ministrum: & saltem non excusari tale iudicium à peccato veniali ob inseparabilem contemptum proximi, de quo defectus naturalis iudicium sumptum est, minime dubito. Quamvis non peccare, absolute asserant Navarr. lib. 2. de restitutione, cap. 4. num. 308. aliàs 450. Rodrig. 1. tom. summ. cap. 187. num. 3. Vega 2. parte, summ. cap. 14. casu 2. Lessius lib. 3. de iustis. cap. 2. fin. Azor tomo 3. parte 3. lib. 13. cap. 11. dubio 4. & allegari solet Navarr. in summ. cap. 18. nu. 9. quod ego invenire non potui, licet diligenter semel & iterum legerim. Videtur tenere Pedrago in summ. octavo præcept. §. 6. qui definiens iudicium temerarium ait, assensum esse de crimine alterius. Et tenetur bis assentiri Authoribus Cordub. in summ. questione 37. resoluens, non peccatum mortaliter, qui addit defectu naturali, vel peccato proximi, usque ad certum cognoscendam veritatem indagare non desistit. Ex hac namque persequatione maior irrogatur proximo iniuria, quam ex iudicio temerario mentaliter confertur. Quod tamen fieri non posse absque peccato gravi, vel levi iuxta qualitatem defectus cuius sit inquisitio, credo cum Ledefma 2. parte, summ. tract. 8. cap. 1. proxime ante decimam conclusionem; & Navarr. lib. 2. de restitutione, cap. 4. num. 224. licet non exactam huius adducat rationem, illa efficax videtur, quod per suspicionem multò minus proximi fama lædatur, quam per iudicium certum omni carens dubitatione. Notandum præterea, quod licet suspicio de defectu proximi, quæ est assensus cum formidine, peccatum veniale tantum sit ex plurius sententia (licet mortale esse censent non pauci) & consequenter offerre ex signis, verbis, aut taciturnitate occasionem ad suspicionem, metam venialis etiam non excedat: ex auditu tamen in confessione huiusmodi patere occasionem, mortale esse nemo dubitabit; cum irrogati iniuriam Sacramento, ipsumque reddi exotium compertum sit, si ex cognitio in confessione revelatio usque ad suspicionem foret oriunda, etsi fugiant potius penitentes revelationem peccatorum sufficientem ad habendum iudicium, & non tantum suspicionem. Vltterius peccaret detractionis labe confessarius non respondendo interrogationi, ut enim rectè aduertit Tolerius lib. 5. cap. 63. fin. ille tacendo detrahit, qui fama alicuius periclitante, cum posset ipse subuenire, nihil dicit: quod idem docet Villalobos tomo 2. tract. 11. difficult. 36. num. 20. vel quia aliis laudantibus aliquem ipse tacet: hoc enim modo significat se aliorum laudi non consentire, vel dum remisit & frigide laudat maxima laude dignum.

Notandum (vt obiter dicam) indicia quæ sufficientur ad iudicandum, suspicandum, vel dubitan-

dum de defectu vnus proximi, non valere ad iudicium ferendum, suspensionem, vel dubium de defectu respectus alterius. Sanè solum cum sola repetiti in aula, dummodò ambo, vel vnus virtute præfulgeant, aut nullum indicium est ad iudicandum lasciuæ crimen, aut multo minus, quam si solus cum sola morum deprauatorum inueniretur. Quod notauit Aragon 2.2. quæst. 60. art. 3. in principio, & ibi communiter omnes Summistæ, verb. *iudicium temerarium*. Et attendendum etiam, an interrogans defectum alterius suspiciosus sit, & ad in malam partem iudicandum proclius, siquidem talis sit taciturnitas confessarij ad interrogationem de honestate alicuius sceminae, suspensionem aut iudicium valebit generare: quod tamen sufficiens nequaquam erit respectu alterius non suspiciosi, qui merito cogitare quibit, tacuisse ideo confessarium, quia sic libuit, vel quia intrètus aliis cogitationibus interrogationem non concepit, vel responderi non curat: & ad hoc attendendum, vt cognosci valeat quando suspicio, quæ offertur, sit peccatum, vel non.

Hinc deducitur, zelorum iudicantes concubinas suas aliis carnaliter se miscuisse, leuiores iudicis egere ad iudicium illud ferendum, quam si id eriminis iudicaturi forent respectu aliarum sceminarum. Sanè quæ inhonesta est cum lenone, fore: copulandum alij, haud non adeo difficile credi potest, existentibus signis & indicibus illud persuadentibus, quantum difficultatis habet illud credere respectu alterius sceminae, cuius pudicitiam violatam fuisse nunquam cognitum est.

At si indicia respectu concubinae leuia sint, & amassus consentiat liberè iudicio temerario, credeus firmiter eam alium carnaliter admisisse, peccabit mortaliter: vt Nider præcept. 1. cap. 13. num. 6. fin. nam fama concubinae latitudinem habet; vnde non adeò infamis reputatur, quæ vnum hominem carnaliter admittit, ac si duos, vel plures. Enim verò sicut peccatum esset crimen occultum aperite de scemina aliàs bonæ famæ, eo quod bona opinio de scemina concepra, honestam scilicet esse, nimium conducit ei ad conseruandam castitatem respectu cuiuscumque viri, sic & existimationem sinistram conceptam habere de scemina, peccatum erit, cum, vt dicemus infra, iudicium temerarium comparatur, vt actus interior respectu denigrationis famæ, tanquam cum actu exteriori, eodem modo concipere de scemina, quod plures admittat amassos, ab eo speciem sumit malitiae tanquam ab actu exteriori: ac si tale crimen de scemina conceptum aliis referre scelus esset, eò quod cognitum esse de scemina, quod vnus solùm sit concubina, plurimum referte ad abstinendum à fornicando cum aliis, experientia compertum est: At fræna huiusmodi laxare sceminae denigrando illius famam, & consequenter dando ex eo illi occasionem peccata committendi, iniquum est; eo modo quo est nefas offerre cuilibet occasionem peccandi saltem quando id fit absque iusta causa. Absque iusta causa aduertenter dico, vt adhæream opinioni asserentium, offerentem alicui occasionem ad peccatum, vt deprehensus in illo respiscat, vel ob alium bonum finem, non peccare: qualiter excusantur custodes nemonum se abscondentes, vt euntes ingrediantur liberè, & deprehensi caueant in futurum illuc redire. Illud enim non est cooperari ad peccatum, sed permittere vnum committi,

mitti, vt plura vitentur, vt tradunt Nauarr. cap. 17. Hispanè num. 124. Lacinè num. 123. Nauarr. lib. 3. de restitutione, cap. 4. dub. vlt. num. 103. Cordub. in summ. quæst. 66. dict. 2. versic. *ma, el daño*, Valent. 2. 2. disputat. 5. quæst. 6. punct. 5. dub. 7. in fin. Molin. tomo 3. 2. part. tract. 2. disput. 739. num. 8. Manuèl. 1. tom. summ. 2. edit. cap. 124. num. 7. Vega 1. tom. summ. cap. 120. casu 1. Et videntur tenere Azor tom. 3. lib. 4. cap. 16. quæst. 6. & Ludouic. Lopez 3. tomo instruct. lib. 1. cap. 38. referentis & non impugnans Nauarrum. Eadem etiam ratione excusari parentes, & heros non auferentes, vel apponentes famulis, aut filiis occasionem furandi, cum eos ad furandum propensos norunt, vt sic in furto deprehensi resipiscant. Consent Nauarr. summ. Hispan. cap. 28. addit. ad num. 30. cap. 74. §. la decima, Cordub. in summ. quæst. 5. corollat. 4. fin. Nauarr. lib. 3. de restitut. cap. 4. dub. vlt. in noua edit. num. 104. Thom. Sanchez lib. 10. de matrim. disputat. 12. num. 54. Et licitum esse viro suspicanti adulterium vxoris, illam obseruare se abscondendo, vel domum deserendo, vt amarius ingrediatur, tenet Sanchez de matrimonio, lib. 10. disput. 12. num. 54.

Nec obstat dicere, per iudicium temerarium famam concubinae non denigrari, cum in corde solum maneat sinistra opinio. Non inquam obstat: solum argumento probatur, iudicantem temerarie ad nullam teneri restitutionem famæ, cum exterius non auferat. Nisi velis cum Ledesim.

2. part. summ. tract. 8. cap. 2. ante 10. conclusionem, dicere, teneri iudicantem temerarie aliquo modo ad restitutionem, scilicet deponendo iudicium: non verò probatur, iudicio temerario peccatum iniustitiae non comitti: vt enim asseruit D. Thom. 2. 2. quæst. 60. art. 3. ad tertium, & cum eo expositores, iudicium temerarium pertinet ad iniustitiam secundum quoddam comparatur ad exterius iudicium, vt actus interior ad exterioem, sicut concupiscentia ad fornicationem, & ita ad homicidium. Sanè qui interius odio habet proximum, iniuriam illi itrogat, licet ad nullam restitutionem teneatur: habet enim proximus ius ad hoc quoddam nec corde, neque opere, odio habeatur, & sic etiam habet ius, vt nec opere, nec corde alterius infamiam patiat, plaris æstimans non infamati in corde alicuius, quàm pecunias in quantitate à se ipso furari, vt notant Rodriguez summ. cap. 187. Et licet iudicans temerarie paratus sit, exterius non contemnere proximum, non salutando, præcedentiam in loco, sede, vel alia præeminentia, non auferendo, vel non impediendo alicuius officij aliudve boni consecutionem; adhuc tamen iniuriam itrogat proximo, sinistram concipiens opinionem de illo, cum malum homini sit apud omnes probum non reputari, etiam interius. Iudicet tamen quisque, an malum reputet sibi bona carere opinione, etiam apud vnum, & interius, et si sit certus nihil exterioris mali sibi euenturum ex sinistra opinione ab alio concepra.



DISPUTATIO XXXVI.

Num publicis peccatoribus, quibus ob publicum peccatum denegata fuit Eucharistia, debeat etiam negari sepultura Ecclesiastica?

S V M M A R I V M.

De quibus peccatoribus loquatur disputatio, numero 1.

*Affirmatiua pars suadet, num. 2.*

*Autoris iudicium, num. 3.*

*Reijcitur sententia Petri de Nauarr. & Martini Carrillo, num. 4.*

*Morientibus in duello priuato, iam ex consuetudine fortè conceditur sepultura, num. 5.*

*Alia scitu digna, numero 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14.*

**N**ON iam loquimur de morientibus & excommunicatione ligatis: nam his sepultura dari non debet nisi prius vinculum excommunicationis tollatur quoad effectum illos sepeliendi: vt tradit Auila de censuris, 2. parte, cap. 6. disputatione 4. dub. 8. Suarez tomo de censuris, disputat. 12. sect. 4. num. 3. Grassis tomo 1. consil. libro 3. de sepultura, consil. vnico, & admittunt vniuersi Summistæ, verb. *Excommunicatio*, & verb. *sepultura*, Villalobos 2. tomo tractatu 31. difficultate 3. per totam, licet etiam contingat eos mori Sanchez Selecta.

exhibitis maximis contritionis signis, cap. *A nobis*, 2. de sententia excommunicationis. Quod quamuis secundum iura antiqua de excommunicatis etiam toleratis intelligatur, modò tamen post extrauag. ad euitanda scandala, solum de excommunicatis non toleratis puto intelligendum cum Suarez vbi supra numero 5. quia mortui non se sepeliunt, sed viui illis communicant; atqui viui non prohibentur communicare cum excommunicatis toleratis.

Videtur ergo sepulturam esse denegandam publicis peccatoribus, ex cap. *Ex parte*, de sepult. qui textus sepulturam concedit cuidam scæminæ se præcipitanti de ponte, quæ scilicet non volenti, sed inuitæ, & stupratorem fugienti mors euenit. Vnde à contratio infertur, non concedendam sepulturam morienti in peccato. Et constat etiam ex cap. 1. de torneament. & ex Concil. Trident. sess. 25. cap. 19. de reformat. decernente priuandos esse Ecclesiastica sepultura morientes in duello. Ita resoluunt Reginald. lib. 22. num. 76. versic. *accedit*. Carrillo *En la explicacion de la Bula de los difuntos*, part. 2. cap. 4. numero 55. Spino in speculo testamentorum, & constat ex cap. *Super eos*, de raptoribus, & ex cap. *Non astimemus*,

13. quaestione 2. & ex cap. *Pro obuentibus*, dicta quaestione, & ex cap. *Sane profertur*, 24. quaestione 2. & ex cap. 2. *de hereticis*, in 6. vbi excommunicantur praetendentes tradere sepulturae Ecclesiasticae haereticos; nec absolutionis beneficium merentur, nisi propriis manibus publice extumulerint, & proiecerint huiusmodi corpora damnatorum, ita ut locus ille perpetua careat sepultura. Similiter & publici usurarij non traduntur sepulturae, ut constat ex cap. *Quaquam in omnibus*, de usuris, & ex cap. *Placuit*, 23. quaestione 5. (circa quem textum omnino videndus est Anton. Gomez in variis, tomo 3. cap. vltimo, numero 8.) vbi decernitur orandum non esse, neque cum Psalmis ad sepulturam illorum cadauera deportanda, qui sibi ipsis voluntarie, aut per ferrum, aut venenum, aut per praecipitium, aut per suspendium, vel quolibet modo violentam inferunt mortem. Et idem statuit de illis qui pro suis sceleribus puniuntur actualiter in peccato existentes, vt si fures furando occiderentur, quem admodum constat ex cap. *Enres*, de furtis. Nec obstat, textum non priuare illos sepulturae Ecclesiasticae, sed solum interdicare ne officium sepulturae fiat, per haec verba, *Neque cum Psalmis ad sepulturam coram cadauera deducantur*. Nam prohibendo officium sepulturae, etiam prohibet locum in Ecclesia, siue coemeterio pro sepultura. Qui enim indignus est precibus pro ipso ad Deum fundendis, haud dignus erit terra sancta; cum corpus nunquam sit honorandum magis quam anima: quod etiam docet glossa, in dicto cap. *Placuit*, explicans sepulturam, quae dicitur voluntarie semetipsum interficientibus, non debere esse Ecclesiasticam, sed caninam, hoc est canibus debitam, in campo scilicet, siue in sterquilino. Nam vt notant acurè Auila de censuris, parte 5. disputat. 4. sect. 3. dubio 5. conclusione 1. Syluest. verb. *interditum*, 5. quaest. 2. parte 4. Tabien. dicto verb. 5. §. 11. circa med. sepultura negatur propter duo. Primum, ratione Diuini Officij annexi. Secundò, ratione dependentiae loci sacri propter consecrationem Ecclesiae. Vnde nec in loco sacro, sine Officio Diuino, nec extra locum sacrum cum Officio Diuino fieri potest. Et constat ex cap. *Alma mater*, de sentent. excommunic. in 6. vbi decernitur, quòd omnes qui sepeliuntur in Ecclesia, possint sepeliri cum Diuino Officio & Missa. Sic Henriquez cap. 53. num. 4. in gloss. lit. E. & videndus Couarruias in dicto capite *Alma mater*. Suarez tomo de censuris, disputat. 35. sectione 1. & disputat. 12. sectione 4. Vnde communiter iura afferunt, vt cui non communicauimus viuo, non communicemus defuncto, veluti habetur in cap. 1. 24. quaestione 2. & in capite *Quicumque*, 11. quaest. 3.

### *Authoris iudicium.*

3. **Q**uoties alicui ob eius publicum peccatum denegata fuerit Eucharistia, debet quoque denegari sepultura Ecclesiastica. eo quòd praesumit Ecclesia impoenitentem finiuisse vitam, & impoenitentem fore denegandam Ecclesiasticam sepulturam constat ex infra dicendis: si tamen post denegationem publicae poenitentiae signa tradiderit etiam coram vno teste quamuis de facto non ministraretur ei Eucharistia ob absentiam ministri,

vel quia accelerata fuit mors, concedi debet sepultura Ecclesiastica dum iam cesserit praesumptio impenitentiae. Et quidem si vnus testis testimonium sufficit, vt possit ministrari Eucharistia peccatori, vt diximus disputat. 34. num. 8. & etiam vt possit absolui vt disputatione 44. numero 35. etiam vnus testificatio sufficiens erit, vt possit concedi Ecclesiastica sepultura: quod expressis verbis docet Villalobos 2. tomo, summ. tract. 31. difficult. 3. num. 5. Aliis verò peccatoribus publicis quibus non fuit denegata Eucharistia ob illorum publica peccata, sed nec fuit denegata, nec fuit concessa: licet de iure communi absque signis poenitentiae morientibus neganda sit Ecclesiastica sepultura; modò tamen contraria consuetudine illud abrogatum est; & illis est concedenda sepultura, exceptis excommunicatis, vsque dum tollatur censura, & se suspendentibus, vel quolibet alio modo se interficientibus. De his vltimis expressè Plaça de delictis, lib. 1. cap. 23. numero 14. Carrer. de homicidio, numero 5. folio 213. Nam experientia teste, adulteris deprehensis in adulterio, & a marito interfectis conceditur Ecclesiastica sepultura, vt expressè docet Grassi tomo 1. consiliorum lib. 3. de sepulturis, consilio vnico, folio 97. numero 6. quamuis non esse concedendam docet Villalobos 2. tomo summ. tract. 31. difficultate 3. numero 10. & tamen publico existente illorum peccato de poenitentia minime constat. Praeterea rixantibus, & mutuo se occidentibus (non loquor in duello) sepultura conceditur, licet in conspectu iaceant mortui, nullis poenitentiae signis exhibitis. Deinde in cornibus tauri viuentibus sepultura non negatur, Villalobos 2. tomo summ. tract. 31. difficult. 3. quamuis ex constitutione Pij V. (quam refert Nauarr. in summa, cap. 15. num. 19. & Gutier. q. can. q.) illis denegaretur: quae tamen iam in vsu non est. Et cerè credendum est, neminem fore immemorem suae aeternae salutis in extremis constitutum, quando non à semetipso, sed ab alio interficitur, vt in alio simili docuit Plaça de delictis, lib. 1. cap. 23. numero 9. Quod docet expressè Grassi, tomo 1. consil. lib. 3. consil. vnico, de sepult. num. 6. Nauarr. lib. 3. de sepult. 4. & 6. consil. Videndus Gutierrez in quaestione, canon. lib. 1. cap. 7. Rodriguez 2. parte summ. cap. 71. Vega 2. parte, cap. 120. casu 1. Nauarr. de restitut. libro 2. cap. 3. numero 300. Lopez 1. parte instruct. cap. 70. & parte 2. cap. 31. quaest. 1. Cenedo collectan. 13. numero 3. Couarr. lib. 2. variarum, cap. 1. num. 11. in med. *Vela de delictis*, tit. de sepulcro violato, in fine. Franc Pavin. tractat. de visit. 2. part. quaest. 2. num. 57. Selua de beneficijs, 1. parte, quaest. 5. numero 108. & 12. Anton. Gomez 3. tomo var. cap. fin. num. 8. Plobe tractat. de excommunic. num. 14. Roman. singul. 264. Iterum Nauarr. cap. 1. de poenit. distinct. 7.

Quapropter discedo à D. Martino Carrillo in *la explication de la Bula de los difuntos*, 2. parte, cap. 4. numero 53. Petro de Nauarr. lib. 3. de restitut. cap. 2. num. 26. asserentibus negandam esse sepulturam Ecclesiasticam omnibus peccatoribus publicis, absque signis poenitentiae decedentibus: concedendam tamen si illis exhibitis vitam finiant. At iam ex consuetudine, vt dixi, illis sepultura datur, licet nulla poenitentiae signa indicauerint. Quod tamen intelligendum est, quando non constat euidenter ipsos impoenitentes ad  
aliam

aliam transfignasse vitam. Vnde furi publica auctoritate puniuntur, admonito pœnitentiæ, exhortationem reiicienti, & sana mente existenti signa impœnitentiæ ostendunt, sepultura minime est concedenda, vt docet Plaça de delictis, libro 1. cap. 23. numero 14. fin. vbi postquam dixerat negandam esse sepulturam se ipsum occidenti, vt morienti in mortali, addit, si certò Ecclesiæ de hoc constet: vnde videtur exposcere signa positiva impœnitentiæ.

Arbitror tamen, quòd licet sustineremus cum Carrillo, & Petro de Nauarr. omnibus peccatoribus publicis absque signis pœnitentiæ decedentibus negandam esse sepulturam, non ob id tamen non esse concedendam erit attestandum peccatoribus publicis emortuis: inuentis tamen cœlum suscipientibus & eleuatis manibus, cum cœlum suspicere & manus ad ipsum leuare signa maxime probabilia pœnitentiæ sint cordis dolorem denotantia, vel si inuentus fuisset defunctus Crucem, Crucifixum, Beatz Mariz, aut alicuius Sancti simulacrum amplexans. Quæ tamen limitanda erunt, nisi maxime verosimiliter credatur amicos defuncti crucifixum attulisse illi iam mortuo, siue manus eius ad cœlum respicientes aptrasse, vt colligi inde valeret pœnitentem ad aliam euolasse vitam defunctum.

5. Imò licet ex Concilio Tridentino sess. 25. cap. 19. priuentur Ecclesiastica sepultura morientes in duello; solum hoc intelligendum arbitror de decedentibus in duello solemnî, cum assignatione patris, loci, & temporis, vt explicat Sanchez in summ. lib. 2. cap. 39. num. 22. Reginald. 2. tom. prax. lib. 21. num. 82. Suarez tomo de censuris, disput. 23. sect. vltim. num. 11. Lorca 2. 2. quæst. 41. artic. 2. num. 6. Bobadilla in sua politica libro 2. cap. 14. num. 41. quamuis Henricus lib. 13. de excommunicat. cap. 39. num. 3. in Comment. lit. Y. dicat etiam de priuato duello locutum fuisse Concilium, & ita explicuissent Cardinales. At iam Gregorius XIII. cuius constitutionis tenorem refert Nauarr. in summa, cap. 27. num. 150. & Clemens VIII. id ad priuata duella extendendum, vt refert Sanchez, Reginald. vbi supra, & Suarius tomo de fide, tractat. de bello, disput. 13. sect. vlt. num. 2. & Lorca 2. 2. quæst. 41. artic. 2. num. 6. Sed tamen licet dictæ Constitutiones Ecclesiastica sepultura priuati decernant morientes in duello priuato, contraria consuetudine, quoad hunc effectum negandi Ecclesiasticam sepulturam forte abrogatæ erunt in aliquibus prouinciis: consultatur igitur mos eorum iuxta quarum consuetudinem concedatur, vel negetur sepultura Ecclesiastica.

6. Noranter Concilium sessione illa 25. cap. 19. excommunicationis pœna punit in duello pugnantem, & præter hanc perpetuò carere sepultura Ecclesiastica ibi morientes decernit. Neutiquam superflue morientes in duello priuatione sepulturæ puniuntur, eo quòd dicat quis, quòd qui excommunicatus decedit, indignus sit illic sepultura Ecclesiastica. Nam solum excommunicati non tolerati remouendi & priuandi sunt à sepultura Ecclesiastica, qualiter sunt denunciati & manifesti Clerici percussores, vt constat ex extrauaganti ad euitanda scandala, vt docet Suarez tomo de censuris, disputatione 12. sectione 4. numero 5. quod significat Victoria in summa, quæstione 90. Nauarr. summ. cap. 17. nume-

ro 36. ad secundum, & alij. Quamuis contrarium satis probabiliter censent Auila de censuris, 2. parte, cap. 6. disput. 10. fine, cumque morientes in duello, nec denunciati sint, nec clerici publici percussores, sit priuandos non fore Ecclesiastica sepultura, quamuis excommunicati ob pugnam commissam decedant. Consultò igitur Concilium huius opinionis viam ocludens priuandos esse sepultura Ecclesiastica decernit. Omitto, quòd Episcopus excommunicationem à iure latam, (nisi sit reserua) auferre potest ab excommunicato; ob stare igitur voluit Concilium potestati huiusmodi, ob quod perpetuò carere sepultura decedentes in duello decreuit, quasi dicat, quamuis Episcopus posset excommunicationem in duello contractam auferre ad effectum sepulturæ concedendæ in duello morienti, id minime efficiendum esse statuimus, Summo Pontifici absolutionem referuantes.

Denique notandum, quòd licet morientibus in peccato publico sit concedenda Ecclesiastica sepultura, dum ipsi signa pœnitentiæ manifesta uerint saltem coram vno teste, vt dicitur in disputatione 34. num. 8. at morientibus in duello solemnî, vel priuato, sepultura est deneganda quantumuis signa pœnitentiæ ediderint. Constat primò ex cap. 1. de Torneamentis, ibi: *Quod si quis eorum ibi mortuus fuerit, quamuis ei postea pœnitentiæ non negetur, Ecclesiastica tamen careat sepultura.* Et sic conceditur, quod est maius, & quod minus est prohibetur, vt potius consultatur viuus, quam defunctis, vt alij terreantur, & abstineant à talibus, cum viderint illos sepeliri in campis. Constat quoque secundò ex Tridentino sessione 25. cap. 19. vbi decernit, quòd si in duello pugnantem, in ipso conflictu decesserint, perpetuò careant Ecclesiastica sepultura. Per hæc verba: *Et si in ipso conflictu decesserint, perpetuò careant Ecclesiastica sepultura.* Quod sanè intelligi aliter non potest, nisi quòd neganda sit sepultura quantumuis pœnitentiæ signa ostenderint: nam si ea non ostendissent cum constaret in peccato publico egisse vitam, manifestum erat denegandam esse sepulturam ex decisione communis iuris illud sic statuentis: addere ergo voluit Concilium dum dixit decedentibus in ipso conflictu perpetuò esse denegandam sepulturam Ecclesiasticam, ad illud quod per commune ius erat decretum. Quasi diceret, etsi ius commune decerneret peccatoribus publicis, sine pœnitentiâ morientibus denegandam esse sepulturam, & concedendam dum signa illius præstiterint, modò cum debellantibus in duello, non sic agendum decerno, sed potius stabilio denegandam in perpetuum fore Ecclesiasticam sepulturam in duello decedentibus, quamuis signa pœnitentiæ præstiterint, vt sic Fideles arceantur à simili duello intentando, videntes tam acri pœna corpora in duello morientium puniri. Nec mirum, tale per Concilium decretum esse iudicabimus, cum detestabilior duellorum sit vltus, quam torneamentorum: in hoc sanè sine ostendandi vires congregantur torneamentantes, in duello verò occidendi se ad inuicem feruet cupiditas; & tamen in torneamentis decedentibus, licet pœnitentibus negandam fore sepulturam ius decernit, & docet id Hostiensis dict. 1. cap. de torneamentis. Syluest. verb. *sepultura*, num. 9. Vide Villalobos 2. tom. summ. tract. 3. diff. 3. num. 1.

8. Vnde quomuis in duello defunctus Sacramentum Pœnitentiæ susceperit, & Eucharistiæ, tradendus non est sepulturæ Ecclesiasticæ, in pœnam peccati, duelli videlicet commissi: sic explicat glossa in cap. *Illo*, 1. de torneamentis, §. *Non negetur*, nomine verò Pœnitentiæ, Viaticum quoque intelligitur, & cui conceditur pœnitentiæ, Viaticum etiam ministratur, ex capite *Si quis de corpore*, 29. quæst. 6. cap. *Pœnitentes*, distinct. 50. & cap. *Quod in re, de pœnitentiis & remissionib.* & docet id expresse Peregrinus de duello, quæst. 7. à num. 4. & Paulus V. in situati, vt infra dicemus num. 13. & 14. Nec hoc mirandum: nam tempore interdicti corpora Fidelium in facto loco sepeliri non possunt quantumuis receperint Pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramenta, hæc namque recipere interdictum prohibere non poterat: vnde privilegio Bullæ cruciatæ sepeliri poterunt in loco facto, aliàs minimè, & tunc etiam sepeliendi erunt defuncti modica funeris pompa, ex illis verbis. *Item concede que en tiempo de entredicho pueden ser sepultados los cuerpos de los difuntos en sepultura: sagrada con moderata pompa funeral. & postea subdit. Item que si durante el dicho año accierre que ellos por muerte repentina, o subita, o por ausencia de confessor mueran sin confession, con que ayen muerto contritos y al tiempo estauydo por la Iglesia se huieren confessado, y que no ayen sido negligentes, ni descuydados en confianza desta gracia, configan la dicha plenaria Indulgencia y remission de peccados: y a sus cuerpos se pueda dar Ecclesiastica sepultura sino huieren muerto descumulgado, no obstante el entredicho.*

9. Sed tamen, quia verba Concilij restrictiua sunt, dum dicit non esse concedendam Ecclesiasticam sepulturam decedentibus in ipso conflictu, colligitur posse eis concedi, si extra locum duelli vbi pugnaverunt, viui essent deportati, & tunc signa pœnitentiæ manifestassent, quamuis statim morerentur: cum tunc non verificetur in ipso conflictu decessisse, sed extra conflictum, quamuis illico ac ab illo recesserint. Vnde non assentit Peregrino de duello, quæst. 7. num. 4. §. *Primum non obstat*, fol. 77. dicente denegandam fore Ecclesiasticam sepulturam vulnerato in ipso conflictu, licet altero die moriatur, eo quòd in eodem conflictu dicatur mori, qui ex vulnere habitum in conflictu moritur, sicut Ecclesia dicitur sanguine polluta, si quis in Ecclesia est vulneratus, licet sanguinem non effundat in Ecclesia, sed extra illam, vt docet Nauarr. cap. 27. num. 251. Non inquam huic doctrinæ assentior, tum quia pœnam Concilij extendit ultra rigorem literæ. Tum quia, est admissum Ecclesiam pollui ex vulnere in ipsa inflicto, ideo est quia iura sumunt formaliter sanguinem fundere pro vulnerare, sicut index suspendens latronem vir sanguinis in iure appellatur, quamuis ex suspensio homine sanguis non fundatur: ac Concilium non dicit idem esse in duello decedere ac ex vulnere illato in illo vitam finire: & cum verificetur satis literæ proprietas, negando sepulturam decedenti in ipso loco duelli, non oportebit huiusmodi pœnam extendere vt inflictam quoque illis, qui ex vulnere in duello illato decedunt, licet vini discesserunt à loco conflictus. Et odia restringenda sunt ex Regula *Odia*, in 6. E contra si in loco conflictus morerentur, quamuis ibi essent ministrata Sacramenta Pœnitentiæ & Eucharistiæ, non esse

concedendam Ecclesiasticam sepulturam constat ex dictis, quia semper verificatur in loco conflictus decessisse: nec refert quidquam quod maior vel minor mora intercesserit inter mortem & cessationem pugnæ, cum semper verificetur belantes decessisse in duello. Quo fit constitutionem à Pio V. editam & à Gregorio XIII. confirmatam qua præcipitur ne agitates tauros & in cordibus illorum decedentes sepulturæ Ecclesiasticæ tradantur, solum habere locum in decedentibus actualiter in tauri cornibus physicè vel moraliter, videlicet in circo agitationis vel extra circum statim; non verò quando vulneratus fuit homo à tauro, & ex vulnere illato, postea moritur in sua domo vel hospitali. Et si in primo casu decedat, priuandum fore sepultura, quamuis signa ostenderit pœnitentiæ, aut Sacramentum susceperit, docet Gutier, quæstio. Canon. quæst. .... sed iam in vsu non est talis constitutio, vt diximus num. 3. & sic sepeliendi erunt siue in primo vel secundo casu moriantur.

Hinc obiter aduertere liber, non opus esse Parochis vt Sacramentum Eucharistiæ vulneratis ministrant, expectare, quòd illi deportentur in aliquam domum, vbi altare erigatur, & cætera pareantur administrationi. Poterit namque ex hac mora euenire interim vulneratum finire vitam, & absque viatico decedere, quod maximè dolendum esset. Nulla ergo irrogatur iniuria Sacramento Eucharistiæ, quòd in calle ministraret vulnerato: cum enim Christus Sacramenta propter nostram vtilitatem instituerit, nullam irreuerentiam committi iudicat, quòd ministraret Sacramentum tempore necessitatis absque ceremoniis & ornatu, quo tempore non necessitatis ministratur, aliàs magis vellet ceremonias quàm fidelis vtilitatem, Sacramentum sumere desiderantis.

Nec etiam opus erit Parochis, dum vulneratis ministrant Eucharistiæ Sacramentum, immorari in ritibus seruandis, quos seruari iubet Manuale in administratione Sacramenti, tempore non adeo virgensi, sed ab interrogationibus Fidei superferdeant, si tempus ad illas non suppetat, & statim atque ad vulneratum accedunt, ori ipsius Eucharistiam imponant, & deglutendam curent: hoc sic agant quamuis credant illicò esse vulneratum moriturum, vt dicimus disput. 40. num. 4. & constat ex cap. *Is qui*, 26. quæst. 6. per hæc verba. *Is qui pœnitentiæ in infirmitate petit, si casu dum ad eum Sacerdos imitatus venit, oppressus in infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit, detestimonium qui eum audiuerunt, & accipiat pœnitentiæ, & si continuò creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori eius Eucharistia.* Cum ergo textus affirmet continuò morituri infundendam esse ori Eucharistiam, sentit necessarium non esse interuenire spatium inter sumptionem & mortem suscipientis.

Aduertere quoque debet Parochus quòd si notorium non sit in duello decessisse aliquem, non debet illi denegare publicè sepulturam, quia publica pœna infligenda non est nisi publico peccatori, vt docet Peregrinus de duello, quæst. 7. num. 3. in fine.

Si tamen per testes sufficienter probari possit duellum, & id constet Parocho, opus erit illi antequam defunctam sepeliat, deferre eam superior

10.

11.

12.

13.

riori Ecclesiastico, nempe Episcopo, vel eius Vicario qui summariè capta informatione sententiam ferat, vt etiam docet Peregrinus supra. Nullam tamen huius rei, reddit rationem Peregrinus, ea tamen esse debet quòd videlicet Parochus, siue quicumque Sacerdos qui sepeliendi munus gerit, constituitur à Concilio in illo cap. 19. sess. 25. & à Clemente VIII. & Gregorio XIII. executor pœnzillius inflictae decedentibus in duello, videlicet priuationis sepulturae: nam supposito, quòd defunctos in duello non humandos esse decernit, viuentes inde imperat, ne ipsos defunctos sepulturae tradant, cum seipfos defuncti sepelire non possent. Cum ergo Parochus, siue alius Sacerdos, vices sepeliendi habens, sit minister executor illius pœnalis legis, ad ipsum ex officio attingebit illius obseruationem procurare, sicut in foro seculari attingit ad inferiores ministros, qui ex officio sunt deuincti denunciare superiori frangentes leges, quando id posse probari norunt: igitur & Parochus ex officio quoque est coactus denunciare defunctos in duello, quando id posse conuincit per sufficientes testes percipit. Hanc doctrinam seu potius rationem à nobis adductam optimè confirmat D. Paulus V. in rituali, rubrica de exequijs, fol. 144. dicens, *Ignorare non debet Parochus, qui ab Ecclesiastica sepultura ipso iure sum excludendi, ne quemquam ad illam contra Sacrorum Canonum decreta unquam admittat.* Et postea prosequitur.

*Negatur igitur Ecclesiastica sepultura Paganis, Iudæis, & omnibus infidelibus, hereticis & eorum fautoribus, apostatis à Christiana Fide, schismaticis, & publicis excommunicationis maioris excommunicatione, interdictis nominatim, & ijs qui sunt in loco interdicto eo durante.*

*Seipso occidentibus ob desperationem, vel iracundiam (non tamen, si ex infania id accidat) nisi ante mortem dederint signa pœnitentiæ.*

*Morientibus in duello, etiamsi ante obitum dederint pœnitentiæ signa.*

*Manifestis & publicis peccatoribus qui sine pœnitentiæ perierunt.*

14-  
Ecce S. D. N. Paulum V. paucis doctè explicasse quibus denegati debeat Ecclesiastica sepultura, inter quos reperiuntur decedentes in duello, quamuis signa pœnitentiæ ostenderit, seu Sacramenta Pœnitentiæ & Eucharistiæ receperint, cum apud Ecclesiam pro eodem reputetur pœnitentiæ signa tradere, atque Sacramenta recipere. Vbi autem præcipuè agatur de duello, accipe hæc loca. In iure Ciuili leg. vnic. C. de gladiat. lib. 11. & lib. 2. de feudis, tit. de pace tenenda, §. si quis hominem, & §. simili, & part. 7. tit. 3. & 4. & in noua recop. lib. 8. tit. 8. In iure Canonico, cap. Monachiam, 2. q. 3. Tit. de torneament. Tit. de Clericis pugnantibus in duello, Tit. de purgatione vulgari. In Bullario Iulius II. in Bulla quæ incipit, *Regis pacifici*, quæ est nona in Bullario. Leo X. in Bulla quæ incipit, *Quam Deo & hominibus*, quæ est 29. in Bullario. Clemens VII. in Bulla quæ incipit, *Confuevit*, quæ est 11. in Bullario. Iulius III. in Bulla quæ incipit, *Cum sint*, quæ est 56. in Bullario. Pius IV. in Bulla quæ incipit, *Ea qua*, 25. in

Bullario. Decretum Concil. Trident. sess. 25. c. 19. de reform. Gregorius XIII. in Bulla quæ incipit, *Ad tollendum detestabilem*, quæ est 82. in Bullar. Clemens VIII. in Bulla quæ incipit, *Illius vices*, quæ à Peregrino adducitur & explicatur latè tractat. de duello. Vide Alecium in suo consilio de duello, num. 3. quod est in lib. 5. responsoꝝ, & habetur tom. 6. tractatum Doctorum de duello, in fin. Iacob. Castillo in tract. de duello, in eodem tomo 6. tractatum, cap. 1. num. 40. & 41. Syluest. verb. *duellum*, n. 5. & communiter Doctores, quos refert Lucas Floronus in tractat. de prohibitione duelli, cap. 3. §. 1. num. 9. & 10. Ramirez in explanatione Ordinis S. Iacobi. Nauarr. de restit. lib. 2. cap. 3. à princip. Marquez *en el Gobeñador Christiano*, lib. 1. cap. 12. Layman 1. tom. sect. 5. fol. 126. Salcedo in pract. cap. 100.

Quamuis æquum nimis sit, sepultura priuare voluntariè se occidentes, vt per allegatos textus sancitum est num. 2. & per S. Paulum V. prope finem, num. 13. at credo nullum nisi infania laboret seipsum priuare vita. Est enim vitæ amor adeo maximus cuique hominum, quòd ratione existente sana, ob nullum nanciscendum bonum, nec fugiendum malum, possit vitæ priuatio eligi, cum omnium malorum pessimum sit mors, & omnium temporalium bonorum vita sit primum consequuta, & deficiente vita, nullo possit potiri homo bono, nec fugere malum, quin in aliud peius sit prolapsus. Nec enim nisi in sano representari poterit aliquod esse delectabile bonum temporale, melius quàm vita, cum deficiente vita, alia quoque bona peritura, sit opus. Et quamuis peccantes efficacius apprehendant bonum delectabile quàm honestum, idque agant absque infania, id euenit; quia vita tunc amatur delectabiliter, at quòd pereat vita simpliciter ob nullum consequendum bonum, nec fugiendum malum eligi potest, vt dictum est absque infania. Ob quod iudicarem se occidentem ob desperationem, ex infania factum esse, & ob id sepultura priuandum non esse. Quia tamen iura oppositum decernunt, ab illis recedendum est, vsque dum per Pontificem re melius inspecta contrarium stabiliat. Fateor tamen absque infania posse aliquem semet perimere ob indignationem subitam vel iracundiam, quam occisionem etsi admittamus actum humanum non fuisse, meritò tamen priuatione sepulturae punitur. Quia solum quoad sepulturae priuationem indulgentius habituali infaniæ (vt ita loquamur,) non actuali transeunt. Valde tamen aduertendum est, tunc aliquem acceptare posse duellum dum timer se occidentem vel mutilandum iniuste, Hispanè, *a traicion*, nisi duelli adit acceptatio, vt rectè docent Nauarr. in summ. Latina, cap. 1. num. 39. Caiet. 2. 2. quæst. 95. art. vlt. Vazquez opusc. de restit. dub. 9. num. 36.

Quapropter si hæredes defuncti in duello, probent restibus, defunctum acceptasse duellum, quia probabiliter timebat fore ab inimico occidendum *a traicion*, sepultura Ecclesiastica priuari non poterit. Quia tunc duellum in remedium conseruandæ propriæ vitæ acceptum est, & non in alterius offensionem.

## DISPUTATIO XXXVII.

An ministrans Eucharistiam occulto peccatori in concursu aliorum, teneatur consumere omnes hostias fingendo obliuionem, & relinquendo omnes alios sine communionem, ne indigno porrigat?

## S V M M A R I V M.

*Statu controversia explicatur, num. 1.*

*Argumenta à parte affirmatiua, num. 2. & 3.*

*Auhoris iudicium, num. 4.*

*Obiectio non leuis, num. 5.*

*Solutio obiectiois, num. 6.*

*In quoniam consistat maior difficultas quaestionis? num. 7.*

*Alij non communicantes ad vitandam infamiam & sacrilegium peccatoris, secundum se minus rectè agunt, quam si communicarent: per accidens tamen potest contingere relictis se gesturos non communicando, num. 8. & 9.*

*Ad argumenta respondetur, num. 10. & 11.*



**N** opinione asserentium peccatori occulto dandam esse Eucharistiam publicè petenti, citra controuersiam esse debet, teteri ministrium omnes modos intentare, quibus praetermittatur sine communionem peccator; dum id proceret sine nota infamiae, vt fingendo obliuionem se fuisse apponere hostias; aut monendo Sacristam respondere petentibus hostias deficere; vel quia Sacerdos immorari non possit in dispensanda communionem, simulando aliquam corporis indispositionem, aut aliam rationabilem causam, (quae mendacia non erunt praemissa aequiuocatione, cum adit iusta causa utendi illa.) Nam cum ob solam rationem vitandam infamiae sit porrigenda Eucharistia peccatori occulto in publico petenti, vt diximus disput. 34. fit, deficiente infamia, ministrandam minime fore. Et cum alijs sine magno labore ministri, & extra totum dinarios diligentius possit illam effugere, tenebitur summum studio incumbere, ne Sacramentum indigno ministraret. Tenet Vazquez tomo de Eucharistia, disputat. 109. cap. 3. num. 29. asserens, hoc sine controuersia esse. Vide Suarez de Eucharistia, disput. 67. per totam.

Difficultas in eo consistit, an teneatur illis diligentius vt, quando alij etiam praeteriendi essent sine communionem.

Certum est in casu celebrandae alijs Missae in qua possent alij Eucharistiam suscipere, & alijs haberet minister coniecturam peccatorem non expectaturum tempus illius Missae, expectaturos tamen caeteros, teneri vt dictis diligentius: cum ex vna parte sacrilegium vitaretur, & ex alia damnnum considerabile reliquis non obueneret, quod in vna, & non in alia Missa communicarent.

Si tamen solum vna Missa celebraretur, difficultas est, num teneatur minister illa diligen-

tia vt, quantumuis reliqui communionem carituri forent.

Primum argumentum vtget, quod videatur teneri. Nam quilibet teneretur ab opere consilij cessare ad proximi peccatum praecauendum. Sic mulier obligatur ad non exeundum domo causa audiendi Missam in die haud festiuo, si timuerit aliquem eius concupiscentia exarsurum: cum tunc audire Missam sit opus consilij, & non praeccepti. Sic Diuus Thom. 2. 2. quaestione 43. art. 7. Ricardus in 4. distinctione 38. art. 1. quaest. 11. Paludanus ibid. quaestione 6. Adrian. quodlibeto 1. articulo 3. Durandus in 4. distinct. 38. quaest. 4. num. 5. & 6. Almainus in 3. distinctione 38. circa finem, Syluester, verbo *scandalum*, quaest. 3. Angelus ibidem, num. 3. Armilla num. 3. 5. & 6. Alexander 1. parte, quaest. vltima, membro 6. per totum. Castro lib. 1. de iusta haret. puni. cap. 20. fol. 195. Supplementum Gabriel. in 4. distinct. 38. quaest. 2. art. 2. conclusionem 11. Vazquez de Eucharistia, disputat. 108. cap. 2. num. 14. & in opus. de *scandalo*, quaest. 43. dubio 1. numero 4. Corduba lib. 1. quaestione 26. §. *Sed & aliter*, & quaest. 27. §. & nota quod *scandalum*, & in summa quaestione 5. folio 80. Torres 2. 2. disputatione 96. dub. 2. in med. & in fine, Salas 1. 2. quaestione 18. sect. 4. num. 84. Becan. 3. tomo Summa Theologorum quaestione vltima, Vega in summa cap. 104. in principio, Rodriguez in summa cap. 122. numero 4. Lopez instructor. 1. tomo, cap. 57. D. Anton. 2. parte, tit. 7. cap. 4. §. 4. ad fin. Medina 1. 2. quaestione 74. art. 6. ad 3. Azor tom. 2. lib. 12. cap. vltimo, quaest. 12. Marquez in *Gobernador Christiano*, 2. edit. lib. 1. cap. 22. §. *Replicar a alguna*. Zumel 1. 2. quaestione 74. art. 8. disputat. 4. Nauarrus summa Hisp. cap. 14. §. *La sexta*, Thom. Sanchez in summa lib. 1. cap. 6. num. 16. & de *matrimonio*, lib. 2. disputat. 38. num. 20. in fin. Sa verb. *scandalum*, numero 2. Grass. lib. 2. decision. cap. 68. num. 25. & 27. Rosel. verb. *scandalum*, numero 4. & 6. Hostiens. lib. 1. de renuntiation. §. *Breuius tamen notandum*, qui allegat Raymun. Tabiena, verbo *scandalum*, numero 7. & 13. Suarius tomo de fide, tractatu de *scandalo*, disput. 10. sect. 3. num. 8. Basil. de Leon lib. 5. de *matrimonio*, cap. 18. numero 17. Lorca 2. 2. quaest. 43. num. 11. Maldon. in Matth. cap. 17. versic. 27. qui ait, Christum soluisse tributum ne scandalizaret Iudaeos, in quo dedit nobis exemplum, bonum aliquod esse omittendum propter vitandum scandalum; necessarium autem ad animam relinquendum non est. Sic Matth. cap. 15. Christus dixit *Sinise illos* (loquendo cum Iudaeis) *saci sunt, & duces caecorum*: in quo contempsit scandalum Phariseorum natum ex ipsius doctrina, & miraculis. Valent. tom. 3. disputat. 3. punct. 4. quaestione 18. §. *Secundo sequitur*, qui ait fecim

foeminam non teneri audire Missam aliquoties etiam in diebus festiuis, ob causam vitandi scandali: quod idem concinit Suarius supra num. 10. & Sa verbo *Missæ auditio*, num. 3. & Layman 1. tom. fol. 249, num. 10. Igitur ministrans Eucharistiam, & cæteri qui cum peccatore essent communicaturi, tenebuntur à communionem cessare, quæ est sub consilio, ne peccator sacrilegij labe inquinetur, simul cum eis communicando. Si enim sacerdos illos moneret, ne ægrè ferrent illo die non communicare ob vitandam sacrilegam communionem occulti peccatoris in concursu ipsorum Eucharistiam sumpturi, certè tenerentur à communionem cessare: & ita eadem ratio militabit, vbi illa dictum non erit.

Nec obstat, peccatorem iam propositum concepisse sumendi Eucharistiam, & ex consequenti peccasse. Nam etiam actus exterior intrinsecè malus est, vnum numero peccatum componens cum interiori, qui tamen licet non addat malitiam super interiorem, ex communi DD. cum D. Thom. 3. 2. quæst. 10. art. 4. intenditur magis in exteriori, secundum se loquendo, & extenditur malitia ad exteriorem actum. Qui verò fuerit causa intentionis, aut extensionis malitiæ, notum est illicitè agere: intentio enim & extensio malitiæ includit essentialiter malitiam, sicut intentio caloris essentialiter est calor. Dum verò D. Thom. illa quæst. 20. dixit, actum exteriorem nihil malitiæ addere ad interiorem, locus est solum de malitia finis: quod certè verum est, cum actus exterior malus sumat suam malitiam (vt bonus bonitatem) ex parte finis ab actu exteriori, tanquam ob obiecto & fine. Si verò consideretur actus exterior prout est in executione, sic addit malitiam ad interiorem, vt res perfecta addit ad perfectibile per eam: actus autem interior vt perfectibile tendit ad exteriorem vt ad suum perfectum terminum: & inde coguntur homines confiteri actus exteriores. Nam cum commiserint peccatum perfectum essentialiter, confinendo solum actus interiores, confiterentur peccatum imperfectum essentialiter. Hinc sequitur, ministrum, qui fuerit causa sacrilegij exterioris, esse causam peccati essentialiter quoad essentialem perfectionem. Et consequenter fit teneri vitare actum exteriorem sacrilegij peccatoris cupientis communicare. Vnde credendum non est Granado 1. 2. tractat. 14. disput. 6. sect. 2. num. 6. iniquenti actum exteriorem addere nouam malitiam actui interiori. Videndus Sanchez in summ. lib. 1. cap. 7. num. 15.

3. Secundum argumentum, quòd quis teneatur vitare peccatum præsertim mortale alterius sine magno suo incommodo, communis est Doctorum sententia, vt ex relat. Auctoribus in primo argumento constat. Quemadmodum si aliquis diuiti diceret, *da mihi duas argenteos: sin minus, vel me, vel proximum occidam*; teneretur diues dare, vt Vega in summa, cap. 104. cas. 3. qui allegat summ. confess. Armill. verb. *scandalum*, num. 6. Rodrig. 1. tom. summa. cap. 47. conclus. 4. Vazquez opusc. de scandalo, dub. 2. num. 21. Verum tamen est hos Auctores id admittere quando ex ignorantia, aut passione animi procederet peccatum. At verò videtur etiam si ex mera malitia fieret; id enim exposcit ordo charitatis: vt expressè docet Lorca 2. 2. quæst. 43. art. 8. num. 9. in fine. Sicut enim violentialium occidere in casu petitorum, & negatorum duorum argenteorum, teneretur

Sanchez. Selecta.

rogatus eos largiri, vt vitam proximi defendat: sic non minus, vt vitam tueatur volentis semetipsum occidere: quia quamvis malus, proximus tamen est, & in aliquali fortè necessitate temporali constitutus, quod aduertit Valent. tom. 3. disp. 3. quæst. 18. in fin. & part. 2. de correctione fraternæ. Et idem est si foemina exposceret duos argenteos ad emendum aliquid non necessarium, & iis negatis proponeret carnaliter coquinari, teneretur rogatus dare, sicut ex malitia foemina peccatum sequendum esset: posito enim quòd ita facile possit peccato obistere, influxum habet in illud non vitando, & non solum permissionem per particulam *non obstitans*: obligauit namque illum Deus malitiæ alterius contraire, si facile possit. Deus verò crisi facile possit obistere peccato, non tamen ei non obstitenti imputatur, cum ad id nequaquam obligetur ab alio. Cum igitur magna iactura non sit aliquem semel carere communionem, tenebitur sanè carere illa ad peccatum proximi vitandum, præterquam quòd alia via talem carentiam compenset, desiderio scilicet suscipiendi Eucharistiam, quo communicat spiritualiter, teste Concilio Tridentino sessione 13. cap. 8. quod loquens de Sacramento Eucharistiæ, ait: *quosdam enim docuerunt sacramentaliter id sumere peccatores, alios tantum spiritualiter, illos nimirum qui voto proposito illum Panem Cælestem edentes Fide viuam, qua per dilectionem operatur, fructum eius & utilitatem sentiunt*. Habet præterea meritum ex actu charitatis erga Deum, qui ne offendantur, prælegitur communioni: tum etiam compensatur dilectione proximi, cuius vita spiritualis plura habetur, quàm augmentum proprium spirituale.

Huiusmodi quæstionem apud nullum inueni discussam, solum reperio Vazquez tomo de Eucharistia, disputatione 209. cap. 3. num. 29. obicit dicentem teneri ministrum præterire sine communionem peccatorem occultum, consumendo omnes hostias antequam ad ipsum perueniat; alios etiam pariter cum eo sine communionem relinquendo: & hoc ait esse sine controuersia. Quæ quidem sententia fundari potest argumentis in principio allatis.

### Authoris iudicium.

4. P<sup>ro</sup> non teneri ministrum consumere omnes hostias, alios absque communionem relinquendo, ne indigno administret Eucharistiam. Quoties namque quis non ex passione animi, aut infirmitate, sed ex malitia peccat, cessare minimè teneretur aliis ab opere spirituali, etiam sub consilio ob vitandum illius peccatum, vt ait D. Thom. 2. 2. quæst. 43. art. 7. Herr. de peccat. disput. 32. quæst. 14. in fine, & omnes Auctores citati in primo argumento. At qui indignè accedit ad sumendam Eucharistiam, quis non videat ex mera malitia, nullo verò modo ex infirmitate, aut animi affectione accedere? Et sicut alij dignè accedentes ad Eucharistiam, & videntes peccatorem secum concurrere, non tenerentur à communionem abstinere, dum sciunt peccatum indignè accedentis solum ex malitia ortum habere; ita etiam minister defraudare illos communionem non tenebitur. Quotiescumque enim accedens ad Eucharistiam ius habet ad sumptionem illius, minister quoque

H h ius

ius habet ministrandi, aliàs frustraneum foret ius accedendi, si impedimentum esset ministrandi.

5. Obiiceret tamen quis, dato casu quo peccator occultus accederet ad Eucharistiam infamiae vitandae causa, non quidem ex malitia, sed necessitate compulsus accederet; cui necessitati subuenire tenebuntur ministri & alij, cum possint facile ex una parte infamiam alterius praecavere, consumendo omnes hostias, & ex alia sacrilegium vitare, cum tali euentu peccator Sacramentum non reciperet.

6. Nec vget obiectio. Quis enim non videat, neminem teneri cum propria iactura famam alterius conservare, quando ex malitia inciderit in discrimen illam evitandi? aliàs teneretur quis offerre furi pecunias ad illas restituendas alij volenti eum accusare de furto, quo cognito amittenda foret fama ipsius furis: quod nullus credo admittet, neque ego haecenus vidi. Similiter nec minister, nec alij tenebuntur prospicere famam peccatoris; ille quidem hostias consumendo, & isti non communicando. Omitto, quod peccator ille cessare potest à peccato, à quo si desistat & praemissa confessione accedat ad Eucharistiam sumendam, vel deficiente copia confessarii ad contritionem conetur, sacrilegium non committet factum panem accipiendo, dum illum prout accipere necessarium esset pro tuenda fama, ut diximus disputat. 31. num. 1. Quapropter non necessitate compulsus, sed ex malitia sacrilegè communicat.

7. Id aliquantulum difficilius est; si ne opus maioris perfectionis alios non communicare ob vitandam infamiam, vel sacrilegium peccatoris occulti. Quis quæso negabit fore opus maioris perfectionis furi offerre pecunias restituendas alij, ne infametur; quamvis ad id non teneatur?

8. Praedicta ratione non obstante secundum se loquendo, opus perfectum non est, defraudare se ipsum bono spirituali ut temporali alterius; quis intendat, vel ut damnum spirituale alterius vitet, quod peccator potest si velit, evadere: charitas enim erga nosmetipsos perfectior semper est, quam erga proximos nostros specialiter in bonis diversis ordinis: ut gloss. verb. *vult*, in cap. 1. distinct. 1. & notavit rectè Sorus lib. 5. de iustit. quæst. 1. art. 6. §. *quo autem alterum*, licitum non esse optare minus diligi à Deo, ut proximus magis diligatur. Nam qui minus diligitur, minus diligit. Optare autem minus diligere, est quid optare contra naturam ipsam charitatis; arque adeò implicatio contradictionis est, esse illud opus charitatis. Si igitur ex mente Sorij opus charitatis non est optare minus diligi à Deo, ut alij magis diligantur, minus multò opus charitatis erit optare non suscipere Eucharistiam; ex quo minus diligi à Deo provenit, ob vitandam infamiam & sacrilegium peccatoris, quod ipse peccator posset facile vitare si vellet. Præterea quod alius offert furi pecunias, perfectius est, sicut est perfectius erogare elemosynam quam non.

9. Per accidens verò contingere posset, esse opus perfectius non communicare ob vitandam infamiam proximi, si probabiliter crederent communicaturi, amisso pudore ex una communione sacrilega, illum pluries id criminis commissurum: tunc perfectius fortè esset ministrum hostias con-

sumere, & alios non communicare, non tantum propter vitanda peccata alterius deinceps sacrilegè communicando committenda, quantum intuitu reuerentiæ Sacramenti, impediendo ne indignè à peccatore tractetur.

Ad primum ex dictis in conclusione num. 4. patet: est enim discrimen manifestum inter casum quaestionis, & exemplum de femina non eunte ad Sacrum ob vitandum scandalum proximi: hæc quidem ad summum tenetur occurrere scandalo solum quando ex infirmitate seu passione in peccatum esset proximus lapsurus; & nequaquam, quando ex malitia. Dixi ad summum teneri vitare scandalum ortum ex infirmitate, quia ad semel, & iterum vitandum aderit obligatio, cum modicum damnum sustinere ob vitandum graue proximi, lex ipsa charitatis suadeat; at pluries cessare ob scandalum proximi vitandum ortum etiam ex infirmitate, non tenebitur aliquis, quia cum magno detrimento suo nullus constringitur proximi damnum vitare; & sic loquutus fuisse DD. num. 1. adductos reor. In nostro sanè casu solum ex malitia peccat, qui sacram Eucharistiam suscipit in mortali, cum ille non ex animi passione, aut infirmitate communicet in statu peccati mortalis, sed ex mera malitia. Opus autem spirituale communicandi relinquendum non est ob vitandum sacrilegium suscipientis, postquam in eius potestate sit aut non communicare; specialiter si nota infamiae nulla sit efficiendus; aut verum dolorem habere, quo existente, poterit sine peccato communicare ad cauendam infamiam, etiam si non fuerit absolutus, ut diximus disputat. 31. numero 2. Quod si huius ignorantiam habeat, suscipiet quod non praemissa absolutione possit licitè communicare, non provenit talis ignorantia ex communione aliorum. Unde D. Thomas 2. 2. quæst. 43. artic. 7. quando asserit peccante aliquo ex ignorantia, teneri alium occasionem peccato offerentem à simili opere cessare, si inde delictum alterius occasionem sumebat; intelligitur quando tale opus de se occasionem sufficientem præbet ignorantiae; ut si Fidelis quis causa contemnendi idolum supra illum dormiret, teneretur ab actione desistere, cum videntes sufficienter possint suspicari, dormire in eo ob cultum, & Religionem.

At præmit difficultas aduersus id quod supponimus, neminem constringi ab opere consilij cessare ob vitandum scandalum proximi ortum ex eius malitia, Nam quis tenetur Missam non audire in die haud festiuo, ut per correctionem impediatur peccatum fratris; ergo eadem quoque ratione tenetur omittere opus consilij ne scandalizet frater, etiam si scandalum ex malitia exoriat, quia etiam si peccatum committendum esset ex malitia, omittendum esset opus consilij propter correctionem.

Respondet Vazquez tom. de Eucharistia, disputatione 209. cap. 4. num. 39. & opuscul. de scandalo, quaestione 43. artic. 8. dub. 1. numero 24. & Basil. de Leon lib. 5. de matrim. cap. 18. numero 9. & 16. de corripiendo fratre extare præceptum misericordiae, qua tenetur quis impedire proximi peccatum. At verò de remouendo scandalo passiuo sumpto ex bono opere, solum potest provenire obligatio ex illa virtute, circa quam proximus est labe inficiendus, verbi gratia, castitatis, si ex visa femina, concupiscentia exardesceret; succur

succurrendum autem est illi scandalo auferendo opus bonum ex quo ille sumpsit occasionem. At nulla obligatio extat auferendi opus bonum ob malitiam alterius, nec ad id potest constringere castitas, verbi gratia. Sed adhuc non planè relinquitur superata obiectionis difficultas, cum id explicandum restet, quare misericordia constringat ad cessandum ab opere bono ob impediendum peccatum proximi quamvis ortum ex malitia, non verò obliget castitas? Discriminant tamen in hoc, quòd virtutes quæ sunt in ordine ad alterum, vt iustitia & misericordia primariam habent obligationem beneficiandi proximo, vel impediendi illius malum: at virtutes quæ versantur in ordine ad se & respiciunt moderantiam propriarum passionum, primariam habent obligationem exequendi virtutem in se, siue impediendi malum in se, secundariò verò impediendi malum proximo. Vt igitur aliquis obligetur secundariam obligationem complere, æquum non est constringi cum proprio damno, præsertim, si proximus cuius damnum esset impediendum, ex malitia sit peccaturus. E contra cum misericordia sit virtus in ordine ad alterum, & illius primaria obligatio sit damnum proximo vitare, sit illam obligationem implendam fore cum proprio damno,

orto videlicet ex non auditione Missæ. Hanc doctrinam post hæc scripta traditam inueni in opusculo de scandalo, dubio 1. numero 10. & 14. quamvis obscurioribus verbis, & dub. 2. num. 23. & dub. 6. num. 41.

Ad secundum licet admittamus, teneri aliquem expendere pecunias, procurando iis ne quis se perimat, aut femina carnis sordibus maculetur: non tamen hinc tenebitur quis in concursu peccatoris non communicare; defraudaret enim se maximo bono, ad quod non consequendum ob peccatum malitiæ alterius nequaquam obligatur. Pecunias verò offerre, se interimere volenti, licet bonum quoddam sit, inferius longè tamen quàm carentia gratiæ ex communione proueniendæ. Dixi, licet admittamus: nam nullus tenetur peccatum alterius impedire ex mera malitia procedens, etiam cum minimo damno: imputet enim sibi soli peccator sui criminis reatum, cum ex sua malitia ad peccandum moueatur, non passione ductus, cui ex misericordia esset subueniendum non interueniente alicuius momenti incommoditate, vt diximus numero 8. in fine. & docet Suarez tomo de charit. de præcepto eleemosynæ, disputatione 7. sectione 4. numero 4.



## DISPUTATIO XXXVIII.

An energumenis, hoc est, dæmoniis, seu obsessis à dæmone, & insanis, sit ministranda Eucharistia?

## S V M M A R I V M.

*Insanis sine fatuis à natiuitate minimè licet Eucharistiam ministrare, num. 1.*

*Neque etiam energumenis quando timetur periculum irreuerentia, quamvis in extremis existentibus, numero 2. & 3.*

*Prima sententia, num. 4.*

*Autbaris iudicium, num. 5.*

*Teneatur parochus sub mortali ministrare Eucharistiam energumeno, etiam si esset depranatorum morum, dum signa penitentia ediderit, numero 6. & 7.*

*Tenebitur quoque ministrare, licet videat energumenum blasphemantem, num. 8.*

*Insano ostendenti desiderium ad Eucharistiam, illi ministranda erit, num. 9.*

*Non tamen erit ministranda, si omnino rationis vsu careat, num. 10.*

*Infirmum ostendisse signa desiderij ad suscipiendam Eucharistiam, non est materia vsu possit sacramentaliter absolui, num. 11. & 12.*

los vsu rationis carentes nulla obligari necessitate ad sacramentalem communionem, siquidem per Baptismi laucrum regenerati, & Christo incorporati, adeptam iam filiorum Dei gratiam in illa ætate amittere non possunt. At hæc ratio æquè militat in perpetuo amentibus siue fatuis: vt notauit Zambranus in casibus, cap. 3. de Eucharistia, dubio 4. numero 1. cum nec isti amittere gratiam possint Baptismalem. Quod idem statuitur per Paulum V. in Rituali de Sacramento Eucharistiæ, regula penultim. per hæc verba: *Amentibus præterea seu phreneticis communicare non licet, licebit tamen si quando habeant lucida intervalla, & deuotionem ostendant, dum in eo statu manent, si nullum indignitatis periculum adsit.* Et statuitur in Catechismo Concilij à Pio V. edito, vbi de Eucharistia, folio 193. & in Manuali Toletano de Eucharistia, can. 4. & in cap. 1. qui, 26. quæst. 6. vbi deciditur insano esse ministrandam Eucharistiam, dummodo ante phrenesim signa penitentia ostenderit. Igitur à contrario, qui incapax fuerit rationis ad peccandum, illi non erit ministranda. Docet Ioann. de Friburgo in summ. Confessor. lib. 3. tit. 24. quæst. 83. fol. 124. Vega en espejo de Curas, tomo 1. cap. 10. num. 141. Filiucius 1. tomo, tractat. 4. cap. 7. numero 188. Ioann. de Burgo in summ. quæ pupilla oculi appellatur 4. part. cap. 7. Granada 1. 2. de legibus, fol. 235.

Sed loquimur modò de administratione Eucharistiæ in articulo mortis respectu eorum qui

1. **P** R I M ò supponendum, non esse ministrandam Eucharistiam perpetuo amentibus, siue perpetuo fatuis, qui nunquam habuere rationis vsu. Docet D. Thomas 3. parte, quæstione 80. artic. 9. & cum eo ceteri omnes; constatque ex vsu Ecclesiæ; & colligitur ex Tridentino sessione 21. cap. 4. decernente, paru-

Sanchez Selecta.

H h 2 aliquan

aliquando sana mente functi sunt; nam, num sit administranda alijs temporibus, infra dicemus num. 5. huc.

2. Et primò supponendum, prædictis omnibus nullo modo Eucharistiam esse ministrandam, quòd periculum vomitus, aut dilacerationis Sacramenti, expuitionis, vel aliud simile timeatur, vt expressè D. Thom. 3. part. quæst. 80. art. 9. & ibi Yazquez disput. 212. & Suarez disput. 69. sect. 2. Notandum verò, duplicem vomitus speciem ex mente medicorum posse infirmum pati. Primum, quòd neutiquam adueniat nisi sumpto cibo, vel potu. Secundum, quòd ex sola corporis agitudine absque aliqua sumptione oriatur. Signa autem differentiarum vomitus tunc efficacia erunt quando infirmitas talis qualitatis, sit vt cibum sumptum indiscriminatum, siue modicum, siue multum non pariatur stomachum retinere, sed statim expellat in propria specie aut per vomitum, aut per secessum; & tunc administranda non est Eucharistia. Si verò modicum retineat cibum, Eucharistia ministrari poterit. Imò etsi modicum non retineat, haud statim credendum eiciendam Eucharistiam, præsertim si hostia consecrata adeò exigua quantitate esset, quòd iudicio medicorum crederetur non motura stomachum, cum parum pro nihilo reputetur. Porro ad capiendam huius experientiam, vt securius ministraretur, porrigatur hostia non consecrata, qua eiecta, minimè consecrata offeratur. Quod postea notatum inueni in Zambrano: in decision. cas. in art. mort. cap. 3. dub. 4. num. 3. Diana de celebrat. Missar. resol. 78. Nec in hoc casu tenet doctrina à nobis tradita disput. 35. vbi resoluimus, minimè licere ob tuendum honorem & exultationem peccatoris, hostiam non consecratam loco consecratæ ei porrigere, cum ibi ponatur adoranda à circumstantibus creatura pro Creatore. Et oblatio hostiæ non consecratæ vice consecratæ per se actus Religionis est; quem quidem exercere neutiquam hecbit, nisi erga materiam sanctam. At in casu disputationis periculum idololatricæ non timeatur, cum infirmo iam constet potestatem hostiam nequaquam esse consecratam, sed ad experientiam sumendam solum ministrari, num scilicet retinere illam possit, eo modo quo solet infirmis offerri patum aque ad facilius postea Eucharistiam deglutendam. Nam si nemo negabit posse infirmo, cibo indigenti, ad confortationem offerri immediate ante Eucharistiam, cur itidem non admittet posse porrigi hostiam non consecratam ad sumendam experientiam, possunt retinere, vel non consecratam; Neque etiam in circumstantibus erit periculum idololatricæ, si certiores de re facti sint. At si vomitus, vel secessus secundo contingat modo, talis naturæ sit, vt etiam nullo sumpto cibo periret, ministrari nullo modo debebit sacra Eucharistia: à quo vomitu tamen, si cessauerit ægrotus per sex horas, iudicet medicus, num Eucharistia possit ministrari: quòd si medicus absit, quia fortè oppidum exiguum est, vel alia de causa, non timerem ego Eucharistiam porrigere; cum tunc prudenter iudicaret vomitum cessasse, licet non omnino, in melius tamen abire saltem per tempus opportunum quo prudenter possit iudicari, nec etiam intra aliam horam rediturum vomitum. Sic censent medici doctiores quos consului in hac Curia Mantuana: vnica verò hora spatium sufficiens est, quo species Sacramentales

digeri possent. Quòd si contingat statim sumpta sacra buccella vomitum redire, per accidens erit, & euenire possent etiam si infirmus nunquam vomitum passus fuisset. Tuncque Eucharistia accipitur & in sacro aliquo loco reponatur, & postquam constet verisimiliter corruptas iam esse sacras species, in sacrarium proiciantur, sicque agendum esse constat ex rubrica Missalis, vbi de defectibus in ministerio ipso occurrentibus, num. 14. in nouis Missalibus, sic dicente. *Si Sacerdos eueniat Eucharistiam, si species integra appareant, remouenter sumantur, nisi nausea fiat, tunc enim species consecrata cauid separantur & in aliquo loco sacro reponantur, & postea in sacrarium proiciantur. Quod si species non appareant, comburatur vomitus & cineres in sacrarium mittantur.*

3. Si verò furoris periculum timeatur, & consequenter dilacerationis seu expuitionis hostiæ, perpendendum est, an rabies in vna, vel in alia re solum habeatur: & tunc si circa Diuina non furescat infirmus, timenda neutiquam erit dilaniatio, seu expuitio, poteritque ad securius ministrandam Eucharistiam hostia non consecrata prius porrigi, vt supra diximus, num. 2. quam si quietè acceperit, signum erit ad iudicandum, hostiam consecratam sumpturum absque furore. Si verò furor in omni materia habeatur & etiam circa Diuina, vt si furiosus nollet crucem deosculari, imò illam dilaniaret; legitimum non erit ministrare Eucharistiam, etiam cum præuia experientia, quòd hostiam non consecratam minimè expulset: nam casu euenit id non egisse, qui in omnibus ferè furere solet. Contingit etiam, furentem circa omnia, minimè furem pati circa comestibilia; imò tunc leniri, oblatio scilicet cibo. Quod sanè si ita euenire perspiciat Parochus, nullatenus timere debet in ministranda Eucharistia, & ob id docet Guenata de sensu interiori lib. 2. tractat. 5. cap. 5. fol. 423. insanum circa vnam materiam posse rectum habere iudicium circa alia.

4. Notanter ferè D. Thomas 3. parte, quæst. 80. artic. 9. inter pericula irreuerentiæ solum numerat vomitum, vel expuitionem, nec meminit dilacerationis, cuius tamen alij Doctores meminerunt: nam solum periculum dilacerationis tolli poterat manus furentis vinciendo. Quod de extrema Vnctione expressè notatur Grassi 1. parte, decisionum, lib. 8. cap. 86. num. 28. Zambranus in decision. cas. in artic. mortis, cap. 5. dub. 2. num. 3. Henriquez lib. 3. cap. 13. num. 1. & lib. 8. cap. 43. numero 3. Diana de celebrat. Missar. resolut. 78. Paludanus in 4. distinct. 23. quæst. 3. art. 2. conclusionem 11. Diuus Antoninus 2. parte, tit. 14. cap. 15. §. 6. ferè in fine, Ledesma in summa de extrema Vnctione, cap. 6. conclusionem 4. docentes, furiosum, si resistat Vnctioni, esse ligandum. Verum est tamen, minus timeri posse furem ad Vnctionem, quàm ad ministrandam Eucharistiam: nam in Vnctione periculum expuitionis nunquam euenire poterit, & sic solum vinciendo infirmum cauetur periculum irreuerentiæ. At in administratione Eucharistiæ vincire infirmum non erit vndequaquæ tutum, nisi prius sumpta sit experientia omnia comestibilia ægram deglutire, & tunc ministrari poterit Eucharistia.

Dato tamen, quòd nullum interueniat periculum irreuerentiæ erga Sacramentum Eucharistiæ, energumens ministrandum non esse, quando ob peccata sua traditi essent Sathanæ, ministrandum

verò

verò quando ad meritòrum augmentum, & purgationem essent à dæmone arrepti, docent Alexander 4. parte, quæstio 39. membro 3. artic. 3. §. 1. verfic. *Consequenter quæritur de energumens*, Syluester verb. *Eucharistia*, 3. quæstione 5. cal. 10. Armilla verb. *communio*, numero 15. D. Thomas in 4. distinctio 9. quæstione vnica, artic. 5. quæstione 3. ad secundum, Paladanus in 4. distinctio 9. sine, Ledesma 1. parte, summ. cap. 13. sine, Tabiena verb. *communicare*, numero 56. Raynerius in 1. parte summæ, Panteol. de *Eucharistia Sacrament.* fol. 205. cap. 17. Anon. 3. parte, tit. 14. §. 3. sine, cap. 12. Cantarell, in præceptis decalog. lib. 1. cap. 75. numero 336. Antonius Ragucius in Lucerna Parochorum, de *Eucharistia*, quæsto 14. folio 155.

### Authoris iudicium.

5. **E**nergumens, siue sint obsessi ob propria peccata, siue ob aliam causam, ministrare tenebitur Parochus Eucharistiam. Nam absque reuelatione Dei certò nequibit sciri, an energumens ob culpam sint obsessi, vel non: nec id præsumere fat erit ad auferendum ius certum, quod habet fidelis de administranda sibi Eucharistia. Ius autem dubium vincere non debet ius certum. Tum quia, ellò cognosceretur certò ob peccata esse energumens à dæmone arreptum, liquidò tamen non constat, num illa per pœnitentiam cordis fuerint deleta: nec enim dæmon intellectum & voluntatem obsessi valet vincere sicut corpus, vt opera illarum potentiarum impediatur: neque Deus denegabit dæmoniis auxilia sufficientia ad conuersionem. Præterea hominem esse obsessum à dæmone non reddit illum infirmum, & indignum ad suscipiendam Eucharistiam, vt acutè notauit Palatius in 4. distinct. 9. disputatione 11. col. 12. illa enim obsessio infirmitas corporis est, & non animæ indispositio, vt eleganter obseruauit Suarez 3. parte, tomo 3. disputatione 69. sect. 2. in fine.

Quòd autem energumens indistinctè sit ministranda Eucharistia, docent D. Thom. 3. parte, quæst. 80. artic. 9. Vazquez ibi. disput. 212. cap. 4. numero 32. Palat. in 4. distinct. 9. disputatione 11. col. 12. Suarez 3. part. illa distinct. 69. sect. 2. in fine. Toler. lib. 2. summ. cap. 28. in fin. Henriquez lib. 8. cap. 42. §. 3. Sotus in 4. distinct. 12. quæst. 1. art. 9. ad 2. Vega 1. part. summ. cap. 61. casu 20. & en espejo de Curas, 1. tomo cap. 10. num. 143. Martín del Rio de magia, & Varon. infrà allegandi. Ochagau. tractat. 2. de *Eucharistia*, quæstio 13. in fin. Lopez 2. parte Instrucl. conscient. cap. 76. §. *quæritur nono*, Summa Coron. de *Sacrament. Eucharist.* §. de *summentibus hoc Sacramentum*, ante §. Sed quid dicendum de pueris, Gerson in Comment. floreti D. Bernardi, folio 131. ante tractat. de *Sacrament. Extrem. Vnction.* Rosel. verb. *Eucharistia*, 3. numero 19. qui licèt dicat absolute, dæmoniis non esse ministrandam Eucharistiam, explicandus est iuxta dicta ab illo verb. *Communio*, numero 12. vbi negat, ministrari posse casu quo furiosus nunquam habuisset rationis vsu. Et idem est de dæmoniaco. Angel. verb. *Eucharistia*, 3. numero 15. Reginald. 2. part. prax. lib. 9. numero 80. Zambran. in decision. cal. in articulo mortis, cap. 3. dub. 4. numero 9. Ludouicus de San Iuan 1. parte,

summ. tract. de *Eucharistia*, quæst. 7. art. 11. fol. 176. Filiucius 9. tom. tract. 4. cap. 7. num. 89. Astenis in summ. 1. part. lib. 4. tit. 17. art. 4. quæst. 7. Puteanus 1. tomo, quæst. 80. art. 12. dub. 2.

Et quòd licèt ob peccata sit quis arreptus à dæmone, non debeat ei denegari Eucharistia, probat exemplum illud iuenculæ Arabis intrantis in balneum, & se inhonestè respicientis, consimilèmq; statua Veneris fieri desiderantis: quæ statim ob huiusmodi peccatum obsessa fuit à dæmone, & tamen ministrata fuit ei Eucharistia; quam cùm per semihoram ob studium, & malitiam dæmonis deglutire non liberet, nihilominus tandem virtute Sacramenti liberata est, vt refert Varon. anno Christi 434. in vita Sixti 111. & refert Spondanus eius epitomator, fol. 512. Martín del Rio de magia, lib. 6. cap. 2. sect. 3. quæst. 3. §. de *uenerabilis Eucharistia perceptione*, qui plura alia exempla in huius confirmationem adducit, Vazquez tomo de *Eucharistia*, disput. 112. cap. 4. numero 32. Hurtado de *Eucharistia*, disputat. 5. distinctare 21. Bonacina quæst. 6. punct. 1. Et constat ex Concilio Elibetitano, cap. 37. absolute decernente, ministrandam esse Eucharistiam energumens, per hæc verba: *Eos qui à spiritibus immundis vexantur, si in fine mortis fuerint constituti, baptizari placet: si verò fideles fuerint, dandam eis esse communionem.* Et ex Cassiano collat. 7. cap. 30. dicente: *Dæmoniis communionem sacrosanctam nunquam meminimus interdittam esse à Patribus, quinimo, si possibile esset, etiam quosdam à imperiis censebant: magis namque ac magis insultabit offenso, cum eum à celesti medicina videris segregatum.* Vnde inferas, ministrari posse quotidie Eucharistiam energumens sicut cuilibet alij fidei, qua celesti medicina potius à potentia dæmonis liberandum infirmum, quàm exorcismis, seu aliis remediis speres indubiè: quod intelligendum est dummodo periculum expulsiõis, vel dilacerationis cesset. Puteanus tomo 2. quæst. 80. art. 12. dub. 2. in fine. Qui optimè aduertit, quòd si interdum Patres, aut sacra Concilia inquirunt non ministrandam esse Eucharistiam obsessis à dæmone, id intelligendum est de nondum baptizatis, vel qui possidentur à dæmone, propter peccata commissa sceleratissima, quibus annexa est excommunicatio, quibus ante absolutionem ministranda non est Eucharistia.

6. Hinc inferetur, Parochum vocatum vt ministrat Eucharistiam energumens in extremis constituto, peccare mortaliter si non ministrat. Nam cum licèt possit portigere, ad id semper, & omni tempore teneri manifestum est: habet enim fidelis ius petendi sibi Sacramenta ministrari per Parochum, quando obstaculum nullum est in recipiente.

7. Imò licèt arreptus quis sit à dæmone ob mores deprauatos, & quia viueret in lenocinio, vel esset femina conciliatrix inhonestè se amantium, non minùs talibus ministrare tenebitur Parochus Eucharistiam. Nam vt optimè notauit Paladan. in 4. distinct. 9. fin. D. Anton. 3. part. tit. 14. §. 3. fin. cap. 12. Possuin. de officio Curati, cap. 5. num. 16. Nonius de *Eucharistia*, quæst. 8. artic. 6. in princip. Sot. in 4. distinct. 12. quæstio 1. artic. 6. fol. 550. Vazquez tomo de *Eucharistia*, disput. 209. cap. 2. numero 13. & 14. Antonius Ragucius in Lucerna parochorum, de *Eucharistia*, quæsto 15. fol. 155. ille dicitur publicus peccator, tui negari debeat.

Eucharistia, quando nulla teiguerfatione valeat celari, sponte sua in sta u peccati permanens. Ac energumens, vel in phrenesin incidens, non curansiam de officio deprauato excedendo, sponte non dicitur in (tatu peccati manere: & aliàs præsumendum est, dolorem de peccato concepisse, & rogaturum sibi ministrari Eucharistiam, si compos rationis esset: fidelem enim, licet peccatorem, sic acturum præsumendum est. Quod etiam docet Sotus in 4. distinct. 12. quæst. 1. art. 6. Vazquez 3. parte, tomo de Eucharistia, disput. 200. cap. 2. num. 13. & colligitur ex cap. *Quæstum, de cohabit. Clericor. & mulier.* Debet enim peccatum, vt publicum dicatur, quoad effectum negandi Eucharistiam, per euidentiã facti constare, vt docet Victor in summa, quæst. 80. vbi etiam dicit, quod occultè petenti non est neganda, cap. 2. de offic. ordinat. Rodrig. 1. part. summa, cap. 62. num. 2. & non solum ex infamia publica. Certus tamen numerus personarum quibus euidentiã facti debeat esse nota, definiri nequit, sed prudenti arbitrio relinquendum, vt Sot. & Vazquez supra. Nilominus semper quod aliqua dubitatio sit, an personæ, quæ peccatum norunt, sufficientes sint, ad probandam notorietatem eius, inclinandum erit in fauorem peccatoris, & præsumendum illius peccatum non habere sufficientem notorietatem, vt Eucharistia indignus sit peccator. Ledesin. 1. part. summa, cap. 12. conclus. 3. Nec obstat contra dicta in hoc num. quod disput. 34. numero 9 dixerimus, fas non esse ministrare Eucharistiam concubinae in lupanari decumbenti & non valenti ostendere signa penitentia. Nam huiusmodi concubina semper manet in loco peccati, non tamen sic se gerit consolatrix inhonestè se amantium, siue leno.

8. Præterea ministere tenebitur Parochus, licet videat obfessum, siue insanum blasphemantem; vt notauit Vazquez 3. part. tomo de Eucharistia, disput. 212. cap. 4. num. 32. cum blasphemia illa peccata non sint, vt pote ab homine rationis non compote prolata. Nec commoueri debet rumoribus fœminarum infimis astantium & seruientium, solent enim hæ proclamare horridum esse, & illicitum energumens blasphemanti Eucharistiam porrigere. Imò scio, quendam Parochum afferentem Eucharistiam fœminæ energumena, vel insane ministrandam, videntemque fidem profiteri nolle, recessisse, & absque communione eam reliquisse. Errauit sanè. Ego verò eam inuisens consultus fui, num esset ministranda Eucharistia, nec ne, & ministrandam censui: at fœminæ circumstantes exclamauere, zelo motæ erga Sacramentum, graue peccatum fore, fidem profiteri nolenti fœminæ Eucharistiam porrigere; & mihi ita se fuere, dum in fauorem ægotantis loqueret. Diligentia tamen & opera pij cuiusdam viri ministratum fuit Sacramentum, & statim infirma obiit.

9. Deduco præterea casum in praxi contingentem, teneri videlicet Sacerdotem ministrare Eucharistiam insano (non à natiuitate: nam hic incapax est communionis, vt diximus num. 1.) qui inter alios communicantes se ingerit ad illam suscipiendam. Nam vt diximus disputatione 26. numero 5. semifatis ministranda erit Eucharistia toties quoties eam sibi ministrari postulauerint: insanum autem etsi per plateas & calles deliria pronuntiet, dum tamen Ecclesiam adit, & com-

municantibus se immiscet desiderio etsi non plenè deliberato recipiendi sacram Synaxim, sed totaliter iudicio carere erit arbitrandum, sed tunc lucida interualla habere: insanis verò habentibus interualla lucida fore porrigendam sacram Eucharistiam diximus supra, num. 1.

- Nec item credendum insanum tunc longè inferiorem vsu rationis habere, quàm pueros, ipsis verò administrandam esse Eucharistiam illicò ac discernere norint inter bonum & malum, & quòd sub speciebus panis & vini contineatur Corpus & sanguis Christi, quodque ieiunè sit accipienda, diximus disputatione 26. numero 4. Et quàmuis admittamus, insanum dum ad suscipiendam Eucharistiam accedit, non polletere vsu rationis ad peccandum mortaliter, nec venialiter, si tamen ostendat aliquam deuotionem ad Sacramentum licet non plenè deliberatè, ministrandum erit sicut ministratur infimo vsu rationis carenti, quando ante priuationem illius signa deuotionis manifestauit, vt diximus disputatione 34. numero 8. Quòd si pueris carentibus vsu rationis ad peccandum, Eucharistiam ministrari prohibetur, non ideo est, quia tempore susceptionis, rationis regimine sint orbati, sed quia illum nunquam habuere, & baptismalem non amiserunt gratiam, per quam regenerati & Christo incorporati sunt: vt constat ex Concilio Tridentino sess. 21. cap. 4. per hæc verba: *Denique eadem sancta Synodus docet paruulos vsu rationis carentes, nulla obligari necessitate ad Sacramentalem Eucharistia communionem: siquidem per Baptismi lacrum regenerati, & Christo incorporati adeptam iam filiorum Dei gratiam in illa atate amittere non possunt. Nec ideo tamen damnanda est antiquitas si eum morem in quibusdam locis aliquando seruauit: vt enim Sanctissimi illi Patres sui facti probabilem causam pro illius temporis ratione habuerunt, ita certè eos nulla salutis necessitate id fecisse, sine controuersia credendum est.* At insanus aliquando rationis vsu est potitus, potuitque peccare & baptismalem gratiam amittere: incapax ergo non erit Eucharistia susceptionis. Quod doctè confirmat D. Thom. 3. part. quæst. 80. artic. 9. vbi cum interrogasset: *Verum non habentes vsu rationis debeant suscipere hoc Sacramentum?* Sic respondet. *Respondendo dicendum, quod aliqui dicuntur non habere vsu rationis dupliciter; vno modo, quia habent debilem vsu rationis, sicut dicitur non videns qui malè videt; & quia tales possunt aliquam deuotionem huius Sacramenti concipere, non est eis hoc Sacramentum denegandum.*

Si tamen demus insanum omninò carete rationis vsu, ei non est ministranda Eucharistia nisi in articulo mortis, dum tamen ante amissionem ostenderit deuotionis & desiderij signa ad hoc Sacramentum, vt expressè docet D. Thom. supra, & censent communiter omnes. Granado 1. 2. de legib. fol. 215. Diana de celebrat. Missar. resolut. 79.

At ad praxim deueniendo, nunquam iudico insanum omnino rationis gubernaculo esse destitutum, & Eucharistiam deliderare posse; licet non plenè deliberatè, inter communicantes se commiscere, genuflectere, pectusque percutere, aliaque signa deuotionis tradere, ob idque insano hæc agenti ministrandam esse Eucharistiam sumi arbitrarus.

Poteritque ministrari, quàmuis minister immediate ante susceptionem, insani confessionem auscultauit

10.

11.

12.

cultraisset, eumque absolutionis beneficij incapacem inueniret. Nam vt diximus disputatione 8. numero 10. Ex scientia habita per confessionem iuari non potest minister ad externas actiones, cumque infans publicè signa deuotionis ad Sacramentum tradat, obque illa dignus suscipiendi Sacramentum reddatur, ob occultam causam, videlicet quòd tempore confessionis incapax absolutionis extiterit, non debet ab eo suscipiendo remoueri. Tum quia accidere potest aliquem incapacem isueniri ad absolutionis munus suscipiendum, non tamen ad Eucharistiæ beneficium nanciscendum, vt contingit in infirmo qui ante ægritudinem deuotionem manifestauit ad Eucharistiæ recipiendæ gratiam qui capax est tunc illius suscipiendæ, etsi non vigeat tunc rationis lumen,

vt diximus numero 10. non tamen absolutionis beneficium impertiri illi potest. Huiusque ratio euidens est, quòd ad suscipiendam Eucharistiã satis sit deuotionis signa tradere, at vt absolutio Sacramentalis impertiat, necessarium omnino est materiam tradidisse penitentem saltem in generali, perendo videlicet confessionem, in quo se peccatorem esse testatur, vel *miserere mei* dicendo, vel se penitere de offensa Deo facta significando, vt dicemus disput. 44. num. 27. ostendere verò deuotionem ad Sacramentum Eucharistiæ suscipiendum, nequaquam est signa peccatoris tradere, cum habere desiderium Eucharistiæ sumentis commune sit iustis qui nunquam peccarunt, vt B. Virgini, & peccatoribus qui aliquando crimina admisere.



## DISPUTATIO XXXIX.

An adultis conuersis ad Fidem possit ministrari Eucharistiã illicò ac fuerint baptizati?

### SUMMARIUM.

*Argumentum a parte negatiua, num. 1.  
Quid sentiant Medina, & Reginaldus, num. 2. & quidam alij.  
Auctoris iudicium, num. 3.  
Probatnr rationibus, num. 4. §. & 6.  
Respondetur ad argumentum, num. 7.*

1.



ON posse ministrari Eucharistiã adultis conuersis ad Fidem, illicò ac fuerint baptizati, suadet, quòd irreuerentia videatur, statim ac quis fuerit baptizatus, accedere ad Eucharistiã. Nam Diuus Thomas 3. part. quæst. 80. artic. 7. & cum eo multi, quos retulimus disputatione 23. numero 1. dicit, illum qui commisit fornicationem, imò & concubitum habuit cum propria vxore, indecenter accedere ad hoc Sacramentum: multò ergo indecentius accedet qui in adulterio spirituali toto vitæ suæ decursu immersus fuerit.

Nec satisfacit, quòd peccata carnalia potius impediunt summptionem Eucharistiæ, quàm spiritualia, nempe ira, superbia, odium, ob effectum turbatæ mentis quem causant; non tamen peccata spiritualia, præsertim si remissa sint. Non inquam satisfacit; nam ira, odium, inuidia, &c. eodem modo de se turbatam mentem relinquunt, quo peccata carnalia. Igitur cum satis verisimile sit, infidelem ante conuersionem esse peccatis huiusmodi spiritualibus irretitum, simul & carnalibus, æquum non erit iam tam baptizatum ad Eucharistiã admittere.

2.

Medina in summa in declaratione tertij præcepti Ecclesiæ, non longè à fine, eius iudicij est, quòd graui peccatori non statim sit permittendum ad Eucharistiã accedere, nisi post interuallum octo dierum: non enim (ait ipse) æquum est, vt incontinenter post vomitum tantæ sordis Corpus Christi tangatur. Et licet ipse loquatur

de peccatore qui sacramento Penitentis fuit expiatus, idem ex eius ratione sequitur de baptizato. Quod etiam placet Ludouico Lopez 1. part. instruat. cap. 11. §. secundo perpendendum esse. Et quòd saltem per diem abstinere à communione, qui peccauit, consultum esse ait Reginaldus 2. tomo prax. lib. 29. numero 111. Reprehendit etiam Nauarrus 3. tomo de penitent. distinct. 5. §. caueat, cap. 1. num. 1. consuetudinem confessum sumentium Eucharistiã, ac ab annua confessione discedunt. Et allegat D. Augustin. à Diuo Thoma in 4. distinct. 17. adductum, asserentem, non statim à confessione ad Eucharistiã accedendum. Et non esse confessum communicandum hortatur prædictus Nauarr. summ. cap. 21. num. 45. docet Caictan. in summa, verb. *communio*, §. *utrum autem in mortis articulo*, dicens multo plus peccare qui post continuata peccata mortalia hodie conteruntur & consentuntur, & cras communicant, quàm qui post pollutionem nocturnam, non tamen peccant mortaliter. Docet etiam Rodriguez 1. parte, summ. cap. 65. num. 1. in fine, dicens debere prudentem confessorium cauere, ne ingens peccator Eucharistiã suscipiat statim à confessione, ductus eadem ratione qua Medina. Quod idem docet Ang. verb. *Eucharistiã*, 3. numero 35. & Syluester dicto verb. quæst. 15. dicentes quòd non debet statim accedere ad sumentem Eucharistiã postquam confessus est, qui in multis fuit peccatis & magnis immersus, sed debet pluries confiteri prius, & orationibus & ieiantijs se odoriferum Deo reddere, argumentum ex capite *Non sufficit*, de penitent. distinctione 1. sic dicente. *Non sufficit mores in melius commutare & à praeteritis malis recedere, nisi etiam de his qua facta sunt, satisfaciat Deo per penitentis dolorem, per humilitatis gemitum, per contritus cordis Sacrificium, cooperantibus elemosinis, & ieiunijs.* Quod idem docet Zerol. in praxi penitentiali, folio 21. adducens Bassolem in 4. disputatione 14. quæstione 2. artic. 1.

Auctoris

*Authoris iudicium.*

3. Non solum licere iudicandum est ministrare Eucharistiam adultis statim ac baptizantur; verum consultus acturus qui ministraverit. Patet, hoc ex rubrica ritualis Pauli V. quæ habetur in fine Officii Baptismi ad illorum, fol. 44 vbi ordinatur, quod postquam Neophyti fuerint baptizati, initiarentur Sacramento Confirmationis, si adli Episcopus qui id legitime præstare possit. Postea subdit: *Deinde si hora congruens fuerit, celebratur Missa, cui Neophyti intersunt, & sanctissimam Eucharistiam deuote suscipiunt.* Ecce Summus Pontifex consulti ministrari Eucharistiam adultis simul atque baptizati fuerint. Oli-nque solitos esse baptizatos statim post baptismum Eucharistiam sumere, manifestum est ex Tertullian. lib. 4. aduersus Marcionem, ex Ambros. lib. 3. de Sacramento. cap. 1. & de his qui sacra mysteria initiantur, cap. 7. & 8. ex D. Hieron. aduersus Luciferianos, ex Augustin. epist. 23. & lib. 5. hypognost. & ex Duranto de ritibus Ecclesiast. lib. 1. cap. 19. numero 44.

4. Præterea inquiri; quænam dispositio melior excogitari poterit ad Eucharistiam suscipiendam, quam quod suscipiens careat omni culpa, & peccata? Quibus sane caret fluctuans baptizatus. Si dicas, quod licet hæc sit bona dispositio: vberior tamen expectari possit, qua baptizatus disponatur per actus dilectionis Dei, & aliarum virtutum. Hoc tamen non obtare facile iudicabit quisque; aliis sequeretur, Eucharistiam suscipientes quouis tempore, indecenter suscipere; cum etiam bona dispositione sint in sumptione præditi, possint vberiorum expectare.

Notandum autem valde, duplex consilium posse interuenire ad susceptionem Eucharistie. Primum affirmatiuum, quod accedat quis dispositione maxime possibili. Secundum negatiuum, videlicet quod non accedat, cum exigua dispositione: hoc secundum, scilicet vbi quis paruam solum consecutus fuerit dispositionem, quod tali casu à communione abstinere, à Christo nunquam est consultum: solum ager contra primum consilium is qui cum exigua dispositione communicauerit, cum non se præparat ad adipiscendam maiorem, quam posse acquirere. Nunquam tamen erit consilium à communione abstinere, ex eo quod solum parua dispositio præsentatur, iuxta dicta disput. 22. & 23.

5. Deducitur, fore vgentiori ratione recens baptizatis Eucharistiam ministrandam, quam post longam moram: quia tempore conversionis, hostis maxime instant tentationes, & memoria defatigatur factæ delictæ recordatione; quæ omnia vt vincat nouus fidelis, maxime indiget Eucharistie auxiliis. Et quidem Christus qui dignatus est nouum fidelem sibi spiritualiter vnire, non dedignatur vnire eundem corporaliter per Sacramentum. Si enim pueri recens nati ab vberibus lactantur, vt per nutrimentum ad vitæ acquisitæ consecrationem adsint vites; simili etiam ratione iam iam Christo per baptismum gratiam genitis, nutrimentum Eucharistie debet adhiberi. Quare verò minus?

6. Vtremque, licet haud alia obtingeret utilitas ex sumptione Eucharistie nouo fideli illic, quod sit aqua vitæ perfusus, certum est maximam illam

oriri, quod scilicet securior reddatur perseverantia in fide; quod quis negabit; vnde nam melius donum perseverantiae acquiritur quam ab Eucharistia? vt enim Trident. sess. 13. cap. 2. ait, hoc Sacramentum perseverantiam causat, cum eo à culpis quotidianis liberemur, & à peccatis mortalibus præseruemur, quæ ab aliis perseverantia impedire solent. Quod notauit Vazquez de Eucharistia, disput. 204. cap. 5. num. 44. Igitur statim decebit ministrari, ac aqua Spiritus sancti abluti fuerint Neophyti, ne beneficium Fidem acceptam muniente pro tempore careant.

7. Ad argumentum responderetur, quod absolute non magis peccat qui accedit ad Eucharistiam cum peccatis carnalibus, quam spiritalibus; imo è contra, vt ait D. Thomas 3. part. quæst. 80. art. 5. ad secundum, Alexand. in 4. quæstione 11. num. 1. art. 2. § 3. verlic. *Consequenter queritur, verum plus peccet manducans*, Cortolanus de casibus ieiernatis, 1. part. sect. 5. numero 12. fol. 333. Vazquez de Eucharistia, disput. 207. cap. 1. num. 12. Secundum quid tamen ratione tubaræ mentis possunt impedire magis peccata carnalia. Et vt plurimum conuincit argumentum. Quod si baptizandus paulò ante baptismum ira exanderet, quia illius mens maxime conurbaretur, differenda esset communitio ad alium, vel alios dies. Verum in nostra sententia cui firmiter adheremus, & defendimus disput. 25. nec peccatum carnale, nec spirituale verè iam confessionem sumptionem Eucharistie impedit. Ideo si nouus fidelis pluribus peccatis fuerit ligatus, attendis non erit à communione statim post baptismum, præsertim si curet mentem ad quietem redigere, quamuis non assequatur intentum; cum tunc distractio esset ei inuoluntaria. At si quietem non procurer, & voluntariè sit distractio, consultus tamen ager Eucharistiam suscipiendo, quam abstinendo. Cum enim illa distractio solum peccatum veniale sit (si fortè sit distinctum à te cogitata, veluti si distrahitur quis, quia cogitat de ordinando mendacio, distractio illa non erit distinctum peccatum à mendacio) & accessus ad Eucharistiam cum peccato veniali, non sit nouum peccatum præter illud in quo quis accedit, verbi gratia, mendacii, si habet intentionem mentiendi, aut furti, si habet intentionem furandi rem leuam, vt dicimus disput. 22. num. 9. & disput. 23. num. 21. fit, nullam committere irreuerentiam cum distractione accedendo, sed solum minorem reuerentiam deferre quam posset; & nullum inueniri peccatum veniale præter illud, quod in se fuerit illa distractio, cuius reus iudicabitur, siue ad sacrum accedat conuiuium, vel non; sicut qui manè decernit mentiti serò, mendacii damnatur, siue Eucharistiam suscipiat, vel abstinat; de quo diximus disput. illis 22. & 23. Cum verò aliàs Eucharistiam suscipiens reportet gratiam Sacramentalem, & carere utilitates Sacramenti; abstinens verò à communione his fructibus careat, melius erit illi communicare, quam à sacra mensa separari.

Nec Nauarr. numero 2. relatus (& fortè nec Medina aut Reginaldus) contrarius est nostræ opinioni: solum namque consuetudinem statim communicandi, ac facta est annualis confessio reprehendit, quia indicat nimis difficile peccata in toto anno commissa vna hora integrè posse aliquem consistere. At in casu quæstionis recens baptizatus confessione non indiget ad peccata integrè.

integre expianda: per baptismum sanè eradicata manent integrè quoad culpam & poenam. Nec obstat ad recipiendam Eucharistiam prauarum inclinatonum habitus in recens baptizato manere: aliàs expectandum esset longum tempus ad receptionem, fortè vnus anni, vel vltra: quod nullus admitteret.

Ex quo colligo, recens baptizatum in Sabbato sancto (quo die ex decretis Pontificum, & habetur in tituli Romano à Paulo V. edito, iubetur Neophytos baptizari, nisi aliàs necessitas vigeat) teneri suscipere Eucharistiam tempore paschatis. Cùm enim recens baptizatus fidelis sit, & rationis capax, peccatis etiam carens, instructus præterea in rebus Fidei & reuerentiã vene-

rabilis Eucharistiæ Sacramenti, nihil aderit rationis, vel causæ ad deobligandum illum ab adimplerione communionis in Paschate. At decere baptismum adutorum in Sabbato sancto Paschatis vel Pentecostes fieri, constat ex rubrica Ritualis Pauli V. folio 22. *Decet autem huiusmodi baptismum ex Apostolico instituto in Sabbato sancto Paschatis vel Pentecostes, solemniter celebrari. Quare si circa hæc tempora catechumeni sint baptizandi, in ipsos dies si nihil impediat, baptismum differri conuenit. Verum si circa, seu post tempus Pentecostes aliqui conuersi fuerint, qui agrè ferant suum baptismum in longum tempus differri, & ad illud festinent, instructique, ac ritè parati esse noscantur, citius baptizari possunt.*



## DISPUTATIO XL.

An rectè se gerant iudices, qui infidelibus vltimo supplicio puniendis, & perentibus Baptismum, differunt vsque ad pedem patibuli?

## S V M M A R I V M.

*Argumentum à parte affirmatiua, num. 1. & 2.*

*Authoris iudicium, num. 3.*


*Non est necessarium interuallum viginti quatuor horarum intercurrere inter susceptionem Eucharistiæ, & suscipientis mortem, num. 4.*

*Num sit opus pro baptizandis, & incontinenti morte plectendis rogare elemosynam per plateas, ad dicendum Missas pro satisfactione, num. 5.*

*Si pietas fidelium velis sacrificia offerre, Missæ de Angelis, aut pro gratiarum actione dicenda erunt, non illa quæ defunctorum in Missali appellantur, num. 6.*

*Argumenta soluuntur, num. 7. & 8.*

*Alia scitu digna adducuntur, num. 9.*

1.  **NSVETVDO** Iudices defendit: omnes enim infidelibus morte plectendis, & baptizari exoptantibus, vsque ad pedem patibuli Baptismum differunt; & communis vox id fieri prudenter acclamat. Nec credibile est in retanti momenti Iudices non aduertisse, non vsque ad pedem patibuli oportere differri Baptismum; imò neque spirituales Patres, qui ad benè moriendum infidelibus puniendis assistunt, si oppositum efficere expediret magis.

2. Secundo, nec leui ratione consuetudo nititur: nulla enim mora interueniente inter Baptismum & mortem, omnis peccato via occluditur: indeque poena, aut æterna, aut temporalis in Purgatorio luenda vitatur.

*Authoris iudicium.*

3. **ET** si bona intentione procedant Iudices vsque ad pedem patibuli Baptismum differendo, cenfeo tamen rectius acturos, si pridie supplicij, Sanchez, Selecta.

aut ipso die primo manè aqua Spiritus sancti perfundi puniendum curet; statimque sacram Eucharistiam administrari conentur. Ex illius enim susceptione maior gratia baptizato accrescit, & fortitudo ad dolorem mortis patienter portandum, tentationes dæmonis vincendas, illa quidem hora maximè imminentes: quibus utilitatibus damnatum defraudare minus bonum erit.

Nec est necessarium tempus viginti quatuor horarum inter sumptionem Eucharistiæ, & suscipientis mortem intercurrere. Equidem Romæ damnatos post duas horas morte afficiunt iudices (vt audiui à Licentio Nicolao Garcia clero ob suas lucubraciones de *beneficijs*, qui Romæ non modico tempore vixit, semel atque iterum) & spatium quatuor horarum interuenire docet Binsfeld. de *confessionibus malefactorum*, folio 364. & huiusmodi consuetudinem expedire introducere ait pro interficiendorum consolatione, sicut debet abusus auelli, idque contra nullam legem esse testatur. Vnde suprâ malè limitauerat hoc sic agendum esse quando executio sententiæ differt non potest, & anteriori die damnatus non communicasset, & duarum vel trium horarum spatium sufficere, vt credatur probabiliter consumpras esse species, docet Palacios in 4. dist. 9. folio 311. aduertens prudenter posse damnatis illo ipso die mortis in modica quantitate hostiam porrigi, vt sic longè facilius species absumantur à nativo calore: & spatio duarum horarum species Sacramentales absque dubio digeruntur, cùm leuis materia sit, & maximè apta concoctioni. Tum quia si Medicus iudicaret vulneratum aliquem intra duas horas mortem obiturum; aut id ex reuelatione constaret Sacerdoti, dandam illi Eucharistiam fore quis negabit? imò licet etiam confestim post susceptionem esset moriturus, vt constat ex cap. *Is qui*, 26. quaest. 6. vt dicemus infrâ. Neque lex nona Regni: Castellæ, lib. 1.

tit. 2. noua recopilar. intervallum vnius diei expi-  
 scens, inter Eucharistia susceptionem, & susci-  
 piendis mortem, non vti omnino necessarium id  
 temporis spatium interuenturum iudicat: sed vt  
 conuenientius, facultatem semper Iudicibus re-  
 linquens, si causa adsit, Eucharistiam damnato ad-  
 ministrari permittit, etiam non expectato tem-  
 pore illius diei: vt si forte noluisse reus die mor-  
 tem precedente suscipere Eucharistiam, & vel-  
 let iam ipso die mortis, manifestum est legem il-  
 lam nequaquam prohibere in tali euentu Eucha-  
 ristiam damnato ministrari: Quicquid in contra-  
 rium sentiat Zerola 2. part. prax. verb. *damnati ad  
 mortem*, & verb. *Eucharistia*, reputans indecenter  
 recipi Eucharistiam ipso die mortis; & ob id à  
 Iudicibus non esse permittendum ministrari, &  
 imputandum damnato quòd pridie mortis renue-  
 rit recipere. Idem admittit Nauarr. tom. 2. consil.  
 consilio 40. num. 12. in terris vbi viget consuetu-  
 do non ministrandi Eucharistiam ipso die mortis,  
 sed iure scripto solo attento, etiam ante vnam ho-  
 ram posse ministrari censet. Et constat ex cap. *si  
 qui*, 26. quæst. 6. per hæc verba; *Is qui penitentiam  
 in infirmitate petiit, si casu dum ad eum Sacerdos  
 inuitatus venit, oppressu infirmitate obtinuerit, vel  
 in prebentia versus fuerit, dente testimonium qui eum  
 audiverunt, & accipiat penitentiam; & si continuo cre-  
 ditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem,  
 & infundatur ori eius Eucharistia.* Cùm ergo text.  
 affirmit continuò moriurum infundendam esse ori  
 Eucharistiam, sentit necessarium non esse inter-  
 uenire spatium inter sumptionem & mortem sus-  
 cipientis. Et posse ministrari ante vnam horam  
 mortis, tenet Sa verb. *Eucharistia*, numero 2. Sair.  
*Clau Regia*, lib. 6. cap. 12. numero 9. Nec dissentit  
 Sotus in 4. distinct. 12. quæst. 1. artic. 12. non longè  
 à fine, dum ait quòd appateret non nihil irreue-  
 rentiæ irrogari Sacramento, si qui Sacrosanctum  
 Christi Corpus suscipit, illud ad paribulum &  
 mortem raperetur. Dum ergo dicit *illud*, non sen-  
 tit fore irreuerentiam post vnam horam ministra-  
 ri. Senit etiam nobiscum Cenedo in pract. quæst.  
 questione 41. alias 11. plures tam Theologos  
 quàm Iurisperitos adducens pro hac parte; &  
 disputans lætè, an ipso die mortis possit ad mor-  
 tem damnatis ministrari Eucharistia?

Et heretè quamuis pridie ad mortem esset  
 sumpta Eucharistia à damnato, si tamen deuotio-  
 nis causa ipso die mortis vellet iterum communi-  
 care, minus pius esset communionem impedire,  
 imò per indices ad suscipiendam hortari debent,  
 vt penitentiò, tolerabilius mortem patienti & de-  
 monis tentationes illa hora maximè turbantes fa-  
 cilius superent. Et quamuis lex Castellæ conue-  
 nientius iudicet, ipso die mortis Eucharistiam  
 non ministrari damnatis ob reuerentiã Sacramen-  
 ti, contrarium fure decerneret modò ad utilita-  
 tem damnati animaduertens. Nec ex eo reueren-  
 tia Sacramenti minuitur eam Christus illud in-  
 stituerit ad nostram utilitatem, & non cohærent  
 irreuerenter suscipi, & ob nostram utilitatem  
 sumi, si aliàs communicans debitam dispositio-  
 nem habeat, vellem hæc à Principibus, Iudicibus,  
 & Magistris prænotari: vide disput. 8. num. 11.  
 disput. 24. num. 11. disput. 22. num. 48. & disp. 44.  
 num. 78.

Quòd si Episcopus charitate aded ferueat,  
 quòd vocet nouum Fidelem puniendum ad Ec-  
 clesiam, & ibi Confirmationis Sacramentum illi

ministret, opus maximæ charitatis exequutorum  
 nemo dubitabit. Est namque Confirmationis Sa-  
 cramentum maxime vtile ad robur in Fide ha-  
 bendum præsertim in recenti Christicola. Vt enim  
 optimè asserit Palacius in 4. distinct. 7. disputat. 3.  
 aduersarius fidei primarius diabolus nunquam  
 cessat circueus, & querens multis viis fideles  
 auertere à Fide, docet Suar. 3. tom. in 3. parte, dis-  
 put. 35. section. 2. in fin. dicens homines iam iam  
 morituros omnino esse confirmandos; quia nul-  
 la ratio est, vt per se constat, cur tanto augmen-  
 to, tamque perfectione gratiæ & gloriæ priuen-  
 tur. Quod etiam docet D. Thom. in 4. distinct. 7.  
 3. part. quæst. 72. art. 88 ad 4. *Aurian* in 4. de confir-  
 mat. art. 1. *Zambranus de casibus in art. mortis*,  
 cap. 2. dub. 5. imò addit Suarez suprà in mortis  
 discrimine esse confirmandos infantes carentes  
 vsu rationis & perpetuò amentes.

Quòd si Episcopus admirem vellet & ibi  
 ministrare, exemplum humilitatis & curæ ingenti-  
 si erga suas oues ostenderet. B. Carolus Borro-  
 mæus per semetipsum Sacramenta ministrabat;  
 etiam quæ à parochiis poterant ministrari. Nec mi-  
 nus, & illa ministrabat Christophorus Roxas Ar-  
 chiepiscopus Hispalensis, vt refert Prudentius de  
 Sandoual Episcopus Pompel. in historia Regis  
 Alphonsi V. II. in progenie Sandoualorum in fin.  
 Confirmationis verò Sacramentum posse extra  
 Ecclesiam ministrari non dubito, dummodò lo-  
 cus decens sit, & causa interueniat legitima: &  
 id expressè asserit Antonius Ragucius in lucerna  
 Parochorum, de Sacramento Confirmationis, quæ-  
 sito 37. num. 1. causa autem legitima reputatur,  
 quòd reus à carcere non extrahatur, cum ad id  
 agendum tumultus exoriretur, & labor seu cura  
 ministrorum iustitiæ esset adhibendus.

Et quamuis primo aspectu videatur, non opus  
 esse eleemosynas per vias & plateas postulare ad  
 Missarum sacrificia pro recens baptizatis: quem  
 vsum postulandi obseruari vidi in hac Curia Ma-  
 tricensi. Cùm statim post Baptismum, morte ple-  
 ctamur rei, & videantur Missis non indigere  
 ad pedem patibuli, baptizati & statim occisi,  
 quibus è purgatorio liberentur, cum cælum eos  
 recipiat, non verò purgatorio, vt constat ex  
 definitione Concilij Tridentini sessione 5. in de-  
 creto de peccato originali, ibi: *Si quis per Iesu  
 Christi Domini nostri gratiam, que in baptismo  
 confertur, reatum originalis peccati remittit negat,  
 aut etiam asserit non tolli totum id quod veram  
 & propriam peccati rationem habet, sed illud dicit  
 tantum rudi, aut non imputari, anathema sit.* In re-  
 natis enim nihil odit Deus; quia nihil damnatione  
 dignum ipsi inhaeret, qui iam verè conscripti sunt  
 cum Christo in mortem; quique non secundum car-  
 nem ambulantes, sed veterem hominem exuentes, &  
 nouum qui secundum Deum creatus est, induentes,  
 innocentes, immaculati, innoxij ac Deo dilecti ef-  
 fecti sunt; hæredes quidem Dei, cohæredes autem  
 Christi, ita vt nihil prorsus eos ab ingressu cæli re-  
 moretur. Quod idem decernit Concilium sess. 6.  
 cap. 14. ibi: *sed pro pena temporalis, que vt sacra  
 licera docent, non tota semper vt in baptismo sit,  
 dimittitur illis que gratis Dei quam acceperunt in-  
 grati Spiritum sanctum contristauerunt & templum  
 Dei violare non sunt veriti.* Tum etiam quamuis  
 videatur non decere pro Missarum sacrificiis  
 eleemosynas postulare, ne etrot inducatur in po-  
 pulo: existimarent enim ignorantes quòd non  
 remaneat

remaneat integrè & perfectè purgatus per baptismum baptizatus, ob quod merito extirpanda videatur huius erroris occasio. Quamvis igitur hoc prima facie videatur, non obstat: cum enim inter mortem suscepti baptismi, & mortem susceptam interuenire possit aliquod peccatum saltem veniale impatientiæ, aut iræ, &c. non abs te erit Missarum sacrificia pro illis offerre.

6. Nec obstat, si dicas, quòd si adhuc pietas fidelium desistere nolit ab exactiōe pro Missis, non tamen illæ quæ defunctorum in Missali nominantur, dicendæ erunt: continet hæc multa representantia animam ante tribunal Dei stare, quibus deprecatur Sacerdos ne animæ in profundum malorum lacum incidant, aut absoibear eas Tartarus. Sicut enim iniuria fieret martyri, si pro eo huiusmodi Missas offerri contingeret, aut alias animo impetrandi à Deo saluationem illius, aut liberationem à penis purgatorij. Ait namque Diuus Augustinus sermone decimoseptimo de verbis Apostoli, *Iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre*. Et ira non permittitur fidelibus iudicare fortè illi Missis opus esse, eo quòd possibile fuerit in actu martyrij venialiter eum peccasse. Eodem modo aliqualis iniuria fit recens baptizato, & statim emortuo, ut pro saluatione illius orètur, & Missæ, vt satisfactoriæ, offerantur: cedit enim tunc iniuria in Baptismum sicut & in martyrium. Quod martyrium licet sit testimonium maioris dilectionis Dei, quàm est Baptismus, iuxta illud: *Maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animam suam ponas quis pro amico suo*, Ioan. 15. Stare tamen potest peccatum veniale cum martyrio, vt impatientiæ, aut vanæ gloriæ, si ob eam fortè illud suscipiat; sicut stat cum Baptismo, imò & mortale. At huiusmodi possibilitate peccati cum martyrio existente, fidelibus est interdium pro martyribus orare, Missasve expiationis mortuo offerre. Igitur & pro baptizatis statim expirantibus eadem fieri verita esse iudicare licebit. Non, inquam, obstat hoc: nam cum martyrij complementum & effectus non habeatur, nisi in vltimo vitæ exitio, sic vanæ gloriæ peccatum deleri per ipsummet martyrium; non tamen sic in Baptismo, cum post illius susceptionem, complementum, seu effectum, scelera patrari possint. Dicendæ tamen erunt Missæ (si pietas Christiana eas offerre velit) de Angelis, sicut dicuntur pro paruulis carentibus ratione; aut Missæ pro gratiarum actione, ob collatum beneficium baptizato: quæ satisfactoriæ etiam erunt, si fortè indigerit baptizatus: deseruiet præterea, & multum conferent ad gloriam accidentalem baptizati, vt latè diximus disputatione 15. numero 12. Docet Ioan. de la Cruz in director, conscient. de Sacrificio Missæ, conclusione 3. Trullench in Balla Defunctorum, dub. 9. numero 7. asserens Missarum Sacrificia posse offerri beatis cum illis profint ad gloriam accidentalem, Ludouicus de San Ioan prima parte, summ. tractatu de Eucharistia, quæstione 9. articulo quarto, folio 222. Sicque optimè offerri pro baptizatis decedentibus ante vltimam rationis.

7. Ad primum argumentum responderetur, consuetudinem nempe illam differendi Baptismum Sanchez Selecta.

vsque ad patibulum, in ratione pia fundari, non tamen in pietissima. Nam ministrare Eucharistiam damnato est pium officium illi exhibere; cum & maior gratia & vberiores utilitates ex Eucharistia obueniant, quam ex solo Baptismo. Nec mirum Iudices, & Patres spirituales ad hoc non aduertisse: plurima enim haud obscura mentibus non obiciuntur; aut si in mentem veniunt, id obtingit quandiu executioni eorum locus non est; aut si sit, audacia fortè deficit ad exequendum. Sunt namque plurimi qui faciliè consuetudini obtemperant, etsi palam videant illa maius bonum impediri. Quibus illud Taciti non ineptè conuenit. *Veteribus etiam qua vsu euidenter arguit, stare mantent.*

Ad secundum negari non potest quin æqua ratio sit, & maximè in fauorem damnati illum non baptizari, nisi ad pedem patibuli, vt scilicet mora modica interueniente inter Baptismum & baptizati mortem nullus peccato locus sit. At fauorabilius damnato erit Eucharistiam illi etiam ministrari ob rationem allatam numero 3. Præterea cum patres spirituales assistant damnato pridie mortis eius, exhortantes ad contemplationem rerum diuinarum, illa eadem ratione nullum etiam peccato ostium referabitur, & maximè auxilia ab Eucharistia prouenientia id præstabit; cum illius effectus sit à peccatis præseruare, attestante Concilio Tridentino sessione 13. capite 2. per hæc verba: *Summi autem voluit Sacramentum hoc tanquam spiritualem animarum cibum, quo alantur, & confortentur viuentes vita illius, qui dixit: Qui manducat me, & ipse viuet propter me: & tanquam antidotum, quo liberamur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præseruemur.* Sanè maius commodum, & certius ex perceptione sacre Eucharistiæ oblatæ post Baptismum, sperari potest, quàm proueniat ex intervallo modici temporis inter Baptismum & mortem. Vel si in peccatum aliquod prolapsus se fuisse reus cognoscat, Sacramentali confessione iuuabitur. Fæcei tamen damnati nolentis baptizari nisi ac pedem patibuli, deuotiori esse annuendum. Sed ne illa deuotio ex ignorantia procedat, operæ pretium erit illum monere, se maximis utilitatibus ex Eucharistia carentia priuari: quòd si præmissæ monitioni non consentiat, ad supplicij pedem baptizetur: penes quem nequaquam erit indecentia Eucharistiam ministrare: imo ex præcepto erit ministranda, iuxta dicta disputatione 39. Si enim indecentia non reputatur Eucharistiam deferre ad cibandos pauperes in stabulis decubentes, vt monuit Possuinus de officio Curati, capite 8. numero.... nec indecentia vestigiū esse iudicare fas erit, ad patibulum portare; inter sumptionem tamen & mortem, vnam horam vel ferè intercurrere opus erit, vt species resoluantur.

Hæc Iudices aduertant, executionisque mandari nitantur. Nam permittebant Baptismum pridie mortis rei ministrari, & Eucharistiam, piorum parentum munus exequuntur, ob quod merentur maximè, tum quia ministrari Sacramenta curant, & Religionis actus sunt inde excuti, tum charitatis erga proximos exercentes opera, præmio digni tam apud Deum bono-

tum operum remuneratorem, quàm apud homines erunt habiti. Et sanè alienum minimè est à iudicibus viè erga reos procedere intra iustitiæ ex præcepto præstandæ limites: in quo decepti sunt plures iudicum, arbitrares se ministrorum iustitiæ nomen demereri, nisi summum ius seruent, rigorem nudum & à misericordia alienum ostentent, obliuiscunt omnino illi dicti Ecclesiastes 7. *Noli esse iustum multum.* In cuius explicationem rectè aduertit Lyranus super illum locum, iustitiam corrumpi tam per excessum quàm per defectum, sicut & liberalitas per prodigalitatem excedendo, & per auaritiam deficiendo. In liberalitate tamen defectus, qui est per auaritiam, peior longè est quàm excessus per prodigalitatem, vt ait Philosophus 4. Ethic. Et ratio euidens est; nam qui auarus est, sibi & proximo nocet per auaritiam, cum nullum beneficentia actum erga proximum exequatur, nec erga se. E contra per prodigalitatem, beneficium prodigus proximo impendit, licet virtutis nec sit actus, nec illius mereatur nomen beneficium per prodigalitatem impensum. Sic in virtute iustitiæ, excessus peior est, quia vergit ad crudelitatem, quàm defectus per nimiam remissionem, quæ vergit ad pusillanimitatem, per quam minus læditur reus puniendus, quàm per crudelitatem castigetur, & reipublicæ maior scandalum iniquitatis offert quàm si punire omittet cum ad omissionem aliquas causas occultas posset habere. Hæc igitur inuens Ecclesiastes auctor, Salomon videlicet, vt inducat ad actum iustitiæ circa mala puniendâ, retrahit ab excessu qui peior est dicens, *Noli esse iustus multum*, acriter videlicet puniendo. Et quia hoc communiter procedit eo quòd aliquis de sua iustitia nimis sentit, vt benè aduertit Lyranus: ideo subditiu statim, *Nec plus sapias*, scilicet, de tua iustitia, quàm necesse est. *Ne obstupescas, ne impiè agas multum*: crudellem videlicet sententiam dando, & non iustam. Ob id summum ius summam iniuriam consistit appellari, vt explicat gloss. interlinealis ibi & communiter Doctores. Nec ideo dicitur esse summum ius, quia intra iustæ rei limites summum & extremum illius attingatur; nam hoc esse summam iniuriam non posset appellari: sed dicitur summum ius, quia excessus in virtute iustitiæ inuestigatur, cumque ille zelo virtutis iustitiæ seruandæ occultetur, ius appellatur, quod tamen reuera tale non est, sed potius iniuria & contra ius. Sæpe huiusmodi iudices æquissimos esse arbitrantur, & incorruptæ severitatis amatores se existimant, Rhadamantioque pollere iudicio putant: quibus congruere ferunt illud Virgilij *Aneid.* 6.

*Gressu hac Rhadamanthius habet durissima regna,  
Castigatque, auditque dolos, fagibusque fateri  
Quæ quis apud superos, furto latatus inani  
Disiulit in feræ commissis piacula noctem.*

Et Minos Cretensium Regi similes esse vociferant qui propter externam severitatem, quam viuens exercebat, post mortem iudex infererum factus, conclauiatur, de quo Virgil. 6. *Aneid.* ait.

*Quæstor Minos vnam mouet, ille silentum  
Consiliumque vocat, vitæque & crimina discit.*

Quibus iudicibus inde exorti sunt vesiculi illi Horatiani *satyr.* 1. & lib. 2. ode 10. videlicet,

*Est modus in rebus, sunt certi denique fines,  
Quos ultra, citraque nequit consistere rectum.*

*Auream quisque mediocritatem  
Diligis, &c.*

Et Ouidianum dictum illis displicet quoque dum inquit, 2. *Metamorph.*

*Medio iustissimum ibi,*

*Inter utrumque vola.*

Et Plautina sententia in Penulo dissona illis iudicibus videtur.

*Modum omnibus in rebus seror est optimum.*


Sive vt dixit Cicero 3. offic. in omnibus rebus mediocritas est optima. Porro locus Ecclesiasticus explicatur latè à Francisco Valesio de sacra Philosophia, cap. 67. cuius explicationis vis ex eo est accepta à præfato Doctore, quòd iustitia virtus inter duo extrema versetur, sicut quælibet alia virtus moralis: quod iam à nobis satis explicatum est, nec egemus tot attulisse exempla ad huius confirmationem, quot attulit ipse in iustitia commutativa, distributiva & punitiva. Iustitiam item inter duo vitiosa extrema versari posse explicuit Zapata de iustitia distributiva & acceptione personarum, qui non tantum iustitiam & cæteras virtutes morales per excessum, seu defectum corrumpi probat, verum intellectuales, & Theologicas quoque: de intellectualibus namque id affirmat D. Thomas 1. 2. quæst. 64. art. 3. dicens, quòd sicut mediocritas illarum consistit in veritate, quam enuntiant, quæ quidem est conuenientia eius quod intelligitur, cum re ipsa intellecta, nempe conceptus obiecti cum re ipsa extra existente, ab illa mediocritate deficere homo potest, nempe per excessum, enuntiando de re ultra id quod habet, aut per defectum enuntiando de illa infra id quod habet: utroque enim modo falsitatem in intellectu inueniri tunc dubitat nemo. In virtutibus verò Theologicis quamuis ex parte obiecti illarum nunquam committatur excessus, cum si nihil aliud consideremus quàm rationem ipsam obiecti Fidei, aut Charitatis, nunquam aliquis nimium credit, aut diligit. Quòd pertinet illum Ecclesiasticus 43. *Benedicentes Deum exaltate illum quantum potestis, maior est enim omni laude.* Et illud Bernard. initio libri 1. de diligendo Deo, videlicet, *Modus diligendi Deum est sine modo diligere*: & secundum hanc rationem negauerat D. Thom. virtutes Theologicas per se consideratas in medio versari. Per accidens tamen & ratione circumstantiarum per defectum, seu excessum lædi huiusmodi virtutes poterit evenire, & sic debet intelligi illud, quod D. Thomas asseruit, scilicet, per accidens ratione nostri habere medium virtutes Theologicas, vt Fides verbi gratia, medium attingit, hoc ipso quòd nec minus, nec plus credit quàm sit credendum, & etiam hoc ipso quòd nec leuiter credit, nec pertinaciter negat. Sic etiam inter desperationem & præsumptionem spes est media. Item defectus esset non diligere Deum quando oporteret; excessus autem tunc conari diligere, cum ob circumstantias aliquas vehementer is conatus corpori noceret, nec tamen vrgeret tunc diligendi præceptum, aut si ex illo conatu adeo raperetur quis quod inhabilis redderetur præcepta tunc occurrentia implere. Granada 1. 2. tract. de virtutibus, disputatio 9. num. 6. & 7. Cum ergo omnium virtutum natura in medio consistat, vt satis probatum est, oportebit maximè, iudices iustitiæ medium inuestigare, à summo iure declinando, & à defectu iuris recedendo.

# S E C V N D A P A R S

## Disputationis Quadragesimæ.

**Qui intelligendum sit, cognationem spiritualem ortam ex Baptismo seu Confirmatione, reperiri inter baptizantem & baptizatum, & paternos, ac parentes baptizati?**

### S V M M A R I V M.

- Doctis grata disputatio, num. 10.*  
*Inter virum baptizantem & masculum baptizatum prima sententia poterit esse, non contrahi cognationem spiritualem, num. 11. & 12.*  
*Ex qua sequitur, quod impotens naturaliter ad matrimonium, non contrahit cognationem spiritualem cum femina ab ipso baptizata, quamuis per miraculum esset impotentia, num. 13.*  
*Infidelis baptizans feminam cognationem spiritualem non contrahit cum illa, num. 14.*  
*Nec etiam catechumenus cognationem contrahit, quamuis postea baptizetur, num. 15.*  
*Infidelis cognoscens carnaliter feminam à se baptizatam non incurrit incestum, num. 16.*  
*Fidelis non confirmatus tenens feminam in Confirmatione non contrahit cognationem spiritualem, numero 17.*  
*Obiectio difficilis aduersus primam sententiam, numero 18.*  
*Soluitur ex mente Henriquez, num. 19.*  
*Soluitur melius ex mente Sancij, num. 20.*  
*Ex copula fornicaria nullum vinculum affinitatis naturale oritur, num. 21.*  
*Occurritur difficulti obiectioni, num. 22.*  
*Sacerdos baptizans feminam, incurrit impedimentum cognationis spiritualis, num. 23.*  
*Quicumque fidelis baptizans feminam, committit incestum, si illam tangat impudicè tantum, & copulam non intendat, num. 24. & 25.*  
 *Autoris iudicium, num. 26.*  
*Obiectio aduersus illud, num. 27.*  
*Eius solutio adducitur, num. 28.*

10.



**A**TEOR potius curiosam, quam necessariam ad praxim institui præsentem disputationem; sed gratam fore doctis spero. Et primò aduertendum cognationem huiusmodi spiritualem in ordine ad impediendum matrimonium videri solum esse à iure introductam: & tunc tantum essentiam & naturam retinere cognationis spiritualis, quando ob illam impeditur matrimonium: vt constat cap. *De eo*, 30. quæst. 1. cap. *Ita diligere*, 30. quæst. 3. cap. *Non oportet*, cap. *Super quibus*, cap. *Post susceptum*, & cap. *Illud etiam*, quæst. 4. cap. *Sciscitatur*, cap. *Qui spiritualem*, cap. *Post uxoris obitum*, & cap. 1. *De cognat. spirit.* in 6. & in cap. *Quamuis*, eodem tit. & in cap. *Per catechismum*, & cap. *Virum autem*, de *cognat. spirit.* & cap. *De eo*, cap. *Martinus*, cap. *Contracto*, cap. *Veniens*, cap. *Tua nos*, & cap. *Ex literis*, eodem tit. Vnde quamuis antiquitus triplex esset cognationis spiritualis species, nimirum paternitas,

compaternitas, & fraternitas: de quo optimè Sancius lib. 7. *de matrimo.* disputatione 54. numero 9. iam ex Trident. sess. 24. cap. 1. solum extenditur ad impediendum matrimonium inter paternos & baptizatum, & illius parentes: nec non inter baptizantem & baptizatum, baptizatiq; patrem ac matrem. Videtur ergo fieri, tunc non contrahi cognationem spiritualem, quando ipsa vt impedimentum ad matrimonium non ponitur: minùs igitur erit, si ad impediendum illud inter aliquos constitui non possit.

Igitur si vir virum baptizat, aut femina femina, inter illos non reperiri videtur cognatio spiritualis propria: cum inter virum & virum, feminam & feminam naturalis, adit incapacitas ad matrimonium. Ponere namque viro impedimentum ad contrahendum cum alio viro, aut femina cum femina, idem esset quòd ponere ligno. Et idemmet si patrino imponatur impedimentum cognationis ad ducendum patrem baptizati, aut matrinæ ad ducendam baptizati matrem. Et idem si ponatur patrino impedimentum ad ducendum masculum cuius est patrinus; aut matrinæ ad ducendam feminam, quam de sacro fonte eleuat.

Ex his ergo prima sententia poterit dari, (poterit inquam dari, atq; sententia huius rei casum, vt hic disputatur, apud nullum discussum reperit) videlicet quòd quoties asseritur inter baptizantem & baptizatum contrahi cognationem spiritualem, intelligendum fore inter habiles personas ad contrahendum: videlicet quando vir feminam baptizat, aut femina virum: similiter patrino contrahere cognationem spiritualem cum matre baptizati, & matrinam cum patre, & cum femina, quam de sacro fonte leuauit, non verò patrino cum masculo baptizato, vel cum eius patre. Maior enim incapacitas ad contrahendum reperitur inter duos eiusdem sexus, quàm inter infidelis & feminam ab eo baptizatam: & tamen infidelis nullam contrahit cognationem spiritualem, vt numero 5. dicemus. Et sanè cognationem spiritualem contrahi tantum inter personas diuersi sexus ostendunt iura allegata numero 1. quia semper casum ponunt de viro feminam baptizante aut tenente.

Hinc deducitur iuxta prædictam sententiam, virum impotentem natura ad matrimonium, nullam contrahere cognationem spiritualem, quamuis feminam baptizet, aut illius sit patrino. Nam qui impotens est natura sua ad matrimonium contrahendum, similiter erit ad impedimenta positiva illius (dico *positiva*: nam impedimentum impotentia perpetua non est posituum Ecclesie, sed naturale, vt bene Sancius lib. 7. *de matrimo.*

disput. 98. numero 2. cum pluribus à se allegatis) etiam quamvis miraculose auferatur impotentia, cum nuptia aut valet matrimonij ex miraculo non pendeat, & iam verificetur impedimentum perpetuum fuisse: vt opimè aduertit dictus Sancius lib. 7. de matrimonio, disput. 93. num. 8. Lopez 2. parte instruct. vbi de matrimonio, cap. 52. columna 5. vers. *Ex quo secundo*, Petrus de Ledesma de matrimonio, quæst. 58. artic. 1. paulo ante primum dubium, Cañedo in summ. vbi de matrimonio, cap. summ. 34. Angles Flor. 1. parte, vbi de matrimonio, quæstione 8. artic. 1. dub. 7. Sot. in 4. distinct. 34. quæst. vltima, artic. 2. columna 7. Henric. cap. *Frastrimicatis*, num. 12. de *Frigid.* Vnde eunuchus iuxta hanc sententiam nullam contrahet cognationem. Inferri poterant aliqua ad venerem spectantia, quæ consultò præterito silentio.

14.

Deinde neq. infidelem baptizantem fœminam contrahere cognationem spiritualem, sequitur; cum incapax ad matrimonium sit, vt est Sacramentum, vt docet Sanchez libro 2. de matrimonio, disputatione 8. numero 1. & 2. nec Ecclesiasticis legibus possit ligari. Docent D. Thomas in 4. distinct. 42. quæstione 1. artic. 3. quæstione 1. ad 3. Durand. ibi, quæst. 1. numero 9. fin. Ricard. artic. 1. quæstione 3. dubio 1. D. Antonin. 3. parte, titul. 1. cap. 15. §. 1. col. 3. Sotus in 4. distinct. 42. quæst. 1. artic. 3. col. 3. & ibi Ouand. proposit. 6. quæstione vltima. Sancius lib. 7. de matrimonio, disputat. 60. numero 7. Petrus de Soto, lect. 11. de matrimonio, §. *Est autem huius cognationis*, Veracruz 1. parte Speculi coniugum, artic. 56. conclus. 2. Palat. in 4. distinct. 7. disput. 3. quadruplici, col. ante fin. vers. *Ego verò*. Angles Flor. 1. parte, vbi de matrimonio, quæst. fin. art. 1. conclus. 1. Valent. 4. part. disput. 4. quæst. 2. punct. 3. §. penult. & disput. 10. quæst. 5. punct. 3. vbi de impedimento cognationis, paulo post princip. §. *sum tamen per Concilium*, Sa verb. *matrimonium*, vbi de impedimentis dirimentibus, numero 5. vers. *cum non baptizato*, Petrus de Ledesma de matrimo. quæst. 56. artic. 1. paulo post princip. & artic. 3. col. penult. & in summa, vbi de Baptismo, cap. vltimo, conclus. 6. Lopez 2. parte, instruct. vbi de Baptismo, cap. 62. ad finem, & vbi de matrimonio, cap. 51. col. 6. Barthol. à Ledesma de matrimonio, dub. 46. post 1. conclus. notab. 4. Rodrig. 1. tomo summ. 2. edit. cap. 226. num. 10. conclus. 4. Vinald. 1. parte, vbi de matrimo. num. 157. Vega 1. tomo summ. cap. 33. casu 45. Cañedo in summ. vbi de matrimonio, cap. 6. vbi de cognatione spirituali, num. 48. Ex Interpensis Ioannes Andr. Reg. *Ex eo non debet*, de regul. iur. paulo ante solutionem ad argumenta, & cap. 1. in principio, de cognatione spirituali, in 6. & ibi Ancharanus numero 1. Dominicus ibi in principio, numero 4. Francisc. ibi in principio, numero 4. Alberic. in suo dictionario, litera I. verb. *impedimentum*, ad Guem. Bellamota cap. 1. numero 2. 30. quæstione 1. Proposit. rubric. de cognatione spirituali, parte 1. numero 1. Alexand. de Nezo, cap. *contrahitio*, numero 12. eodem titul. Henricus cap. *veniens*, numero 1. eodem titulo, Astensis 2. parte summ. libro 8. titulo 18. articulo vltimo, quæstione 6. Bionellus de sponsalibus, conclusione 20. numero 18. Syluester verb. *matrimonium*, 8. quæstione 7. dict. 12. Turrecremata, cap. *diligere*, numero 3. 30. quæstione 3. Tabiena verb. *impedimentum*, impedimento 5. numero 2. quæstione 1. & numero 3. quæstione 2. conclusione 11. Armilla verbo *ma-*

*rimonium*, numero 11. Nauarr. Summa Latin. cap. 22. numero 36. & numero 4. vers. *Tertium*, & libro 3. consil. in 1. edition. titul. de Baptismo, consil. 3. numero 1. in 2. lib. 4. titul. de cognatione spirituali, consil. 1. numero 1. Gregorio Lopez lib. 6. vers. *Estos*, titul. 4. part. 1. Alexand. Carrer. libro 2. de sponsalibus, cap. 8. Matiens. libro 5. *Recopilas*. titul. 1. Rubric. gloss. 1. numero 169. Gallego de cognatione spirituali, cap. 8. numero 4.

Et Carechumenum esse etiam cognationis spiritualis incapacem, sequitur: quia cum intra Ecclesiam visibilem non sit, illius legibus ligari non potest. Docent Sorus, Ouand. Angles, Cañedo, Petrus de Ledesma utroque loco allegati, numero præcedenti, Sanchez libro 7. de matrimonio, quæstione 60. numero 9. Lopez 2. parte instructor. vbi de matrimonio, cap. 51. col. 6.

15.

Nec quamvis postea baptizentur contrahent infidelis & catechumenus cognationem spiritualem cum baptizato: quia in tempore inhabili baptizantis, vel patrini personam gessere. Et quod à principio nullum fuit, tractu temporis conualescere nequit, ex regula iuris in 6. dicente: *Non firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non subsistit*. Docent Alexander de Neuo cap. *contracto*, numero 13. de cognatione spirituali, Sot. Barthol. à Ledesma numero 14. allegati. Gallego de cognatione spirituali, cap. 8. numero 14. Petr. de Ledesma de matrimonio, quæstione 56. artic. 1. paulo post principium, Sancius libro 7. de matrimonio, disputatione 60. numero 11. Nec etiam infidelis capax est cognationis spiritualis passivæ: vnde fidelis baptizans filium fœminæ infidelis non contrahit cognationem cum matre infideli baptizata, quia cognatio est relatio, & non potest ab altero contrahi quin ab utroque contrahatur. Docent Durand. in 4. distinctione 42. quæstione 1. numero 9. Sot. distinctione 42. quæstione 1. artic. 3. colam. penultim. Palat. in 4. distinctione 42. disputatione 1. col. 27. folio 927. Egidius infra allegandus, numero 25. & 26. Gallego de cognatione spirituali, cap. 8. num. 11. Sancius lib. 7. de matrimo. disp. 60. n. 14. alios adducens.

16.

Vnde Egidius de Sacrament. disput. 32. dub. 2. numero 27. dicens, Petrum suscipientem filium Paulæ infidelis contrahere cognationem cum Paula, si conuertatur ad Fidem? deferendus est cum Authoribus allegandis, dicentibus fidelem baptizantem filium infidelis contrahere cognationem spiritualem cum parentibus infidelibus: quod docent Rosella, verbo, *impedimentum*, impediment. 6. num. 26. & ibi supplement. summæ Pisanz, impediment. 6. num. penult. Angel. verb. *matrimonium* 3. impediment. 7. num. 10. Syluester verb. *matrimon.* 8. quæst. 7. numero 12. Veracruz 1. parte *Speculi*, art. 56. conclus. 6. Henriquez lib. 12. de matrimonio, cap. 11. numero 3. in fin. Vinald. 2. part. vbi de matrimonio, num. 163. Gloss. cap. 1. verb. *ex laicis*, 30. quæst. 1. & ibi Archidiacon. cap. 1. num. 1. de cognatione spirituali, in 6. & alij, quos refert Sancius lib. 7. de matrimonio, disputatione 60. numero 13.

Fit ergo, infidelem quamvis carechumenum cognoscentem carnaliter fœminam à se baptizantem, aut baptizantem matrem, incestum spiritualem non incurrere: & minus si per ignorantiam,

17.

tiam, siue inadvertentiam Parochi admitteretur ad patris munitus; foemina cuius fuit patris carnaliter sibi copularer.

18. Quod dictum est in Baptismo, dicendum est in Confirmatione. Aduerte tamen, fidelem non confirmatum, & tenentem foemina in Confirmatione non contrahere cognationem spiritua-lem cum illa. Quia quamuis habeat vitam spiritua-lem ratione Baptismi; at non habet condicio-nes petitas ab Ecclesia, vt verus susceptor sit: vt constat ex cap. *In Baptismo*, de consecrat. di-*stinct.* 4. ibi, *In Baptismo, vel in Chrismate non potest alium suscipere in filium ipse qui non est baptizatus, vel confirmatus.* Quod verbum, po-*test.* praesupposita negatione tollit potentiam, & reddit actum nullum: vt bene Sancius lib. 6. de *matrimon.* disput. 38. num. 20. docet glossa in dicto cap. *In Baptismo*, verbo *Suscipere*, Angel. verbo, *Confirmationis Sacramentum*, num. 11. & verbo, *matrimonium*, 3. impedimento 7. numero 10. sine. Victor. in summa. vbi de *confirmatione*, numero vltimo, dictus Sancius lib. 7. de *matrimon.* disputa-*tione* 60. numero 20. Valent. 4. tom. disputatione 4. quæst. 2. punct. 3. 6. penult. Palat. in 4. *distinct.* 7. disput. 3. quadruplici, col. ante fin. versic. *Ego ve-  
ro.* Suarez 3. tomo, in 3. part. quæst. 72. artic. 10. fin. Henriquez lib. 12. de *matrimon.* cap. 11. nume-*ro* 2. & libro 3. de *Sacrament. Confirmat.* cap. 3. nume-*ro* 3. Tolet. lib. 2. summa. cap. 24. numero 11. Barthol. à Ledesma in summa Sacrament. vbi de *Confirmat.* dubio 8. Vivald. 1. parte, vbi de *Baptis-  
mo*, numero 69. Vega 1. tom. summa. cap. 64. casu 17. Vnde nec incestus labe inquinabitur iste cog-*noscentis* foemina, cuius patris fuit in Confir-*matione.*

19. Dices sequi ex relata sententia numero 3. inter virum & virum, foemina & foemina nullam oriri affinitatem, cum inter illos nequaquam queat iniri matrimonium.

20. Henriquez libro 12. de *matrimonio*, cap. 3. nume-*ro* 4. non veretur sequelam argumenti ad-*mittere*, cum dicat infidelem, qui cum vxore consummauit matrimonium tempore infidelita-*tis*, posse post Baptismum eius sororem ducere, eo quod affinitas ex copula coniugali quamuis ha-*beat* fundamentum in re, non irritat matrimonium iure naturæ cum sorore & cæteris consanguineis, sed solo Ecclesiastico: infidelis autem non erat subditus legibus Ecclesiæ, quando factus fuit af-*finis*. Si igitur ex mente huius Doctotis omnis affinitas est ab Ecclesia inducta ad impediendum matrimonium, fiet, inter virum & virum, foemi-*nam* & foemina non intercedere, cum illis im-*pedimentum* ad contrahendum constitui nequa-*quam* possit, vti magis incapacibus ad contra-*hendum*, quam sit infidelis cum sorore vxoris suæ.

21. Verum melius Sancius lib. 7. *matrimon.* disput. 63. num. 1. dixit, aliud reputandum fore affinitatem esse vinculum naturale; aliud iure naturæ dirimere matrimonium: seu aliud est virum & vi-*rum*, foemina & foemina habere inter se affi-*nitatem*; aliud habere impedimentum affinitatis ad contrahendum. Coniuncti igitur argumen-*tum*, inter virum & virum, foemina & foemi-*nam* non inueniri impedimentum affinitatis, seu affinitatem positivam & Ecclesiasticam: non re-*periri* autem vinculum affinitatis, seu affinitatem naturalem nunquam demonstratur. Experientia

teste inspicimus apud omnes Nationes quantum-*uis* barbaras conciliari naturalem quandam amicitiam ex matrimonio inter consanguineos con-*iugum*, ac ipsos coniuges: ob idque inuenta sunt nomina ad significandam hanc affinitatis coniu-*ctionem*, vt *Socer, Socrus, Prinignus, Nurus, Gener, Noverca.* Et vinculum affinitatis esse quid natu-*rale*, docent Duvus Thomas in 4. distinctione 4. r. quæstione vnic. artic. 1. quæstione. in corp. Du-*tand.* ibi, quæstione 1. numero 7. Paludan. quæ-*stione* 1. art. 1. numero 10. conclusione 2. Sorus quæstione vnic. artic. 1. col. 2. in probatione se-*cunda* primæ conclusion. Duvus Antoninus 3. parte, titulo 1. cap. 11. in fine principij. Victor, in summa, vbi de *matrimonio*. numero 296. Ledesma 2. part. 4. quæst. 57. articulo 1. pauld post princi-*pium*, Veracruz 1. parte *Speculi*, artic. 47. colum. 1. Onand. in 4. *distinct.* 41. quæstione vnic. proposit. vlt. Petrus de Ledesma de *matrimonio*, quæst. 55. articulo 2. difficultate 1. in *solutione*, ad secundum, Vega 2. tom. summa. cap. 34. casu 171. Et à fortiori inter virum & virum, foemina & foemina oriretur vinculum naturale consanguinitatis: quamuis non impedimentum consanguinitatis. Vnde inferitur quidam, quod si aliqua labe lasciu-*ia* inueniretur inter affines, vel consanguineos viros, vel foeminas, inter se ipsos incestus criminis rei essent, eo quod quamuis Ecclesia auferat, siue non constituat impedimentum inter aliquos ad matrimonium, naturale vinculum & reueren-*tiam* seruandam affinis non potest auferre. Quare inferit Azeued. lib. 2. recopilat. tit. 20. lib. 7. num. 41. habentem affinitatem ex copula forni-*caria*, cum aliqua foemina vltra secundum gradum & cum illa fornicantem, committere incestum; quamuis matrimonium inter illos non prohibea-*tur* iam ex Concilio Tridentino, sessione 24. cap. 4. quod etiam probabile reputat Ledesma de *matri-  
monio*, quæst. 55. art. 3. dub. 5. & ipsemet in summa. vbi de *Sacrament. Pœnitent.* cap. 16. fol. 630. versu *hæse de aduertir*, tantum appellat valde probabi-*lem* oppositam sententiam, quasi hanc quoque probabilem reperit.

Verum nullum incestus reatum reperiri inter affines eiusdem sexus etiam in primo gradu ex iure positivo probabilis reputo: quia, vt optimè ait Sancius lib. 7. de *matrimonio*, disputatione 67. numero 8. nullibi reperitur specialis prohibitio accessus ad affines, nisi quando inter illos interdicitur matrimonium, & ideo tota prohibitio copulæ dimanat à matrimonij prohibitione, estque illi accessoria, vt probauerat dicto libro 7. disputa-*tione* 5. numero 7. & 8. Igitur cum Ecclesia non apposuerit impedimentum affinitatis inter duos viros affines, aut duas foeminas, fiet coniun-*ctionem* carnalem inter ipsos viros, aut inter fee-*minas* incestuosam non esse. At si pater cum filio rem carnalem habuerit, incestus labe in-*quinabitur*, quia iure naturæ debita erat reue-*rentia*.

Ex copula verò fornicaria nullum vinculum affinitatis oriri naturale, dicit experientia: potius enim inter eos odia & inimicitia oriuntur: nec filius inclinatur naturaliter ad exhibendam reue-*rentiam* foeminae cognita à suo patre. Et docent Nauarr. libro 4. consil. 1. editione, tit. de *spofali-  
bus*, consil. 7. numero 3. & duplici sequenti in 2. editione, titulo de *consanguinit.* consilio 12. nume-*ro* 3. 4. & 5. Victor, in summa, vbi de *matrimon.* numero

num. 296. Ledesmi. 1. part. 4. q. 57. art. 3. paulo post princip. Henricus no. 12. de matrim. cap. 1. num. 2. Et dicit esse probabile Veracruz, 1. part. speculi, art. 47. in probat. 2. cor. cl. Sancius lib. 7. de matrim. disp. 65. num. 9. Sed quamvis ex copula fornicationis nullum naturale vinculum affinitatis oriatum, oritur tamen vinculum à iure positivo inductum usque ad secundum gradum, ut constat ex Concilio Trident. sess. 24. cap. 5. per hæc verba. *Præterea sancta Synodus isdem & alijs gravissimis de causis aboluta, impedimentum quod propter affinitatem ex fornicatione contractum inducitur, & matrimonium postea factum dirimit, ad eos tantum qui in primo & secundo gradu coniunguntur restringit, in ulterioribus vero gradibus statim huiusmodi affinitatem matrimonium postea contractum non dirimere.*

23. Nec ex eo quoddam inter virum & vitam, feminam & feminam oritur vinculum naturale affinitatis vel consanguinitatis, & non impedimentum ad matrimonium, in se licet, oritur cognationem spiritualem inter vitam baptizantem masculinum, siue feminam foemellam, quamvis non fiat impedimentum cognationis. Nam ut optime aduertit Sancius lib. 7. de Matrimonio, disput. 65. num. 1. cognatio spiritualis nullum vinculum naturale causat, sed tantum est ab Ecclesia inuentum ad impedendum matrimonium, quamvis iure optimo instituerit illud impedire, ut docet prædictus Sancius lib. 7. disput. 54. num. 3. quia recipiens ab aliquo esse spirituale debet ei quandam reverentiam. Quod probat cap. ita diligere, 30. quest. 3. ibi: *Ita diligere debet homo eum qui se suscipit de sacro fonte sicut patrem.* Illa tamen reverentia non est iure naturæ debita, aliàs apud omnes nationes reperiretur: sed est debita ex quadam condementia supposita institutione bapt. smi, & illius ad baptizatum applicatione. Vnde nisi ab Ecclesia interdictum esset matrimonium inter virum & feminam ab eo baptizantem, illam carnaliter cog. esse non esset scelus contra aliquam reverentiam naturaliter debitam, sed aliquantulum maior indecentia quàm si ab ipso non fuisset bapt. suo abluta: nec ob id peccatum mutat speciem, sed ad summum notabiliter aggravabit, ut disput. 1. diximus de confessario cognoscente filium conf. q. 10. n. 5.

24. Sacerdos autem baptizans feminam impedimentum cognationis contrahit, quia licet impeditus sit ratione Sacerdotij illam ducere, natura sua incapax non est ad matrimonium, sed solum iure positivo. Vnde optime ligatus vno impedimento, alio non potest vinciri. Sicut vxoratus foemellam baptizans cognatus illi efficitur, quamvis impedimentum ligaminis habeat tempore quo ministratur baptisma.

25. Omnique vir feminam baptizans non tantum incestus reatum incurrit, quando copula inter ipsos intercedit, verum quando tactus, & oscula aut impudicus aspectus, quamvis animo ibi sitendi. Nam omnia iura matrimonium inter aliquos verantia, inducunt ex inde quandam reverentiam debere servari inter ipsos. At contra debitam reverentiam delinquit, qui personam honore afficiendam impudicè tangit, aut aspicit: & ob id affines siue consanguinei se lascivè mutuo tangentes aut aspicientes, quamvis animo non vitæ: p. ogrediendi, incestus labe inquinantur, ut fatentur vniuersi. Quod tamen intelligendum est iuxta limitationes adductas num. 21.

### Authoris iudicium.

26. Quamvis præfata sententia, numero 11. & 12. add. ita nixa fuerit probare non contrahi cognationem spiritualem inter virum baptizantem, & masculinum baptizatum, nec itidem contrahi inter foeminam baptizantem & foemellam baptizantem, & denique non contrahi inter personas eiusdem sexus. At oppositum dicendum est. Nam Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 1. absolute decernit cognationem spiritualem contrahi inter baptizatum & baptizantem, baptizantemque patrem ac matrem & inter suscipientes baptizatum, ac baptizatum ipsum & illius patrem & matrem; nec Concilium distinguit, an ad contrahendam huiusmodi cognationem spiritualem, debeant personæ esse diversæ vel similis sexus.

27. At dices, personas in sexu similes incapaces esse rei naturæ ad contrahendum matrimonium, sed Concilium naturam cognationis spiritualis explicuit per effectum quem causat, videlicet per hoc quoddam inductiva sit impedimenti ad matrimonium, ut constat illis verbis. *Docet experientia propter multitudinem prohibitionum multoties in casibus prohibitis ignoranter contrahi matrimonium, in quibus vel non sine magno peccato perseveratur, vel ea non sine magno scandalo dirimuntur. Volens itaque sancta Synodus huic incommodo providere, & à cognatione spirituali impedimento incipiens, statuit, &c.* Taliter quoddam Concilium denotare videatur, cognationem spiritualem separari non posse ab eo quoddam sit impeditiva matrimonij, & è contra, tunc non inueniri cognationem quando matrimonium non impedit. Igitur cum personæ similes in sexu incapaces sint ad matrimonium contrahendum, impedimenta matrimonij eis non contingent. Fitque hoc manifestius ex eo quoddam ipsum Concilium cupiens prohibitiones matrimonij restringere, decernit quoddam si alij ultra designatos ad suscipiendum baptizatum illum tetigerint, cognationem spiritualem nullo modo contrahant: quasi dicat Concilium, quia nolo hos qui designati non fuere ut susceptores baptizati, esse prohibitos ad contrahendum, cum baptizato, seu illius patre, vel matre; nolo quoque cognationem spiritualem contrahere: quamvis suscipiendo baptizatum de sacro fonte eundemmet actum exerceant, ac illi qui sunt designati. Fit ergo ex Concilio tunc solum inueniri cognationem spiritualem inter aliquos, quando inter eos impedimentum cognationis ad contrahendum reperitur.

28. Fateor huiusmodi argumentum vim non leuem inferre aduersus nostram conclusionem, num. 16. adductam. Respondetur tamen, quoddam præcipuus effectus cognationis spiritualis sit matrimonium impedire: ac etiam reperiri poterit illa cognatio inter eos qui incapaces existunt ad contrahendum, quia recipiens ab aliquo esse spirituale, debet ei quandam reverentiam, ut diximus n. 23. quæ refultat inter personas similis sexus, & illa reverentia est etiam effectus cognationis spiritualis, & baptizatus cum generet filium spirituale, contrahit cum filio à se genito spiritualiter quandam cognationem patris ad filium, quæ relatio quædam est spiritualis, sicut fundamentum eius spirituale est, videlicet generatio spiritualis.

## DISPUTATIO XLI.

An possit scrupulosus, existimans se peccatum committere  
Eucharistiam suscipiendo, eam recipere sine peccato  
contra suam conscientiam scrupulosam,  
& absque depositione illius?

## S V M M A R I V M.

- Quam necessaria sit hac disputatio, num. 1.*  
*Triples generis conscientia assignatur, num. 2.*  
*In quo consistat difficultas questionis, num. 3.*  
*Argumenta à parte negatiua, num. 4. & 5.*  
*Prima sententia, num. 6.*  
*Autoris iudicium, num. 7.*  
*Probatur ratione, num. 8.*  
*Obiectio difficultatis aduersus eam, num. 9.*  
*Afferuntur alia dua rationes innantis Autoris iudicium, num. 10. & 11.*  
*Obiectio secunda magni momenti aduersus resolutionem Autoris, num. 12.*  
*Obiectionis istius enucleatio, num. 13.*  
*Vexatio scrupulis, an peccata olim commissa sint confessi, vel non? conuenit à reiteratione confessionum cessare, num. 14.*  
*Obiectio contra numerum iam dictum, num. 15.*  
*Eius enodatio, num. 16.*  
*Scrupulosus minus necessarium est scrupulis trahi, an peccata grauia sint confessi, vel non? quam an mortalia non adeo grauia, num. 17.*  
*Neque illis opus est, vt possint licite cessare à reiteratione confessionis peccatorum olim commissorum, expressè recordari ea fuisse confessi, num. 18.*  
*Si confessio aliqua nulliter fuit facta, & alia intermedia cum dolore, proposito sufficienti, & naturali oblivione nullitatis præterita confessionis, postea remissens penitens illius, non tenetur confessionis intermedias reiterare, sed qua fuit nulla, & peccata tunc confessi, num. 19.*  
*Infamans Sacramentum Penitentia, reiterantes illud ob solos scrupulos, num. 20.*  
*Vitis doctrina adducitur circa scrupulos, num. 21.*  
*Non decet scrupulosos ob vitandos scrupulos motibus capitis, aut alterius membri gestire, num. 22.*  
*Liberi à scrupulis recedant à scrupulosi, ne ab eis inficiantur, num. 23.*  
*Duplex generis scrupulorum assignatur, & eorum remedia, num. 24. & à qua radice scrupulosi oriuntur, ibidem.*  
*Ad argumenta respondetur, num. 25. & 26.*  
*Qualiter vitari queat perplexitas duorum præceptorum incompatibiliter concurrentium, cum vitis doctrina, num. 27.*  
*Alia scitu digna ad scrupulos circa ministeria Fidei attinentia, num. 28. 29. 30. & 31.*

I.



DISPUTATIO hæc valde necessaria erit ad vitandos scrupulos, tam penitentibus eis vexatis, quam confessariis scire debentibus remedia quibus medeantur. Quam disputationem licet aliqui exponendam instituant

Sanchez, Selecta.

generali ratione, an scilicet possit scrupulosus quodlibet opus agere contra suam conscientiam scrupulosam ea non deposita. Nos in particulari de scrupulosa conscientia circa communionem, institutum sumus, exempli gratia.

Triples generis conscientia Schola Theologorum distinguit cum D. Thom. 1. 2. quaestione 19. artic. 6. Erroneam vnam; illam scilicet, quæ determinatè iudicat esse peccatum, quod tale non est; vel esse licitum quod prohibitum est. Secundam dubiam, quæ determinatè non iudicat aliquid esse peccatum, vel minus, dubia semper manens. Scrupulosam postremam, quæ lenis suspicio est, ex leuibus fundamentis iudicans id peccatum, quod reuera non est, formidans semper contrarium posse veritatem continere. Sic Sanchez in summa, lib. 1. cap. 11. numero 1. Vazquez 1. 2. disputacione 67. cap. 2. numero 7. Sa verb. *dubium*, numero 1. & communiter Theologi, & Summistæ verb. *conscientia*, seu verb. *Scrupulosus*. Cantarell. in præceptis decalog. lib. 1. cap. 3. n. m. 16.

Qui omnes iam consentiunt, operantem contra conscientiam dubiam, vel erroneam, crimen incurrere, si absque earum depositione operetur, mortale vel veniale iuxta naturam actionum quæ exercentur: & communem reddunt rationem, hanc videlicet, quod proxima regula nostrarum actionum ratio & dictamen sit; hincque censentem iniquè agere, labe inquinati compertum est, utpote contra dictamen rectæ rationis operando, si absque talis conscientia depositione opus exerceat. Sic Sanchez & Vazquez vbi supra.

Sed ibi difficultas residet, an valeat scrupulosus absque scrupuli & dictamen depositione iudicantis crimine irretiri, Eucharistiam suscipiendo, vel quamcumque aliam actionem exercendo, de facto communicare, seu cæteras actiones exequi absque crimine; verbi gratia, si cogitaret aliquis inotionem manus, vel oculorum ad cæcillum elevationem peccatum esse; vel confessiones præteritas nunquam rectè fuisse executioni mandatas, aut communionem sacrilegio infectas, an possit huiusmodi exercere actiones adhuc non deposito iudicio quod in earum executione peccatum reperitur, & confessiones præteritas non reiterare?

Videtur Eucharistiam non posse licitè recipi, seu aliam actionem exerceri sine iudicij scrupulosi depositione. Nam Eucharistiam suscipiens existente iudicio, quod peccatum committit, operatur contra dictamen rectum rationis, indicans nullam actionem contra legem Dei efficiendam esse. Igitur necessarium erit scrupuloso communicanti, scrupulosum iudicium deponere,

K k iudica

judicareque in Eucharistia receptione nequaquam delinquere.

5. Secundo arguitur, operans contra conscientiam erroneam forte iustificatur, ut supra diximus numero 2. ex mente omnium; contrariumque asserere, hæresim esse non pauci censent. At conscientia scrupulosa etiam erronea est (quisnam maior error quam cogitare levare manum, vestiri, &c. peccatum esse?) igitur aduersus eam operari crimen erit.

6. Propter hæc argumenta potest esse prima sententia, censens, nequaquam licere scrupuloso aduersus conscientiam scrupulosam operari, ea prius non deposita. Cui fauere videntur Rodriguez 2. tomo summ. cap. 51. numero 3. Ludovicus Lopez 1. parte instruct. cap. 3. §. Ex quo sequitur, sine.

### Authoris iudicium.

7. AD disputationis resolutionem notandum, scrupulosum posse deponere suum iudicium dupliciter; vno modo per principia intrinseca, per rationes, inquam, de nouo aduenientes, quibus mutetur iudicium in contrarium eius cui antea inhærebat, iudicans licitum esse quod ante illicitum reputabat. Alio modo per principia extrinseca; per auctoritatem videlicet confessarij, aut aliorum Doctorum, docentium nullo modo peccatum scrupulosum, licet operetur non deposito iudicio fundamentis scrupulosis innixo, imò rectius acturum si adhuc eo non deposito operetur.

Scrupulosus ergo licet operari potest conscientia scrupulosa non deposita intrinsece, & consequenter sacram Eucharistiam suscipere, dum tamen sequatur confessarij dictamen, vel aliorum Doctorum docentium, non obstante tali iudicio & rationibus licite posse communicare. Hæc expressè tenent Sanchez in summ. libro 1. cap. 10. num. 80. Navarr. cap. Si quis autem, numero 64. & 65. de panem, distinct. 7. & summ. Latin. prælud. 9. num. 9. & tomo 1. Confilior. consil. 9. de emptione Nider præcept. 1. cap. 5. num. 9. Saverbo dubium, num. vltim. Becan. tom. 2. tract. 1. cap. 4. quæst. 10. Cordub. lib. 3. quæst. 5. proposit. 4. Zerolin præxi penitent. fol. 384. Montef. 1. 2. disputat. 29. quæstione 6. numero 254. Figueroa in medico spiritali. cap. 3. Grass. lib. 1. decil. cap. 16. num. 16. & tomo 1. consil. 5. num. 5. Malderus 1. 2. disput. 88. Granado 1. 2. tractat. 12. disput. 5. numero 1. Layman 1. tom. cap. 6. §. 4. numero 2. Cornejo 1. 2. tom. 1. tractat. 8. disput. vltima. Vilalob. tractat. 1. de conscientia, difficult. 27. numero 4. Rodriguez tom. 2. quæst. Regular. quæst. 46. artic. 3. in fine, & tom. 3. quæst. 66. artic. 3. per totam, ubi multa de remedijs scrupulorum, Sair. lib. 1. cap. 14. in Clavi Regia, Vazquez 1. 2. disput. 67. cap. 2. numero 8. per hæc verba: *Scrupulosus non obstante scrupulo, & iudicio conscientia scrupulosa credat confessario, & patri spiritali.* Qui disput. 62. cap. 3. num. 10. existimat, opinantem per principia intrinseca aliquid illicitum esse, posse illud operari inductum autoritatibus aliorum Doctorum opinionationem illud licitum fore, quantumcumque opinionem illorum iudicet falsam. Quem in hoc sequitur Lessius de iustit. lib. 1. cap. 41. dub. 9. numero 76. Salas 1. 2. sect. 8.

*Agid. de Sacrament. disput. 34. dub. 10. num. 84. Malderus 1. 2. disput. 86. Cornejo 1. 2. tom. 1. tractat. 8. disput. 3. §. secundo probatur. Sair. Clavi Reg. lib. 1. cap. 6. qui cap. 14. ait, non solum fore licitum scrupuloso contra scrupulum agere, verum salubre consilium esse, imò præceptum, quoriscumque ex anxietate scrupulorum notabile damnum saluti obuenerit, obstrictus est enim tunc exterius se diuertere, alijs confabulando, & læta videndo. Quod si his adhibitis internam quietem non nanciscitur, ad culpam ei non imputabitur, aut si retraheretur scrupulosus à confessione vel communione sub præcepto obliganti. Quod etiam tenet Valentia tom. 2. disp. 2. quæst. 14. punct. 4. Sanchez in summa, lib. 7. cap. 10. num. 85. Montefin. 1. 2. disput. 29. quæst. 6. numero 255. Igitur si ex mente Vazquez & aliorum licitum est aliquem contra opinionem propriam operari ductum solum autoritate aliorum, multò magis licebit contra scrupulosam conscientiam agere ob auctoritatem confessarij, & aliorum Doctorum purantium nullum reperiri peccatum in executione communionis, seu alterius actionis contra proprium iudicium scrupulosum, ut docet Margarita Confessar. folio 151.*

8. Secundo, nam subditus ex plurimorum sententia tenetur obedire contra propriam opinionem, quantumcumque iudicet opinionem superioris præcipientis esse falsam. Sic Vazquez 1. 2. disput. 62. cap. 6. Cordub. lib. 3. quæst. 9. Azor 1. parte, lib. 2. cap. 17. quæstione 7. Garcia 2. tomo de beneficijs, parte 11. cap. 5. numero 366. Salas 1. 2. sect. 8. à numero 75. & plures alios Doctores pro hac sententia adduximus disputat. 33. numero 29. & 31. Tunc enim operatur hoc dictamine, licet quod mihi præceptum est, agere non possim abque peccato iuxta meum iudicium, quod deponere nequeo intrinsece per rationes illud mutantis; virtute tamen obedientiæ operor, quæ quidem indemnem me constituit, ut dixerunt Cordub. & Garcia supra, quos etiam retulimus disput. illa 33. numero 30. Siue ad operandum teneor, quia scio me non peccaturum, opinionem probabilem superioris sectando, ut dixit Vazquez & alij quos adduximus quoque dicto illo numero 30. Scrupulosus igitur ratione obedientiæ erga confessarium sequi poterit illius dictamen contra proprium virgiori ratione; cum scrupulosum iudicium ratione non fundetur, probabilis verò opinio illi nitatur. Vel quia cognoscit se absque peccato posse confessarij opinionem sectari.

Imò & sequi tenebitur in operibus sub præcepto, Eucharistiam scilicet sumendo in articulo mortis, vel in Paschate, vel in alijs temporibus per Constitutionem alicuius Religionis præfinitis (si Religiosus est) ut constat ex Clement. *ne in agro, §. Sane, de statu Monachorum*, & agit Trident. sess. 25. cap. 10. per hæc verba: *Attendens diligenter Episcopi & ceteri superiores monasteriorum Sanctimonialium, ut in constitutionibus earum admonentur Sanctimoniales, ut saltem semel singulis mensibus confessionem peccatorum faciant, & Sacrosanctam Eucharistiam suscipiant, ut & se seulari præsidio muniant ad omnes oppugnationes demonis fortiter superandas.* Videndus etiam Reginald. 1. tom. præx. lib. 29. num. 73. in fin. Zerola in præxi Episcop. 1. parte, verticulo *Moniales*, §. 7.

pag. 235. Rodriguez quæst. regul. 1. tomo, q. 62, artic. 1.

Tenebitur etiam Missa interesse in festo, licet aduersus eam scrupulis infidelitatis vexetur: & iustum inuisere, si indigeat maximè, quamuis vexaretur scrupulis iræ aduersus illum, aut impudicitia: His enim scrupulis existentibus, & iudicio non deposito, quòd scilicet in exercitio illarum actionum peccatum reperitur, eas exercere tenebitur, vt iam diximus, nec contra iudicium agere peccatum erit.

9. Nec obstat, Religiosum ex voto obedientiæ esse obligatum contra suum iudicium superiori parere, cum illud sequi possit absque peccato, vt retulimus supra numero 8. At poenitens cum voto non sit strictus confessario obedire, onus ei non incumbit contra suum dictamen confessarium sequi. Vnde obedientia, quæ excusat subditum à peccato, ob parendum contra suum iudicium operantem, cum denudus ea non sit poenitens, excusatione non gaudebit contra suum dictamen agendo. Non, inquam, obstat hoc: nam licet verum sit, poenitentem non agere contra obedientiam dum non parat confessario, peccabit tamen contra virtutem existentem alià sub præcepto, & quam Confessarius iubet exerceri sub poenitentia vinculo, vt diximus disputatione 33. numero 8. & disputatione 13. numero 8. verbi gratia, si poenitens noller tempore Paschatis, aut mortis communicare ob scrupulum, & confessarius præciperet communionem, peccaret non communicando contra Religionem, minime verò contra obedientiam: imò non acceptando poenitentiam Sacramentalem iniunctam rationabiliter, solum peccaret contra virtutem poenitentia, & non obedientia, vt Suarez 4. tom. in 3. parte, disputatione 20. sect. 4. fin. & nos latius diximus illa disputatione 13. numero 8. Eodem modo quo ægrotus recusans remedia necessaria ad salutem, peccaret contra propriam charitatem, & non contra obedientiam medici præcipientis. Vnde licet poenitens agendo contra suum dictamen, excusari non possit ratione obedientia sicut subditus, excusatur tamen ratione virtutis Religionis tempore Paschatis obligante ad communionem, & etiam ratione propriæ charitatis tempore mortis. Cum enim præcepta communicandi illis temporibus possideat ius obligandi, scrupulosus verò certus non sit, an peccatum committat communicando, neque id iurare debeat, vel audeat, tenebitur confessarij seu aliorum sequi iudicium, proprio relicto. In communionibus verò ex consiliò licet non teneatur comitari iudicium confessarij, cum nec communicare sit strictus, poterit tamen licitè illud amplexari contra proprium dictamen, eo quòd scrupulosus ratione probabili non nitatur, sed potius in ipsius defectu & ignorantia: agere verò contra ignorans iudicium nullum peccatum esse quilibet censebit: dum monitus esset in iudicio errare.

10. Si namque scrupulosus adhuc non deposito iudicio contra illud agere non liceret, concedere cogere plures saluationem non posse assequi, dum scrupulis adeo vexarentur, quod in omnibus se delinquere putarent. Idemque in existimantibus confessiones se inuvalidas efficere, & facultè communicare semper: his enim neces-

Sanchez Selecta.

sarium esset; perplexitatem incurrere, Eucharistiam suscipiendo, vel non suscipiendo: quia supposito, quòd iudicium non deponunt, crimen committerent, si verum esset, scrupulosum contra suum iudicium non posse operari; non communicando etiam crimine inficerentur si tempore mortis, Paschatisve communioni non applicarentur. Admittere verò peccatorum perplexi aatem absque culpa perplexi (qua certè caret scrupulosus cum inuoluntaria imaginatione vexetur excitante iudicium scrupulosum) nemo censuit, & rationi contrarium est, cum inde sequeretur admittendum statum necessarium ad peccandum sine culpa, quòd impossibile est, eo quòd peccatum in tantum sit peccatum, in quantum voluntarium; docet D. Thomas 1. 2. quæst. 19. artic. 6. ad tertium, & ibi Medina & Zumel. Vazquez 1. 2. disput. 60. cap. 2. numero 6. Cordub. in quæstion. lib. 3. quæst. 4. in fin. Sanchez in summa, lib. 1. cap. 11. num. 12. Valent. 1. 2. disputat. 2. quæst. 14. puncto 5. ad secundum, Azor tomo 1. libro 2. cap. 8. quæst. 8. Salas 1. 2. tractatu 8. disputat. vnic. sect. 3. Basilius de Leon de matrimonio, lib. 10. cap. 15. num. 7.

11. Verùm si ratio scrupulosi obscura non existeret, nullo potentiori argumento posset se vincere, quòd scilicet suscipiendo Eucharistiam non peccet, quàm sentire maximo affici dolore ex eo quòd crimen committere cogitat: quid enim magis procul à peccato, quàm contraria voluntate illius inuestiri? De his dici sanè valet illud Psalm. 13. *Ibi trepidauerunt timore, ubi non erat timor.* Discant à B. Theresia de Iesu (*Abulensis ciuitatis decore & solatio*) obediens confessario contra proprium dictamen.

12. Sed obiiciet scrupulosus: si iudico me communicando peccatum committere, & communicando factum hoc æquiualebit huic propositioni: *Suscipiens Eucharistiam pecco; volo suscipere, ergo, volo peccare:* licitum ergo mihi non erit contra iudicium proprium communicare, vel quamuis aliam actionem operari.

13. Gratias quidem ego libenter referam ob obiectionem, cum ob solutionem, ipsius necessarium sit scrupulosum conuictum manere, nisi insanus sit, & incapax rationis. Quando enim scrupulosus iudicat se delinquere communicando, & communicat, non æquiualebit absolute huic propositioni factum illud: *Si modo Eucharistiam suscipio, sordè inquinor: volo suscipere, ergo cupio delinquere.* Sed æquiualebit huic propositioni disiunctæ: *Si communico modo, pecco iuxta meum iudicium; non verò iuxta confessarij, vel aliorum Doctorum opinionem: volo communicare, ergo desidero peccare.* Nego consequentiam: sufficit enim ad non peccandum aliorum sequi iudicium contra proprium; vt supra ex sententia Vazquez & aliorum adduximus num. 7.

Et quamuis admittatur, non posse aliquem aliorum falsam iudicio suo opinionem sequi contra propriam veram reputatam; illud tamen minime locum habet in scrupulo: nam opinio quæ alicui vera videtur, & eius contraria falsa, in probabilibus rationibus fundatur; contra quam si agat, necessarium erit agere contra rationem dictantem probabiliter: at scrupulus cum solum in inanibus delirijs fundetur, & in defectu rationis, contra illam non agat qui operaretur contra huiusmodi rationis defectum, & delirium,

Quapropter communiter Doctores scrupulum esse dicunt infirmitatem, aut erocem inflictam à Deo vel stultitiam; & hæc incurabilior, quia naturalis defectus.

14. Aduertant igitur scrupulis vexati, *An confessio sint, vel non, præterita peccata*; illos oportere contra huiusmodi scrupulum agere, cessando à reiteratione confessionis, adhuc iudicio nequaquam deposito, quòd peccata non sint confessa. Docent omnes auctores vocati, numero 7. Zerol. in prax. penitent. folio 185. Pefant. 1.2. quæst. 19. artic. 6. regul. 8. Granada 1. 2. tract. 12. disput. 5. num. 8. L. yan 1. rom. tract. l. cap. 6.

15. Nec obest, quòd scrupuloso certum non sit, an scrupulum, vel dubium patiat. Igitur ne se exponat periculo non confitendi peccatum commissum, tenebitur illud confiteri.

16. Non obstat obiectio; nam cum probabile sit iudicium illud ex scrupulo oriri, & non ex dubitatione, probabile etiam est fundamentum carere; & consequenter probabile etiam nullam interuenire obligationem subiciendi peccatum nouæ confessioni. Sic Sanchez in summa, lib. 1. cap. 10. numero 18. in fine, & 82. dicens, scrupulosos debere indicare suum iudicium scrupulosum esse, & non dubium, siquidem à confessio de eo præmonentur. Sa verbo, *dubium*, numero 4. Margarit. confess. fol. 52. Granada 1. 2. tractat. 12. disputat. 5. numero 8. Inter præcipuas verò rationes quibus duci prudenter queat scrupulosus ad cogitandum & sibi persuadendum dubium non esse, sed scrupulosam suspicionem quam habet, an peccata sint confessa vel non, ea erit, quòd solet scrupulis turbari tam circa iterandas confessiones, quam alias materias virtutum: tunc enim prudenter, & absque temeritate iudicium ferre poterit, suam suspensionem ex scrupulo, & non dubio oriri: cum enim ille in possessione scrupulosis sit, conditio scrupuli contra conditionem dubij prævalere debet. Unde licet probabilitas scrupuli sit probabilitas facti, & non iuris, & probabilitas facti sufficiens non sit ad reddendam tutam conscientiam, vt dicemus disput. 45. num. 49. & ideo scrupulosus circa factum opinatur, an videlicet de facto habeat scrupulum, vel dubium; tamen qui vt diximas in possessione scrupulosis habetur, melior est conditio scrupuli tunc, quam dubij. Si verò mos illi non sit scrupulis intendere, tunc potentiori fundamento posset cogitare, dubio, & non scrupulo se querari; licet solum hoc torale fundamentum nequaquam esse possit ad tale iudicium ferendum.

17. Aduertant deinde, scrupulosis fore minus necessarium scrupulis intendere circa peccata grauiora, an sint confessa, vel non, quam circa mortalia leuiora. Nam cum grauiora maxime deformia sint, oculis semper obiciuntur, & ob id ferè impossibile eorum in confessione obliuisci: leuiora verò cum conscientiam non adeò pugnant, obliuioni tradi contingere prius potest: vt magis vultus magnum quam exiguum è somno excitare solet vulneratum.

18. Notent denique, vt possint licite cessare scrupulosi à reiteratione confessionis peccatorum olim commissorum, illis non esse necessarium expressè recordari ea fuisse confessa: quòd heretè si opus foret, esset necessarium etiam milles & ultra eadem peccata confiteri; cum impossibile sit recordationem capere, num fuerint certò con-

cessa. Sufficit enim eos cognoscere solitos esse semper conscientiam examinare iuxta moralem possibilitatem; & aliàs scire sacrilegium committendum iri, si data opera peccatum mortale clauibus penitentiam non subderetur. Nec exigua ignorantia erit & imprudentia, velle certò cognoscere aliquem se adeò sufficienter fuisse confessum quòd gratia Sacramentalis sit ei exhibita, præsertim cum absque reuelatione Dei eo vsque attingere sit impossibile. Ecclesiast. 9. *Nescit homo verum amare, an odio dignus sit*. Sic Caietan. in summa, verb. *de scrupulosorum medicina*, Medina lib. 1. summ. cap. 17. & 1. 2. quæst. 9. articulo 6. in fin. Nauarr. cap. *Si quis autem*, de penitent. distinctione 7. numero 77. Enriquez lib. 5. *de penitent.* cap. 3. numero 4. Sanchez in summa, lib. 1. cap. 10. numero 85. Sa verb. *dubium*, numero 5. dicens, non debere scrupulosum reiterare confessiones, nisi iurare audeat peccata mortalia esse, & nunquam confessa. Granada 1. 2. tractat. 12. disput. 5. num. 8. Becan. tomo 2. tractat. 1. cap. 4. quæstione 10. Reginald. *de prudentia Confessar.* cap. 11. numero 10. 11. 13. & 17. Ochagau. tractatu 2. *de Confessio. Sacrament.* quæstione 42. numero 9. Alexander Pefant. 1. 2. quæstione 19. articulo 6. disputatione 11. regul. 3. Manuel Rodriguez 3. tomo, quæst. regul. quæstione 66. articulo 3. in principio, eo quòd nullus etiam si scrupulis non sit vexatus post mediocrem adhibitam in discussione conscientiam suam perquisitionem in ordine ad confessionem peccatorum efficiendam, teneantur vltieris de antea facta vita cogitare. Quòd si aliquid occurrat non explicatum in confessione, poterit sibi persuadere illud iam fuisse memoratum. Quanto ergo magis homini scrupuloso huiusmodi persuasio erit necessaria ad pacandam conscientiam suam?

19. Præterquam quòd licet aliqua confessio ob malitiam nulliter fuisset facta, si tamen postea alia effecta fuerint cum dolore, proposito, & naturali oblivione nullitatis, vt ab hinc viginti annis recordatus sit se confessionem fecisse, quæ nulla erat, non tenebitur omnes confessiones intermedias repetere, sed solum illam quæ facta est inualidè, & peccata in ea confessa. Nam confessiones semel validæ semper validè existunt. Sic Cordub. in summa, quæst. 158. Vazquez tomo 4. de penitent. quæst. 92. artic. 3. dub. 1. in fine. Granada 1. 2. tractat. 12. disputatione 5. numero 11.

20. Placet mihi quod & Victoriz, quæstione 130. asserenti scrupulosos diffamare Deum & Sacramentum Penitentiam, idque reddere odiosum; circumferentes, Sacramentum velur rigorosum exactorem se gerere, vltra debitum à conscientiam exigens, cum non solum peccata, verum & scrupulos postulare velit: quod tamen falsum est. Verba Victoriz: *Sed quid sit dicentium de scrupulosis, vt si habeo suspensionem, quod feci peccatum: respondetur, quòd non solum non teneor confiteri, sed nec de eo facere scrupulum, si credo quòd non confesi. Quia in rebus moralibus debemus procedere expressis coniecturis: Deus enim sobrius non est, nec querit laqueos. In rebus autem moralibus vocatur demonstratio, ubi habeo coniecturas pro vna parte, & non pro alia, licet habeam formidinem eius. Isti qui sic consentiunt, infamant Sacramenta, & reddunt ea odiosa, satù est confiteri peccata certa, & dubia, sed non de scrupulis, qui quidem sine vno scrupulo*

*scrupuli (nam de his loquitur.) Exemplum. Est aliquis qui omnino habet propositum cavendi à peccato, & nulla modo vult consentire tentationibus, experientique est, quòd solet insistere cogitationibus, & illecebris; postea occurrunt cogitationes, & detentus fuit in illis, & postquam discesserunt, non recordatur, si aduerit, si consensit, vel qualiter se habuit. Dico, quòd de tali scrupulo non oportet consieri. Et eodem modo de cogitationibus fidei, & plurimastis que occurrunt homini etiam parato mori pro fide, si opus esset. Quomodo verò scrupulosi Sacramentis infamiae notam iurant, rectè explicavit Ochagau. tract. 2. de confess. quaestione 42. numero 9. in fin. per hæc verba: Vt sum etiam Sacramentorum intolerabilem esse alij iudicabunt, occasione data ab scrupuloso, & sic aliquo modo infamaretur. Cum enim alij videant scrupulosum perditum scrupulis, poterunt timere ad Sacramenta accedere declinando in laxitudinem, ne in tale perditionis extremum incidant, in quale scrupulosum incidisse vident, putantes vitam observantem, & Sacramentorum usum id damni attulisse. Quod etiam docet Pelant. 1. 2. quaestione 19. art. 6. reg. 10. & S. Theresia de Iesu Abulensis, in camino de perfeccion, cap. 40. Per hæc aurea verba, simillima maximè his que hæctenus dicta sunt: Pensais que le importa poco al Demonio poner estos temores, no, sino mucho. Porque haze dos daños, el uno que atormenta a los que le oyen de llegar a la oración, pensando que han de ser tambien engañados, el otro que se legerian muchos mal a Dios viendo que es tan bueno como he dicho que es imposible comunicarse ahora tanto con los pecadores. Et cap. 41. Asi que no os apreteis por que si el alma se comença a encozer es muy mala cosa para todo lo bueno, y a las vezes da en ser scrupulosa y vezes la aqui inhabilitada para si, y para los otros. Es tal nuestro natural que las atormenta, y aboga, y aux se les quita la gana (por no verse en semejante apretura) de llevar el camino que vos lleuais, y viene otro daño de aqui que juegan a otros por imperfectos como tratan con libertad y sin encozamientos por apruechar el proximo. Si tienen alegria santa parecera disolucion en especial en las que nos tenemos letras ni sanemos en lo que se puede tratar sin pecado, y ay otro daño que en algunas cosas que auys de hablar y es razon habley, por miedo de no exceder en algo, no osareis sino por ventura decir bien, de lo que seria muy bien abominasdes, Asi que byas muy procurad, entender de Dios en verdad que no mira tantas menudencias como vos otras pensays, y no dexais que se os encoze el animo y el animo, que se podrian perder muchos bienes. La intencion este recta y la voluntad determinada de no ofender a Dios.*

Quòd verò scrupulosos oporteat à reiterandis confessionibus cessare, tenent Gesfon tract. de remed. centra pusti. alphab. 70. lit. B. & C. & in tract. de diuersis diaboli tentat. lit. Z. Regwald. tract. de prudent. confess. cap. 11. num. 10. & 17. princip. & fin. Nauart. in summ. cap. 21. num. 42. & de panit. distinct. 15. cap. Considerat. 5. Semper, num. 3. Sait. Clavi Reg. lib. 1. cap. 14. plures DD. adducens, Sak. 1. 2. tract. 8. disput. vnica, num. 292. allegans plurimos. Lorea, Med. & Zum. 1. 2. quæst. 19. art. 6. Pelant. 1. 2. quæst. 19. art. 6. disput. 1. 1. reg. 2. Rodr. 3. tom. qq. regul. quæst. 66. art. 3. dub. 1. & 2. Granada 1. 2. tract. 12. disput. 5. num. 8. Layman 1. tom. tract. 1. cap. 6.

21. Si autem vetetur scrupulis perfectus, quòd fuerit locutus terminis maximè compositis, & se-

lectis; quòd se gratum ostenderit coram benefactore & vrbano; quòd bona laudauerit, cogitans; fatius fore à prædictis cauisse; abigat tales scrupulos velut deliria. Deus enim vel Ecclesiae non intendit suis præceptis aliquem ita obligare, vt ea adimplendo, sit aut appareat fatuus; aut quòd tollatur vrbinitas; aut conuersatio honesta cum aliis habere. Neque item consilio negas; aut sic se habere hominem, vt aliis ridiculo sit, saltem iuxta sententiam bonorum & discretorum vitorum. Sic Rodrig. 2. tom. qq. regul. quæst. 46. art. 3. §. Tertia regula est, cuius vrbinitas iam verba, & in summ. 2. tom. cap. 52. num. 7. Villalob. tract. 1. de conscientia, diff. 27. num. 1. Cordub. lib. 3. quæstionarij, quæstione 13. regul. 3. Marg. confess. fol. 152. Imò neque imperfectio erit vrbinitati, gratitudini, &c. operam dare, cum de illis non exercendis vortum fieri nequit.

Non scrupulosus decet ob vitandos scrupulos motibus capitis, gestus, alteriusve membri gestire: sunt enim aliqui caput mouentes, aut os retorquentes, quasi dicant, non consentio, non consentio; & alia agunt miseracionis, & risus digna. Nam vt rectè notauit Caleran. in summ. verb. Scrupulum, ipsa attentio ad scrupulum vitandum, scrupulum parit. Quod etiam notauit Rodrig. 2. tom. summ. cap. 51. num. 1. & 3. tomo, quæst. regul. quæst. 66. artic. 3. dub. 3. de Sacerdote scrupulizante, num. verba consecrationis fuerint sufficienter prolata, vel non. Quod etiam docuit Caietan. 2. 2. quæst. 83. art. 17. docens sapè fieri à scrupulosis, quòd occupent suam mentem ad hoc, quòd velint esse intenti & attenti, quòd potius est enagatio quàm attentio, habentes potius attentionem ad intentionem habendam, taliter quòd intentio sit obiectum tunc suæ attentionis potius quàm ad verba distinctè & reuerenter dicenda. Si namque scrupulus conscientiae in nihilo damnat, ad quid illa nimia sollicitudo ad vitandum? Cogitare autem scrupulum detrimendum conscientiae afferre, idipsum verè scrupulus est: vt docet Vazquez 1. 2. tomo 1. disput. 108. cap. 2. in fin. loquens de modo quo resistendum est delectationibus carnalibus, per hæc verba: Tandem observa vtilissimum modum his delectationibus resistendi esse, simul ac sentitur appetitum vitillatio, agimum, alio diuertere absque vilo gestu, & motu corporis exteriori. Granada 1. 2. tract. 12. disp. 5. numero 8.

Liberi & exempti à scrupulis ab scrupulosis recedant, aliàs similiter scrupulis inscientur; quemadmodum consueverunt homines deprauatorum morum etiam alios corrumpere, vt notauit Rodrig. 2. tom. summ. cap. 52. num. 1. Becan. 2. tomo quæst. 10. tract. 1. cap. 4. Villalob. tract. 1. de conscientia, difficult. 27. num. 1. Alexand. Pefan. 1. 2. quæst. 19. art. 6. disput. 1. 1. reg. 7. Margar. Confess. fol. 152. Cantarel in præcept. decalogi, lib. 1. cap. 3. num. 16. Quòd limitandum, si scrupulosi communicantes melancholici sint, vel patum scientes. Nam si sapientes sint & animo hilares, rarissimè eueniet ipsos insici scrupulis, quatumcumque cum scrupulosis conuersentur.

Genus esse scrupulorum adnotauit Vazquez 1. 2. disput. 67. cap. 2. num. 8. hominum scilicet de præteritis peccatis turbatorum, an sint confessi necne: quorum scrupulorum principalem originem esse puto defectum memoriae scrupulosi, & timorem perendi salutem æternam. Horum ergo remedium erit ad confessiones iterandas nequaquam

quaquam admitti. Aliud genus addo illorum, quibus que offensa Dei non est, velut iniuria representatur (ob inscientiam quidem) quorum scrupulorum radicem eam esse censeo, quod in actionibus licitis, seu indifferentibus quas exercent, in eorum mentem venit, quod si hoc vel illo malo sine efficerentur, peccata essent. Cum enim discernere nequeant inter cogitationem rei iniquae, & illius consensum, toties quoties de iniquitate cogitant, assensum illi praestitisse se iudicant; Adest in confessionali, folio 155. non aduerentes, quod licet potentiae intellectus & voluntatis in anima coniunctae sint, illarum tamen actus maxime ab invicem distare posse. Horum remedium erit contra suos scrupulos agere, & actiones quas peccata esse putant, non deserere. Denique licet communiter à Doctotibus pro scrupulorum remedio assignetur nihil habendum ab scrupulosis ut peccatum nisi iurate se commississe illud valeant: id tamen sufficiens non esse experientia manifestat, cum talis scrupulorum sit conditio quod iurate non recusabunt id criminis commississe quod nequaquam fuit parratum. Unde efficacior medicina erit, nulla peccata interiora habenda fore ab scrupulosis ut talia, cum favorabilis adsit pro illis praesumptio ipsos cogitare in crimen consensisse, dum longe à committendo distabant: solum ergo exteriora peccata fuisse ab ipsis commissa erit credendum: imò aliqui adeo scrupulis capti inveniuntur quod se commississe, exteriores actus fateantur, quando eos non fuisse aggressos est manifestum. Unde pro horum remedio & cognitione confessarius attendat ad mores scrupulosi.

25. Primo argumento satisfactum est: operans enim contra scrupulosum iudicium, non agit contra dictamen rectum rationis absolute, sed contra rectum iudicium suo cognoscens simul, non esse contra dictamen confessarii & aliorum DD. operari contra conscientiam scrupulosam.

26. Ad secundum dicimus, omnem conscientiam scrupulosam erroneam esse non, sed secundum scrupulosi iudicium; minime vero omnem erroneam scrupulosam esse admittimus: scrupulosus enim errat, monitus tamen ab aliis; non sic qui ex conscientia erronea. Unde si dubitare quis coepit suam conscientiam errare, & ab aliis certiorari non curavit, vincibiliter, & culpabiliter errat: at si dubitare non coepit, vel dubitans erroris monitorem non inuenit, invincibiliter & inculpabiliter errat. Hinc agens contra conscientiam erroneam quam potuit vitare, peccat contra proprium iudicium, cum alias non habeat aliud quod sequi licite possit. Qui vero ex scrupulosa conscientia operatur, bene noscit se sequi aliorum iudicium, licet contra proprium; quod excusat à peccato ut supra dictum est num. 6. & 7. Qui autem negligit errorem vitare, & tamen postea huius negligentiae illum poeniteat, querendo monitorem, & non inveniundo, invincibilis erit ei conscientia erronea, cum vincere eam nullo modo possit: nec per se, nec per alios; quantumcumque olim vincibilis foret: ut Sanchez libro 1. summi. cap. 11. num. 12.

Aduertendum tandem cum Niderio praecipit. 1. cap. 5. numero 9. in fin. in nullo casu esse perplexum aliquem inter duo peccata, quin ei pateat exitus absque nouo peccato: nam si alicui dicitur conscientia erronea innocentem occidendum esse, dimittat hanc conscientiam, & liberatus erit: quod si dimittere non possit ex se, & monitorem erroris non inueniat, & occidat, inuincibilis fuit error, & inculpabilis. Sic forma die festo assistens infirmo in extremis, & cogitans se peccaturam si Missam non audiat, dum tamen monentem non inueniat, non peccabit, infirmum deferendo. Imò etsi iudicet se peccaturam, Missam non audiendo, & etiam infirmum deferendo, libera euadet, si praecipit sibi viso strictiori annuat, ut Sanchez in summi. lib. 1. cap. 11. num. 13. Granado 1. 2. tract. 2. disput. 6. numero 8. Scot. in 4. distinct. 30. quaest. 1. §. de secundo. Quod si discernere non valeat quodnam strictius sit, & cogitet peccaturam se siue Missam non audiendo, siue infirmum deferendo, nequaquam peccabit contra alterutrum illorum operando, cum impossibile sit simul utrumque praecipitum adimpleri. Nec cogitatio solum quod quis committat peccatum agendo actionem sibi visam peccaminosam, sufficit ad peccandum, nisi actio liberè fiat. Sicut detentus in carcere non peccat Missam non audiendo, etiamsi cogitet se peccare, cum liberè Missam audire non possit: quapropter dum communiter DD. asserunt peccare aliquem contra conscientiam erroneam agentem, id solum intelligendum est: si conscientia erronea libera sit ad agendum vel non, quod per illam dicitur, non tamen quando est necessaria, hoc est quod executioni mandari non possit quod agendum dicitur. Similiter forma licet non audiendo Missam, liberè procedat, cum posset deserere infirmum, vel è contra liberè deserat infirmum, cum posset non audire Missam; libera tamen non est respectu alicuius praecipitum illorum duorum vagè, licet respectu cuiuslibet signati in particulari libera sit: quae libertas potius physica est quam moralis in ordine ad culpam, ut notauit Sanchez in summi. lib. 1. cap. 11. numero 14. qui idem verificati dicit in pastore cogitante se crimen admittere. Missam non audiendo, & etiam gregem deferendo. Tenent etiam Rodrig. 2. tom. 0 summi. cap. 51. num. 6. quidquid reclamant aliqui in contrarium, ut refert Sanchez innominatum. Pastor namque ille licet liberè posset deserere gregem, aut Missam non audire, considerando illam absolute; at secundum quod Missam audire respectum dicit ad desertionem gregis, & sit incompatible Missam audire, & gregem custodire; deferendo gregem non absolute, sed eo fine quo praecipitum Missae adimpleatur, non deseritur liberè, sed ex necessitate non frangendi praecipitum Missae; cum aliàs impossibile pastori esset eodem tempore duobus illis mandatis satisfacere. Unde deceptus fuit Granado 1. 2. tract. 12. disput. 6. num. 14. arbitrans, in eo casu habere hominem sufficientem libertatem ad peccandum, & ob id ad diuinam providentiam attinere censet cum illuminare de errore, ne in necessariis deficiat.

PRAXIS PRO REMEDIO  
scrupulorum infidelitatis,  
& blasphemiae.

SUMMARIUM.

- Magis contemnendi sunt scrupuli infidelitatis, vel blasphemiae, quam qui se offerunt erga aliam materiam, num. 28.*
- Exprobrandi sunt huiusmodi scrupulosi tanquam parum fidentes Divinam potentiam praesto esse omnibus nolentibus Fidem deserere, num. 29.*
- Dum obtinebatur intellectus circa mysteria Fidei, non id provenit ob defectum Fidei, sed aliquando ob stultitiam, vel infirmitatem, vel crucem a Deo institutam scrupuloso, num. 30.*
- Ad vincendum hos scrupulos expedire maxime demonum versutiam non timere, num. 31.*
- Qualiter se gerere oporteat confessorium cum huiusmodi scrupulosis, num. 31.*
- Praeceptum Fidei exercenda non obligat per se nisi semel forte in vita, num. 32.*
- Non se defendant scrupulosi gestibus & verbis ab huiusmodi scrupulis, num. 33.*
- Pudeat hos scrupulosos molestare confessorium suis delictis & stultitiis, num. 34.*
- Inter labores confessorij nullus maior, quam comendare cum scrupulosis, num. 35.*

28.



**V**EXARI praecipue solent fideles infidelitatis, & blasphemiae scrupulis, quos metuere minus quam aliarum rerum, & contemnere magis operaeperium erit. Granada 1. 2. tract. 12. disputatione 5. numero 8. Illud sane malum parum timoris, vel minoris saltem incutere consuevit, in quod prolabi distamus magis e contra pertimescentes plus, in id incidere, quod approximari conspiciamus: inter crimina autem quae aggregari nos posse facilius perpendimus, quae sequuntur carnem & sanguinem, est unicuique manifestum: cum enim illa sensui sint amabilia, ad suam concupiscendam spertitiam nos inducunt & instigant: alia vero scelera, quae spiritum respiciunt, sicut non tantum delectant, ita & minus ad sui sequendam nefariam naturam alliciunt. Huius generis est infidelitas. Si namque in carnalibus formidantes incidere, etsi tententur non ob id prolapsos esse est iudicandum, nisi assensum praestiterint, urgentiori tentatos infidelitate, blasphemiam non ob id corruere iudicare erit fas.

29.

Intueor hos in Fidei mysteriis scrupulizantes naui similes naufraganti, & misero naturae ad caelum vociferanti, & cum discipulis ad Dominum, *Salua nos, perimus*, & conclamantibus. Quibus scrupulosis responsum dari, à Christo instruimur exprobrante illos Matth. 8. *Quid timidi estis modicae fidei? Modicae, inquam, fidei, non Diuinae & supernaturalis Theologiae virtutis, cum huius dubitatio corrumpat totam fidem: vnde non dicitur sic dubitans modicae fidei, sed nullius fidei & plane infidelis, vt bene docet Suarez tomo, de Fide, disputat. 1. sect. 1. num. 5. intelligitur ergo de trepidatione in fiducia, quasi dicat Christus, *Quid timidi estis modicae fidei? id est, modicae fiduciae,**

sive confidentiae. Quo sensu solum Matth. 14. Christus Sanctum Petrum reprehendit, quod ad se venire cupiens, & super aquas ambulans, videns ventum validum timuerit, & cum cepisset mergi, clamauerit, dicens: *Domine saluum me fac*, cui Christus respondit, *modicae fidei quare dubitasti? id est modicae fiduciae.* Magna quidem erat, & singularis fides Petri, qui quod Christus faciebat, se quoque eo iuuante facere posse crediderat qui in se mare ambulatus miserat super aquas, sed praesenti periculo, humano timore correptus est, humanum quidem est praesentibus periculis commoueri: *Humana* (inquit Chrysostr. homil. 51. super hunc locum Petrum excusans,) *haec conditio est, vt difficilioribus nunquam superuacui, succumbat in minoribus.* quod etiam Elias sub Iezabel, & Moyses in Aegypto passus est, vt optime aduertit Maldonatus super Matth. 14. numero 30. & 31. Et saepe in Scriptura fidem accipi pro fiducia docent, Vega lib. 9. in Trident. cap. 18. & Lindanus de quadri. part. iust. 1. part. lib. 2. cap. 5. & Iansen. in concord. cap. 30. 32. & 35. D. Thom. 2. 2. in principio, & expositores moderni, & constat ex illo Iacob. 1. *Postulet autem in Fide nihil hesitans*, quia Fides Catholica non habet pro obiecto impetrationem orationis, vt certo reddat illam esse futuram: ergo non potest in hoc sensu postulari à fidei orante, vt non haesitet in Fide: igitur sensus est, vt non haesitet in fiducia. Quomodo videtur etiam intelligi illud Luc. 17. *Si habueritis fidem, &c.* non enim potest de crudelitate intelligi & propter eandem rationem, & quia non omnis qui credit, impetrat miraculum, sed qui habet specialem fiduciam, quod etiam explicuit Vazquez 1. 2. tomo 2. disputatione 109. à numero 16. Hos igitur scrupulis vexatos, exprobrare expedire tanquam parum fidentes Divinam potentiam praesto esse omnibus nolentibus Fidem deserere, & monere erit opus, tantum abesse ex rebus Diuinis dubitationem, nec minimam concipere, quod potius radicandae magis Fidei in ipsis praesumptio violentia (quae aequiualeat manifestis indicibus) sit habenda, simulantur sane illi qui tempore procellantis aënis vexillum portant, qui metuentes ne à vento valido ab illorum manibus eripiantur, virgam periculi haerentes, submittunt pedibus & manibus, & inde vexillum, quod tempore sereno à quocumque minimo aëre forte posset circumferri, tunc à potentiori, nec dimoueri patitur. Fit ergo hos scrupulosos dum scrupulorum ventis, & anxietatibus circumferuntur, radicare magis ac plus fidem, esse nentes. Quae confirmant illa D. Hieronymi verba super Matth. 14. Petro loquentis dum saluum fieri in mari postulauit. *Ardebat, inquit, animi Fides, sed humana fragilitas in profundum traherat. Paululum ergo relinquitur tentationi, vt augetur Fides, & intelligat se non facilitate postulationis, sed potentia Domini conseruatum.*

30.

Hos quoque scrupulosos non dissimiles esse conspicio fruentibus oculorum perspicacitate, qui aliquando anteoculis vti decernunt, experientes tunc minus videre, & obtrebrari oculorum lumina. At hic ex eo nec anxietatem capiunt, nec animi turbationem patiuntur, sed anteoculis deiectis, sua acuitate oculorum vti eligunt. Eodem sane modo qui obtrebrari intellectus naturale lumen circa Fidei mysteria experti

perit fuerint, non id euenire opinentur à Fidei perſpicacitate, hæc ſana eſt, & inuolara omnino, ſed à ſcrupulorum anteculis, quibus deiectis experientur Fidei diuini oculum perſpicuitatem habere. Quod ſi contendant in ſua potestate non eſſe ab huiusmodi ſcrupulis recedere, ob idque illis inſelicem ſortem obtiſſe arbitrentur: falluntur ſane, phreſi laborant. Nam eſt cogitationibus Fidei aduerſariis tentari, ſiue tangi. Illoſum poteſtate non ſic: quod egregie docet D. Bonauent. opuscul. de proſectu Religioſorum, cap. 3. dicens: *Tentationes contra Fidem & de ſpiritu blaſphemia, & ſimiles, nec fugere poſſumus, nec repugnando vincere, quia quanto plus indignamur nobiſmetiſſis, & diſputamus cum eis, magis reficitur eorum rabies & accenditur*: illis tamen tentationibus turbari, vel non, liberum erit, deſpiciant tangi cum id contra voluntatem contingat, vt docet Sanchez in ſumm. lib. 2. cap. 7. num. 13. alioſ adducens: & pudicæ ſceminæ ſe eſſe abirentur conſimiles, quæ manibus & pedibus ligatis à viro impudicè tangitur, ſemper ipſa ſclamante, & renitente, quam non delinqueret ex eo, ipſi quoque ſcrupuloſi eſt mente infirmi non inſiciantur.

31. Nec prætereant animaduerrere ſcrupuloſi fraudulenti inimici morem eſſe illoſ perſequi, qui timidos (vbi timendum non eſt) conſpiciunt, contemptores tamen ſuæ verſutiz tanquam inſuperabiles, & nunquam vincendos derelinquunt, non enim in vanum laborare contendit. Quod expertam fuiſſe B. Thereſa de Ieſu factetur in eius vitæ lib. cap. 31. fol. 248. per hæc verba: *Sepan, que cada vez que ſe nos dá poco de los demonios, quedan con menos fuerça, y el alma muy mas ſeñora*. In cuius veritatis teſtimonium quidam eius conſeſſarius hæc de Sancta teſtatur. *Ala dado Dios vn tan fuerte y valeroſo animo que eſpanta, ſolia ſer temeroſa ahora aropella a todos los demonios. Es muy fuerte de melindres y miñerías de mugeres, muy ſin ſcrupulos es rectiſſima*: vt referit Lopez in vita Sanctæ, fol. 170. nec obliuiſcatur meditari, impoſſibile eſſe abique deliberata voluntate Fidem amittere, nec coherere eam perdendam iri cupere, & quod deperdi cogitanti dolere. Quibus hæc non conueniet ratio? Ac demus illis, gratis tamen, verè de Fide dubitaſſe, remedium ne erit ad illam recuperandam turbari, & inquietum cor ſemper habere? Sibi viſum peccatum narrent conſeſſario, ſiden eſ Dei miſericordiam præſto peccatori- bus eſſe.

Quæ diximus ad conſeſſarium attinent, quantum munus medici exequi poſſit cum ſcrupuloſis. Modò quæ ipſi ſcrupuloſi aduertere debeant in praxi, ad cognoscendam ſcrupulorum naturam, & ad illam contendendam opus maxime præmeditari.

32. Solent ſcrupulizantes in rebus Fidei moleſtari, quod non crediderint toties quoties offertur illis cogitatio credendorum, cumque exiſtiment ad id ſe teneri, nunquam ſatis hoc implere præceptum opinantur, hinc obuēnit eis anguſtia,

labor, & turbatio: ſed aduertant præceptum Fidei non obligare per ſe, niſi tempore vius rationis adueniens, vel poſtea, ſi tunc non eſt implementum taliter, quod poſt ſenſel elicitum actum Fidei raro vel fortalſe nunquam occurrat dicta obligatio exercendi actus Fidei. Sic expreſſe Suarez tom. de Fide, diſput. 13. ſect. 5. numero 6. Aragon 1. 2. quæſt. 2. artic. 6. col. penultim. verſ. *Ceterum quoniam*, & hoc quoque docet Sanchez in ſumm. lib. 2. cap. 1. num. 3. verſ. *Infantes autem baptizati*, quamuis prima facie contrarium ſentire videatur in num. 2. Torres de Fide, diſp. 35. dub. 2. & videndus Valent. 1. 2. quæſt. 2. punct. 5. in fine, Azor tom. 1. lib. 8. cap. 7. quæſt. 6. Et licet ratione grauis tentationis contra Fidem, obligare per ſe præceptum Fidei, fateantur ferè vniuerſi, ſcrupulis tamen contra Fidem moleſtari, non eſt grauem tentationem contra Fidem pati, ſed grauem ſtultitiam habere, aut crucem ſuſtinere, vel ægritudine laborare. Si igitur ſcrupuloſus opinetur ſe nunquam actum Fidei habuiſſe, dicat ei conſeſſarius, quod pro tunc actum eliciat: & inde obligatio præcepti erit ſuperata: vel ad ſummum aderit etiam obligatio conſtendi Fidem in articulo mortis.

33. Moris eſt quoque ſcrupuloſis ſe defendere actionibus externis ab ſcrupulis contra Fidem exorientibus. Ab his abſtinendo ſcrupulos contemnant. Et eo modo quo non mirarentur, nec anxij redderentur, ſi blaſphemantem, vel contra Fidem obloquientem inſanum videntem, ſic nec mirentur inſanam ſuam cogitationem erga inſidelitatem, vel blaſphemias ferri.

34. Solent item turbari & affligi nimis, quod tam nefanda ſint quæ ab ſpiritu inſidelitatis, vel blaſphemiz obiecta eis fuerint, quod etiam conſeſſario illas aperire, pudeat. Et quidem ſi verecundarentur, quod inſani reddantur propria voluntate, & ob id illis non expedire viro ſanz mentis exterius ſuam inſaniam propalare, rectè ſe gerent. Et conſeſſarius, ſi illa auſcultare velit ſemel, vel iterum iudicans id conuenire ad curationem, ſuadeat ſcrupuloſum, ea non excipere iure conſeſſionis, cum ad eam deliria adducenda non ſint, ſed iure amici conſulentis, quæ deinceps ab ſcrupuloſo agenda expediant.

35. Non inſucior, expediens eſſe conſeſſariis praxim ad medendum ſcrupulis cognoscere. At ſimul fateor ex nulla practica eorum ſcientia tardius fructum poſſe ſperari, quam ex hac, eo quod huiusmodi ſcrupuloſorum genus nec credat conſeſſario, nec ab illo gubernari pariat, licet enim dum conſeſſarium alloquuntur ſe illi obtemperare promittant, ſtatim tamen quod ab illo recedunt ſuæ promiſſionis, vel potiùs executionis eius penitus obliuiſcuntur. Quo ſic inter labores conſeſſarij nullum ei accidere poſſe maiorem quam contendere cum huiusmodi ſcrupuloſorum genere. At vbi maior labor, maius meritum intercedit.

## DISPUTATIO XLII.

Num dubitans an aliquid cibi, vel potus sumpserit, possit  
sacram Eucharistiam suscipere?

## S V M M A R I V M.

Ex quibus pendat elucidatio disputationis, numero 1.

Quid sentiat Thomas Sanchez, num. 2.

Refellitur eius sententia, num. 3.

Quid videantur alij sentire in presenti casu ex doctrina illorum in similibus, num. 4.

Refelluntur, num. 5.

Quid Vazquez sentire colligatur ex doctrina tradita in alijs casibus, num. 6.

Reijcitur sententia Vazquez, num. 7.

Quomodo intelligenda sit regula, In dubiis melior est conditio possidentis, num. 8.

Obiectio iudicium, num. 9.

Obiectio impugnantium, num. 10.

Obiectio solutio, num. 11.

Altero obiectio, num. 12.

Videntur decipi Doctores in intelligentia illarum regularum, In dubiis tutior pars sequenda, & In dubiis melior est conditio possidentis, numero 13.

Intelligentia ad text. in cap. Significasti, et secundo, de homicid. & ad text. in cap. Ad audientiam, eod. tit. num. 14.

Obiectio adversus questionem, & illius solutio, numero 15. & 16.

Corollaria vtilis doctrina à numero 17. vsque ad 23. inclusivè.

I.



D plenior huius disputationis explanationem aduertendum cum Fachineo lib. 1. controuers. cap. 65. in paruis fol. 118. Vazquo opuscul. de restibus. cap. 6. §. 3. num. 75. Sanchez in summ. lib. 1. cap. 9. num. 32. dubium speculatiuum, quod alio nomine appellatur à Doctoribus dubium facti, in eo formaliter distingui à dubio practico, quod alio nomine nuncupatur dubium iuris, quòd dubium practicum versatur circa bonitatem, vel malitiam moralem tanquam circa obiectum, ita vt materia circa quam versatur, sit committete peccatum, vel illud fugere: vnde practicè diceretur dubitare ille qui dubius, an esset licitum non seruare aliquod festum, vel ieiunium; aut dubius, an sibi liceret venari in aliquo loco, diceret; *Sive liceat, siue non liceat seruare hoc festum, vel ieiunium, aut in tali loco venari, adhuc volo non seruare festum, nec ieiunium, & decerno in hoc loco venari etsi mihi sit veritum.* Et post hæc scripta inueni id dixisse optimè Vazquez supra, quòd dubium practicum sit cuius veritas in propositione examinanda est, non in ordine ad id quod in te est, & scitur à Deo, sed in ordine ad rectam rationem, seu appetitum rectum: operantem autem cum huiusmodi dubitatione practica manifestum est, scelus committere, quia decernere non seruare festum, aut ieiunium,

Sanchez Selecta.

vel in tali loco venari, quantumuis illicitum sit, festum aut ieiunium transgredi, &c. æquivaleret huic voluntati: *Eligo talia precepta infringere, etsi certò sciam me peccaturum illa non seruando.* Dubium autem speculatiuum respicit quam obiectum non peccatum fugere, vel minus, sed respicit vt proprium obiectum quamcumque rem de qua oritur dubium, an taliter se habeat, vel non: cuius veritas sumitur (vt dixit Vazquez supra) in propositione semper in ordine ad rem ipsam, vt si illa sit propria vxor, vel non: & sic speculatiuum dubium habere dicitur ille qui certus non est an comederit, vel biberit, an habeat legitimum titulum beneficij, vel non, an rem quam emit, fuerit à legitimo domino vendita, & sic de alijs plurimis exemplis: nunquam tamen dubium hoc speculatiuum eo vsque peruenit, quòd dubitet operans, an peccet rem illam emendo, vel beneficium retinendo. E contra verò dubitans practicè an aliquid efficere sibi liceat, vel non, eo vsque ascendit, quòd dubitet etiam speculatiue, an res talis sit vel non. Quapropter omne dubium practicum includit necessariò dubium speculatiuum, imò radix dubietatis practica, est dubitatio speculatiua: è conuerso verò dubium speculatiuum non claudit dubitationem practicam, sed ab ea optimè seiungi potest. Pro hac tamen doctrina vide aliam similem de opinionibus disputatione 43. num. 48. quæ necessaria valdè est, & scitu digna ad cognoscendum, quando videlicet opinionibus vti liceat, vel non. Vnico tamen verbo differentia explicatur, quod dubium speculatiuum respicit veritatem rei tanquam obiectum, dubium verò practicum respicit bonitatem.

In triplici igitur casu potest questio disputari. Primò, quando quis dubitat, an audita fuerit hora duodecima noctis, & comedit aut bibit, taliter quòd dubium solum cadat in tempus, & non supra actionem comedendi, & bibendi; cum certus sit homo his actionibus operam se dedisse. Secundò, quando quis certus est ad lauandum se, verbi gratia, aquam ore assumpsisse, & dubitat an aliquam transglutierit guttam, taliter quòd dubium sit circa actionem comedendi, aut bibendi. Tertiò, quando quis dubitat, nec recordatur, an aliquid cibi, vel potus ore sumpserit, & non possit certificari, an saltem ore assumpserit.

Elucidatio disputationis ex sana intelligentia illarum regularum videlicet, *In dubijs tutior pars est sequenda, & In dubijs melior est conditio possidentis*, pendet. Si enim præceptum de non sumendo Eucharistiam, nisi ieiunè, locum habeat eo ipso tempore quo suscipiens dubius est, an ederit vel biberit; videretur non posse cum tali dubitatione eam recipere. Si verò è contra libertas ad communicandum sit in possessione, videretur posse fidelem communicare adhuc extante dubio, num comederit, vel biberit post mediam noctem. At

quale horum verum sit, modo examinandum est.

2. Thomas Sanchez lib. 2. de *matrimon.* disput. 41. num. 40. Quem sequitur Fagundez 4. præcept. lib. 1. cap. 10. num. 1. & 3. præcept. lib. 3. cap. 3. n. 18. de casu nostræ quæstionis loquens, ait: Quod hodie dubitans, an sit audita hora noctis duodecima, & comedens, aut bibens, non possit die castino sumere Eucharistiam: quia possessio est pro præcepto communicandi seruato ieiunio naturali; tum quia nulla est possessio ex parte communicantis, vt in dubio eius conditio potior sit: Et in dubio vbi nulla alicui possessio fauet, amplecti quis debet quod tutius est, vt dixi hac disputatione, numero 9. Verba sunt Sanchez quem sequitur Villalobos tract. 1. de *conscient.* Difficult. 21.

3. Non tamen intelligo quomodo cohæreat, quod ipse Sanchez dicit, videlicet quod edens, vel bibens in dubio, an audita sit hora noctis duodecima, non possit die sequenti communicare: cum ex alia parte doceat in eodem num. 40. dubitantem num dies insequens sit ieiunij, posse edere carnes; quia possessio est ex parte libertatis, & dubium est, an tunc sit præceptum. Itaque, ait, non est dubium quin excusetur à præcepto, non comedendi carnes: sed etiam qui bibit aut manducat, dubitans an sonuerit hora duodecima diei præteritæ, toto tempore antecedente dubitationem erat in possessione libertatis ad suscipiendam Eucharistiam. Ergo propter superueniens dubium non priuabitur hac libertate accedendi. Et sicut comedens carnes in dubio, num dies sequens sit ieiunij, potest illas comedere quia est in possessione diei quo non est præcepta abstinentia; & quia dubium est an tunc sit præceptum abstinendi: sic qui bibit aut comedit in die quo non est suscepturus Eucharistiam, est in possessione manducandi; & propter superueniens dubium an intrauerit alius dies, non erit priuandus sua libertate, & possessione ad manducandum, quamuis die sequenti sit sacram suscepturus Eucharistiam; Tum quia etiam dubitans de principio diei sequentis in dubio est, an tunc sit præceptum abstinendi à cibo, supposita voluntate communicandi die sequenti. Igitur æqua ratio procedit in comedente carnes nocte antecedente diem ieiunij, & dubitante an inceperit alius dies; & in comedente nocte antecedente sumptionem Eucharistiæ, & dubitante an intrauerit aliter dies.

Nec obstabit si dicat Sanchez (vt colligitur ex dictis à se, num. 40.) quod quando quis comedit carnes nocte præcedente diem ieiunij non effectum præceptum de ieiunio; imò dubitari acurrat: quando verò quis accedit ad Eucharistiam suscipiendam, certum iam esse præceptum de non accedendo, nisi ieiunè. Cum igitur præceptum certum sit, in possessione est, quia spoliari non debet ob dubium ius, quod habet communicans, dubitando vnum ieiunus sit, necne. Non, inquam, obstat hoc; quia etiam quando quis concedit carnes nocte antecedente ieiunium, dubitando, an sonuerit hora duodecima, adest præceptum certum de non edendo carnes in die ieiunij, & solum dubitatur an illud præceptum illa hora qua comedit carnes, currat. Accedens igitur ad Eucharistiam suscipiendam, etsi currat præceptum certum de non suscipiendo illam nisi ieiunè, cum du-

biteur, an curreret præceptum illo tempore sumptionis cibi, poterit Eucharistiam suscipere.

Similiter non consonat doctrina Thom. Sanchez illi quam tradit lib. 2. de *matrimon.* disput. 41. num. 46. adductam ex mente plurium Authorum: ait enim ibi, dubitantem de valore matrimonij, sed bona fide initi, adhibitaque sufficienti diligentia in inquirendo valorem ipsius, posse petere debitum, cum possessor bonæ fidei, facta diligenti perquisitione rei num sua sit, & adhuc dubius remanens, possit non tantum rem detinere, sed etiam illa vti, dicemus disputat. sequenti num. 12. & docet Layman 1. tom. 2. tract. 1. cap. 5. §. 3. num. 24. Cornejo 1. 2. tom. 1. tract. 8. disput. 4. dub. 3. Ergo eodem modo coniux dubius facta sufficienti inquisitione poterit vti matrimonio reddendo & petendo debitum: nam taliter constituitur coniux in ignorantia inuincibili, quæ illa est, quæ nulla diligentia vinci potest, licet veritas non innorescat. Si itaque doctrina eius vera est, quod stante præcepto non accedendi ad Eucharistiam nisi ieiunè, dubitans quis de ieiunio, non possit accedere: pari ratione asserere deberet, quod stante præcepto non accedendi nisi ad propriam uxorem, cum etiam in momento quo accedit, adest præceptum non accedendi ad alienam; sequitur non posse accedere, cum in dubio sit an accedat ad alienam: quod enim coniux sit in possessione ante dubium, quod illa vxor sit propria, & ob id possit accedere, cum spoliandus nullus sit possessione ob dubium superueniens: non minus alius ad communicandum fuit in possessione ante dubium, quod manducabat in tempore opportuno quo sumptio Eucharistiæ non impediretur. Nec maior ratio est, quod homo manducans existendo in possessione libertatis ad communicandum, spoliatur hac possessione propter superueniens dubium, quam quod præceptum de non communicando nisi ieiunè, spoliatur possessione sua ob superueniens dubium.

Nec in secundo casu, nempe quando quis assumens ore aquam lauandi gratia, dubitat, an aliquam guttam deglutierit, consequenter loquitur Sanchez (si hunc casum neget quem tamen ipse non ponit) nam cum fateatur dubitantem de emissionem voti non teneri eo, vt in lib. 1. de *Matrim.* disput. 9. num. 11. 12. & 13. & in *summ.* lib. 1. cap. 10. num. 36. de quo disput. sequenti, num. 1. vbi authores pro hac sententia adducemus, cum possessio stet pro libertate: quod etiam censet Villalobos tractat. 1. de *Conscientia*, & difficultate 21. inferendum erit, dubitantem an guttam aquæ transfuderit, non teneri præcepto de non accedendo ad Eucharistiam; cum possessio stet pro libertate: ante dubium enim illud erat homo liber, & habilis ad suscipiendam Eucharistiam. Et similiter ait ipse Sanchez numero 38. disputat. 41. lib. 1. de *matrim.* eum qui est in dubio, an expleuerit vigesimum primum annum, non teneri lege ieiunij; quia possessio stat pro libertate, & ante dubium possidebat ille libertatem non ieiunandi, seu non abstinendi à cibo. Igitur cum communicaturus sit in sua libertate non abstinendi ab Eucharistia, non priuari debet illa libertate & possessione, nec reddi inhabilis ad suscipiendam eam, ob superueniens dubium, an aliquid manducauerit, vel non.

Neque etiam in tertio casu admittere debet hic Author, quod non possit quis communicare quando

quando scilicet non recordatur, an cibum, vel potum deglutiērit, verum ne quidem in ore sumperit. Si enim vt probauimus, quando quis dubitat an aliquid deglutiērit, tenetur Author admittere, non prohiberi talem propter dubium abstinere ab Eucharistia; multo melius id asserere debet de eo qui dubitat an ore quidpiam assumpserit, cum hoc minus & remotius sit quam illud.

4.

Secunda sententia re conuenit cum prima, alia tamen via & ratione incedens; distinguunt enim inter præceptum affirmatiuum, & negatiuum. Per negatiuum, inquit, obligatur quis abstinere ab aliquo opere exercendo: per affirmatiuum verò obligatur ad opus exercendum. Hinc dicunt huius sententiæ defensores, quòd vt quis obligetur ad non agendum aliquod, seu ad abstinendum ab aliquo, sufficit dubitare, an illud sit sibi licitum facere; nec necessarium est quod certus sit de sua obligatione: tunc enim locus habet illa regula ex cap. *Illi dubius tutor pars sequenda*, deducta ex cap. *illud, de clerico excommunic. ministr.* verſ. *licet autem*, vbi Gloss. verb. in *dubijs*, & ex cap. *ad audientiam*, & ex cap. *significasti*, 18. *de homicid.* & cap. *iuuenis, de sponsalib.* Nauarr. cap. 27. num. 284. Angles 1. part. *de Baptismo*, art. 5. At vt obligetur aliquis ad aliquod opus positiuè faciendū, necessarium est, inquit, vt constet de obligatione præcepti: nam tunc intrat alia regula iuris 63. in 6. *In pari delicto vel causa*. cap. *ad aures, de præscr.* cap. *quod autem, de iure patronat.* Innoc. in cap. 1. *de magist.* *Quod in dubio & pari causa melior est conditio possidentis*. Et sic vt quis spoliatur, aut priuatur re possessa, necessarium esse constare de obligatione huius sententiæ Doctores affirmant: tenet Garcia *de benefic.* 2. tom. part. 7. cap. 2. num. 13. & Angel. verb. *dubium*, num. 2.

Vnde idem Garcia dicto loco, num. 16. distinguit inter votum negatiuum de non faciendo, & affirmatiuum de faciendo; vt si quis faciat votum de non accedendo ad fornicationem, negatiuum hoc erit: aut si faciat votum de danda elemosyna, affirmatiuum est. Hinc ait, si dubitat quis an miserit votum negatiuum, tenetur adimplere, cum adimpletio illius consistat in abstinentia. Si verò dubitet an fecerit votum de danda elemosyna, non tenetur adimplere, cum executio illius consistat in opere positiuè. Et eadem seruanda est doctrina in præcepto affirmatiuo, & negatiuo.

Infert deinde, coniugem etiam post factam diligentem inuestigationem, adhuc manentem dubium de valore matrimonij, non posse exigere debitum: errasseque, ait, Thomam Sanchez lib. 2. *de matrimonio*; disput. 14. num. 46. Suarez & alios ab eis allegatos, Sa verb. *debitum coniugale*, numero 7. qui admittunt petere posse coniugem debitum. Probat verò ex suo fundamento, quia obligare coniugem ad non perendum debitum, est esse obligatum abstinere à copula. Tum probat ex cap. *Inquisitione, de sentent. excommunic.* vbi decernitur quòd dubius de firmitate matrimonij reddere potest; sed postulare non potest, ibi: *Verum cum conscientia pulsat animum ex credulitate probabilis & discreta, quamuis non euidenti, & manifesta, debitum quidem reddere potest, sed postulare non debet, ne in alterutro, vel contra legem coniugij, vel contra iudicium, conscientiam committat offensam*. Nec placet illi, quòd istum textum explicet Sanchez *Selecta*.

Sanchez numero 33. quando facta non esset diligentia: nam licet ius non distinguat (ait Sanch.) nos distinguere debemus, quia ratio ad distinguendum cogit, ne bonæ Fidei possessor cogatur ob dubium inuincibile in perpetuum ab vsu rei suæ abstinere.

Postremò infert Garcia citato loco, num. 18. quòd si quis dubitet, an occiderit hominem, vel aliud commiserit ob quod incurratur irregularitas, talem censeri debere irregularem ad effectum abstinendi ab Ordinibus, vel cessandi ab officio in solum in foro interiori (quidquid contradicat Henriquez lib. 14. cap. 3. §. 4. & cap. 14. §. 3. & cap. 15. §. 5. Auila de censoris, 7. parte, disputatione 2. dubio 5. qui licet consentiat cum Garcia in casu homicidij, non esse verum, ait in foris irregularitatis.) Sed etiam habendum aliè illum in foro exteriori tanquam irregularem, quod verum esse semper iudicauit, propter periculum errandi contra salutem animæ; & etiam post adhibendam diligentem inuestigationem. Quod docent Abbas in cap. *Ad audientiam*, numero tertio, & capite *Significasti*, numero quarto, quem sequuntur Ananias & Felinus numero primo, in dicto capite *Ad audientiam*, Marian. Socinus ibidem, numero 46. Rosella verbo *dubium*, Angelus numero 1. & 2. Syluester quaestione 4. Armill. verbo *dubitatio*, numero 3. Sairus *de censuris*, libro 6. capite 2. numero 16. & clarius in Clau Regia libro 1. capite 13. numero 23. & 24. Toler. libro 1. capite 57. in fine. *Quidquid in contrarium asserant Nauarr. in capite Si quis autem, de penitent. distinctione 7. à numero 35. & in Manuali cap. 27. numero 193. & consil. 6. & 49. aliàs 11. & 12. de homicidio*, numero 2. & alij plures qui adducuntur à Garcia 1. *tomo de beneficijs* part. 7. cap. 2. numero 20. *Quod possuum confirmare*: nam vt aduertit Vazquez 1. 2. disputatione 66. cap. 1. numero 3. Sor. lib. 4. de instit. quaestione 5. artic. 3. verſic. *Quarto arguitur*, Couarr. in cap. *cum esset*, numero 7. *de testam.* Ledesma 2. parte, 4. quaestione 18. articulo 1. dubio 12. fol. 227. Suarez *tomo de censur.* disput. 40. sect. 5. numero 16. dictus Garcia 2. *tom. de beneficio*. parte 9. cap. 1. numero 10. Nauarr. lib. 3. *de restitutione*, cap. 4. numero 121. Baldus *Authentic. ingressi*, numero 49. Cod. *de sacrosanctis Eccles.* Sair. Clau Regia libro 1. cap. 13. num. 24. Salas 1. 2. quaestione 21. tractatu 8. disputatione vnica, sect. 18. numero 166. & sect. 19. num. 171. & sect. 23. numero 226. Sanchez lib. 1. *de matrimonio*, disputatione 5. numero 20. ad medium, & in summ. lib. 1. cap. 10. num. 11. §. *Tertio quia*, & lib. 2. cap. 23. num. 40. in fine, forum interius & exterius cognita veritate idem debent imperare. Vnde si forum externum planè videat rem esse dubiam, cur non idem iudicet, quod in eodem dubio iudicat forum internum?

5.  
Displicet tamen Garciae doctrina, cum enim dicat hic Anthor, in affirmatiuis præceptis non teneri quempiam operari, nisi constet de obligatione, eo quòd tunc intrat regula, *quòd melior sit conditio possidentis*, & quando quis est in possessione non agendi, non est obligandus vt agat, nisi certò constet de obligatione. Sic qui obligatur, vt abstineat ab eo quod potest liberè facere, priuatur possessione in qua erat ad agendum. Nec minoris momenti est priuare aliquem possessione non agendi, obligando illū vt agat, quàm priuare posses-

possessione agendi, obligando illum ut non agat. Sed multoties contingit intolerabiliores esse obligationes impositas ad abstinendum quàm impositas ad agendum: grauior enim videtur obligatio abstinendi à matrimonio, quàm quotidie recitandi aliquos Psalmos, vel quid simile. Sed est obligatio ab abstinentia actionis aliquando intolerabilior sit quàm obligatio ad actionis exercitium, nunquam tamen abstinentia ab actionis executione iniungi poterit sub pœnitentia Sacramentali à confessorio, iuxta dicta disp. 33, num. 15. & seqq.

Nec opponitur, si dicat Author, eum qui obligatur, & necessitatur ad agendum aliquod opus, quod antea non faciebat, obligari ad efficiendum aliquid de nouo, quod onus quoddam est, & imponi æquum non erit, nisi expressè constet de obligatione. Quod verò obligetur quis ut non agat id quod nec antea agebat, non obligatur ad aliquid ad quod antea non esset: nam si obligatur ad non agendum, nec ipse antea operabatur. Quod autem obligetur quis ut non agat, quod ipse non faciebat, nullo modo est onus. Non, inquam, hoc obstat, quia dum quis obligatur ad abstinendum ab aliquo, non solum obligatur ad non faciendum quod non faciebat, sed etiam quod non faciat nisi velit: hac verò libertate priuari maximum onus & incommodum esse, iudicabit quisque. Nec rectè applicat aliam regulam, quod in dubijs tuior pars sit eligenda: ut planum fiet ex impugnatione subicienda ad sententiam Vazquez & aliorum.

Præterea sibi contrarius videtur Garcia. Nam in tomo 5. part. cap. 1. num. 528. ait, in casu dubij quando dubitatur in quo mense beneficium vacauerit, & facta indagatione constare non potest, posse Episcopum illud conferre: nam de iure communi ad eum spectat promissio omnium beneficiorum suæ diocesis cessantibus reservationibus (ut dicitur num. 52.) quo iure privati non debet non constando de reservatione: at non promittere beneficium abstinentiam importat & non actionem positiuam: igitur ut quis obligetur ad abstinendum ab aliquo, ceruus etiam debet esse de sua obligatione, sicut quando obligatur ad aliquid agendum.

6. Longè itaque diuersa via à duabus prædictis incedit Vazquez 1.2. disputat. 65. & 66. ait enim, regulam illam iuris, *in dubijs melior est conditio possidentis*, solum habere locum in materia iustitiæ & non aliarum virtutum: quod etiam docent Cordub. in summa, quæst. 147. Hurtado de matrimon. disput. 10. difficult. 9. num. 43. Torres opusc. fol. 445. Fagundez 2. præcept. lib. 3. cap. 2. num. 2. sine. Anton. Perez in laurea Salmantina, certam. 10. dub. 2. num. 332. Azor tom. 1. institut. lib. 2. cap. 19. quæst. 10. & lib. 11. cap. 15. Sait. in Clau Regia, lib. 1. cap. 13. num. 36. Montef. 1.2. disputatione 29. quæstione 4. numero 112. & reputat probabile Filiucius 2. tom. tractatu 21. c. p. 4. numero 164. Torres de iustit. disputatione 29. dubio 3. num. 19. Basilus de Leon libro 10. de matrimon. cap. 15. numero 3. Salas 1.2. quæstione 12. tractatu 8. disputatione vnica, sectione 17. numero 162. & sessione 25. numero 252. (Cum limitatione verò ait Salas, quando in voti impletionem non est magna incommoditas & difficultas.) Sa verb. votum, num. 2. & prædict. Vazquez tom. opuscul. opusc. de restitut. cap. 6. §. 4. dub. 5.

num. 80. Et inde infert, quòd si quis dubitet, an emiserit votum, siue tale votum sit negatiuum de abstinendo ab aliquo opere, siue affirmatiuum de faciendo, teneri eum adimplere: quia cum conditio possidentis non sit melior in materia Religionis, & ex alia parte stet regula: *Quod in dubijs tuior pars sit eligenda*, tenebitur adimplere votum, ne se exponat periculo fractionis.

Sed non puto verum, quòd solum in materia iustitiæ melior sit conditio possidentis; est enim possessio titulus vniuersalis, & communis omnibus virtutibus, ut ait Sanchez lib. 2. de matrimonio, disputatione 41. num. 32. Triniño in praxi, examinatum, folio 257. Cornejo 1.2. tomo 1. tractatu 8. disputatione 3. Hinc fit, ut qui non est obligatus præcepto temperantiæ, sit in possessione libertatis quoad illam virtutem, & sic de aliis.

Præterea cum asserat Vazquez regulam illam: *In dubijs tuior pars est eligenda*, esse ex principiis rationis naturalis deductam; quod etiam tenet Garcia tomo 2. de benefic. parte 7. capite 2. numero 18. semper seruanda erit non solum in materia ceterarum virtutum, verum etiam in materia iustitiæ, quando ex spolio possessionis in materia iustitiæ, nullum sequeretur peccatum. Vnde concedere deberet hic Author, possessorem alicuius rei, cui superuenit dubium, an sua sit, vel Petri, teneri eam reddere Petro. Nam si non reddit, exponit se periculo inferendi iniuriam Petro: reddendo tamen & spoliando se possessione rei suæ, nullum committit peccatum. Quod nec ipse admittit, nec vllus boni nominis Doctor; solumque in eius opinione verificabitur regula, *In dubijs melior est conditio possidentis*, quando iudex iudicat de re dubia facti cuius sit; tunc enim tenebitur illam adiudicare possidenti, ut latè dicemus disp. 44. num. 19. Nam est uterque litigantium habeat ius proprietatis æquale ad rem, alter tamen qui possidet, præter ius æquale proprietatis cum alio, habet etiam ius possessionis; & potiora sunt duo iura quàm vnum; Torr. de iust. disput. 13. dub. 3. num. 13. Imò licet nullum ostendisset ius proprietatis vnus ex litigantibus, ex solo possessionis iure esset fauendus, donec de veritate constaret, ex l. *is qui detestauit*, ff. de rei vendicat. cui consonat l. 27. tit. 2. p. 3. & ex §. *commodum*, & ex §. *retinenda*, Instit. de interuictis. Aut verificatur etiam regula respectu terræ personæ quæ spoliatur ab alio particulari possessione rei contra iustitiam, ut si vxor, cui superuenit dubium de valore matrimonij, neget debitum marito, exponit se periculo committendi iniustitiam aduersus maritum: si verò reddat, exponit se periculo incontinentiæ. Cum autem nullus debeat esse perplexus citra culpam suam, ut faretur ipse Vazq. disput. 66. cap. 4. num. 21. & Sanchez lib. 2. de matrimon. disput. 41. num. 45. Palat. in 4. d. 5. & 6. disp. 3. col. 16. fol. 164. Basil. de Leon de matrimon. lib. 10. cap. 5. num. 7. & diximus disput. antecedenti num. 10. & 27. ex duobus malis minimum eligendum est, quod *duo mala* 13. dist. Cordub. quæst. 1. Angles 2. part. fol. 172. Fernidan. Loaces in tract. Pagan. fol. 8. Couart. in 4. 1. parte, cap. 4. num. 9. incontinentia verò leuius peccatum est, quàm iniustitia. Vnde in prædictis exemplis, vbi seruari debet regula, *quod melior sit conditio possidentis*, seruatur etiam alia, quod *in dubijs tuior pars sit eligenda*; cum fauendo possidenti, caueatur maius peccatum;

tum; cauendo verò maius peccatum, tutiorem partem sequamur.

Inferitur præterea ex Vazquez doctrina, quòd nec etiam in materia iustitiæ vniuersaliter loquendo, sit melior conditio possidentis, & quòd cesset tunc alia regula, *Quòd in dubijs tutior pars sit eligenda.* Nam si contingat, peccatum iniustitiæ, quod reperitur, priuando aliquem sua possessione, esse minus quàm illud quod committeretur non sequendo aliam partem, quæ secum non comparitur, quòd illa pars sequatur, & alius maneat in possessione. Tunc enim vt vitetur maius peccatum, teneretur ille sequi regulam, *quòd sit tutior pars sequenda,* quamuis alius spoliaretur sua possessione: vt si dubitaret quis de vxore num esset professa in religione, aut esse alterius viri vxorem: tunc enim non reddendo debitum, periculo iniustitiæ solum se coniux exponeret; at reddendo, periculo incontinentiæ, & sacrilegij, & iniustitiæ contra primum matrimonium: peccatum autem sacrilegij etiam seorsum grauius est quàm iniustitiæ, vt pote contra virtutem perfectiorem, scilicet religionem & longè grauius erit si simul sit peccatum incontinentiæ & sacrilegij, vel incontinentiæ & iniustitiæ contra primum matrimonium. Non igitur rectè Vazquez intellexit sensum illius regulæ, *quòd in dubijs tutior pars sit eligenda;* cum ex vna parte dicat, tunc cessare quando cum adimpletione ipsius non potest saluari conditio possidentis in materia iustitiæ; & ex alia parte ex ratione ab eo adducta colligatur illam esse seruandam contra possessionem alterius in materia iustitiæ, in casu quo priuatio possessionis possit fieri sine peccato, aut cum minori peccato quàm esset illud quòd committeretur, possidentem relinquendo in sua possessione. Nec satisfacit solum adducta à Cornejo 1.2. tom. disput. 4. dub. 1. tract. 8. quòd secundus maritus est in legitima possessione, non autem primus. Sed id ignoro, quam ratione primus de quo dubitatur au viuat, non erit in legitima possessione, cum reuera contraxerit matrimonium, sicut secundus, & anteriori tempore, & qui prior est tempore, potior sit iure, ex regula iuris in 6.

Hinc planè liquet, quid Vazquez & Garcia sentirent de casu nostræ quæstionis: asserere enim debent, dubitantem hodie an hora noctis duodecima sonuerit, & in isto puncto comedentem, aut bibentem, non posse die crastino communicare. Garcia suo fundamento: quia præceptum de communicando ieiunè, est negatiuum, cum conuertatur in hoc, *ne communicates si comedisti.* Vazquez verò suo etiam fundamento: quia in omni dubio eligenda est pars tutior, nisi conditio possidentis in materia iustitiæ refragetur. At in casu nostræ quæstionis, homo qui dubitat, num audita sit hora noctis duodecima, non habet possessionem ex iustitiâ ad communicandum, sed solum ex religione: & consequenter prohibitus ne communiqueet, non priuatur possessione in materia iustitiæ, sed in materia religionis.

At verum non iudico, quod Vazquez docet, putans, eum qui priuatur possessione religionis aut alterius virtutis, non priuari etiam possessione in materia iustitiæ. Nam qui impediret aliquem per vim ne elargiretur eleemosynam, peccaret contra virtutem eleemosynæ & contra virtutem iustitiæ: contra eleemosynam quidem, quatenus est in causa ne exerceatur: contra virtutem

autem iustitiæ, propter generalem rationem, quæ habet quis ius iustitiæ, ne ab alio virtutes exerce re impediatur. Vnde quancumque quis priuatur possessione certa quam habet ad exercendum actum alicuius virtutis propter dubium superueniens, priuatur directè iure & possessione iustitiæ. Manifestum enim est, eum qui expediret aliquem per violentiam, aut fraudem ne efficeretur Religiosus, peccatum directè contra iustitiam & contra Religionem. Igitur vniuersaliter loquendo, quoties quis habet ius certum, & possessionem libertatis ad exercendum aliquem actum virtutis, contra iustitiam fiet, si propter dubium ius certa possessione priuetur. Materia enim aliarum virtutum, seu (vt melius dicam) possessio illarum habet se sicut res possessa respectu iustitiæ: ad iustitiam verò materialiter pertinet, illud quod possidetur esse vnâ rem vel aliam, vt quòd sit domus, equus, autum, aut libertas ad quamlibet actionem humanam virtutis.

Hinc inferitur, malè Doctores numero 6. adductos illam regulam, *In dubijs melior est conditio possidentis,* intelligere solum circa materiam iustitiæ, & non in materia aliarum virtutum: probauimus namque iam, illum qui habet possessionem in materia aliarum virtutum, habere possessionem ex iustitiâ. Vnde coincidunt in vnum & idem possessio in aliis virtutibus, & possessio in iustitiâ; solum autem differunt, quòd possessio in aliis virtutibus habeat se vt materia, & res possessa respectu iustitiæ.

### Authoris iudicium.

**D**ico igitur ad casum quæstionis. Quoties quis dubitans, an hora duodecima noctis sonuerit, comedit bibitve: aut os abluendo dubitat, an aliquam guttam deglutiuerit, potest sacram Eucharistiam suscipere, si deponat dubium practicum, iudicans quòd hic & tunc sibi liceat suscipere, quantumcumque perseueret in dubio speculatiuo. Et ita agendum esse possunt consulerè confessorij. Patet conclusio ex eo quòd melior sit conditio possidentis non solum in materia iustitiæ, sed etiam aliarum virtutum, vt docet Suarez 2. tomo de Relig. lib. 4. cap. 5. num. 7. & 5. tomo, disput. 40. sect. 15. num. 15. & sect. 6. & dicto 2. tomo de Relig. lib. 2. cap. 33. numero 7. Garcia 2. tomo de benefic. part. 7. cap. 1. num. 14. Villalob. tract. 1. de Conscient. difficult. 21. Thom. Sanchez de matrim. lib. 1. disput. 9. numero 11. & in summ. lib. 1. cap. 10. num. 36. Filiucius 1. tomo, tract. 21. cap. 4. num. 165. Malderus 1.2. disput. 87. Cum igitur ille ante dubium suam libertatem possidebat ad suscipiendam Eucharistiam, propter superueniens dubium ea priuari minimè debet; aliàs ius dubium vinceret ius certum; quod dicendum non est: vt rectè Vazquez aduertit 1.2. disput. 66. num. 43. Montel. 1.2. disput. 29. quæst. 4. num. 110. Garcia 1. tomo de benefic. part. 5. cap. 1. num. 776. Lopez 1. tomo instruct. cap. 132. Cornejo 1.2. tomo 1. tract. 8. disput. 4. dub. 1. Qui enim certus est se mutuo accepisse aliquam quantitatem pecuniar, & dubitat num creditori satisfaccerit, nequaquam liberatur propter dubium exortens, à restitutione; cum certus sit de mutui actione, ideoque ius certum creditor habeat, solum verò dubiet mutuatarius de solatione, & exinde tantum

## 270 Disputatio quadragesimasecunda.

tūm ius dubium habeat ad non satisfaciendum. Quo etiam docet Sanchez in summa, libro 1. cap. 20. numero 34. Torres de iustit. disputatio- ne 13. dubio 3. numero 24. Suarez 2. tomo de Religionē, lib. 2. cap. 33. numero 7. Tum etiam, quia ut probauimus numero 7. & 8. qui possidet in materia aliarum virtutum, possidet pariter ex iustitia. Quapropter Vazquez & alij relati à nobis, numero 6. tenentes illam regulam, *Melior est conditio possidentis*, solum intelligi in materia iustitiæ; nobiscum sentire debent, quod possit ille in casu quæstionis communicare, cum possideat libertatem ad communicandum non solum in materia Religionis, sed etiam in materia iustitiæ. Nostram opinionem videlicet, quod dubitans an aliquid cibi, vel potus sumpserit, possit communicare, tenet Medina in summa, in declaratione 3. præcept. Eccles. §. 24. non longè à principio, vbi ait: *Ne sint fideles nimis scrupulosi, si abluendo os illis videatur aliquam guttam transglutuisse: nisi enim manifestè cognoscant fuisse transglutam in stomachum, non abstineant à communione.* Ecce quod hic Auctor nobiscum faciat saltem quoad secundum casum, de illo qui abluendo os dubitat, an transglutierit guttam aquæ. Lucius in summa, fol. 145. in el præcepto 4. de la Iglesia de comulgar, dicens: *El que esta en duda si tragò una gota de agua, y no lo vea claro, puede comulg.*

Ex his inferitur à fortiori, posse communicare habentem rationes probabiles, quod non ederit, vel biberit post dimidiam noctem, quamuis contrariæ partis habeat formidinetem. Nam si ille qui omnino dubius est, an ederit, vel biberit post dimidiam noctem, potest crastino communicare, ut probauimus, satius qui rationibus probabilibus fuerit nixus: & in hoc casu admittit Sanchez fas esse illi communicare. Rationes autem probabiles essent si quis solius sit horas animaduertere seu cognoscere ex mora & duratione actionum suarum, & iudicet probabiliter horam duodecimam non esse possibile sonuisse, quia actio soluta finiti ante horam duodecimam non est consummata, vel quia amici vel serui non sonuisse testantur, licet non certò. Hunc tamen casum licet admittat Sanchez, debuisset negare iuxta principia à se adducta, ut conuincimus disput. 33. numero 10.

10. Sed obiciant nobis, ex doctrina sacra sequi nunquam futurum, ut habeat locum regula illa, *In dubijs tutior pars est eligenda*, cum semper possit allegare homo possessionem libertatis ad faciendum contrarium rati præceptæ.

11. Respondemus tamen, locum habere regulam prædictam, quando quis dubitat practicè num sibi liceat hic & nunc operari, vel non operari: tunc enim pars securior eligenda est, dum non deponitur dubium practicum; ut si quis dubitet practicè, an hic & nunc teneatur ieiunare, teneatur sanè donec illud dubium non deponitur, quia aliàs actus fieret cum conscientia practicè dubia: & tunc non est consilium sequi partem tutiorem, sed præceptum vi docent Syluest. verb. *dubium*, quest. 2. §. 4. Nauarr. cap. *Si quis autem*, de poenit. dist. 7. num. 42. Cordub. lib. 2. quæstionarij, q. 3. propos. 3. Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 41. num. 9. Hinc qui dubitaret practicè, hoc est, an licitè accederet vel non, ad Eucharistiam, quia dubius est, num biberit, vel ederit post mediam noctem,

tenebitur non accedere, & sequi partem tutiorem (tutior autem pars dicitur, non quia contraria pars esset etiam tuta & ista tutior; sed idem est dicere, quòd in dubijs eligenda sit pars tutior, atque dicere, quòd sit eligenda pars tuta & secunda) in qua nullum reperitur peccatum, cum dubitet de accessu, num sibi liceat hic & nunc, vel non. Si verò dubium practicum deponat, non tenebitur non accedere; imò nec sub consilio illa pars quæ dicitur non esse accedendum, erit sequenda: cum ex vna parte accedens nullum peccatum committat; & ex alia non accedens priuetur gratia sacramentali, & aliis fructibus Sacramenti. Consilium autem sequendum relicto contrario maius bonum conciliare debet illud insequenti. Vnde tunc accedere erit tutior pars, & minus tuta abstinere: cum tutior pars illa dicatur, cuius sequela nullam generat culpam; & plura, maioraque, quam pars contraria adducit bona.

12. Præterea obicitur quispiam, quòd qui accedit dubitans, an sit ieiunus nec ne, exponat se periculo accedendi non ieiunè. Sed qui accedit ad Eucharistiam sumendam non ieiunus peccat. Ergo qui exponit se periculo accedendi non ieiunè, exponit se periculo peccandi: & ira semper accedet practicè dubius, quantumvis velit dubium hoc practicum deponere.

Sed vires non habet obiectio: præceptum enim solum datur, quòd quis certò sciens se non esse ieiunum, non accedat ad Eucharistiam. Quapropter dubitans de ieiunio, facta diligentia, non peccat accedendo, quia non accedit certus de non ieiunio, quòd solum præcipitur. Idem etiam contingit in illo qui dubitat de valore matrimonij, qui potest reddere debitum; & in opinione multorum etiam petere, post adhibitam diligentem perquisitionem. Sed petendo, aut reddendo exponit se periculo accedendi ad non suam: ergo periculo peccandi. Negatur consequentia. Nam fornicatio solum committitur, vbi quis accedit ad fœminam, quam certò cognoscit non esse suam: nequaquam verò vbi dubitat, constante aliàs matrimonio bona fide inito, & facta sufficienti diligentia de illius valore. Sic Sanchez lib. 2. de matrimonio, disputatione 41. numero 53. Et licet nullum sit periculum abstinere ab Eucharistia illo die, & periculum sit accedendi non ieiunè; adhuc tamen non tenebitur quis abstinere, quia licitum est se exponere illi periculo, quando alio modo non potest vii plena possessione libertatis omni iure sibi concessæ. Sic qui dubitat de valore matrimonij, & facta diligenti perquisitione petit debitum, nullo periculo se exponit, nec obligatur ad non petendum, quia aliàs non poterit plenè vii possessione omni iure concessa. Sic Sanchez lib. 2. de matrimonio, disput. 41. numero 53.

Non tamen placet quòd aduertit idem Sanchez lib. 2. de matrimonio, disputatione 41. num. 9. scilicet illam regulam, *In dubijs tutior pars est eligenda*, esse ex consilio intelligendam, nempe quando sint duæ opinionēs probabiles, & altera minus tuta, tunc solum esse consilium sequi partem tutiorem. Quam regulam sic etiam intèlligunt D. Antoninus 1. parte, titulo 3. capite 10. §. 10. conclusione 7. versic. *pro cuius enodatione*. Angel. verbo, *opinio*, numero 2. vbi Syluest. quæstione 1. in fine. Nauarr. capite *consideret*, de poenitent. in principio, distinct. 5. numero 38. Gutierrez quest.

quæst. Canon. lib. 1. cap. 31. num. 47. Henriquez alios referens lib. 14. de irregularitate, cap. 3. numero 4. in fin. Si enim nullum est peccatum sequi opinionem minus probabilem, vt tenent multi probatissimi in 1. 2. quæstione 19. & alij infra allegandi, non erit magis tutum vnam sequi quam aliam quoad imputabilitatem ad culpam, vt latè probabimus disput. 44. num. 41. nam si quis non peccat minus tutam sequendo, non minus tutè quam alius incedit quoad incurrendam culpam, quia non est dare magis aut minus inter peccare, & non peccare. Et cum vna opinio non sit magis rura quam alia, quoad imputabilitatem ad culpam, consilium non habebit locum aut sedem, vt dicitur vnam magis esse sequendam relicta altera: & ita qui iuxta opinionem minus probabilem operatur, non etiam contra consilium agit. Nam qui habet opinionem, rem quam habet, non esse restituendam Petro (etsi alia opinione dicitur probabilius esse restituendam) illam non restituendo non facit contra perfectius bonum suum, sed contra perfectius bonum Petri. Qui vero non operatur contra alius bonum, quod assequi posset ipse, non operatur contra consilium, licet operetur contra bonum, quod alius posset habere.

Porro licitum esse sectari opinionem minus probabilem relicta probabili, docent Mercado lib. 2. de contractibus, cap. 5. Medina 1. 2. quæst. 19. art. 6. fol. 309. colum. antepenult. & ibi Vazquez disput. 62. cap. 4. num. 14. Valentia 1. 2. disput. 2. quæst. 12. punct. 5. & 1. 2. disputatio 5. quæst. 7. punct. 4. colum. penult. verlic. *Respondeo dupliciter*, Gutierrez quæstion. Canon. lib. 1. cap. 13. num. 23. Suarez de censuris, disputatione 40. sect. 5. num. 6. & tomo de penitentia, disputat. 22. sect. 9. num. 6. Henriquez lib. 14. de irregularitate, cap. 3. num. 3. Azor tom. 1. lib. 2. cap. 16. quæst. 1. 3. & 4. & cap. 17. quæst. 7. B. n. 2. 2. 2. quæst. 10. artic. 1. dub. 3. in obiectione contra 4. conclusionem. Nauarr. libro 3. de restitutione, in noua editione, cap. 1. dub. 13. num. 237. Aragon. 2. 2. quæst. 63. art. 4. dubio penult. & ibi Salon controuersia 2. conclusionem 4. Lopez in parte instructio: ij, cap. 120. & 287. Ledesma 2. tomo, summ. tract. 8. cap. 22. fol. 747. immediate ante 12. conclusionem, Salas 1. 2. quæstione 21. tract. 8. disputatione vnica, sect. 6. num. 66. Sait. Clau. Regia, lib. 1. cap. 6. num. 4. & de censuris, cap. 155. numero 4. & 8. Lessius lib. 2. de iustitia, cap. 19. dub. 8. numero 68. Sanchez de matrimonio, lib. 2. disput. 41. num. 30. lib. 3. disputat. 20. num. 4. lib. 8. disputatione 6. numero 18. & in summ. lib. 1. cap. 9. numero 14. Basilus de Leon de matrimonio, lib. 10. cap. 15. num. 4. Lorca 1. 2. disputatione 39. Garcia 1. tomo de beneficijs, part. 11. numero 361. Granada 1. 2. disput. 4. sect. 3. numero 23. tract. 12. Cornejo 1. 2. tomo 1. tract. 8. disputat. 3. numero 7. & alij plures. ¶ Quamuis non esse liberom sequi opinionem minus probabilem relicta probabili falsò doceant Syluest. verb. *opinio*, num. 2. in fine, & verb. *dubium*, quæst. 2. Caietan. eodem verb. Corrad. tract. 7. de contractibus. quæstione vltima. Adrianus quodlib. 2. in 3. parte, Sotus libro 3. de iustitia & iure, quæst. 6. art. 5. ad quartum, loquens in iudice, Nauarr. cap. 27. num. 284. Cordub. lib. 2. quæstionarij, quæst. 3. Anton. Perez in Laurea Salmantina, certamine 10. num. 55. D. Anton. 1. parte, titulo 3. cap. 10. §. 10. regula 4. Gabriel in 4. distinct. 15. quæst. 8. artic. 3. dub. 2. in 3. probat. primæ conclus.

Imò in aliquibus casibus erit saltem contra consilium non operari iuxta opinionem minus probabilem, verbi gratia, putat quis opinionem esse minus probabilem, quòd possit absolui aliquis per nurus & signa, iste certè minus benefaciet non absoluendo, quam infirmum relinquendo non absoluendo. Nam cum ex vna parte non peccet vtendo tali opinione, & ex alia parte, si forte sit vera, efficiatur Sacramentum (multa enim improbabiliora possunt esse certa à parte rei, quam magis probabilia) negare huiusmodi beneficium infirmo erit effectus minimæ charitatis, vt latè disputat. 44. num. 34. & 35. Similiter si quis iudicet, approbatum ab vno ordinario, minus probabile esse, audire posse confessiones in aliena diocesi, ager contra consilium non vtendo illa opinione, quandoquidem non adesset alius qui audiret confessiones, & specialiter in die magni Iubilæi, vt dicemus disput. 44. num. 9.

Quo fit, falli Authores communiter putantes illas duas regulas: *In dubijs melior est conditio possidentis*, & *In dubijs tutior pars est eligenda*, esse diuersas & contrarias taliter, quòd dum vna intrat, alia expellatur, seu extinguatur. Falluntur sanè; non enim contrariæ sunt, sed potius vna est explicatio alterius, & mutuo sese iuuant, tali ratione, quòd quoties adest Regula, *Melior est conditio possidentis*, adit & alia, *Tutior pars est eligenda*. Nam quotiescumque quis possidenti fauet, partem sequitur tutiorem; & si tunc quis partem tutiorem sequitur quando ex sequela illius nullum generetur peccatum, & ex contrario oritur; certè fauendo possessioni possidentis, nullus peccabit; imò peccaret, si fauere desisteret. Fit hinc, quòd si aliquando præceptum sit in possessione obligandi, cum tunc melior sit conditio præcepti, & sit illi fauendum; tutior etiam pars erit sequi præceptum, quàm è contra. Quod notauit Sanchez lib. 2. de matrimonio, disputatione 41. numero 41. in fin. Ex hoc fuerunt decepti Doctores dom putarent, sequi quempiam partem tutiorem quando adimpletur præceptum, & possessio libertatis postponitur. At non considerant, quòd si præceptum est in possessione obligandi, libertas non erit in possessione. Et ita consequenter semper coincidunt, & mutuo se iuuant illæ duæ regulæ, taliter quòd si quis velit cognoscere quando sit seruanda regula: *In dubijs tutior pars est eligenda*, respicere etiam debeat ad aliam, *In dubijs melior est conditio possidentis*. Et hoc modo quem inuenit aliquis possidentem, tueri debet: quo facto, tutiorem sequetur partem. Est enim regula illa, *Melior est conditio possidentis*, mensura seu regula alterius, *In dubijs tutior pars est eligenda*. His hæret quod inquit Basilus de Leon de matrimonio, lib. 10. cap. 15. numero 9. videlicet, quòd adhuc in casu quo quis dubius est de valore matrimonij ratione alienius impedimenti consanguinitatis, vel quia existimatur viuere priorum coniugem, in quo dubio reddens debitum exponit se periculo committendi peccatum, non solum contra castitatem, sed etiam incestus, vel etiam iniustitiz contra primum matrimonium; in negando autem solum se exponit periculo agendi contra iustitiam, adhuc autem, inquit, tutior pars eligitur, si reddatur debitum, quia licet contra plures virtutes agar reddens debitum, in dubio illo, conditio possidentis multo fortior est, tantæque efficacitatis & virtutis, vt nulla sit iniuria

iniuria contra primum matrimonium reddere in dubio debitum petenti. Quare ex hac parte multo fortius manet ius matrimonij secundi quam primi, cum in favore secundi sit certa possessio, & ex alia parte sit maior obligatio iustitiae, quam castitatis. Vnde possessio matrimonij bona fide contracti multo maioris momenti est, ut fiat iniuria coniugi petenti in non reddendo, quam dubium consanguinitatis, ut fiat iniuria sanguini in reddendo: quapropter magis vitanda est vnus præcepti certi transgressio, quam duorum mandatorum sub dubio occurrentium violatio. Episcopus Trojanus in la *pregmaica del irigo*, cap. 8. fol. 112.

14. Hinc patet intelligentia textus in cap. *Significasti*, el *segundo*, De homicid. & text. in capite *Ad audientiam*, eodem titulo, vbi Summus Pontifex iudicat irregularem presbyterum quendam qui alium vulnerauerat, cum dubio tamen an ex vulnere inflicto, vel ex infirmitate postea superueniente mortuus fuerit. Et reddit rationem Pontifex, quod cum in dubiis semitam debeamus eligere tutiorem, ille presbyter in sacris Ordinibus non ministrer. Quod præcepit Pontifex, quia cum presbyter esset certus de vulnere inflicto; & dubitaret, an ex vulnere mors secuta foret, possessio stabat pro præcepto prohibente, ne quis qui alium occidit, ordines suscipiat. aut in susceptis ministrer. Cum verò in casibus prædictorum iurium duo fuerint certa reperta; videlicet quod vulnerata vita functus fuerit, & quod vulnus erat inflicto, præceptum possidebat, & illi fauendum erat si pars tutior esset eligenda; minime verò libertati presbyteri vulnerantis, quæ solùm habebat ius dubium ad se protegendum, cum dubitaret, an ex vulnere mors inflecta fuerit, docet Filiucius 2. tomo, tract. 21. numero 166. Granado 1. 2. tract. 12. disput. 6. num. 7. Layman 1. tom. cap. 5 §. 4. num. 19. Nauarr. cap. *Si quis autem, ac poenitent.* distinct. 7. à num. 36. Covarr. in elem. *Si furiosus*, 1. parte, initio, num. 3. de homicid. Azor lib. 1. cap. 19. Suarez de *cenfurs*, disputat. 40. sect. 5. num. 18. Sanchez lib. 1. de *matrim.* disp. 9. num. 41. cum aliis. Quod confirmatur optimè ex dictis à præd. Sanchez lib. 2. de *matrim.* disput. 41. num. 17. & Auila de *cenfur.* 7. parte, disput. 6. lect. 2. dub. 4. conclusionè 5. Covarr. parte 2. §. 2. num. 2. vel sic. In *ro verò casu*, Filiucio 2. tomo, tract. 32. cap. 3. num. 37. Tabien. verbo *consilium*, num. 4. qui citat Felinum. Quod ille qui consuluit furtum aut homicidium, vel aliter adiuuauit, teneatur ad restitutionem damni, licet dubitet, num ex suo consilio fuerit secutum homicidium, vel furtum. Nam cum constet de iniusta actione consulentis quæ spta est ad effectum producendum, & ex natura sua illum assequitur, dum de effectu subsequuto constat, possessio est pro actione illa iniusta, quod effectum assecuta fuerit. Vnde vt bene tradunt Decius in regula consilij 47. num. 9. ff. de *reg. iur.* Felin. cap. 1. de *offic. deleg.* num. 13. verticulo, *Vtrum autem*, & capite *Sicut dignum de homicid.* num. 12. conclusionè 3. præsumendum est absque consilio alium minime facturum, nisi oppositæ consuetudine aliud suadeant, ut si delictum committens erat inimicus capitalis interfecti, vel minis vltus fuisset occisionis, aut præparasset omnia necessaria ad homicidium; quia tunc præsumitur rationabiliter, consulentem non inuixisse in homicidio: eodem quoque modo ad restitu-

tionem non erit constrictus, qui furti iam parato rapinam committere, illam consulere. Vt verò ab onere restituendi furtum, vel homicidium consulens eximatur, certus debet esse de furis, vel occisoris determinatione; quod si solum dubitaret, an parati essent crimina illa patrare absque suo consilio, sufficiens non erit, ut ab onere restituendi liber euadat. Præterquam quod cum in dubio nemo præsumatur delictum admissurus, leg. *Merito*, ff. *Pro socie*, in hoc dubio, an absque meo consilio delictum alter perpetrasset, præsumendum est fore, ut non perpetraretur, & ita meum consilium causam dedisse, & opem tulisse: ut docent eleganter satis Ananias in allegato capite *Ad audientiam*, num. 10. de *homicid.* Angel. leg. 1. in princip. verticulo, *ultimò est videre*, ff. *De eo per quem factum erit*, Bald. in leg. *Data oper.* num. 52. Cod. *Qui accusari non poss.* § *Quicquid* in contrarium dicant Syluester verbo *restitutio*, 3. quest. 6. dict. 2. Medin. Cod. *De restitut.* quest. 7. ante verticulo, *Si autem consilium*, Nauarr. lib. 3. de *restitut.* cap. 4. dub. 4. in edit. 2. num. 48. Henriquez lib. 14. de *irregul.* cap. 3. num. 4. iuncto fine, in comment. lit. C. qui eximunt consulentem ab onere restituendi quando dubius maneret, an ex suo consilio damnnum sequeretur esset.

Vnde obiicit quispiam, quod cum ille qui comedit dubitans, an sonuerit hora noctis duodecima, certus sit se comedisse, certus etiam est se non esse ieiunum: & solum dubitat, an ex sua comestione sequuta fuerit violatio ieiunij necessarii ad communicandum. Et similiter qui vt ablueret os, aquam assumpsit, actionem fecit quæ ex natura sua ad deglutendum est ordinata: quamuis igitur dubitet, an deglurierit necne, possessio stabat pro præcepto de non communicando nisi ieiunè: cum de actione quæ posset frangere præceptum, sit certus, & solum dubitet, an fractio sequuta fuerit.

Sed facillè fiet satis argumento. Cum enim quis die præcedente communionem, habeat ius & libertatem comedendi toto die integro, & comedat dubitans, an ingressus fuerit limites sequentis diei, facit actionem contrariam omnino ieiunio, non quidem ieiunio diei sequentis, sed antecedentis communionem. Et licet certus sit non se esse ieiunum, est ex alia parte etiam certus, quod ante dubium habebat libertatem non ieiunandi illo die, etsi in crastinum diem esset Eucharistiam sumpturus. Nam cum ex illa comestione posset contingere frangi ieiunium diei sequentis & etiam non frangi, cum comedens sit in possessione comedendi vsque ad vltimum instans diei præsentis, minime priuandus erit hac possessione & libertate, ob dubium superueniens. Nec qui assumpsit aquam ad abluendum os, agit actionem de se ordinatam ad deglutendum: sumptio enim aquæ in ore non est magis ordinata actio ad deglutendum, quam ad expuendum, vel ad mundandum os: & eadem cura, vel ferè eadem requiritur ad hoc vt aqua assumpta in ore degluriatur, quæ vt expuatur, requirit solet: os namque est vas & receptaculum medium inter fauces & labia, & adeò facillè potest contingere, vt aqua assumpta in ore per barbam, aut mentum dilabatur, si non adsit cura os claudendi; sicut quod degluriatur: imò ad deglutendum necessarius est motus linguæ, & maxillarum expellentium aquam intus, qui motus non

15.

16.

necesse

necessarius est, ut exteriùs expellatur, aut solùm aliquantulum motus erit requisitus: aper-  
to namque ore sine alio adminiculo retinendi,  
aqua ex ore defluere.

17. Nec est simile de illo qui consuluit furtum, aut  
homicidium: qui etsi dubitet, num ex suo con-  
silio sequutum sit homicidium, tenetur restituere:  
nam ut diximus num. 14. consilium dans, faci-  
cit, quantum ex se est, omne illud ex quo nasci  
potest homicidium. Et si de facto ex tali consilio  
non nascatur homicidium, sed aliunde, non stat  
per consulentem, sed per alium qui consilium non  
recepit. At qui assumpsit aquam in ore, & dubi-  
tat, an transglutierit, ex parte sua non apposuit  
omne requisitum ad traiectionem; aliàs sequuta  
fuisset: & quando de facto non sequitur, non  
per alium quàm per ipsum qui assumpsit aquam  
stat, quòd non sequatur traiectio.

18. Deducitur itaque ex nostra conclusione, quòd  
si diversa sint horologia, & aliorum sonuerit  
hora duodecima, aliorum verò non, possit qui  
tunc soluit ieiunium naturale, communicare die  
sequenti. Et siue illa dies, siue sola sequens sit  
ieiunij, poterit dubitans cõnare, vel edere carnes;  
ut dicebat Medina, quem refert & sequitur Ve-  
ga lib. 3. summ. casu 213. quia tunc essent duæ ra-  
tiones, vel opiniones probabiles, & quamlibet  
illarum amplecti licebit. Sic Sanchez lib. 2. de ma-  
trim. disput. 41. num. 40. Villalobos tract. 1. de con-  
suetudine, difficult. 21.

19. Si verò tantum sit vnum horologium, & ubi  
cõcepit sonare duodecima, aliquis biberet, licet  
quando sonaret vltimus pulsus, desisset bibere,  
non poterit die sequenti communicare: quando  
enim primus pulsus horæ auditur, iam est hora  
expleta, & horologium tantum est testis id indi-  
cans. Quamvis autem diuersi sint pulsus, id eue-  
nit, quia nequit vno pulsu hora duodecima indi-  
cari, sicut vno pulsu indicatur hora prima. Ita  
Sanchez ubi proximè num. 4. in fin. Villalob. ubi  
suprà, difficult. 21. Nicol. Garcia de beneficio, tom. 1.  
part. 5. cap. 1. à num. 514.

20. Quo fit quòd qui buccellam habet manifi-  
cans, & audit primum pulsus horæ duodecimæ  
noctis, teneatur incontinenti de ore eicere buc-  
cellam, si in crastinum velit communi. e. Ita vi-  
detur sentire Vazquez tomo de Eucharistia, dis-  
putat. 211. num. 30. dum ait, quòd reliquij diei  
antecedentis non possint deglutiiri datà operà.  
Quòd notauit expressè Paludanus in 4. quæst. 2.  
art. 2. conclusione 2. & Suarez tomo de Eucharis-  
tia, disput. 68. sectione 4. §. Dices ergò. Postquam  
ergo buccellam eiecerit, non tenebitur esse ni-  
mis anxius ad abluendum os. Si tamen masticat  
buccellam de materia carnis, & dies sequens sit  
ieiunij, non tenetur eicere, etiam sub veniali:  
non enim cum tanto rigore illud præceptum po-  
fitionum obligat semoto contemptu, esset tamen  
peccatum veniale, si data opera buccellam carnis  
de nouo assumeret. Nam licet peccatum morta-  
le descendere possit ad tam modicam materiam,  
quòd fiat veniale, veniale verò descendere non  
poterit, ut non fiat veniale.

21. Qui verò causa medicinz fumeret saccharum,  
verbi gratia, Hispanè *agucar piedra*, hora, verbi  
gratia, decima noctis, qua cubitum it, in tanta  
quantitate, quam iudicet probabiliter non con-  
sumptam iri ante mediam noctem, non poterit  
die sequenti communicare: quia scienter appo-

Sanchez Selecta.

suit cibum ori, ex cuius transglutitione ieiunium  
naturale interrumpitur. Docet expressis verbis  
Filliucius 1. tomo, tract. 4. cap. 8. num. 236. Diana  
de celebrat. Missar. resolut. 51. Fagundes 3. præcè-  
pro, lib. 3. cap. 5. Hanc tenere debent omnes (præ-  
ter Vegam 1. part. summæ, casu 23. qui ait, posse  
aliquem communicare, etsi præter voluntatem  
transglutierit aliquas guttas aquæ. Et Anton. 3.  
part. tit. 13. cap. 6. §. 8. in fin. & allegat Vega sum-  
mam Confess. lib. 3. de Eucharistia, tit. 24. quæst.  
64. qui tamen longè aliter sentit: solùm enim in-  
quit, quòd guttæ aquæ, quæ permixtæ saluæ  
traiciuntur, non impediunt sumpcionem Eucha-  
ristiæ. Et idem docet quod Vega. Manuel Ro-  
driguez, 1. part. summ. cap. 66. conclus. 3.) cum facerent,  
abluentem os, & casu, ex improvisoque  
traicientem aliquam guttam in stomachum, non  
communicare. Vnde à fortiori id debent asserere  
in casu huius numeri, cum traiectio facta præter  
mentem, & casu, sit ita inuoluntaria sicut facta  
in somno. Sic Suarez tomo de Eucharistia, dis-  
putatione 68. sectione 4. §. Dices ergò. Egidius de  
Sacramentis, quæst. 8. art. 8. numero 48. Vazquez  
tom. de Eucharistia, disput. 211. num. 31. Regi-  
nald. tom. 2. lib. 29. cap. 6. num. 119. Bonacin. de  
Sacram. disput. 4. quæst. 6. punct. 2. num. 7. Mons-  
fel. de Sacram. tom. 1. tract. 3. cap. 1. num. 3. Siluius  
3. part. quæst. 80. art. 8. ¶ Quamuis contrarium  
asserat Bartol. ab Angel. in exam. confessor. dialo-  
go 4. §. 214. littera A. sic dicens. *Quòd dictum est  
de salina & de reliquis cibi & huiusmodi, dicen-  
dum est de eo qui in sero accipit aliquid pro voce, vel  
pro alio quòd remanet: non enim venit ab extrinse-  
co post mediam noctem, nec propter hoc ille non es-  
set ieiunus.* Est enim continuata quedam com-  
munitio quæ in die præcedenti incepit, ut bene ait  
Diana resolut. 51.

Vnde colligitur, quòd secundum se loquendo  
malè ageret qui me consuluit, num posset deti-  
nere in ore Eucharistiam pro tempore, & sume-  
re lotionem, quæ priùs in stomachum traicie-  
batur quàm Eucharistia, quam in ore detinebat,  
eo quòd audisset causare gratiam toto tempore  
quo species incorruptæ conseruantur. Illud nam-  
que agere de se est contra præceptum ieiunij na-  
turalis; sincera tamen fides illum excusabat, cum  
ex maioris reuerentia erga Sacramentum mouere-  
tur ad sic detinendam Eucharistiam in ore. Sicut  
ait Caietanus in summa, verb. *communio*, excusa-  
tum fuisse Sacerdotem, qui nucem muscatam  
edebat ante celebrationem, ut ex ea bonus odor  
Eucharistiæ obuenerit, licet non ignorasset Sacer-  
dos ille ieiunium fore necessarium ad sumen-  
dum sacratum panem; ignorabat tamen, quòd  
nucem muscata sumpta ob reuerentiam erga Sacra-  
mentum, frangeretur, nesciebatque distingue-  
re inter ieiunium Ecclesiæ & naturæ; excusatus-  
que à peccato iuxta mentem & opinionem Cai-  
etani, abiit Sacerdos. Hoc narratum fuit Cai-  
etano. Nec minor; cum & ego viderim Presbyte-  
rum Doctorem iuris Canonici consulentem fec-  
minis sui oppidi posse communicare, etsi acce-  
pissent frustulum panis benedicti, solitum porri-  
gi ad ingressum Ecclesiæ: aiebat enim ipse, ex il-  
la particula panis non frangi ieiunium necessa-  
rium ad communionem, cum sumeretur ex devo-  
tione, & non per modum cibi. Hoc ipsum fecit  
se mihi retulit; quem cum moneret, ne id vlti-  
rius permitteret, nescio, an morem ge. serit.

Inferret etiam, quod qui parum papyri, aut alterius rei non comestibilis deglutisset, possit communicare: solum enim cibus, aut potus impedit communionem, contra Bonacin. *de Sacrament. disparatione 4. quæstione 2. punct. 2. numero 10. Reginald. 2. tomo. prax. lib. 29. num. 118. sine. Henriquez lib. 8. cap. 49. numero 10. Naldum in summ. verb. Eucharist. numero 10. Nostram tamen conclusionem docent Ludouicus de San Iuan 1. parte summ. tractat. de Eucharistia, quæstione 7. articulo 10. folio 172. Diana de celebrat. Missar. resolut. 51. Summa Corona parte 4. cap. 2. numero 65. Ledesin. 1. parte summæ de Eucharistia, cap. 13. conclusionem 4. opinionem contrariam indicans probabilem. Quem sequitur Ioan. de la Cruz in directorio conscient. de Eucharistia, dubio 4. conclusionem 2. quibus tamen in hoc secundo non assentior; & minus Nonio de Eucharistia, quæstione 80. articulo 8. columna 4.*

dicenti, improbable esse asserere, posse transglutientem papyrum communicare; adducuntque pro se D. Thomam 3. parte, quæstione 80. artic. 8. ad quartum, eo quod dicat, non referre quicquam ad soluendum ieiunium naturale, quod illud quod assumitur, nutriat, vel non, dummodò assumatur per modum cibi. At his verbis D. Thomas suam non munit neque confirmat sententiam; cum solum asserat nihil referre ad soluendum ieiunium naturæ, quando illud quod assumitur, esset in tam modica quantitate, ut non nutriat: quod & nos etiam asseueramus. Sed non dicit D. Thomas nihil referre ad frangendum naturale ieiunium, illud quod assumitur, esse nutritium, vel non: quod tamen asserere necessarium esset, ut sententiæ Nonij faueret. Si verò auellam cum cortice deglutisset, aut pineam nucem, non erit illi licitum communicare, cum sit materia comestibilis.



## DISPUTATIO XLIII.

Ad praxim maximè necessaria: qua referuntur casus, in quibus homo dubius de aliquo præcepto possit sua vti libertate.

### S V M M A R I V M.

Dubitan de emissionem voti non tenetur illud adimplere, num. 1.

Bene tamen si opinatur votum emisisse, ita ut magna sit determinatio iudicii, num. 2.

Certum de emissionem voti Religionis, dubium verò, an Religionem in comuni, vel in particulari tenuerit, potest quolibet imp. eas, num. 3.

Non tenetur abstinere à nuptiis qui certus est se non copulandum iri alieni fornicariæ, dubitat vero, an emisit votum de accessu fornicario, vel uxorio, num. 4.

Carnalis die Iouis, & dubitan, an hora duodecima noctis fornicari, poterit edere carnes; è contra verò carnalis die Veneris, & dubitan ut supra, non potest edere carnes, num. 5.

Dubitan an expleuerit vigesimum primum annum, non tenetur ieiunio, num. 6.

Dubitan de aetate legitima ad ordines, vel beneficia, tenetur non suscipere, num. 7.

Dubitan an aliquod præceptum sit derogatum, tenetur non contraire præcepto, num. 8.

Dubitante aliquo, an votum emisissum sit ante annos pubertatis, pater poterit irritare, num. 9.

Consulens homicidium & dubitan, an ex suo consilio fuerit sequutus, restituere tenetur, numero 10.

Depositarius dubitan, an ex sua culpa res sit amissa, non tenetur restituere, num. 11.

Dubitan, an res sit sua, facta sufficienti diligentia ad inueniendum dominum, rem potest detinere, numero 12.

Auferens rem à possessore cum dubio, an sit sua, tenetur restituere, num. 13.

Emens bona fide rem, & facta diligentia, an sit aliena, adhuc dubius potest rem emere, numero 14.

Alia scitu digna adducuntur à numero 15. usque ad 27.

Rem dubitan num legitime interrogetur, restrictus est veritatem aperire, num. 28.



RIMò ex dictis in præcedenti disputatione inferendum est, quod qui dubius est, an emisit votum, possit illud non adimplere, cum tunc sit in possessione s. x. libertatis, & melior sit conditio possidentis. Non autem teneri dubitantem de voti obligatione adimplere illud, docent Sor. lib. 7. de iustit. quæstione 3. articulo 2. Medina in summa, lib. 1. cap. 14. §. 7. Angel quæstione 9. de ieiunio, articulo 1. difficultate 7. dubio 2. propofit. 3. Grassin in decision. lib. 2. cap. 31. in fin. Manuel tomo 2. summ. cap. 99. numero 5. Henriquez lib. 11. de matrimonio, cap. 11. numero 5. & libro 8. de Eucharistia, cap. 45. numero 3. in commento, litera P. Lopez 1. parte instructor. cap. 45. §. Dubitan de voto. Vega in summa, 2. parte, 129. casu 3. in fin. Triuino in praxi examinatorum, fol. 257. Sa verb. dubium, num. 1. in editione anno 1601. sic dicens, Ad votum seu præceptum non teneris dum pro utraque parte æqualiter dubitas: & in editione anni 1613. verb. votum, sic: Ad votum, vel præceptum non teneris, si te non teneri probabilis est Doctorum sententia. Reginald. in prax. tomo 2. lib. 18. numero 176. Maurice 1. parte, cap. 6. §. 2. Syluester verb. ieiunium, quæstione 10. dicto 2. videtur tenere Ang. verb. dubium, numero 1. & 2. Villalobos tractatu de consensu, difficultate 21. Sanchez libro 1. de matrimonio, disputatione 9. numero 11. & libro 2. disputatione 41. numero 32. & in summ. lib. 1. capite 10. numero 36. & lib. 4. capite 1. numero 16. Suarez 5. tomo de censuris, disputatione 40. sectio 5. numero 15. Rebell. de iustit. part. 2. libro 1. quæst.

quæst. 3. sectione 2. numero 10. & 11. Nec tenetur dividere votum pro ratione dubij, Sanchez in summ. lib. 1. cap. 10. numero 36. & lib. 4. cap. 1. num. 16. retractans oppositum, quod censuerat lib. 2. de matrimonio, disput. 41. num. 34. Salas 1. 2. quæst. 21. tractat. 8. disput. unica, sect. 25. numero 254. & satis innuit Sor. lib. 7. de iustis. quæst. 3. art. 2. col. 3. Granado 1. 2. tractat. 11. disp. 6. num. 5. Layman 1. tom. tract. 1. cap. 5. §. 4. num. 31. Cornejo 1. 2. tom. 1. tractat. 8. disput. 4. dub. 2. Vnde immeritò aliqui aiunt hunc teneri voto, & hoc ab aliquo non negari, in quo maximè decepti sunt.

2. At si non dubitat, sed opinatur ut magna sit determinatio iudicij, ita ut pro opposita parte non habeat probabilem opinionem, adhuc tenetur voto. Sic Sanchez lib. 2. de matrimonio, disput. 41. numero 34. & in summ. lib. 2. cap. 10. numero 36. in fine.

3. Vnde inferas tertio, certum se emisisse votum Religionis, & dubium, num Religionis in communi, vel huius in particulari, posse quamlibet ingredi, quia possessio stat pro libertate. Ita Sanchez supra lib. 2. de matrim. disp. 41. num. 33. & in summ. lib. 4. cap. 1. num. 31.

4. Inferas quarto, qui certus est, quòd vouerit se non accessurum ad aliquam fornicam, & dubitat, num de accessu fornicario, vel vxorario senserit, non tenetur abstinere à nuptiis, quia possessio stat pro libertate. Sic Sanchez supra lib. 2. de matrim. disp. 41. num. 33.

5. Inferas quinto, & expressè tener Sanchez lib. 2. de matrimonio, disput. 41. num. 40. quòd si quis die Iouis cenans, dubitet, an hora duodecima noctis sonuerit, possit edere carnes: nam ius & possessio est pro libertate edendi, certumque horas antecedentes esse diei Iouis, & dubium sit pro die Veneris: dubium autem ius prevalere non debet contra ius certum. Tenet Villalob. tractatu 1. de conscient. difficult. 1. Layman 1. tom. tract. 1. cap. 5. num. 36. §. 4.

A contrario inferitur, & clarè Sanchez lib. 2. de matrim. disput. 41. num. 40. quòd si hodie sit dies Veneris, aut ieiunij, & dubiteretur an hora duodecima noctis sonuerit, non possit quis edere carnes: quia possessio est pro præcepto, cum constet hodiernum diem esse ieiunij, & dubiteretur, an transacta sit. Villalob. tract. 1. de conscient. diffic. 21. Layman supra, §. 4.

6. Inferas sexto, quòd si quis facta sufficienti diligentia dubius adhuc est, an expleuerit viginti & vnum annos, non teneri ad ieiunium; quia tunc non est possessio pro præcepto ieiunij, sed pro libertate illius qui toto tempore antecedenti viginti annis primum annum non habuit. Layman supra num. 33. §. 4.

7. Inferas septimo, & expressè Sanchez lib. 2. de matrimonio, disput. 41. num. 38. quòd si quis dubitet, an habeat legitimam ætatem ad ordines, vel beneficium, teneri non suscipere ordines, aut beneficia, donec constet de ætate, quia possessio est pro præcepto. Semper enim extat præceptum negatiuum non assumendi ordines ante ætatem. Cum verò volens suscipere ordines, toto tempore antecedente dubitantem, habuerit ius certum ad non suscipiendos ordines; hoc ius certum vincit non debet à iure dubio superueniente. Layman supra, num. 35.

8. Inferas octauò, & expressè Sanchez lib. 2. de Sanchez Selecta.

matrimonio, disput. 41. num. 37. quòd quando dubitatur, an præceptum sit derogatum alio præcepto, vel consuetudine, vel sit dispensatum, non liceat contra præceptum facere; quia lex possidet. Et idem est dicendum dum constat de lege, vel præcepto, dubium autem est, an in aliquo casu ratione necessitatis, aut alterius circumstantiæ occurrentis eximatur aliquis ab obligatione illius, teneri lege, vel præcepto, cum lex possideat. Sic Medina 1. 2. quæstione 96. articulo 6. ad fin. proposuit 3. Ob id qui dubitat, an lex prohibens edere carnes in Quadragésima, se extendat ad obligandum ratione necessitatis, salutis scilicet, aut alterius circumstantiæ, teneatur petere dispensationem à superiore; aut si habeat Bullam, licentiam ab utroque medico, spiritali & temporalis, ut ex tenore ipsius Bullæ constat, & agit super illum §. Man. Rodriguez, & Anton. Gomez, de quo nos agimus latè, disputatione 51. numero 9. Nec locus est epicheia in dubiis, sed seruanda sunt verba legis, ut sonant, quia ipsa lex possidet, & propter dubium non debet sua possessione priuari. Epicheia namque cum virtus sit, ut ait D. Thomas 2. 2. quæst. 120. articulo 1. non debet iniuste possessorem sua possessione spoliare: iniustum autem esset epicheiam dicere ius dubium præferendum esse iuri certo. Et consequenter dictare non potest, legem aliquam certò postquam, existente dubietate, num se extendat ad aliquem casum, debere cessare, spoliando illam sua possessione, & introducendo hominem in possessionem libertatis. Vnde D. Thomas in solutione ad tertium, & 1. 2. quæst. 96. artic. 6. in corpore, & ad 2. ait, interpretationem, (Principis scilicet) locum habere in dubiis, in quibus non licet absque determinatione Principis à verbis legis recedere. Layman tom. 1. tractat. 4. cap. 19. numero 3. & 4. Sed in manifestis non esse opus interpretatione, verum sola executione: quasi dicat, epicheiam non habere locum nisi manifestè deficiente lege, ubi non consultatione, sed executione opus est: quod acutè notauit Caietanus in commentar. illius articuli 1. ferè in med. & ut hoc bene notent sapientes, hortatur. Hinc D. Thomas in corpore articuli ait, quòd cum non fuerit possibile aliquam regulam legis institui, quæ in nullo casu deficeret, & Legislatores attendant ad id quod in pluribus accidit, secundum hoc legem ferunt; ut dicebat Theophrastus in l. Iura constitui, ff. de legibus, l. nam ad ea, ff. de legibus, cum concord. quam tamen in aliquibus casibus seruare est contra æqualitatem virtutis iustitiæ, & contra commune bonum, quòd lex intendit. Sicut lex instituit, quod deposita reddantur, quia hoc in pluribus iustum est: contingit tamen aliquando esse nocuum, puta si furiosus deposuit gladium, & eum repositat dum est in furia, & timeatur malè vsurum illo in damnnum suum, vel proximi: aut si quis repositat depositum ad patriæ impugnationem: vel si esset lex, quod quicumque ascendens muros ciuitatis decapicaretur; contra æquitatem seruaretur lex in casu quo subitò hostes inuadunt ciuitatem, & illi qui sunt intus, liberarentur à morte mutum ascendendo: hoc enim casu manifestum est legem non obligare. Sic Sorus de iustis. libro 1. quæstione 6. articulo 8. §. Tertia verò conclusio, & 9. Ad huius rei intellectum, Episcopus Troyanus in la prægmatica del vigo, capite 8.

Medina Cod. *De ieiunio*, quæst. *De his qui tenentur ad ieiunia*. Summa Coron. *De voto*, 3. part. folio 9. vbi dicit, quod per interpretationem potest cessare obligatio voti, quando ratio dicitur, & declarat ob instantem causam votum non esse seruandum; & in hoc, ait, non exigitur auctoritas Prælati. Vazquez *de Eucharistia*, disputat. 219, cap. 4. num. 43. qui ait, quod nullus hactenus opinatus est posse ab inferiori episcopiam legi adhiberi ex sola coniectura probabili, nisi quando casus (subitus est, nec adiri potest superior. Vnde quando Syluester verbo *Papa*, quæst. 16. dicto 2. & Cordub. lib. 3. quæst. quæst. 13. ante regulam primam, fol. 205. Henriquez lib. 14. *de irregularitate*, cap. 3. num. 3. in commentar. littera X. dicit, in dubiis esse locum Episcopiæ, intelligendi sunt non de dubio æquilibri, sed de formidine, quando scilicet est probabile iudicium, licet cum formidine opposita, vt beatus Sotus versiculo *Ad rei huius intellectum*. Quod etiam tenet Sanchez libro 2. *de matrimonio*, disputatione 41. numero 37.

Nec placet quod plures asserunt posse videlicet inferiorem dispensare in lege superioris per episcopiam. Hinc inferentes, posse Episcopum dispensare super impedimenta matrimonium dirimentia, quando impedimentum est occultum, & ad Papam, vel alium habentem facultatem dispensandi, non potest haberi recursus propter paupertatem, vel alia impedimenta & in separatione à matrimonio sequeretur inagnum scandalum. Et posse quoque Episcopum dispensare contra ius Concilij ex causa necessitatis, docent Angelus verb. *dispensatio*, num. 5. Syluest. dicto verb. num. 1. Tabien. quæst. 14. Margarita Confessorum dicto verbo, & Armill. num. 19. Nauarr. in manuali cap. 22. num. 85. & conf. 14. *De consanguinitate & affinitate*, Cuchus in *institutionibus maioribus*, lib. 2. tit. 6. num. 310. Spino *de testamento*. glos. 15. num. 86. Ant. Gom. in explicatione Bullæ cruciatæ ad decimam clausulam, num. 58. Cerola in praxi Episcopali 1. part. verb. *dispensatio*, §. 3. Barr. de Ledesm. in summ. Sacramentorum dub. 50. Rodrig. in explicatione Bullæ Cruciatæ, §. 14. num. 6. & in addit. num. 14. & in summ. 1. tom. cap. 234. num. 2. Viuald. in candelabro aureo, *de matrimon.* num. 248. Graff. lib. 2. cap. 81. num. 14. Vega in summ. 1. part. cap. 88. casu 1. Lopez 2. tom. instruct. part. 2. cap. 59. Henriquez in summ. lib. 12. cap. 3. §. 2. & lib. 13. cap. 11. §. 3. Valent. 4. tom. disputat. 10. quæst. 5. punct. 5. Toler. lib. 7. capite 12. numero 5. Azor 2. tom. lib. 3. capite 51. quæstio 1. Rebell. *de obligationibus*, 2. part. lib. 3. quæstione 5. num. 20. Sanchez lib. 2. *de matrimon.* disput. 40. Villalobos 1. tom. summ. tract. 14. difficult. 25. num. 3.

Quod tamen falsum esse iudico, eo quod inferior nunquam habeat potestatem dispensandi in lege superioris: & in prædicto casu non posse Episcopum dispensare docent Sotus *de iustit.* lib. 1. quæst. 7. art. 3. & in 4. distinct. 37. quæst. 1. art. 2. Corduba lib. 1. quæst. 11. & in summ., quæst. 45. punct. 2. primæ opinionis. Veracruz in speculo conjugum, 3. part. art. 18. in fine, Medin. 1. 2. quæst. 97. art. 4. Ledesm. *de matrimon.* quæst. 56. articulo 3. dubio 1. & in summ. *de matrimonio*, cap. 27. difficultate 1. Garcia *de beneficiis*, 2. tom. part. 11. cap. 5. num. 343. Suarez tomo *de censuris*, disput. 6. sect. 4. num. 7. & disputat. 7. sect. 4. 2. num. 1. ad

sextum, & disput. 29. sect. 2. num. 21. & disput. 41. sect. 2. num. 3. Couar. in 4. part. 2. cap. 6. §. 10. num. 11. & id declaratum esse per Cardinales, docet Garcia supra num. 344. super caput 5. Concilij Tridentini sessionis 24. de reformatione matrimonij, per hæc verba. *Episcopus auctoritate ordinaria non habet facultatem in gradibus affinitatis, seu consanguinitatis à iure prohibitionis contrahentes matrimonia dispensandi*. Et idem est respectu Nuncij nisi ad id habeat specialem facultatem, vt docet Garcia, num. 345.

Non, inquam, per episcopiam potest inferior dispensare in lege superioris, quia episcopia, vt ait, D. Thom. 2. 2. quæst. 120. art. 1. in corpore & ad tertium, est interpretatio legis deficientis, seu non se extendentis ad aliquem casum, hoc est, quod officium episcopiæ sit interpretari legem deficere in hoc, vel alio casu, & non se extendere ad illum, seu comprehendere. Qui autem dispensat, non interpretatur legem deficere & non comprehendere casum, sed potius cum eum comprehendat, eximit subditum à lege: non ergo episcopia versatur erga dispensationem tanquam materiam propriam, sed erga declarationem solum. Vnde Episcopia non est solum virtus quæ residet in superiore, sed in quolibet inferiore qui in casu manifesto legem non seruat; episcopia sic dicitur: & ob id dixit D. Thom. ad 3. in manifestis non esse opus interpretationis, sed executionis.

Vnde non placet, quod docet Garcia 2. tom. part. 11. cap. 5. num. 351. & 352. videlicet quod licet episcopia non tribuat iurisdictionem ad dispensandum aliâ facultatem non habenti, & ob id non possit Episcopus dispensare super impedimenta matrimonij, poterit tamen inferior per episcopiam moderari legem superioris reseruantis id quod aliâ iure ordinario poterat Episcopus, auferentisque illi potestatem aliâ competentem. Vnde infert, posse Episcopum dispensare in voto castitatis (quod reseruatum est) cum ad Papam non possit haberi recursus, eo quod Episcopus poterat dispensare in illo voto, nisi summus Pontifex sibi illud specialiter reseruasset. Quia quod Episcopus in illo nequeat dispensare, prouenit ex reseruatione Papæ, & non ex natura rei. Hæc autem doctrina mihi displicet. Tum quia vt iam dictum est, episcopia non versatur circa dispensationem: nec residet in iudice tanquam in iudice, quia ad interpretationem exhibendam in casibus manifestis vbi episcopia habet locum, non est opus interpretatione superioris, vt talis, sed quilibet executionis habet facultatem, vt constat ex adductis exemplis supra, de nolente reddere gladium depositum furioso, & de ascendente murum, dum hostes impugnant ciuitatem. Tum quia dum admittit Garcia posse inferiorem dispensare in lege superioris quando casum reseruauit, id quoque opus erit concedat, quando casus reseruatus non esset. Nam facta reseruatione adeo casus constituitur extra facultatem inferioris, ac si nunquam super illum habuisset iurisdictionem, & tamen urgente necessitate admittit præfatus Garcia, posse inferiorem in illa lege superioris dispensare: igitur & poterit quando casus non fuisset reseruatus, si premat eadem necessitas. Nec placet quod censet Sanchez lib. 2. *de matrimon.* disput. 40. num. 3. (vt defendat posse Episcopum dispensare super impedimenta matrimonij) impedimenta ideo non valere dispensari ab Episcopo quia

quia referuata sunt Papæ; cum autem in casu necessitatis auferri referuatio intelligatur, infertur, fieri Episcopum potentem existere ad dispensandum. Non, inquam, huic consentio. Nam quoties à Pontifice emanat aliqua lex, quæ comprehenduntur sub illa, non dicuntur referuari, sed vetari. Cum ergo lex circa impedimenta à Pontifice oriatur, non intuitu referuationis, non potest Episcopus circa illam, sed quia inferior non potest circa legem superioris.

At licet ex principiis intrinsecis reor, inferiorem non posse ex episcopica dispensare in lege superioris in casu vrgentis necessitatis: tamen ex principiis extrinsecis ductus ob auctoritatem videlicet Doctorum affirmantium, posse dispensare; non damnarem inferiorem dispensantem, imò quod magis est, si conspiciatur fuisse Episcopum trepidantem dispensare super impedimentum occultum matrimonij in casu vrgentis necessitatis, consulerem id recta conscientia agere posse ob auctoritatem tantorum Doctorum illud posse fieri consentium, putantiumque tunc velle superiorem, facultatem dispensandi inferiori tradere, ne pauperes, in periculo peccandi semper persistentes.

Aduertendum tamen, aliquos Prælatos, siue iudices inferiores reperiri adeo inhumana conditionis, quòd non solum dispensare renuant in lege sui superioris quantumcumque necessitas vrgeat, verum, quod admiratione dignum est, nolle id efficere etiam quando superior facultatem ad dispensandum eis tradit, causa prius cognita per ipsos, sicque renuntiat dispensare in denuntiationibus ad matrimonium requisitis, etiam dum causam subesse probatur testibus: in quo sanè casu inesse illis libertatem dispensandi, conitit ex Concilio Tridentino, sessione 24. capite 1. de reformatione, ibi: *Quòd si aliquando probabilis fuerit suspicio matrimonium malitiosè impediri posse; si tot præcesserint denuntiationes, tunc vel una tantum denuntiatio fiat, vel saltem Parocho & duobus, vel tribus testibus presentibus matrimonium celebretur. Deinde ante illius consummationem denuntiationes in Ecclesia fiant, ut si aliqua subsunt impedimenta, facilius desegantur: nisi Ordinarius ipse expedire indicauerit, ut prædictæ denuntiationes remittantur: quòd illius prudentia & iudicio sancta Synodus relinquit.* At licet huiusmodi facultas præstandæ dispensationis eis sit tradita, & probatum quoque sit impediendum fore matrimonium malitiosè, si præmittantur denuntiationes: testibus tamen fidem præstare nolunt iudices, suspicantes decipi ab illis, & perituri reos fuisse redactos: quod sanè absque magnis indicis concipere temerarium & iniuriosum erit: nec præsumendum contrahentes contrahere inuolidè matrimonium velle: consulendus Sanchez libro 3. de matrimonio, disputatione 9. numero 12. in hocque casu teneri Episcopum dispensare in denuntiationibus docet dictus Sanchez lib. 3. de matrimonio, lib. 3. disputatione 10. numero 6. cum aliis: Salas de legibus, tract. 14. disputat. 20. sect. 7. num. 74.

Præterea superiorem restrictum esse dispensare interueniente causa reor, quod docent plures adducti à Sanchez lib. 3. de matrimonio, disputatione 10. num. 2. quam ipse vt probabilem tuetur, & docet Sa verb. *dispensatio*, num. 2. Hurtado de

*matrimonio*, disputatione 5. difficultate 20. num. 71. & huius ratio est, quia iure commutariæ iustitiæ tenentur iudices ordinarij suam exercere iurisdictionem in subditos postulantes ex pacto interueniente inter Rempublicam & illos: dispensare autem iurisdictionis actus est, vt diximus disputatione 14. numero 17. & docet Suarez de legibus, lib. 6. cap. 10. num. 6. Roman. consil. 325. numero 12. Quapropter in lege de festi alicuius obseruatione lata ab Episcopo tenetur dispensare cum habente causam ad laborandum illo die. Imò ad commutandum vota (& idem est de alijs rebus) vel dispensandum teneri iudicem delegatum ex priuilegio, docet Sanchez in summ. lib. 4. cap. 54. numero 12. cum aliis à nobis adductis illa disputatione 14. numero 17. sed tamen hoc verum non esse ibi censuimus. Tenebiturque inferior dispensare in lege sui superioris interueniente causa, quando facultas ad dispensandum est illi tradita, ex traditis à Sanchez lib. 3. de matrimonio, disputatione 10. numero 4. & 5. Vnde causa instante ad dispensandum cum initiandis super interstitia, ad præmittendam dispensationem erit restrictus Episcopus, eo quòd dispensatio ei sit commissa, vt constat ex Concilio Tridentino sessione 23. cap. 11. loquente de minoribus ordinibus sic: *Minores ordines ipsi qui saltem Latinam linguam intelligant, per temporum interstitia, nisi aliud Episcopo expedire magis videretur, conferantur.* Et inferius prosequitur. *Ibi vero non nisi post annum à susceptione postremi gradus minorum ordinum ad sacros Ordines promoueantur, nisi necessitas, aut Ecclesie utilitas iudicio Episcopi aliud exposcat.* De Subdiaconatu verò ait dicta sessione cap. 3. *Promoti ad sacrum subdiaconatus ordinem, si per annum saltem in eo non sint versati, ad aliorum gradum, nisi aliud Episcopo videatur, ascendere non permittantur.* Et de ordine Diaconatus loquente ait cap. 14. *Qui pie & fideliter in ministerijs antea se gesserint, & ad presbyteratus ordinem assumuntur, bonum habeant testimonium: & hi sunt qui non modo in diaconatu ad minus annum integrum, nisi ob Ecclesie utilitatem, ac necessitatem aliud Episcopo videretur, ministraverint.* Et sessione 12. cap. 2. de reformat. decernit posse Episcopum ad ordines admittere non habentem beneficium ecclesiasticum, sed tantum patrimonium, si pro necessitate vel utilitate Ecclesie esse expediens iudicauerit, ibi: *Patrimonium vel pensionem obtinentes ordinari post hac non possunt, nisi illi quos Episcopus iudicauerit assumendos pro necessitate vel commoditate Ecclesiarum suarum.* Interueniente ergo necessitate vel utilitate Ecclesie iniustitiam aduersus eam admittere Episcopus tenuens dispensare, cum ius in illi Ecclesie postulandi ab Episcopo sibi conferri ministros necessarios aut vtilis, ipsūque de illis providere. Vnde non placet quod docet Salas de legibus, tract. 14. disputat. 10. sect. 7. in fine, Sanchez de matrimonio, lib. 3. disputatione 9. & disputat. 10. numero 6. Suarez de legibus, lib. 6. cap. 18. num. 22. & 100. de Religio. lib. 4. cap. 20. numero 15. Hurtado de matrimonio, disputat. 5. difficult. 20. numero 71. posse dari causam sufficientem ad dispensandum si velit superior, non tamen sufficientem ad illum restringendum ad dispensationem præstandam. Quod explicuit Hurtado teneri videlicet, quoties dispensatio proficit notabiliter bono communi, aut ipsis contrahentibus siue spiritaliter, siue temporaliter, &

non obligari quando dispensatio non proficit notabiliter. Quod hercè falsum mihi videtur, nam si demus semel sufficientem inueniri causam ad præmittendam dispensationem iura conscientia, peratque subditis secum dispensari, tunc efflagitat secum exerceri iurisdictionem quam exequi superior factus est, cum à republica & subditis munus superioris recepit. Quod si contingat causam non esse sufficientem ad obligandum superiorem quòd dispenset in lege, nec etiam eam sufficere ut superior tunc dispensationem valeat præstare, erit arbitrandum.

Et displicet tamen quod censet Suarez supra, aliquando esse debitam dispensationem ex charitate vel misericordia, non tamen ex iustitia. Quod sanè perceptibile mihi non est. Nam, ut præuimus supra, interueniente causa legitima ad dispensandum, dispensare tenetur superior ex vi sui officij, & exercere in subditos iurisdictionem, & consequenter semper quod intercedit obligatio præstandi dispensationem, vinculo iustitiæ ligatur superior, & non solum charitatis. Tum quia vinculum charitatis ad benefaciendum proximo, commune est vniuersis hominibus priuatis. Cum ergo quando dispensat superior, id exequatur non ut priuata persona, sed ut publica, alio vinculo quam priuata debet munus misericordiae exequi: & ob id diximus disput. 6. num. 9. teneri superiorem non solum ex charitate, verum ex iustitia sibi subditos corrigere.

Concludamus ergo, quòd estò gratis esse præstandam dispensationem iudicent superiores existente causa & non ex iustitia, ut iam probauimus, aliquos tamen illorum inueniri qui viam gratis agendi cum subditis non inuenere, nequaquam imitantes in hoc Dei conditionem, ob quod sanè velut minus digni officiorum seu dignitatum essent habendi, indigni tamen iudicandi à fortiori, dum illud quod ex iustitia & sui muneris debito exequi tenentur, renitentur implere. Contra ipsòsque aduersum iri Suarium de *legibus*, lib. 6. cap. 18. num. 26. animaduertant huiusmodi iudices, iniquentem iam ex consuetudine concedi aliquas dispensationes non ex causa solum intussecam postulante, sed ex adiuantie extrinseca, videlicet benignitate superioris, vel si ponatur aliqua clemensyna in opus pium vertenda: quod idem docet Ledesma 2. part. 4. quæst. 17. artic. 3. tunc enim ut rectè aduertit Suarez, licèt non antecedat causa ad dispensationem, consummatur tamen dispensatio causa concomitante, videlicet clemensyna iniuncta. Reminiscique superiores oportet illius sententiæ Ecclesiasticæ 7. *Noli esse iustus multum*, per excessum videlicet in crudelitatem inclinando, qui locus late explicatur disputatione 40. num. 9. Sed tamen licèt authoritate Suarez & aliorum posse fieri dispensationem iniuncta multa iudicemus, illud agi non posse principiis intrinsecis arbitramur disput. 54. numero 40. Sed tamen quamcumque dispensationem debere fieri gratis, aliàs fore simoniacam docet Trident. sess. 12. cap. 5. de reformat. & sess. 24. cap. 5. de reformat. & sess. 15. cap. 18. de reformat. & probat late Garcia 2. tom. de benefic. part. 7. cap. 2. à numero 99. Vela de delictis, cap. 32. vers. *Ex quibus deducitur*. Ledesma 2. part. summ. tractat. 12. conclus. 9. Falsus de visit. lib. 1. cap. 32. numero 7. Vgolin. de simon. tabul. 1. cap. 51. numero 4. & 5. Lessius lib. 2. cap. 35. dub. 9. Suarez tom. 1. de relig.

tract. 3. lib. 4. cap. 20. à numero 8. contra Sanchez lib. 8. de matrimonio, disput. 35. à num. 9. quem alij imitantur, quos ipse consulit.

Inferas nonò, quòd dum aliquis adhibita sufficienti diligentia dubius est, an expleuerit annos pubertatis, vel vigesimum quintum annum, certus tamen quòd votum personale emisit vel reale, pater poterit huiusmodi vota irritare: quia licèt vouens non habeat possessionem suæ libertatis, cum certus sit de voto emisso, habet tamen pater possessionem iuris, ne filius impubes independenter à sua voluntate emitat votum personale, & ne minor 25. annis emitat reale, tenèturque potestatem irritandi huiusmodi vota. Ergo donec est dubium de hac pubertate vel minore ætate, non debet pater sua possessione priuari, sic Sanchez dicto libro 2. disputatione 41. numero 39.

Inferas decimò, quòd qui consulit furtum aut homicidium, dubitat tamen, an ex suo consilio sequatur sit homicidium, restituere tenetur; quia in hoc dubio non est possessio pro consulente. Nam cum certus sit de consilio, dubitet verò, an consilium sit causa homicidij, possessio erit pro actione illa iniusta, quæ ex natura sua tendit ad producendum effectum; & in hoc casu habendus est hic pro irregulari. Sic Sanchez libro 2. de matrimonio, disputatione 41. numero 17. nisi paratus esset homicida occisionem patrare absque consentis influxu, iuxta dicta disputatione præcedenti, numero 14. de quo Sa verbo *Restitutio*, num. 38.

Inferas vndecimò, quòd quando depositarius, vel commodatarius dubius est, an res sit sua culpa amissa, non teneatur restituere: quia cum delictum non præsumatur, ipse est in possessione suæ innocentiae. Sic Sanchez lib. 2. de matrimonio, disputatione 41. num. 8. cum Henriquez lib. 14. de irregular. cap. 15. & constat ex leg. *merito*, ff. pro socio.

Inferas duodecimò, dubitantem de re aliqua num sua sit, & facta sufficienti diligentia ad inueniendum dominum, inque dubietate adhuc persistentem, posse rem retinere; quia possessio stat pro eo, potèstque rem vendere, aut alia via alienare, admonendo pariter emptorem de illo dubio, si spes sit dominum rei compariturum: non verò tali spe deficiente, cum tunc res non sit vitiosa. Sic limitat Bañez 2. 2. quæstione 62. articulo 6. dubio 5. & placet Sanchez libro 2. de matrimonio, disputatione 41. numero 22. Fachinæus libro 1. controuers. capite 65. in paruis, folio 118.

Inferas decimotertio, quòd qui abstulit rem à bonæ fidei possessore, dubitans an sit sua, teneatur integrè restituere: quia cum in illo dubio sit melior conditio possidentis, nullum est ius spoliandi dominum re sua, nec in toto nec in parte. Sic Sanchez lib. 2. de matrimon. disput. 41. num. 26. qui adducit alios Authores.

Inferas decimoquarto, ementem bona fide à possessore bonæ fidei, facta debita diligentia, ut sciat, an res sit aliena, adhucque manentem dubium, posse sine peccato emere, nec teneri restituere, verbi gratia, si quis sibi persuadeat mancipia Guineæ in iniustam seruitutem redigi communiter, quamuis iuste non possit emere, vel dono accipere à capientibus: at facta sufficienti inquisitione, num ille seruus in particulari quem emit,

9.

10.

11.

12.

13.

14.

emit, sit iniuste captus, si tunc adhuc dubius maneat, potest emere ab alio qui bona fide emit à capientibus: quia tunc succedit in bonam fidem illius cuius est posterior conditio, cum possideat. Et licet possessio esset pro mancipij libertate respectu capientium, non tamen est respectu emptoris bonæ fidei. Sic Sanchez lib. 2. de matrimonio, disputatione 41. numero 28. Molina tomo 1. de iustit. tractatu 2. disputatione 36. conclusione 1. & 3.

15. Infertur deinde, consumentem rem alienam bona fide, non teneri restituere, licet superoratur dubium, num res illa esset propria, vel aliena. Nam si non teneret restituere, quamvis res non esset consumpta, vt diximus num. 11. à fortiori constrictus non erit restitutioni se subiicere, quando consumpta esset bona fide.

16. Imò etsi certò constaret post consumptionem, alienam esse rem, & in nihilo factus esset locupletior eam consumens: non tenebitur restituere. Cum tunc nec ratione rei acceptæ, quæ iam non extat, nec ratione iustitiæ acceptionis teneatur. Constat ex leg. *Item veniunt*, 21. §. *Præter hæc*, ff. de petis. hereditat. & ex lege, *Sed si lege* 28. §. *Item si rem distraxerit*, & leg. *Si rem*, 15. & leg. sequenti, ff. eodem titulo, & leg. *Nam hoc natura*, 14. ff. de conditione indebiti, & leg. *Regia* 4. titulo 14. part. 6. Et docent gloss. in lege illa, *Item veniunt*, Angelus leg. *Insulam*, §. *fructus*, num. 1. ff. soluto matrimonio, Altemis 1. parte, summ. lib. 1. tit. 33. art. 5. quæstioncula 6. Maior in 4. distinct. 15. quæst. 26. in fine, versic. *Si secundum*, Angelus in summ. verb. *furtum*, num. 25. Syluester verb. *restitutio*, 3. quæst. 6. dicto 2. versiculo *Et sexto*, Caietan. 2. 2. quæst. 62. art. 6. columna 2. versiculo *Ad euidentiam huius*, & in summ. verb. *restitutio*, cap. 1. in fine; ibi Armill. num. 14. Victoria de iure belli, num. 33. Sotus lib. 4. de iustitia, quæstione 7. art. 2. Medina de restitutione, quæst. 10. versiculo, *Si autem secundus*. Navarr. summ. Latina & Hispana, cap. 17. num. 9. Covarr. regula peccatum, 3. parte, initio numeri 3. conclusione 1. Ledesma 2. tom. parte 4. quæst. 28. artic. 6. column. 3. Cordub. in summ. quæst. 109. & in quæstionario, lib. 1. quæst. 39. punct. 1. versiculo *igitur quoad primum punctum*. Pedraza in summ. præcepto 7. fol. 79. Medina lib. 1. summ. cap. 14. §. 30. in fine, regula 6. Angles de Floribus 2. parte, tractat. de restitutione, quæst. *Quis teneatur de restitutione*, art. 1. Lopez 1. parte, instruct. cap. 95. initio. Rebellus de obligationibus, parte 1. lib. 2. quæst. 3. num. 1. & 2. Navar. lib. 3. de restitutione, cap. 4. in nona editione, part. 1. dub. 1. num. 146. Philarcus de officio Sacerdotis, tomo 2. part. 2. lib. 6. cap. 17. versiculo, *Illi autem omnes*, & versiculo *Sed vt exemplis*, Valent. 2. 2. disput. 5. quæst. 6. punct. 3. paulò post principium, & columna 3. versic. *Quintò quod attinet*, Molin. 1. tomo de iustitia, disputatione 36. columna 3. conclusione 2. & disput. 246. columna 4. versiculo *In priori euentu*, & tom. 2. disput. 569. columna 4. versic. *Quando aliquid*, & tom. 3. in part. posteriori, disput. 718. num. 1. Vega 1. tom. summ. cap. 60. casu 11. & 12. Lessius lib. 2. de iustitia, cap. 14. dub. 1. num. 7. Rodriguez 2. tom. summ. cap. 41. num. 2. Salon 2. 2. quæst. 62. art. 6. controuers. 2. fine, & ibi Aragon. Bañes eodem art. 6. dub. 3. Sair. Clau Regia, lib. 10. tractat. 2. cap. 2. num. 9. & 10. Ledesma 2. tom. summ. tract. 3. cap. 14. post 4. conclusionem. Tolet. lib. 5. summ. cap. 17. num.

10. Vazquez 1. 2. tom. disp. 172. cap. 1. num. 3. & 4. Sanchez in summ. lib. 2. cap. 23. num. 4. cui cedant omnes Scriptores rerum moralium, semper namque quòd huius tenuti Doctoris curam in perquirendis authoribus tam Theologis, quàm Iurisperitis intueor & rerum examinatarum copiam, in admirationem rapior, & contineri non possum, quin cupiam omnia oisla mea in linguas verti peritas quibus exactè (si possem) laudes dignas tanto viro manifestas vniuerso orbi traderem. Mirabilem Deum esse in Sanctis suis Regius Prophetæ Psalm. 67. est testatus. Mirabilem quoque fieri in doctis suis nullus dubitabit: mira ergo Dei largitas lucem & sapientiam communicantis huic Doctori ostenditur modò, dilectio excedens erga sacram Societatis Iesu Religionem elucet, cum tot tantòsque filios sapientia & literis præditos ei præsterit, & inter illos hunc Thomam Sanchez gigantem exhibere fuerit dignatus. O maxime dilecta à Deo Religio, incende prosperè, procede, & regna.

Si tamen ex consumptione rei alienæ locupletior esset effectus qui rem consumpsit, omne illud in quo actum reperitur patrimonium, restituendum erit. Docent Doctores superius allegati.

17. Quæ propter qui res furto sublatas bona fide prandisset, restituere tenebitur id, in quo factus est ditior, quia licet non sit obnoxius restituere ratione rei acceptæ in se, tenetur tamen ratione rei acceptæ in suo effecto, non tamen adierit obligatio restituendi omne illud, quod æstimabatur prandium, sed tantum id quod inuitatus esset consumpturus de proprio patrimonio in domo sua edens: docent vulgarissimè Doctores superius allegati. Si verò inuitatus bona fide edit legumina furtiua quibus faciatu abstinuit à splendidis cibis domi edendis, non tenetur valorem huius splendidæ cœnæ aliàs consumendæ, sed solum illorum leguminum domino restituere. Cum nullus teneatur reddere plus quam teneatur possessor malæ fidei. Docet Sanchez summ. lib. 2. cap. 23. num. 14. Navarr. lib. 3. de restitutione cap. 4. in noua editione, parte 3. dub. 2. num. 149. & 150. Rebellus de obligationibus, part. 1. lib. 2. quæst. 3. num. 3. Molina tom. 3. de iustitia, part. 2. disput. 718. num. 2.

Si tamen eueniat inuitatum donasse alicui id, in quo factus est locupletior, vel in eleemosynas erogasse, aut turpiter expendisse ante adeptam scientiam, quòd prandium esset furto sublatum, dum tamen aliàs inuitatus ex propriis bonis tantunde non esset donaturus, &c. restituere non erit cogendus, sicut nec ille qui bona fide rem alienam consumpsit, & in nullo factus est locupletior, vt diximus num. 16. Docent Molina tom. 3. de iustitia, disputat. 718. num. 2. part. 2. Sanchez in summ. libro 2. cap. 23. numero 11. & 30. alios adducens.

18. Fit deinde, non obligatum fore restituere eumentem bona fide equum à larrone quem bona fide emptor vendidit quantumuis postea certior efficiatur, furto venditorem equum acquisisse. Nam ratione iniustæ acceptionis ad restitutionem non est compellendus, nec ratione rei acceptæ, cum apud se emptor bonæ fidei equum iam non habeat. Quòd ergo apud se pretium equi sit, non conuincit rem furto sublaram habere, licet non in propria specie, æquivalentem tamen: nam tunc pretium pro equo oblatum emptori bonæ fidei non

non æquualet æquo, sed pretio quo emptor à latrone equum comparauit: vnde emptor vendendo bona fide equum illum, non dicitur rem alienam vendere, nec ex aliena re pretium comparare, sed dicitur rem suam recuperare, videlicet pretium quod latroni datum est; docet Sanchez in summ. lib. 2. cap. 23. numero 25. opinor tamen restituere esse compellendum emptorem excellenti, verbi gratia, si plures vendidisset, quam emptor fuisse equus à latrone: nam tunc excellenti pretij ex re aliena comparatur, & fructus realis dominio rei acquiruntur: de quo communi Doctores, tract. de restitu. & solum excellenti potest videri restituere, docet Vazquez opuscul. de restitu. cap. 9. §. 2. Sanchez in summ. lib. 2. cap. 23. num. 25. plures Doctores referens, & num. 18. & 77.

19.

At obiciet aduersus dicta, numero 17. quòd videlicet manifestum sit discrimen inter bona fide prauidentem res furto sublatis, & vendentem equum bona fide, pretio excellentiori quàm fuerit emptor: nam venditor tunc reuera fit ditior pretio rei alienæ: at comedens bona fide res furtiuas non fit locupletior illatum pretio, cum eas non vendiderit: nec aliàs res consumpta, nec fructus eius, hoc est pretium quo vendita sit, maneat apud comedentem. Nec comedens res furtiuas ditior ex eo factus est, sed solum non redactus est pauperior: quòd autem ex vsu rei alienæ bona fide consumptæ non reddatur pauperior qui comedit, non erit rem alienam apud se detinere, sed rem propriam in pristino statu conservare, ob huiusmodi verò conseruationem bona fide consequentiam, cogendus non erit restituere. Quod confirmare possumus ex eo quòd maxime probabile quoque est, vt in fine huius numeri dicimus, possessorem bonæ fidei non consisti restituere fructus mixtos iam consumptos, etsi inde factus sit ditior possessor, vt refert Covarr. lib. 1. variarum, cap. 3. numero 6. quæ etiam est plurimorum iurisperitorum, vt ibidem docet: & plures refert Sanchez in summ. lib. 2. cap. 23. numero 70. qui licet de fructibus industrialibus loquatur, non intelligitur de purè industrialibus, vt dicimus in fine huius numeri. Quam etiam vt non omnino improbabilem amplexatur Lessius libro 2. de iustitia, cap. 14. dub. 2. numero 10. cui sententiæ fauet Institut. de rerum diuisione, §. Si quis à non domino, per hæc verba: Si quis à non domino quem dominum esse crediderit, bona fide fundum emerit, vel ex donatione aliãve qualibet iusta causa agnè bona fide acceperit, naturali ratione placuit, fructum quos percepit eius esse pro cultura & cura. Et ideo si postea dominus supervenerit, & fundum vindicet, de fructibus ab eo consumptis agere non potest. Et verò quòd alienum fundum sciens possederit, non idem concessum est: itaque cum fundo etiam fructus licet consumpti sint, cogitur restituere. Quæ sanè lex non solum intelligitur de fructibus purè industrialibus, in quo decipitur ibi Glossa & Lessius supra; sed etiam intelligitur de fructibus mixtis, qui videlicet partim correspondent rei naturæ, & partim humanæ industria. Nam estò ex significatione illius particulæ cura, solum industriales intelligantur, ex significatione verò alterius particulæ, cultura, mixti intelligantur, cum notum sit fructus ex coltura provenientes partim fundo culto & ferenti fructus, & partim industria correspondere, hòlque

fructus esse ex dispositione iuris ciuili adiuudicandos possessori bonæ fidei, docet Sanchez in summ. libro 2. cap. 23. numero 72. quamuis soluite naturæ spectato ad dominum fundi pertineant, ob ignorantiamque huius distinctionis plures Theologos fuisse deceptos ait, absolutè docentes tales fructus domino fundi pertinere. Quæ optimè confirmantur ex dictis in l. 39. part. 3. tit. 28. per hæc verba: *A buena fee compran los homes, o ganen casa o heredamiento ageno, conyadando que es suyo de aquellos de lo enagenan, o que han derecho de lo fazer. E acaesce que viene despues el verdadero señor della, e demandacela, e vençelo en juyzio. E en tal caso como este dezimos, que el señorío de los frutos que ouiesse recebido, e despendido del heredamiento este vençido, que deuen ser su yos por la obra, e por el trabajo que lleuò en ellos festa que el pleito fue comenzado por demanda e por respuesta, e non es sentido de los dar al vençedor, maguer lo entregue de la heredad: mas los que non ouiesse despendido tenudo seria de los tornar al señor de la heredad, facendo primeramente las despendis que ouiesse fecho.* Ecce per huiusmodi legem decerni fructus hereditatis restituendos non esse ratione operis & laboris hereditarem colentis: intelligi autem non potest quòd fructus hereditatis dentur, qui omnino industriales sint, sed hereditarij debent correspondere. Nec obstat si dicat quis, præfatas leges intelligendas solum fore, quando ex fructibus consumptis non est factus locupletior possessor. Non, inquam, obstat hoc. Nam leges absolutæ & sine restrictione, quòd videlicet non sit effectus locupletior possidens, loquuntur: non ergo illas coarctare liberum erit: quòd verò sine restrictione huiusmodi lex parata intelligatur, faciet ingenuè Gregor. Lopez dicta lege, Glossa *Despendido*, & docet Sanchez in summ. lib. 2. cap. 23. num. 85. & 86. Porò fructus mixtos iam consumptos non fore restituendos, etiam si consumens factus fuerit locupletior, æqua ratione videretur fuisse sancitum præfatis legibus. Nam fructus naturales consumptos, & ex quibus patrimonium consummentis auctum est, restituendos fore, absque controuersia ferè est, & restitutioni esse illos obnoxios decernitur per relatas leges. E contra purè industriales fructus, ex quibus quoque factus est locupletior possidens, non restituendos iri concors est Doctorum sententia, vt docet Sanchez supra, num. 46. & 47. bene aduertens, quòd fructus rerum vsu consumptibilium, quæ sunt materia mutui, vt sunt nummi, triticum, vinum, sunt merè industriales, eò quòd hi industriae soli correspondant, quæ propria est possidentis, & industriae apponentis, nequaquam tamen pertineat ad dominium veri domini rei erga quam industria exercita est: imò res illa merè passiuè se gerat in ordine ad lucrum, totumque ab industria actiuè procedat: nam nummi, vinum, triticum, &c. sunt res per se omnino steriles, fructusque earum negotiatione solum acquiruntur, quamuis præsuppositis illis rebus tanquam instrumentis, vt dicit præfatus Sanchez supra, numero 46. Vnde seminat, quispian frumentum fortituum in suo fundo, ipsum acquirat vniuersos fructus; & solum triticum fortituum erit restituendum domino, & damnum subsequutum ex furto, si possessor malæ fidei fuerit, vt ait prædictus Sanchez num. 47. leges ad hoc confirmandum adducens.

Quia tamen triticum si seminetur, segetes producit; segetes illæ à nobis appellantur fructus mixti, à Sanch. verò numero 58. industriales; quòd ingens labor in eis seminandis & colligendis impendatur. Nec propterea negat mixtos esse, sed industriales appellavit, vt dicemus in fine huius numeri, quia à prævalenti sumitur denominatio. Per oppositum naturales fructus cum emanent actiue à fundo, industria humana in nihilo conducente ad illorum procreationem, esse restituendos æqua ratione stabilitum est, cum res à qua sunt procreati sub alterius dominio perseueret. Mixtos ergo fructus, cum partim fundo, partim industriæ correspondeant, partim restitutioni esse subiectos, & partim non esse restitutioni obnoxios concludendum erat. Quia tamen ius, siue præfatæ leges, huiusmodi diuisionem restitutionis difficilè agnosci posse sunt conspicatæ: non enim facilè mensurari possent quantum industriæ, quantumve fundo esset debitum; ad exterminandas lites & dubia, nihil eorum fore restituendum sanxerunt, constituentes, fructus illos mixtos, naturam potiùs, seu conditionem fructuum purè industrialium sectari, quàm qualitates purè naturalium, idque meriti & ex causa. Nam inhumanum quid esset industriam possidentis bona fide totaliter deperdi, ex fructibus mixtis nihil commodi reportando, occasionemque locordiz & pigriz in colendis fundis remoueri oportuit ab hominibus, qui si certi fuissent suum laborem & industriam fore deperendam, & fructus mixtos totaliter restituendos, nec agros colerent, nec laboribus applicarentur. Oportuit ergo ob hoc remouendum damnum, potiùs fructus mixtos totaliter esse applicandos laboranti, quàm restituendos fundi dominis. Præsertim si in dictis fructibus mixtis magis industria quàm natura operetur, dicuntur simpliciter industriales; si verò è contra in eis producendis plus natura valeat, dicuntur simpliciter naturales. Quia à prævalenti denominatio sumitur, vt in hermaphrodito deciditur leg. *Queritur*, 10. ff. de *statu hominum*. Constat ex leg. *Fructus percipiendo*, 45. ff. de *usufructu*, vbi Iurisc. consultus poma collecta, aut sua sponte cadentia appellat fructus naturales, reddita hac ratione. *Quia non ex facto eius fructus nascitur*. Atque pariter serendo appellat fructus industriales, eo quòd opere & industria hominis acquirantur, ibi: *Quod sui operis & industria adquisierit veluti serendo*. Et tradunt plures Doctores tam Iurisperiti quàm Theologi adducti à Sanchez in summ. lib. 2. c. 23. num. 48.

His tamen non obstantibus prandentem bona fide res furtiuas obnoxium esse restituere id in quo factus est locupletior, reor. Et quamuis comedens res furtiuas non reddatur ditior pretio illarum, qualiter effectus est locupletior vendens equum maiori pretio quàm à fute emerit, redditur tamen ditior ex vsu illarum, siue ex consumptione, quod herclè satis est, vt restitutioni sit subiectus.

Ad confirmationem dicimus cum Sancio libro 2. summ. cap. 23. num. 85. & 86. fructus mixtos (quos ipse industriales appellat, quia vt iam diximus à præcedenti sumitur denominatio. Et quatenus num. 46. dixerat, se non loqui de fructibus merè industrialibus, dum tamen, num. 85. & 86. loquitur de fructibus industrialibus, no-

*Sanchez Selecta.*

mine industrialium non purè industriales sed mixtos intelligit) non solum non esse omnino improbabile, non esse restituendos, vt dixerat Lessius lib. 2. de *Iustit.* capite 14. dub. 2. numero 10. Verùm attentò iure Regio partitarum supra adducto, id esse verissimum censemus, imò attentò iure communi Instit. de *rerum diuisione*, §. *Si quis à non domino*, id esse quoque verissimum iudicamus, & id arbitrat Sanchez satis probabile, num. 77. quamuis probabilius oppositum, cui non assentior in hoc. Dicimus ergo: quòd attentò solum iure naturæ fructus mixti restituendi forent in eo, quo factus est locupletior illos consumens, vt asserit dictus Sanchez numero 72. ex iure tamen positiuo ciuili communi & ex particulari Regio partiz 3. tit. 28. lege 39. restituendi non erunt ob rationes à nobis supra adductas. Cum ergo prandens bona fide res furtiuas iure naturæ obnoxios sit restituere illud in quo factus est ditior, & aliàs non excusetur à restitutione aliquo iure positiuo, sicut excusatur possessor bonæ fidei respectu fructuum mixtorum iam consumptorum etiam quatenus ditior euasit: sic versari manifestum discrimen inter edentem bona fide res furtiuas quando ex eis ditior est effectus, & inter consumentem bona fide fructus mixtos etiam dum factus est locupletior, quòd videlicet in hoc casu liber euadat à restitutionis obligatione ob iura positiuia excusantia, in primo verò minimè cum à nullo iure nec naturali nec positiuo excusetur.

Qui dubitat, an proximus extremè indigeat, ex charitate teneatur veritatem indigentiz indagare, siue in dubium incidit, quia pauper suam inopiam proposuit, siue alia via, ne si id omitat periculo peccandi se subiciat, eo modo quo dubitans, an aliquis dies sit ieiunij vel festiuus, perquirere veritatem erit coactus, ne de se verifiterur illud Psalm. 35. *Noluit intelligere vt bene ageret*. Et consequenter veritatem non indagans exponeret se voluntariè periculo frangendi illa præcepta. Quod si sibi constet necessitatem extremam esse (imò grauem) elargiri eleemosynam tenebitur, ac manente dubitate, facta sufficienti diligentia non erit compellendus eleemosynam erogare, quia tunc libertas non erogandæ eleemosynæ possidet, & non præceptum erogandi illam.

Qui certus est famam alicuius læsisse, dubitat verò, an integrè satisfecerit, teneatur iterum satisfacere vsque dum sibi liqueat de satisfactione sibi possibili, quia certus de damno illato & dubius de satisfactione, non constituit æqualitatem.

Per nullum autem tempus licet differre famæ restitutionem, aut cuiuscumque alterius rei, cum adest opportunitas restituendi tam ex parte restituentis, quàm iniuriam in fama patientis. Sotus de *iustitia*, libro 4. quæstione 6. articulo 1. column. 18. Sa verb. *restitutio*, post numerum 62.

Quod si lædens famam alicuius tantundem est læsus ab eo quem læsit, restituere non teneatur, quia tunc compensatione receptæ iniuriæ ad æqualitatem reducta est iniuria alteri facta, Sa verb. *restitutio*, num. 33. Tolet. lib. 5. cap. 70. num. 4.

Dubitans aliquem fuisse in aliquo oppido publica authoritate infamatum, quia plurimis affir-

manibus fuisse, v. g. flagellatum, dissentiunt alij, tenebatur ad famam restitutionem, si in alio oppido in quo nota non erat infamia illum diffamasset. Non tunc dicta ista diuersa non vt opiniones probabiles reputantur, quia sunt opiniones circa factum, opinio autem facti verè dubium est, & non opinio, quæ iuram reddere possit conscientiam operantis iuxta illam, vt dicemus num. 48. probabilem autem opinionem facti sequi non licet, sed probabilem opinionem iuris iuxta dicta infra à num. 48. Si tamen certus esset de infamia, peccabit sic infamans contra charitatem, quia estò infamia authoritate publica ius non habeat ex iustitia ad suæ famæ conseruationem, cum illud quod iure iustitiæ amittitur, iustitiæ iure conseruari non debeat, habet tamen ius ex charitate quòd damnatum in famam à priuata persona non inferatur.

25. Vnde non assentiat Toletus in summ. lib. 5. cap. 65. numero 3. consenti, non tantum contra charitatem, sed contra iustitiam quoque peccatum infamantem proximum suum in vno loco de crimine, de quo per iudicis sententiam fuit in altero diffamatus. Nec ipsius Toletii ratio est momenti, videlicet quòd quamuis per iudicis sententiam fuerit antecedens fama ablata, non tamen subsequens, non inquam est momenti. Nam referens crimen præteritum solum infamiam antecedentem in memoriam reuocat, quod prohibendum non est, licet ex eo sequatur diminutio famæ præsentis: non enim infamis potius ius habet, vt præterita infamia non referatur, ne patiatur præsentis famæ læsionem, quam habet particularis ex iustitia ad referendum præteritam infamiam, etiam si per accidens & occasionaliter, seu concomitanter fama præsens amittatur.

26. Nec huic doctrinæ aduersatur, quòd sicut non licet flagellare priuata autoritate illum qui publica autoritate flagellis cæditur, taliter quòd ius habeat iustitiæ reus, quòd à nemine priuata autoritate flagellorum supplicio feriat; eodem sanè modo estò publica autoritate infamis effectus sit aliquis, habebit iustitiæ ius, quòd à nullo priuata autoritate infametur. Non, inquam, doctrinæ à nobis adductæ hoc aduersatur: nam ex eo quòd autoritas publica aliquem flageller, non facultatem concedit particularibus flagellandi quoque eum, & ob id semper ius habet ille iustitiæ, ne à particularibus cædatur flagellis: at dum Respublica delictum alicuius in publicum prodit, concedit facultatem exinde, quòd vbiq; cognoscatur; cumque id media relatione particularium sit consequendum, particulares ius habebunt iustitiæ ad delicti narrationem, vel, vt proprius loquar, iure iustitiæ non arceantur crimen manifestare. Imò, vt rectè aduertit Nauarr. lib. 2. de restitutione, cap. 4. num. 157. punitionis delinquentis est quædam pars, illius crimen in aliorum notitiam deuenire, & id intendit Respublica dum in publicum punit, vt inde boni punitione conterriti à similibus sceleribus perpetrandis arceantur, & constet quoque vbiq; æquam fieri parti læsæ, vel Reipublicæ satisfactionem. Quod etiam docent Angl. in Florib. quæst. de restituenda fama, deb. 4. Sor. 1. de iustit. quæst. 10. art. 2. Mercado de contracc. cap. 11. §. Et rambien.

27. Quòd si non per sententiam iudicis fuerit ali-

quis infamia notatus, sed per notorietatem facti, opinor contra iustitiam peccatum detegentem facinus illis ad quorum notitiam non perueniret, quia committens scelus in publicum solum cedit iuri iustitiæ conseruandi famam respectu illorum, ad quorum notitiam verisimiliter delictum poterat moraliter deuenire, non autem respectu aliorum qui nunquam delicti cognitionem consequerentur, aliàs nunquam peccatum contra iustitiam committeretur infamando proximum de vero crimine, si à cognoscentibus illud, aliis non scientibus posset manifestari. Quòd enim coram pluribus, vel paucis scelus patratum sit, non confert ius, illud sine iniustitia publicandi illis qui delicti cognitionem nunquam nanciscerentur. Docet Nauarr. lib. 2. de restitutione, cap. 4. num. 161. Mercado cap. 11. vers. Item son, fol. 120. Tolet. in summ. lib. 5. cap. 65. numero 3. Quamuis nec etiam contra charitatem crimen committendum iri censet Sa verb. *Infamare*, numero 5. Et si semel admittatur in prædicto casu contra iustitiam non delinqui, vt plures consentiunt: nec etiam contra charitatem scelus patrari consequenter arbitrator. Cur enim qui peccatum publicum admittit, ius iustitiæ non habeat, quòd illud nescientibus non reueletur, & habeat ius ex charitate? Sanè nullum discrimen apparet. Quòd enim ex reuelatione damnatum illi obtingat, non magis conuincit, quòd solum in charitatem peccatum fiat, quàm contra iustitiam.

Aduertendum valde plures pœnitentiam cogitare se labe detractionis inquinari, etiam si crimina aliorum referant aliis causa monendi eos, quòd ab illis peccatoribus discedant, ne videlicet ab illis inficiantur, vel quodlibet aliud nocumentum patiantur. Quòd tamen nequaquam malum est, cum infamare aliquem intrinsecè malum non sit, sed indifferens, vt diximus disput. 3. numero 9. & disputatione 8. numero 9, & aliàs referantur delicta honesto fine. Obiiciunt tamen ipsi pœnitentes, id malum esse, quia quòd sibi meti aliquis non vult, alteri illud velle non debet, sed nolent pœnitentes sua crimina aliis reuerti, etiam sine monendi alios, aut alio recto fine; inferunt ergo crimina aliorum retulisse ipsos, etiam prædicto fine, peccatum esse.

At hæc cogitare ex ignorantia intelligentiæ illius principij naturalis emanat. Dum ergo dicitur: *Quòd tibi non vis, alteri ne feceris*, non est intelligendum absolute, sed quòd, id quòd quis sibi non vult meritis & rationabiliter, nec etiam id euenire proximo suo conetur; at quando quis immeritis & irrationabiliter refugit aliquod damnatum à proximo sibi inferri, non ob id inferendum erit, esse crimen irrogare proximo simile damnatum ex eodem recto fine; sed sicut ipse iuste patitur damnatum illatum à proximo, nec conqueri iuste poterit ex eo quòd inferatur, sic nec proximus iuste querelam sumet ex eo, quòd ab alio simile damnatum irrogetur.

Decipiuntur etiam communiter pœnitentes (& confessarij id non aduertunt) in recta intelligentia mandati, *Diligis proximum tuum sicut te ipsum*. Non enim illud verificari debet in bonis applicandis, taliter, quòd quilibet teneatur idem mer bonum proximo applicare, quòd sibi: hoc namque falsum est, cum ex charitatis ordine magis se debeat diligere homo quàm proximum: vt docet D. Thomas 2. 2. questione 26. artic. 4. & cum illo

illo vniuersi Doctores, sed illud verificari debet in malis non inferendis, raliuer quòd sicut homo ex dilectione sui nollet malum ab alio sibi inferri, itidem ex dilectione proximi nollet debet illi malum irrogare.

28. Deinde inferendum, reum dubiantem, num iudex interroget iuridicè, vel non, constrictum esse veritatem aperire, vt ex dicendis constabit. Nec obstat contra hoc, fundamentum à Lessio adductum lib. 2. de iustit. cap. 31. numero 10. & à Sayro Clau Regia, lib. 12. cap. 16. numero 18. & 21. oppositum censentibus quos sequitur Sanchez de statu religiofo, lib. 6. cap. 3. numero 24. alios plures adducens, & Pitigianis in praxi criminali cap. 3. folio 241. videlicet, quòd nemo tenetur parere superiori, cum graui suo, vel alterius incommodo, nisi constet, cum legitime præcipere & habere auctoritatem obligandi. Quod herclè fundamentum infirmum est. Nam superior in possessione est præcipiendi, qua priuari æquum nequaquam est, ob dubium ius subditi, vt diximus disputatione 33. numero 37. Nec ex eo quòd sequatur reo damnum ex veritatis confessione liberatur ab ea dicenda, quando dubitat, num legitime interrogetur. Nam ex sententiâ ipsius Lessij, & Sayri, quam probabiliorem ipsi reputant, ad illam aperiendam est constrictus reus, quando constat legitime interrogari, quantumuis damnus reo sit exoriundum: igitur & quando dubitat de legitima interrogatione: nam superior præcipiens aliquid agendum à subdito, ita est in possessione præcipiendi quando dubitat subditus de iure præcipiendi ac quando certus est, superiorem legitime præcipere. Si ergo damnus resultans reo, non sufficit excusare illum, quin veritatem fateatur quando certus est, legitime rogari, & ad id tenetur non alia causa, nisi ne spoliat superiorem iusta possessione præcipiendi, etiam damnus resultans reo non excusabit à veritate dicenda, quando dubitat ille de legitima interrogatione, cum etiam tunc veritatem non manifestando spoliat iudicem sua possessione interrogandi.

Nec obstat si dicas, quòd non magis est superior in possessione præcipiendi, quàm subditus in possessione non obediendi, nisi certò constet de iustitia mandati. Non inquam obstat hoc. Nam superior ex tunc quòd electus est superior, in possessionem præcipiendi introducit, & in illa possessione permanere pertinet ad superioris naturam & essentiam, aliàs ad quid esset superior nisi præcipere posset? At subditus nunquam est in possessione non obediendi, nisi quando certò constaret mandatum esse iniquum, vel probabiliter id esset sub opinione, vt diximus disputatione 33. numero 32. & sequentibus, & numero 44. est enim de essentia subditi in possessione obediendi permanere: Granado 1. 2. disputatione 6. tractat. 12. numero 6. quapropter nunquam subditus in possessione non obediendi erit, vt falsò contendebat obiectio.

29. Aliunde ergo excogitanda esset à Lessio ratio, qua reus dubitans de iuridica interrogatione, respondere non teneatur, præcipue quando in causa sanguinis interrogatur. Et tunc vrgentior ratio pro sua opinione esset ex sententiâ illi, & aliis infra adducendis, visa probabili, videlicet quòd reus non solum, quando dubitat, num iuridicè interrogetur, verum etfi certò cognoscat iu-

Sanchez Selecta.

ridicè ex præhabite semiplena probatione interrogari, non tenetur fateri veritatem sui delicti ob quòd morte esset plectendus, aut ad uitremes, vel exilium, aut bonorum amissionem esset damnandus, eo quòd nullus ad sui damnationem iuuare constringi possit, nec lege aliqua humana derogari possit ius conferuandi propriam vitam. Quod an verum sit, exactè à nobis erit examinandum.

**NVM REVS, CVIUS delictum in causa sanguinis est semiprobatum, teneatur veritatem iudici aperire?**

**S V M M A R I V M.**

*Reus in causa sanguinis, eremium, exilij & amissionis omnium bonorum, rogatus non tenetur respondere veritatem licet delictum sit semiprobatum, num. 29.*

*Nec ideo non tenetur respondere, quia licet habeat Iudex interrogandi ius, habeat quoque reus ius sacendū ob vita sua conseruationem, vt aliqui dixerunt. Sed ideo non tenetur respondere: quia in causa sanguinis Iudex non habet ius interrogandi de delictis solum semiprobatu, num. 30. 31. & 32.*

*Si in aliquibus Prouincijs fuerit mos non damnandis ad mortem delinquentem, etiam delicto plene probato, nisi ipse illud fateatur, non tenebitur illud fateri, num. 33.*

*Iudex censens se non posse torquere reum ex delicto semiprobatu, adhuc poterit tortura subijcere illum, iuxta opinionem aliorum, num. 34.*

*Leges sancientes ex delicto semiprobatu posse reum torqueri, nitebantur opinione nostra opposita, numero 35.*

*Ex nostra opinione scandala non oriuntur, numero 36.*

*Fundamentum oppugnantium nostram sententiam diruitur, & ostenditur illam esse maxime probabilem, num. 37. & 38.*

*Testis tenetur veritatem delicti manifestare, quamuis ipse solum illam agnouerit, num. 39.*

*Obijciunt contra hoc, & soluitur obiectio, numero 40. & 41.*

*Confessarius tenetur absolueri reum renitentem propter hanc nostram opinionem manifestare delictum iudici, num. 42.*

*Nostra sententia fauorabilior est miseris, numero 43.*

*Dubitans, an impedimentum matrimonij habeat, facta sufficienti diligentia potest illud inire, numero 44.*

*Non poterit matrimonium contrahere qui certus est se impedimentum habuisse, dubitat vero, an sit dispensatum, num. 45.*

*Dubitans an excommunicatio sit contra se lata, facta sufficienti diligentia, adhuc perseverante dubio, poterit se gerere ac si excommunicatus non esset, num. 46.*

*E contra si certò sciat excommunicationem incurrisse, dubitat vero, an ab ea fuerit absoluta, N n 2 tenetur*

tenebitur se gerere ut excommunicatum, num-  
ro 47.

Opinio distinguitur à dubio, & traditur maximè utilis  
d. cetera, num. 48.

Opinio facti distinguitur ab opinione iuris, num-  
ro 49.

Adducuntur ad hanc doctrinam conformandam plura  
exempla scitu digna, dicto num. 49.

Famula dubitans, num. cum maritus defunctus sit, li-  
cet quatuor testes fide digni testentur, iam obuisse,  
non poterit conturbare: si alij oppositum affirmant,  
num. 50.

Dubitans num. res ab alio possessa sit sua, non potest  
possidentem spoliare, quamvis adsint testes affirman-  
tes illius esse ealem rem, dum adsint alij id negantes,  
num. 51.

Si contingat duos homines in foro consentio probasse  
testibus sufficienter rem esse suam, & ex probatio-  
nibus duo viri docti iudicent rem esse Ioannis, & à  
converso alij duo Doctores arbitrentur rem esse Pe-  
tri, nullus eorum poterit rem priuata auctoritate ac-  
ciere, num. 52.

Et non poterunt illam accipere in predicto casu, quam-  
uis res non sit deducta ad forum contentiosum, nu-  
mero 53, 54, & 55.

Aliquis potest efficere in rei propria recompensationem  
priuata persona, quod iudex in fauorem illius persona  
non potest operari, num. 56.

Dubitans num. absolutus sit à censura, quam incurrerat,  
& testentur aliqui se vidisse absolutiorem fuisse à  
iudice pronuntiatam: contradicans verò alij, tene-  
tur se abstinere vel ligatus censurà, donec absque  
dubio de veritate constet, num. 57.

### Authoris iudicium.

29:

**R**

EVS cuius delictum est semipro-  
batum in causa sanguinis, ob quod  
morte esset plectendus, aut ad tri-  
remes, vel exilium, aut bonorum  
amissionem esset damnandus, veri-  
tatem delicti iudici interroganti aperire non te-  
netur, eo quod nullus ad sui damnationem ig-  
nare constringitur; est namque ius conseruan-  
di vitam adeo strictum, quod nulla lege posi-  
tius abrogari possit, et diximus supra. Et tunc si  
reus constringeretur veritatem manifestare, con-  
stringeretur suae damnationis esse totalem autho-  
rem: nam quod testis aduersus illum testimo-  
nium tulerit, nihil conducit ad damnationem,  
cum sine delinquentis confessione damnari non  
possit. Solum ergo ad torturam proficit testis at-  
testatio, constringi autem aliquem suae mortis  
esse authorem, inri naturali conseruandi vitam  
repugnat. Et quidem reum non teneri delictum  
fueri in causa praecipue capitis, etiamsi interro-  
getur iuridicè ex praehabita semiplena probatio-  
ne, & sub iuramento, sed quod possit reuocari  
cautione viuendo veritatem celare; docent Nauarr.  
libro 2. de restituitioe, cap. 4. numero 32. & 34.  
Lessius lib. 1. de iustit. cap. 31. numero 16. id pro-  
babile reputans, quamuis oppositum probabili-  
us Sa, verb. iudicialis alius, vbi de res, numero 1.  
in editione facta Matrivi, anno 1601. quamuis  
in alijs editionibus posterioribus de illa opinio-  
ne non fiat mentio. Valerius in tractatu differen-  
tiarum inter verumque forum iudiciale & conscien-  
tia, differentia 49. verb. restituitio, folio 323.

Syluest. verb. Confessio non Sacramentalis, qua-  
stione 1. dicens non teneri reum fateri verita-  
tem, etiam praecedente infamia delicti, vel se-  
miplena probatione, quando agitur ad poenam  
corporalem, vel temporalem; teneri tamen quan-  
do agitur ad poenam spiritualem, quod idem  
docet Panormitanus in cap. de confessis, colum-  
na penultima, quando ad instantiam partis fie-  
ret interrogatio; teneri tamen veritatem fate-  
ri, quando iudex ex officio procederet ad in-  
quisitionem delicti semiprobari fateatur. Diffe-  
rentia tamen haec non satis percipitur: nam si  
in utroque casu iuridicè interrogat iudex, aut in  
utroque aderit obligatio respondendi, aut in nul-  
lo, vt bene aduertit Gregorius Lopez parte 7.  
tit. 19. leg. 4. glossa 3. Idem autem quod Panor-  
mitan. docent Angel. verb. Confessio delicti, nume-  
ro 1. Armilla dict. verb. quaestione 8. Quae distin-  
ctio non placet meritò Octauiano Spathario in  
methodo corrigendi regulares, tractat. 9. cap. 7.  
numero 5. eò quod poenae spirituales magis vitan-  
dæ sint, quam corporales, & ad illas fugien-  
das maius habeat ius reus quam ad corporales,  
cum spirituales noceant magis. ¶ Non tamen  
opinionem huic de qua principaliter agimus, fauet  
Covarreas in practico. cap. 18. numero 7. Quam-  
vis Nauarra dicat pro illa adduci solere. Nec  
illam docet Alcocer in editione facta Compluci  
anno 1619. apud Ioannem Gratianum, nec in edi-  
tione facta Salmantice, anno 1572. apud Ale-  
xandrum de Canoua. Imò oppositum docet,  
quamuis pro illa adducatur à Nauarra. Docet  
hanc opinionem Villalobos 2. tomo tractat. 16.  
difficultate 1. numero 10. tanquam probabilem.  
Qui licet pro hac opinione adducat Nauarr. in  
cap. inter verba, cotollario 64. numero 752. illud  
inuenire non potui; sed potius contrarium affir-  
mat in dicto cap. conclusione 6. imperfecta, nu-  
mero 20. & in summa, cap. 25. numero 36. Docet  
illam tanquam certam Octavianus Spatharius in  
methodo corrigendi regulares tractat. 9. cap. 7.  
numero 4. & 17. & cap. 8. numero 4. & cap. 9.  
numero 10. Docet Rodriguez tomo 2. quaestio.  
regular. quaestione 18. artic. 3. folio mihi 83. qui  
non solum tanquam probabilem, verum vt cer-  
tam sibi amplexatur, & in summa. tractat. de ordi-  
ne iudicario, cap. 10. numero 1. Ioseph de Sancta  
Maria in tribunali Religiosorum, tract. 4. cap. 4.  
numero 5. hanc pro viribus defendit, & hanc  
non improbabiler defendere aliquos, docet Ho-  
mobonus de statibus, 2. parte, cap. 4. §. Quod au-  
tem attinet, folio 434. quamuis ipse oppositam  
sustineat. Docet Pitigianus hanc esse probabilem,  
cum in practico crimin. cap. 3. folio 241. opposi-  
tam dicat esse longè probabiliorem. Laurentius  
de Peirinis de Religioso subdito, tomo 1. quaest. 1. de  
obedientia, §. 1. §. Limitant. Layman 1. tomo ferè  
in fine, fol. 286. Et illam docet etiam vt sibi cer-  
tam Salcedo in practica criminali, cap. 126. §. Nonò  
illud, folio mihi 508. Et hanc vt probabilem susti-  
net Aragon 2.2. quaestione 69. artic. 1. & 2. §. Sed  
dubium est, & §. Mihi ex hu sententijs, vbi cum  
retulisset in hac re duas oppositas sententias, &  
longè probabiliorem affirmaret esse illam, quaer-  
eret teneri reum legitime rogatum responde-  
re, tanquam probabilem amplexatur oppositam,  
aliàs non diceret alteram esse longè probabi-  
liorem. Et hanc sustinet Reginald. 2. tom. prax.  
lib. 24. num. 37. Scotus in 4. distinct. 15. quaest. 4.  
in

in tertio membro. Filliucius tom. 2. tractat. 14. numero 266. Malderus de *virinitibus*, tractatu 6. cap. 3. assertione 2. fol. 526. Huicque opinioni consentire aliquos recentiores docet Lessius supra, & sustinent aliqui viri docti quos consului. ¶ Quæ quidem sententia mihi non solum probabilis, sed certa videtur. Quod verò fas sit quoque in prædicto casu Deum in testem adducere, mihi quoque certum est. Nam eadem causa quæ existit ad excusandum mendacium, interdicit patiter ad excusandum iuramentum, iuxta dicenda disputatione 46. numero 17. vbi authores referemus.

30. Modus autem defendendi hanc sententiam non debet esse ille quem seruant Salcedo, Lessius, Nauarra, Filliucius, Malderus, Villalobos, & Rodriguez allegati supra, videlicet, quòd iudex iuste interroget ex semiplena probatione, & similiter reus iuste veritatem celat, & vterque suo iure vtatur, iudex interrogando ob bonum commune tuendum, puniendo videlicet delicta, & reus non respondendo ob propriæ vitæ conservationem. Plurimaque licitè præcipere posse iudicem inquirunt, quibus parere subditus non teneatur. Præcipere namque potest reum capitis damnatum, è carcere non fugere, ipse verò obtemperare non tenetur; quòd etiam docet: Granada 2. 2. de *legibus*, fol. 279. num. 26. Et dominus iubere potest seruo capto in bello non fugere, ipse tamen seruus fugere potest. Et iudex imperare potest reum coram se comparere, ipse tamen venire non obligatur. Imperareque potest, quòd reus fame pereat, reus autem oblatum sibi cibum edere potest: imò ad comedendum teneri arbitrantur non pauci disp. 10. num. 9. relati, quorum sententiam non sumus sequuti.

31. Non, inquam, hic modus defendendi prædictam opinionem, verus est, nec comprehensibilis, vt bene ait Pitigianis in *practica crimin.* fol. 249. Nam si iudex habet ius præcipiendi reum veritatem aperire, reus tamen tenetur, aliàs si iudicis mandatum vim reo respondendi non posset inducere, ridiculosum esset & inane, mandatum quidem & obedientia correlatiua sunt, & vbi interuenit re vera mandatum, obedientiam subditi debet adesse. Et in hoc doctè processit Torres de *iustitia*, disputatione 50. dubio 2. numero 2. & 3. dicens huiusmodi defendendi modum falsum esse. Quamuis immerito addat illum modum omnibus præter Nauarram displicere, cum tamen tempore quo ipse tractatum de *iustitia & iure*, edidit, ille modus placuisset Lessio, Rodriguez, Salcedo, Reginaldo, Aragonio, & Maldero supra allegatis: & postea placuit Filliucio 2. tom. tractat. 40. numero 267. & Villalobos 2. tom. summ. tractat. 17. diff. 1. num. 10.

32. Modus ergo seu via turandi præfatam sententiam, iam à nobis est supra immediatè insinuata, videlicet, nequaquam iudicem habere ius interrogandi reum de crimine semiprobatò ob quòd esset grauibus pœnis corporalibus plectendus, præceptum namque seu lex, vt vim obligandi possit continere, debet esse tolerabile & consentaneum conditioni humanæ; at intolerabile est reum obligari, quòd proprio ore suæ damnationis author efficiatur. Qua ratione ductus Iurisperitus in leg. 4. de *testibus*, decreuit neminem teneri testari contra suum sanguine coniunctum (vel affinem intra quartum gradum, vt colligitur à si-

mili ex traditis à Sanchez lib. 4. de *matrimon.* disputatione 4. num. 11. & 12. (quando inde illi graue damnum metuit, nec ad id posse lege obligari, ( nisi in causa fidei, aut proditionis Reipublicæ ) multo ergo minus lex seu mandatum speciale dari poterit, quòd vim obligandi contineat respectu delinquentis ad crimen commissum manifestandum. Nec exempla adducta à prædictis Doctoribus profunt illis. Nec dominus est, quòd iudex possit præcipere reum ad mortem damnatum è carcere non fugere. Nec dominus seruo bello capto potest imperare, ne fugiat. Nec iudex potest præcipere reo, vt coram se compareat, sed solum per citationem monere, vt bene aduertit Torres de *iustitia & iure*, dispart. 50. dubio 2. numero 5. Aragon 2. 2. quæstione 69. artic. 2. §. *Mihi ex his*, prope finem. Nec imperare potest iudex, quòd reus fame pereat. Et verè aut Lessius, Malderus, Filliucius, & Reginaldus numero 29. allegati, sibi sunt contrarij; vel denique hunc nostrum defendendi modum amplexantur, cum dicant quòd præceptum indicis non obligat, nec fit ad obligandum, sed ad inducendum, vel terrendum reum, vt veritatem fateatur. Cum ergo dicant, quòd iudicis mandatum solum fit ad inducendum, sentiunt iudicem vim præcipiendi non habere, sed nomine tenus, ad inducendum tamen quicumque habet ius, licet non sit iudex; sed tamen in eo quòd addunt, habere quoque ius ad terrendum, à se ipsis discedunt: nam nemo qui vim coactiuam contra alium non habet, illum tertere potest, nec minari, cum minæ & terror, vt iusta sint, à potestate superiori emanare debeant. Et hercè! si simplici præcepto ius non habet iudex ad obligandum reum fateri veritatem, multò minus illi erit ius ad terrendum, siue torquendum, vt de se manifestum est, & bene ratiocinatur Torres de *iustit.* disputatione 50. dubio 2. numero 2. Iudices autem oppositam opinionem sectantes, & arbitantes sibi licere: imò teneri reos interrogare, & non respondentes torquere, iuste interrogant sua opinione ducti, & reus quoque nostra opinione nixus iuste veritatem celat.

Nec reputandum inconueniens dari bellum iustum ex vtraque parte, etiam non interueniente ignorantia inuincibili in aliqua partium; sufficit namque, quòd interueniat ignorantia probabilis seu opinatiua, vt dicemus disputatione sequenti, num. 58. vbi plures auctores referemus. Nam illud ius belli iusti conferunt partibus opiniones probabiles, vt expressè dicit Filliucius tom. 2. tract. 40. num. 366. Pefantius 2. 2. quæst. 70. disputat. vnica. Sic etiam Reges debellando opinionibus probabilibus ducti iustum bellum ex vtraque partium innuunt, vt explicabimus latius illo numero 58. disputationis sequentis, & id expressis verbis docet Sanchez de *statu Religiosa*, lib. 6. cap. 3. num. 7. Nauarr. lib. 3. de *restitutione*, dub. 13. in fine, noua editione, num. 239. in simili de Rege exigente tributum sibi visum iustum secundum probabilem opinionem, & de subdito illud negante iuxta oppositam opinionem quoque probabilem, vt diximus disput. 33. num. 35. Quapropter reus hac opinione probabili ductus, quòd videlicet fateri veritatem non teneatur, illam celat: iudex verò sua opinione nixus, quòd videlicet interrogandi rei ius habeat, interrogationi ineumbit. Et maius hercè damnus conciliatur

liant bono communi, quod scilicet, duo Reges iustum ex utraque parte bellum ingerant, quam quod iudex & reus ante debellantes reperiantur. Et ob modicum datum boni communis vitandam, (quod videlicet non constringendo reum ad dicendam veritatem, aliqua delicta maneat impunita) nullus tenetur vitam suam exponere morti, vt latius explicabimus numero 40. & 41. Arguit nec reus tenetur: nam eo ipso quod delinquens fuerit ius commune cum aliis innocentibus conservandi vitam non admittit. Præterquam quod licet occidatur à iudice reus negans veritatem, non omnino impunitum manet delictum ipsius: cum in carcere detineatur, & compedibus, siue ferrea catena ligetur, & denique ex opinione iudicis torqueatur.

33. Ex quibus deducitur, & fateri tenentur Doctores huius opinionis non constringentis reum respondere, quod nec etiam manifestare delictum teneatur reus, quantum sit plene probatum, si occidendus non foret quantumcumque esset probatum plene delictum, nisi ipse illud confiteretur, fortè talis mos in aliquibus Provinciis observabitur. Et post hæc scripta talem observari morem in quibusdam locis Flandriæ, ac aliarum regionum, ait Iodocus Hondius in practica criminali. capite 38. teste Cino Guidone à Suazaria, locis à Iodoc. citatis. Et ratio convincens est. Nam cum ipsi fateantur nullam obligationem incurere reum manifestandi delictum quando est semiprobatum, ob ius vitæ conservandæ strictissimum, illud ius non amittit reus ob plenior probacionem sui delicti, aliàs delicti probatio ius vitæ conservandæ concederet, vel aufereat, quod rerum non est, nec id admittunt præfati Doctores. Et cum consentiant ipsi ex semiplena probacione delicti, ius habere iudicem interrogandi reum, & adhuc hoc iure interrogandi non obstante, reum nequaquam teneri veritatem propalare, similiter fieri debent, quod iure interrogandi ex plena probacione non obstante, reus veritatis celandæ libertatem habebit: nam iudex ius æquale habet ad interrogandum reum ex semiplena probacione, atque ex plena; vel si admittamus maius ius ex plena nancisci, excessus ille solum proderit iudici ad iustificandum magis ius interrogandi, non verò ad aufendum ius reo vitæ conservandæ. In provinciis verò ubi delinquens punitur existente plena probacione quamvis neget, minus inconueniens Reipublicæ videtur occiri, quod reus cuius delictum est plene probatum, non constringatur veritatem aperire, quam dum solum est semiprobatum: nam plena probacione existente; cum reus ex ea conuictus sit, puniri iuste poterit, quantumcumque reus scelus neget, at negando delictum quando solum est semiprobatum, punitio nem effugit.

34. Quod si demus iudicem hanc nostram opinionem habere, & arbitretur nullum ius ad reum interrogandum sibi esse, & minus torquendi, poterit tunc contra hanc suam opinionem interrogare, & torquere, contraria opinione ductus, nam fas esse cuiuslibet contra propriam sententiam operari, & aliorum opinionem sequi, diximus disput. 41. numero 7. posse illum torquere non ex propria censemus opinione, sed iuxta aliorum sententiam, vt dicemus disputacione 48. numero 52. & 53. Est quoque videnda disput. 44. numero 27.

& 28. Vnde optimè Veja part. 1. casu 32. §. Tandem, conuictus fuit ex iure adquisito iudici ad torquendum reum, deduci ipsum constrictum reddi ad propalandam veritatem. Quo fit ex huius auctoris mente inferendum fore, cum, qui consenserit, posse reum celare veritatem, consequenter fore negaturum, nullum inesse iudici ius ad torquendum reum.

Leges autem decernentes reum, cuius crimen est semiprobatum, interrogari debere, & torqueri, id sanxere, quia illatum auctores contraria opinione fuere ducti, arbitantes illud licitum esse. Quoties autem diuersitas opinionum versatur, circa leges an sint iustæ, vel non; illa obseruare, vel minus, fas erit iuxta opinionum varietatem.

Nec ex hac nostra opinione scandala oriuntur inter iudices, & reum; nam indices ad eò propensius sunt reos interrogare, & torquere, quod nostræ opinionis nunquam adharerebunt. Quod verò reus illius opinionis notitiam habeat, & inde non fateatur crimen, potius proderit quam oberit. Nam reus quando conspiciatur ob negacionem delicti liberandum fore à morte, non curans de facta offensa Deo, negat & diffidetur: satius ergo erit quod negacionem absque peccato præmittat, nixus videlicet opinione probabili, de quo disputacione sequenti, in numero 66. Quod verò expediat aliquando minus probabilem opinionem consulere, quando probabilior difficultem fore pensiteri vel consilium petenti iudicauerit Confessarius, aut Doctor, docet Sanchez, summa lib. 1. cap. 9. num. 19. in fine & num. 31. Nec tamen propter hoc hanc nostram opinionem minus probabilem iudicamus, sed certam, vt diximus num. 29. Sed estò minus probabilis esset, expedire eam reus consulere docemus. Imò etsi parum probabilitatis haberet, nam quod aliàs non iudicaretur probabile, facit probabile esse vrgens necessitas & periculum quod ex opposito sequeretur. Vt optimè docet Sotus de secreto, membr. 3. questione 2. conclus. 3. quam approbat (dicens esse singularem) Nauarr. cap. inter verba, 2. editio. corollar. 53. num. 135. per hæc verba: *Licet quis habeat opinionem alicuius partis, & solum alterius formidinem, non tenetur sequi opinionem, si inde magnum imminet alicui periculum, & formida alterius partis apparentem habeat probabilitatem. Quia periculum graue facit, vt in moralibus formido præponderet opinioni.* Et fauet Iansen. l. 1. numero 56. de summa Trinit. vbi dicit in dubiis præferendam esse sententiam animabus fauentem. Et docet Sanchez lib. 2. de matrim. disput. 36. num. 8. & disput. 40. num. 8.

Hinc deducitur hanc nostram opinionem tunc posse sequi à reo, tum quia illam stabilis probabilis satis ratio, tum quia eam defendunt viginti duo auctores graues & docti, num. 29. adducti, præter quos consenserunt alij viri docti à Societate I E S V quos consului, & alij Theologi aliarum religionum, & Iurisperiti, vnde hanc opinionem ultra triginta Doctores tutantur. Quapropter immeritò Torres de Iustis. disput. 50. dub. 2. num. 5. cum Ledesma 2. tomo summi. tract. 8. cap. 24. & Ioannes de la Cruz, in directorio præcept. 8. dub. 8. illam tunc non posse amplexari fateatur, eò quod tres, aut quatuor Summissæ solum illi consentiant, potuit namque ipse perquirere plures Doctores quos inuenit.

Præterquam quod tres, aut quatuor Summissi inter quos reperiuntur Syluester & Angelus, opinionem probabilem merito constituere possunt, nisi post illorum scripta aliquid iure nouo positum contra ipsos decretum sit. Syluestrum namque ab omnibus iam iuris peritis, quam Theologis reuereri merito, est manifestum. Quapropter Marquez in *Gubernador Christiano*, illum appellat magnum Doctorem lib. 1. cap. 14.

Nec fundamentum quo se conuincit fatetur Torres, vrget, videlicet quod iudex ex plena probatione habet ius puniendi reum; ergo ex semiplena, saltem habet ius interrogandi, cum negari nequeat semiplenam probationem aliquod ius iudici conferre. Non animaduertit tamen semiplenam probationem ius tribuere iudici non ad interrogandum reum, sed ad interrogandum testes de reo nominatim. Nec hoc exiguum ius est: nam videntes testes de reo nominatim rogari, deducunt inde, iam reum infamia laborare, & illius delictum esse semiprobatum: præcedente autem infamia delinquentis, & probatione semiplena non potest testis veritatem celare, posset tamen illis deficientibus, iuxta aliorum opinionem, vt dicemus num. 39. Doctores vero sentientes iudicem ius habere interrogandi reum, cuius delictum est semiprobatum, & quod reus non ob id tenetur respondere, facile admittunt, ex semiplena probatione ius acquirere iudicem interrogandi: sed tamen quia hic modus defendendi supra reiectus est num. 31. idem primæ solutionis standum erit.

Nec obstat, in generali inquisitione quando constat de commisso delicto, & non de delinquire, iudicem habere ius interrogandi in communi de delinquire, testem vero veritatem celare posse, si omnino sit occultus delinquens: imò ad celandum teneri censent plures. Non inquam obstat hoc, quia iudex generaliter inquirens, nescit, an delinquens sit occultus, vel non; & ob id habet ius interrogandi de delinquire. Vnde si iudici euidenter constaret delinquentem esse occultum taliter, quod vnus tantum testis delicti notitiam adeptus esset, ius non habebit interrogandi illum testem, imò in opinione illorum qui censent peccatorum remissionem, delinquentem manifestando, peccabit iudex interrogando, cum notum sit neminem posse licite interrogare illud quod interrogatus absque peccato non potest manifestare. Vnde iudex dum interrogat de occultis delictis, vel de occultis delinquentibus, ius habet per accidens, & ex ignorantia interrogandi, quia, vt iam dictum est, ignorat ipse, an delicta sint occulta, vel non; & an delinquens laboret infamia, vel non. Quapropter in hoc casu non datur bellum iustum per se ex vtraque parte, sed per accidens ob ignorantiam vnus.

Quod si contingat constare iudici delinquentem esse penitus occultum, quia ipsemet iudex in secreto loco hominem interfecit, tenebitur interrogare de delinquire, ratione vitandi scandalum, ne obligationem sui muneris omittere videatur. Ad plurima namque agenda, ius habet aliquis ob vitandum scandalum, quæ non possent agere hac ratione deficiente, sicut occulto peccatori ministrari potest Eucharistia ratione vitandæ infamæ ipsius, & scandali aliorum sumentium inde occasionem tuendi, cum videant illum peccatorem esse, præsertim, si esset persona in

dignitate constituta; & irregularis occultus celebrare poterit, si ex omissione infamia sui, & aliorum scandalum esset exortandum: & iudex tenetur punire delinquentem iam emendatam, si accusatur, vt satisfaciatur Reipublicæ, & vt alij exemplum delinquendi nanciscantur.

Secundò responderetur, testem nequaquam habere ius celandi delinquentem, quantumuis cognoscat se solum delicti notitiam fuisse consequutum: in hanc sententiam, vt probabilior, videtur inclinare Torres de iustit. disput. 5. dubio 5. num. 5. Valentia 2. 2. disput. 5. quæst. 14. §. Ad primam nego, fol. 1255. Et docere debent omnes illi qui tribuunt iudici ius interrogandi de reo, quoniam videlicet sit: inter quos est Nauarr. lib. 2. de restitut. cap. 4. num. 53. Si enim ius est iudici sciscitandi quisnam fuerit reus, tenebitur testis illum manifestare, aliàs inane & ridiculosum esset illud ius; solutio enim adhibita à Nauarr. docente contra nostram sententiam testem non teneri reum detegere, friuola est, quidquid approbet Lessius lib. 2. cap. 30. dub. 6. num. 47. Inquiunt enim, quod iudex dum inquit de occulto reo, id non euenire, quia iurisdictionem habeat in authorem occultum criminis, sed vt satisfaciatur Reipublicæ, quæ postulat, vt fiat diligens inquisitio, vt malefactores timeant & compescantur, non tamen postulat, vt in hoc casu reuelentur. At hoc minus rectè dictum esse quisque concipiet. Nam Respublica non habet ius, vt sibi satisfactio reddatur per inquisitionem circa reos, nisi quatenus ipsi ius habet, quod delinquentes inquitantur, non tenebitur, sed quod inquirantur ad punitionem, aliàs inquirere reos inane quid esset, & eis ridiculosum: igitur, nisi iudex inquirat de reo, vt puniat, Reipublicæ nequaquam satisfaciatur: at illos iudex punire non poterit, nisi reuelentur: igitur testis reuelare tenebitur. Præterea si certi sint rei, illorum crimen reuelandum non iri, nec ex inquisitione timebunt, nec à delictis arcebuntur.

Porro quod dum proceditur via accusationis, etiam si solus testis cognoscat reum, teneatur illum reuelare, docet Reginaldus 2. tom. praxis, lib. 24. num. 158. Et etiam via inquisitionis dum poena grauis imponitur non reuelantibus. In quo videtur sibi contrarius ad dicta num. 157. vbi ait, quod si iudex procedat via inquisitionis, & reus sit occultus, nulla interueniat obligatio testi reum manifestandi. Qui imitatus est Sarrum clauis Regia, lib. 12. cap. 20. num. 9. & Valentiam 2. 2. disput. 5. quæst. 14. conclus. 1. At quod imponatur expressum mandatum reuelandi, vel tacitum, non obest, quin in vtroque euentu, testis reum reuelare constringatur. Et testem etiam si ipse solus delinquentem cognouerit, obligatum esse, illum reuelare, docet Azor tom. 3. lib. 13. cap. 16. & 27. Hostiensis in summ. tit. de test. cogendis, num. 4. & 6. imò addit oppositam opinionem esse temerariam, Panorm. in cap. peruenit. el. 2. de testibus cogendis.

Nec distinctio aliquorum supra adducta, quod testis videlicet obstrictus sit reuelare delinquentem, quando proceditur via accusationis, non tamen inquisitionis, placet. Nam maius ius, & strictius habet Respubl. quod contra illam delinquentes puniantur, quam particularis cuius iniuriatus: igitur ne Respubl. læsa maneat, & absque iniuriæ sibi factæ satisfactione, testis tenebitur

tur reuelare delinquentem, eo modo quo (imo potiori) tenetur quando via accusationis proceditur; & quamuis ex accusatione reddatur aliquo aliter infamis delinquens, ob id ius non habeat reus, quòd delictum suum celetur à teste, illud ius quoque amittit reus vt debita compensatio Reipub. lætæ fiat, & potius fauendum est innocenti reipublicæ, quàm delinquenti contra illam. Fit ergo non posse testem quamuis ipse solus nouerit delictum, delinquentem occultare. Quia licet id possit reus, ideo est, quia est in causa propria, & nullus tenetur se reum prodere, nec authoritatem esse suæ necis; testis autem in causa aliena defert testimonium, ob quod excusari non poterit quin veritatem patefaciat.

Nec obstat, quòd absque causa infamat tunc testis delinquentem, cum sciat ipse probandum non esse delictum. Nam ad testem non attinet curare, an sit probandum delictum, vel non, sed solum ad interrogata respondere; nec tunc infamat absque causa, cum offerat principium probationi delicti, omne verò crimen à primo teste probati incipit, quòd verò in illo casu non probetur, est per accidens ex defectu aliorum testium, per se autem probabile est omne factum extitit.

Omitto quòd in opinione consentium posse reum torqueri ex semiplena probatione, (quæ ex vnus testis dicto & maioris omni exceptione conficitur) iniuria interrogatur iudici, si testis veritatem quam ipse solus nouit celet, cum ius torquendi reum impediatur, quòd innuit satis Lessius lib. 2. cap. 30. dubio 6. num. 48. & 49. quatenus dicit non esse contra iustitiam delinquentem manifestare etiam si testis solus nouerit delictum, quia ex eius dicto iudex procedere potest ad torturam. Nec leges sanxissent vnus testis dicto torqueri posse reum, nisi ipsis esset competum, testem veritatem detegere teneri quamuis ipse solus cognouerit delictum, vt docet Sairus Clau Regia, lib. 12. cap. 20. num. 6. Nec præsumunt leges, plures adesse testes, solum autem vnum veritatem manifestasse, cum præsumendum non sit perituri reum effici aliquem, præsertim in causa aliena. Cum ergo testis non habeat ius celandi veritatem, sit iudicem habere ius præcipiendi veritatem manifestari. Male ergo vsi sunt aliqui hoc exemplo testis & iudicis interrogantis in generali inquisitione de delictis, ad comprobandum posse iudicem ius habere interrogandi reum, & ipsum quoque iure non respondendi fulciri, cum, vt iam probatum est, testis nullum habeat ius occultandi veritatem de qua rogatur, cum demus in iudice verum ius interrogandi: sic ergo si daretur in iudice ius interrogandi reum, reus ipse nullum ius non respondendi haberet. Vnde reiciendus Bisilius de Leon lib. 5. de matrimon. cap. 34. à numero 4. iniquus non constringi aliquem appetere matrimonij impedimentum, quando certo nouit ipsum solum impedimenti notitiam fuisse actum. Et quamuis non explicet, num id verum sit, quando à iudice rogaretur, vel quod ad ferendum testimonium se non teneatur offerre, ex ipsius tamen doctrina colligitur nec etiam teneri quando à iudice rogaretur. Ipsius tamen doctrinam veram iudico, quando impedimentum ortum est ex peccato eius qui nouit; vt si sacerdos filium & filiam genuisset qui postea fraternitatem ignorantis iure matrimonium vel-

lent, non constringeretur sacerdos suam culpam detegere, eo quod iuri naturali sit aduersum premi suum manifestare scelus, vt dicemus disput. 46. num. 26.

Nec obstat, si obiiciant aduersarij contra nostram sententiam, quòd etiam cum amissione vitæ tenetur quis bono communi prospicere, sicut tenetur quis parere mandato Gubernatoris ciuitatis ab inimicis oblesæ præcipientis murum defendere, licet sciat qui murum ascendit, mortem sibi ab inimicis inferendam: similiter ergo ob bonum commune, ne scilicet delicta impunita maneant, vulg. leg. 51. *Ita vulneratus*, ff. ad legem Aquiliam, leg. si longius, §. 1. ff. de iudicijs, l. 4. §. cum Dominus, ff. de noxalibus, leg. si a reo, §. final. ff. de fideiussoribus, leg. si operio, Cod. de penis, leg. Stichum aut Pamphilum, in fine, ff. de solutionibus, leg. qui seruum, in fine, ff. de interrogatorijs actionibus, leg. per omnes, Cod. de defensoribus ciuitatum. Et vt punitione terreatur homines crimina perpetrare, tenebitur reus etiam cum amissione vitæ bono communi providere, eius nocumentum cauendo.

At non obstat hæc obiectio quæ ipsis conuincens visa est, & plausibilis. Nam cum dicitur teneri quemquam, etiam cum amissione vitæ, bono communi prospicere, id solum ad summum est, quando bonum commune esset in extrema necessitate periclitandi constitutum, vt constat exemplo adducto occupantis murum, qui id efficere tenetur, ne hostes ciuitatem ingrediantur. At quòd reus fateatur suum delictum, vel non, vndenam bonum commune perit? Nec dum ob id in graui constituitur necessitate. Præterea superior ciuitatis imperate non potest aliquem se interficere, quantumuis hostes sponderint ex eo ciuitatis indemnitate, sed solum potest habere actionem, quæ per se sit defensiva Reipublicæ quamuis indirectè sit mors defendenti Reipublicam obuentura, & sic tantum potest præcipere ciuem murum ascendere, portam occupare, & alia similia: similiter iudex vim imperandi non habebit reo, quòd ipse interimat se moraliter, confitendo scilicet delictum ob quod est morte plectendus, aliàs non moriturus, illa namque criminis confessio est actio per se illatua mortis moraliter, & indirectè est conseruatiua Reipublicæ. Imò nec ob conseruandum bonum commune obstringi quem propriam exponere vitam reor. Est namque ius propriam tuendi vitam adeo strictum quod à nullo iure conseruandi alienas vincit possit. Miles verò murum occupare cum periculo vitæ tenebitur ratione pacti & pecuniæ acceptæ, vt diximus disput. 10. num. 9. explicantes D. Thom. quem vsque modo credo non fuisse à Doctores perceptum. Ex quo sequitur non deuinci, aliquem teneri regem defendere cum dispendio propriæ vitæ, nisi ad id pactione se obstrinxisset.

Cumque probabilis satis sit hæc nostra sententia, confessarius tenebitur absoluerè reum retinentem manifestare delictum semiprobatum, tenetur namque confessarius opinionem penitentis amplectari, vel permittere, iuxta dicta disputatione 33. num. 54. Imò iuxta opinionem contrariam, non poterit negari absolutio reo, si est aliquod leue dubium, num legitime interrogetur vt ait Vezj 1. part. casu 32. in fin. Et si interroget extra confessionem reus confessarium, num teneatur

40.

41.

42.

teneatur veritatem delicti aperire, poterit confessarius iuxta hanc nostram opinionem consulere, ne veritatem manifestet, licet confessarius oppositum sequatur opinionem: nam vt ait Vazquez 1.2.tomo 1. disput.62.num.47. & disput.63.num.14. Torres opuscul.460. & Sanchez in summa.lib.1.cap.9. num.19. alios adducens, Doctor potest consulere in his, quæ pertinent ad utilitatem interrogantis iuxta aliorum opinionem contra propriam. E contra qui hanc nostram sententiam sequeretur, non posset iuxta contrariam opinionem teum consulere, vt fateatur crimen: nam qui interrogat Doctorem aliquem, non interrogat de opinione aliorum Doctorum, sed de opinione ipsius quem interrogat, vt ait Vazquez, disputatione illa 63. numero 14. Quamuis quantum ad hoc secundum à Vazquez discedat Sanchez in summ.lib.1.cap.9. numero 12. putans liberum esse Doctori respondere iuxta aliorum opinionem condemnantem, cui non assentior ob rationem allatam. Quòd si confessarius oppositam nostræ sententiæ sustineat opinionem, vt diximus, & reus non solum interroget confessarium, num fateri veritatem sit obstrictus, sed quòd dicat ipse, num sit aliqua opinio, quæ liberet à manifestatione delicti, tunc obstrictus erit confessarius hanc nostram opinionem adesse manifestare. Quia ad confessarij munus atinet declarare poenitentem in quibus rebus peccet, vel non; sequendo autem reus hanc nostram opinionem non peccabit, quamuis delictum semiprobatum non fateatur iudici. Quòd verò Doctor, siue confessarius teneatur opinionem liberantem declarare, quando, an detur opinio liberans interrogatur à poenitente, siue petente consilium; docet Sanchez in summa, libro 1. cap.9. numero 21. Salas 1.2.tomo 1. tractatu 8. disputatione vniuersa, sect.9.num.85. & sect.10.num.95.

43. Et verè quamuis pro opposita sententia plures sint auctores quam pro nostra, hæc tamen fauorabilior est miseris. Et non dubito quin auctores oppositum sentientes, hanc nostram liberrimè amplexati fuissent, si ipsi delinquentes in causa capitis inuenirentur, & de crimine rogarentur, tuncque conspirarentur manifestè, quam rigidum esset reum constringere suæ necis auctorem fieri. Imò & illis rigidum videretur reum teneri veritatem manifestare, etiam si iuridicè interrogetur, & sibi modus hic defendendi hanc sententiam, videlicet quod non obstante iure iudicis ad interrogandum reum de semiprobatò delicto, habeat quoque ius reus ad non respondendum, suavis & verus practicè videretur. Quamuis nobis vt iam diximus num. 31. & 32. talis modus defendendi sententiam illam comprehensibilis non sit. Sed potius quòd iudex nunquam in illo casu ius habeat interrogandi, quando tamen interrogat id efficit, quia opinio opposita sibi visa probabili ducitur, qua opinatur se habere ius ad interrogandum.

44. Dubitans an impedimentum matrimonij habeat, facta sufficienti diligentia, potest illud inire absque dispensatione. Quia possessio stat pro libertate ad contrahendum, dubium verò impedimento fauet: at absque certo iure nemo spoliandus est sua possessione. Sanchez lib.8. de Matrim. disputatione 6. num. 18. qui fieri diligentiam sit ne impedimento vel non, non exquirat, quod opus esset aduerte, nam aliàs contrahentes exponeret se periculo cum impedimento contrahendi: illud tamen notaui in simili lib. 2. disput. 45. num. 26. dum dicit teneri qui iam contraxit & superuenit illi dubium de impedimento: diligentiam adhibere ad assequendam veritatem, ne se exponat periculo non vtendi propria vxore.

45. Quòd si contingat impedimentum certum ad contrahendum adesse, dubitæ verò qui inire contractum matrimonij cupit, num sit dispensatum, vel minus, super impedimento, nullatenus contrahere poterit nisi adepta dispensatione. Quia possessio adest in fauore matrimonij impediendi, dubium verò solum fauet libertati.

46. Dubitans, an excommunicatio sit contra se lata facta sufficienti diligentia, adhuc perseuerante dubio, poterit se gerere ac si excommunicatus non esset. Quia possessionis ius habet tunc libertas, & excommunicationi solum fauet dubium ius.

47. E contra si certus sit in excommunicationem incurrisse, dubitet verò num sit iam ab illa absolurus, tenebitur se gerere ac si excommunicatus esset. Quia excommunicatio possidet tunc, & libertas solum iure dubio potitur.

48. Aduertenda tamen doctrina valde necessaria pro materia dubij penitus intelligenda, ob cuius diminutam intelligentiam plures allucinantur, & opposita illorum quæ dicenda essent resoluunt. Aduertendum, inquam, distare dubium ab opinione, quòd omnis opinio dubium speculationum includit, non tamen omne dubium includit opinionem, & sic habent se sicut superius & inferius. Dubium enim solum circa factum versatur, & tunc dicitur propriè aliquem dubitare, quando certò non scit, an aliquid factum sit vel non, vel an ita factum sit vel minus: opinio verò non circa factum versatur, sed circa ius, & tunc aliquis opinionem habere dicitur, quando censet hoc licitum esse efficere vel non, siue id censet ob rationes sibi probabiles, siue ob Doctorum auctoritatem.

49. Hinc plura deducuntur maximè scitu digna. Primò quidem, quòd si contingat dubitare aliquem, num sit dispensatum super impedimento ad contrahendum matrimonium, & testentur duo vel tres fide digni etiam docti, vt dicemus numero 54. dispensatum esse, alij verò patris fidei oppositum affirmant, non possit contrahere nisi constituta veritate absque controuersia, quia tunc re vera interuenit dubium, cum circa factum versetur, num videlicet sit dispensatum vel non, & impedimento possideat. ¶ Quòd si dicas illos testes oppositum affirmantes reputari tanquam opiniones probabiles, & sic posse habentem impedimentum dictis quorundam hærere, aliorum reiectis; non hoc obstat. Nam cum dicta illorum circa factum versentur, & non circa ius, non sunt censenda esse opiniones quæ securitatem conscientie causare possint, sed dicuntur opiniones lato modo, quatenus diuersa dicta hominum opiniones communiter appellantur. Hæc autem doctrina docetur à Nicolao Garcia (licet non tam disertis verbis ac modò tradita est) 1.tomo de beneficijs, part.11. cap.5. numero 362. & docet Villalob. tom. 1. summ. difficult. 10. in fine. Sanchez in summ.lib.1. cap.9. numero 44. & ab ipso Sanchez tradita est tomo de stat. religiofo, lib.6. cap.3. num.7. dicente, quòd habens opinionem probabilem, imò probabiliorem aliquam

aliquam rem esse suam, non potest alterum spoliare sua possessione, quia dum non est certitudo, non est probabile posse fieri spoliū auctoritate propria; ac si haberet opinionem etiam minus probabilem dicentem fas esse sibi alterum spoliare, poterit illum spoliare nitens opinione illa probabili. Quatenus tamen Sanchez in hoc exemplo appellavit opinionem absolute, illam quæ circa factum versatur, diminutè processit. Nam si verè illa opinio dici posset, robur haberet tutam reddendi conscientiam operantis, sed potius opinio facti verè dubium est, nec in aliquo ab illo distinguitur, nisi quod aliquando dubium reperitur importans suspensionem quandam iudicij nullas rationes dubitandi habentis pro vna nec pro altera parte, sed tunc dubitat ratio quia omnino ignorat, quid sit factum vel non in aliquo negotio. Aliquando etiam dubium reperitur, dum ratio rationes dubitandi habet pro utraque parte, non tamen adeo efficaces, quod vni adherere valeat absque formidine alterius, & hoc dubium & opinio facti omnino coincidunt, & sunt idem. Vnde quando Doctores asserunt, fas esse sequi quamcumque opinionem probabilem, non de opinione facti loquuntur, sed de opinione iuris. Quapropter iudex non potest sequi opinionem probabilem facti relicta probabiliori, vt bene docet Garcia supra. Hoc est, non licet illi rem circa quam versatur lis, applicare illi qui non tam exactè probavit esse suam, ac alius. Vazquez opuscul. de restitutione, cap. 6. §. 3. num. 76. & 86. Villalobos 1. tomo, summi difficultate 15. num. 3. Layman 1. tomo, tractat. 1. cap. 5. §. 3. numero 16. Suarez de fide, vbi de bello, disput. 13. sect. 6. vt quoque dicemus disput. 44. num. 51. Ex his conuincitur malè Sanchez lib. 9. de matrim. disput. 17. num. 19. in fine, dixisse dubitantem an eius semen esset corruptum vel non, non posse sumere medicamentum ad illius expulsionem. Quia tunc semen habet possessionem prolifici. At quando opinio esset inter medicos an corruptum esset, posse, quia licitum sit, sectari opinionem probabilem. At non aduertit opinionem illam medicorum esse opinionem facti, quæ non distinguitur à vero dubio. Vnde deceptus fuit Granado 1. 2. tractat. 12. disput. 4. sect. 3. num. 27. confundens opinionem facti cum opinione iuris; in quo etiam deceptus fuit Bañes 2. 2. quest. 10. artic. 1. dub. 3. Et in terminis loquens Granado disput. 4. sect. 4. num. 39. de iudiciis confundit opinionem facti cum opinione iuris ob quod necesse fuit vera non asserere. Et deceptus est Hattado de matrim. disput. 10. difficult. 9. numero 37. quatenus maxime innuit, quod si post contractum matrimonium adsint tres testes fide digni asserentes, coniugis esse consanguineos in quarto gradu, asserentibus alijs tribus consanguineos non esse, posse non reddere si velit, amplexando opinionem dicentium consanguineos esse, vel posse reddere, oppositam sectando. Licet enim teneatur reddere, non est quia possit amplexari opinionem illam facti dicentium non esse consanguineos, sed quia opinio illa cum sit facti, verè dubium est quod vincere non potest possessionem certam matrimonij.

50. Sequitur secundò, quòd fœmina dubitans, num eius maritus defunctus sit necne, & testentur aliqui fide digni mortuum iam esse, alijs fide dignis oppositum affirmantibus, non possit con-

trahere. Quia dum matrimonium possideat, spoliandum non est sua possessione, nisi certò confiter de mariti morte, & aliàs opinio illa dicentium obiisse, sit circa factum, & in facti plena cognitione etiam prudentissimi fallantur leg. 2. ff. de iuris & facti ignorantia; & credatur, non omne dubium excludi: virtute autem illius opinionis facti, nec dubium speculatiuum, nec practicum excluditur: non inquam speculatiuum, quia de ratione cuiuscumque opinionis etiam quæ versatur circa ius, est dubium speculatiuum includere: tum quia fide humana dicitur fœmina illa ad credendum eius maritum ad aliam transigisse vitam; fides autem humana necessariò dubium & incertitudinem claudit, cum principio fallibili nitatur, nisi sit fides humana, quæ æquiualeat euidentiæ, vt quòd Roma sit. Dubium autem practicum, nec etiam excluditur, nam solùm opinio quæ versatur circa ius vires habet illud excludendi, cum tutam reddat conscientiam operantis, vt diximus numero 48. at opinionis quæ versatur circa factum, non est minus conscientiam tutam reddere, sed solùm ostendere, quòd illud factum sit, vel non, vel taliter factum, vel minus. Cum ergo fœmina illa quantumcumque nitatur fide dicentium suum maritum iam fuisse, dubia semper maneat necessariò; tam speculatiuè quàm practicè, nec iurare audeat super necem, & nullus ob dubium ius spoliare possit alium sua possessione, sit nec fœminæ illi fas esse tunc matrimonium celebrare. Vnde si maritus fœminæ in bello cum millibus adfuerit, & ex militibus solùm vnus euaserit, adhuc fœmina legibus matrimonij manere ligatam, est arbitrandum, quia contingens est illum qui euasit, esse suum coniugem.

Deducitur tertid, dubitantem, num res ab alio possessa sit sua, non posse possidentem spoliare, quamuis adsint testes affirmantes illius esse, dum adsint alij id negantes. Quia in illo casu semper manet dubius. Si tamen contingeret certò sibi persuadere rem esse suam, taliter quòd omne dubium reiciatur, posset rem accipere, non tamen tunc fas illi esset accipere ratione seu opinione testium, sed ratione certæ presumptionis, quam habet, licet ad illam comparandam iuuarent testium dicta. Poterit tamen ille certus reddi suo iudicio rem illam esse suam, non tamen fœmina cuius maritus absens est: nam cum præsens existat res, & innueatur ille signa, poterit sibi persuadere suam esse ex visis signis, fœmina verò hoc remedio destituta manet, & ob id nunquam persuadere sibi quiverit defunctum iam esse eius maritum.

52. Id tamen valde notandum est, quòd si contingat duo homines in foro contentioso probasse testibus sufficienter rem aliquam esse suam, & ex probationibus duo viri docti iudicent probabiliter rem esse Ioannis, hoc est ad illam ius habere, & è conuerso alij duo Doctores arbitrentur rem esse Petri, hoc est ad illam habere ius, adhuc nec Ioannes, nec Petrus priuata auctoritate, etiam cessante scandalo præsentis & futuro, vt infra dicemus, poterunt rem accipere, etsi sub nullius sit possessione. Nam dum res adducta est ad iudicium, non est singulis concedendum, vt faciant priuata auctoritate, quod per magistratum publicè fieri possit, ne occasio maioris tumultus datur. Faber in lege 1. §. Offitio, ff. Ne quis enim qui in ius vocat. vt eximat. Munus namque Prætoris

ris est controuersias dirimere, leg. 1. §. *inde quaritur*, ff. de noui operis numtiatione. Nam esto opiniones illæ Doctorum non essent opiniones facti, sed iuris, nulla tamen illarum affirmata esse colligantibus priuata autoritate rem accipere, sed solum iudici profunt, vt ex illis eligat quam maluerit ad applicandam rem Petro, vel Ioanni. Quapropter illæ sunt opiniones iuris applicandi auctoritate iudicis, non tamen sunt opiniones iuris applicandi auctoritate propria. Imò illud effici non posse vtraque consentit, ne pax Reipublicæ turbetur, vt diximus, & turbationem herclè pateretur, si facultas daretur colligantibus accipiendi re priuata auctoritate, tunc enim vnus contra alium bellum gereret vsque dum rei possessionem nancisceretur, & deinde alter spoliatus, siue qui possessionem non est nactus, è manibus possidentis eripere rem conaretur, & illa erepta, alius vltra ob eripiendam ab illo dimicaret, & sic in sæcula bellum & contentiones crescerent. Et sic licet scandalum non reperiretur protunc cum res acciperetur, suboriretur potest, dum de acceptione constaret, vel si nunquam esset notum rem priuata auctoritate fuisse acceptam, sic illam accipiendo iniuria fit iudici ius applicandi rem vni ex colligantibus habenti vsurpando; & fit etiam alteri colliganti, cum ipsi colligantes generaliter pacti sint à iudice litis determinationem expectare, cum contestando litem quasi contrahatur, leg. 3. §. *Idem scribit*, leg. delegare, l. 1. §. 1. ff. de nouatio. Vnde minus rectè Molin. de iustit. 1. tom. tract. 2. disput. 77. num. 22. inquit, quòd legatarius ex testamento minus solemnè potest per occultam compensationem accipere sibi legatum, licet hæreditas in exteriori foro fuerit hæredi ab intestato adiudicata. Si enim iudex in foro conscientie tenebatur hæreditatem adiudicare hæredi ab intestato, talis hæres ius in foro conscientie ad illam accipiendam habebat; cùmque bellum iustum ex vtraque parte haberi non possit, nisi supposita vnus partis ignorantia, vel quod idem est, quòd bellum iustum materialiter ex vtraque parte non possit dari; fit quòd legatarius non possit accipere ab hærede, id quòd iuste possidet, iuxta dicta suprà numero 31. de iudice reum interrogante de crimine, & Molinam impugnat Layman 1. tom.

Et minus rectè dixit dictus Molinæ delinquere moraliter hæredem, qui sibi applicari hæreditatem petit, & non soluit legata relicta per testamentum minus solemnè, dum sibi certò liquet illam fuisse voluntatem defuncti. Nam vt dictum est, ius inest hæredi ab intestato, ad hæreditatem nanciscendam: & respublica poruit iuste inancem reddere defuncti voluntatem ad repellendas fraudes ex testamento minus solemnè promanantes. Nec ius posituum derogat iuri naturali proueniente à voluntate defuncti, dictante quemcunque posse rem propriam in alium transferre, sed ius naturale strictius videlicet non parandi vias ad dolos & fraudes, vinci ius illud particulare defuncti. Vnde absque causa Molin. numero 24. doler, quòd legislatores non disertis verbis explicent, num intendant irritas omnino reddere defunctorum voluntates, impedireque ne ex eis obligatio naturalis oriatur. Si namque eam impedire non inuenerent, frustra testaments minus solemnè annullarentur, & via semper adesset ad fraudes & dolos in republ. Vnde principii in-

Sanchez Selecta.

trinfecis ductus verum reor per testamentum minus solemnè nullum habere ius in foro conscientie legatarium ad rem legatam accipiendam, sed peccare si eam accipiat: at per principia extrinseca probabile satis esse semper iudicauimus oppositum.

Et quamuis Regibus bellum indicere inter se haud sit nefas, pro ciuitate, aut regno acquirendo, quando ex Doctorum opinionibus ducuntur, arbitrariis quibusdam tale regnum esse, verbi gratia, Hispaniarum Regis, aliis verò ad Galliarum Regem pertinere, præsupposito tamen, quòd vnus illorum recusaerit iudicem arbitrum designare coram quo lis decidatur, vt docet Vazquez 1. 2. tom. 1. disput. 64. num. 17. & 20. de quo disputation. sequenti à num. 43. id illis est æquum, quia Regibus tunc iudex superior non dominatur, qui regnum vni illorum applicare possit, capite Falla, 9. quest. 3. Anast. Germon. lib. 1. *Animaduers.* cap. 1. vnde opus est illis propria auctoritate ius suum vindicare. Vbi enim publica auctoritas deficit, quæ subuenire possit damnum patienti, auctoritate propria auxilium posse quaeri naturæ iure concessum est, de quo Vazquez 1. 2. tom. 1. disputatione 64. Búñez 1. 1. questione 40. articulo 1. dub. 5. Villalobos tomo 1. difficult. 17. tract. 7.

Et non solum dum res est deducta ad forum contentiosum nefas est colligantibus priuata auctoritate rem accipere, quantumuis Doctorum opinionibus ducantur rem esse propriam asserentibus: sed etiam quando res ad illud forum non esset redacta, non licebit propria auctoritate accipere, etiam cessante scandalo tam præsentem quam futuro; nec poterit illorum quilibet per occultam recompensationem valorem rei accipere, vt bene docet Vazquez opuscul. de restitu. cap. 6. §. 3. num. 83. Villalobos 1. tomo summ. tract. 1. difficult. 17. num. 7. Sanchez *De statu Religioso*, lib. 6. cap. 3. num. 7. Suarez de legibus, lib. 5. cap. 18. num. 21. Nam opinio illa Doctorum non circa ius versatur proprie, sed circa factum, & licet asserat quilibet ius iustitiae ad rem habere singulam ex partibus: illa tamen probabilitas iuris tota nascitur ex probabilitate, seu, vt dicam melius, ex probatione facti; cum autem probabilitas facti sub dubio remaneat, etiam probabilitas illa aduocatorum sub dubio quoque perseverat: ipsisque nequaquam est concessum, dubium facti inter litigantes exortum dirimere, sed solum id à Republica exhibitum est iudicibus. Nec obstat quòd sicut per testamentum minus solemnè asserit vna opinio ius habere ad rem legatarium, alia contradicente; & tamen ex opinione illa concedente ius, fas est legatario rem legatam detinere, siue de nouo accipere, vel per occultam recompensationem rei æstimationem vindicare. Grando 1. 2. de legib. fol. 286. num. 17. Eodem sanè modo in nostro casu illicitum nequaquam arbitrandum erit quòd quilibet partium ducta doctorum opinionibus asserentium ad rem ius habere, priuata auctoritate illam detineat, siue de nouo accipiat, vel per occultam compensationem rei æstimationem adipiscatur. Quod enim per testamentum minus solemnè ius ad rem legatam obtingat legatario, vel quòd acquiratur illi per alias rationes probabiles, non obest, quin verum & legitimum ius iuxta probabilem opinionem dicatur habere: sicut enim opiniones illæ aduocato-

rum, verbi gratia, prodesse possunt iudici, vt ex illis ad iudicium ferendum & applicandum rem alicui, eligat quam maluerit, si factum sit æqualiter probatum iuxta dicta num. 49. itidem & proficere poterunt partibus, vt illis inimicis ius suum priuata auctoritate vendicent, quia nemo prohibendus est iure suo vt i, lege *Nullus videtur, ss. de regulis iuris*, non enim minus sufficientes sunt opiniones ad reddendam tutam partium conscientiam, quam iudicis. Vnde quando Sanchez *De statu Religioso*, lib. 6. capite 3. numero 7. & Suarez *De legibus*, lib. 5. cap. 18. numero 20. vt disput. 29. num. 29. & 30. feculimus, asseruerunt habentem opinionem probabilem, imò probabiliozem rem esse suam, non posse alterum spoliare, intelligendi sunt, quando solam opinio illa versaretur circa factum iuxta ibi dicta, vel quando res esset deducta ad forum contentiosum, vt supra censuimus num. 52. Non inquam hæc obstant. Nam opinio illa ius legatario tribuens ad recompensationem legati per testamentum minus solemne non nititur in facto dubio, sed certo, cum legatario satis nota sit voluntas testatoris rem donantis. Nec iudex eligere poterit quamlibet opinionem illorum aduocatorum, quia opiniones illorum sint, sed quia factum æqualiter probatum sit,

53:

Deducitur præterea à fortiori, partibus non fore licitum priuata auctoritate rem accipere, quando actu aduocati non doceant ius illis esse acquisitum per probationes, licet certo & non sub dubio notum sit partibus aduocatos in similibus casibus, sufficiens consimilibus probationibus obtinisse, partes habuisse ius ad rem præsentam. Tunc enim partes opinione facti nitentes, rem accipiunt, & non opinione iuris seu Doctõrum docentium, quid in illo & in similibus casibus sit licitum agere vel non; cum opinio illa aduocatorum maiorem non habeat vim, quam sit illa quæ exhibitæ est à probatione facti, vt supra dictum est.

Nec obstat, quòd sicut laicus cui compertum esset, sibi fuisse legatam rem in testamento minus solemnem, nescit tamen num ex illo acquirat ius ad legatum; constitutus erit Doctores consulere, num sibi liceat auctoritate priuata rem accipere: at si opinionis docentis per testamentum minus solemne ius acquiri, notitiam sit adeptus, opus nequaquam illi erit actu Doctores rogare, num sibi licitum esse iudicent, rem priuata auctoritate vindicare. Non, inquam, obstat hoc, quia, vt iam dictum est, opinio tribuens legatario ius recompensationis agendæ ex testamento minus solemnem, non nititur in facto dubio, sed certo, & ob id in casu testamenti opus non erit legatario doctos consulere, quando aliàs ipse opinionis sit consequutus notitiam; alius verò, siue consylar, vel non, aduocatos, rem propria auctoritate non poterit accipere: cum semper maneat dubius circa factum.

56.

Aduertendum tamen, quòd esto admitteremus posse priuata auctoritate accipere rem cessante scandalo præsentem & futuro, & antequam res sit vocata ad forum contentiosum, illum qui fide dignis testibus probauit illam rem esse suam, quam accipere posse censuere aliqui viri docti quos consului; quamuis inquam hoc admitteremus, iudex tamen non poterit applicare rem nisi probanti melius se ius ad illam habere. Nam iu-

dex cum sit persona publica & teneatur secundum merita processus sententiam ferre, illi qui melius probauerit ius sibi competere, applicare rem erit coactus, nec quantum ad hoc datur opinio quæ oppositum doceat, vt bene docet Sairus Clau Regia, lib. 1. cap. 11. num. 13. Salas jr. 2. com. 1. quæst. 21. disput. vnica, sect. 12. & propterea diximus num. 49. & 54. constitutum esse iudicem opinionem facti probabiliozem sequi, seu, vt proprius loquamur, meliorem probationem. At pars ad hæc attendere non temetur, sed sufficit ei, vt tutò rem accipiat, opinione probabili aduocatorum fulciti, docente ius ad rem sibi competere. Nec mirum posse particularem in sui fauorem agere, quæ à iudice minimè effici permittitur. Per testamentum namque minus solemne accipere clam legatum licet, & iudici non est fas rem legatam legatario applicare, eo quòd nulla opinio inueniatur, quæ id agere esse liberum iudici testetur in hoc regno Castellæ. Similiter integrum est particulari clam recuperare, quæ per ludum ad creditum fuerit lucrata, & tamen à iudice applicandum illud fore prohibetur. Deinde famulo salarium sibi debitum recompensare est concessum, quamuis terminus triennij fuerit elapsus; & tamen à iudice iuberi solutionem fieri prohibetur, lege præscriptionis verante. Vt tamen huius sanctioni præscriptionis non contrarietur famulus, & sit illi fas recompensationi incumbere, opus illi erit ante triennium debitum à domino efflagitasse per se, vel per alium expresse, vel tacite, vel quòd domino sit manifestum, timore præditum, vel pudore affectum à petitione cessasse: hæc si contingant, præscriptionis lex fauere nequitiam præsumit dominis non soluentibus salarium. Quapropter tunc famulus in conscientia foro recompensationem efficere poterit, & in exteriori à iudice ad soluendum condemnabitur dominus, si ea sic euenisse probatione constet, videlicet non incuria famulum salarium intra triennium non postulasse, sed timore & pudore detentum. Vt enim diximus disput. 42. num. 4. forum interius & exterius idem iudicant per se: quando verò exterius ab interiori foro discordat, id euenit per accidens, quia videlicet non probatur sufficienter illud circa quod lis circumfertur, esse in conscientia foro debitum. Ex quo à contrario sequitur, non posse famulum recompensationem salarij efficere, si intra triennium incuria solùm debitum non efflagitauit, & aliàs cognoscat bona fide & verè dominium præscripsisse, quæ inuincibiliter cogitat se iam salarium soluisse, vt dicemus immediatè: leges namque præscriptionis in odium socordium & non vigilantium introductæ sunt, quæ vim habent auferendi ius, vel dominium à negligentibus & transferendi in debitores, bona fide præscribentes, tum vt sic illorum incuria puniatur, & calor excutatur deinceps negligentia vitandæ; tum vt lites exterminentur, quas exulare maximum modum à Republica vbique & semper est reputatum. Fit ergo famulo esse veritum recompensationi nauare operam, si constet sibi dominium præscriptionis fauore esse à solutione executum. Præscriptionis autem legem ius dominij transferendi in debitores bonæ fidei, docet Lessius lib. 2. cap. 6. dubio 17. opus tamen erit, vt dominus excusetur à solutione salarij fauore præscriptionis, se existimare nihil debere, aut quia omnino à memoria

moria exciderit, vel putet esse condonatum, aut aliter solutum, vt expresse Lessius supra dubio 6. numero 19. docet Acevedo lib. 4. recopil. tit. 15. lege 9. numero 40. alios adducens. Difficile tamen videtur dari, famulum sibi persuaderi dominum bona fide præscripsisse: quapropter iudico hunc casum rarissimè, ne dicam, nunquam posse euenire.

57. Præterea si dubitet quis, an absolutus sit à

cenfura, quam incurerat cerò, & testentur aliqui, iudicem absolutionem pronuntiasse, affirmantibus contrarium aliis, constrictus erit se gerere vti ligatus cenfura. Quia opiniones illæ solùm sunt opiniones facti. Nec proderit testes illos affirmantes se vidisse absolutionem fuisse impensam, doctos esse: quia tunc per accidens & materialiter sapientia concomitatur: nam non vt sapientes loquuntur, sed vt testes oculares.



DISPUTATIO XLIV.

An habens sibi opinionem probabilem; videlicet, approbationem ab vno Ordinario sufficere ad excipiendas confessiones vbique, meritò metuat illa vti opinione, causa non irritandi Sacramenti?

S V M M A R I V M.

*Quadam distinctio valde necessaria pro q̄tu opinionum in materia Sacramentorum adducitur. & Auctoris sententia posse approbatam ab vno Ordinario auscultare vbique confessiones, referuntur, num. 1.*

*Sibi persuadentes supradictam opinionem esse probabilem, immeritò metuant ea vti, ob non irritandum Sacramentum contra Religionem, numero 2. & 3.*

*Qui probabiliter opinatur summi privilegium ad audiendas confessiones non esse reuocatum, valide absoluerent censent plures, num. 4.*

*Aliqua animaduersione digna referuntur, num. 5. 6. 7. & 8.*

*Prima sententia, num. 9.*

*Auctoris iudicium, num. 10.*

*Confessarius censens approbationem ab vno Ordinario non sufficere ad excipiendas alibi confessiones, non tenetur se conformare opinioni panitentis oppositum putantis, dicto num. 10. Et quando sit astrictus se conformare, optime traditur, ibidem.*

*In Sacramentis quorum valor aut irritatio à solo Christo pendet, & non à Pontifice, vrens qualibet opinione probabilis contra sententiam certam, non peccat contra Religionem, num. 11.*

*Peccabis tamen contra charitatem, num. 12. & 13.*

*Peccabis item contra iustitiam, num. 14.*

*Referuntur plures casus in quibus peccet contra iustitiam qui ministrat iuxta opinionem relicta sententia certa, à numero 15. vsque ad 25. inclusiue.*

*Quamuis contra Religionem, aut charitatem non delinqueretur ex usu opinionis minus probabilis, bene tamen iam peccatur contra consuetudinem Ecclesie, num. 26.*

*Puniri non potest ab Episcopo Confessarius absolvens ex opinione probabilis, relicta sententia certa, numero 27.*

*Et minus puniri potest Parochus absolvens in aliena diocesi, num. 28.*

*Alius casus refertur, num. 29. & 30.*

*Absolui potest panitens per manus & signa in articulo mortis à num. 31. vsque ad 35.*

*Medicus potest vti opinione minus probabili in applicatione medicinarum, num. 36.*

*Iudex opinione minus probabili potest vti, quamuis sit supremus, contra Vaccinum; à num. 37. vsque ad 41.*

*Potest item aduocatus, num. 42.*

*Quid possit Rex gerens bellum, à numero 43. vsque ad 48.*



**D**E vsu opinionum in materia Sacramentorum, tam eorum quorum valor, aut irritatio à solo Christo & non à Pontifice pendet, quam eorum quorum valor à iurisdictione tradenda à Pontifice emanat, communiter disputant Doctores; sed tamen id quod distinguendum erat ad rectam intelligentiam, minimè secernunt. Vnde aduertendum, aliud esse dari opiniones pro vtraque parte in materia alicuius Sacramenti; aliud esse pro vna parte dari sententiam certam citra opinionem, pro alia verò inueniri opinionem, verbi gratia, forma illa: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*. Certa sententia est & citra opinionem valide confertur Baptisimum; quodd verò conferatur quoque sub illa forma: *Ego te baptizo in nomine genitoris & gemiti & procedentis ab utroque*, sub opinione solùm versatur. Similiter certa sententia docet citra opinionem, baptizato capite hominis non esse iterum sub conditione baptizandum illum hominem: at si baptizaretur in pectore, vel scapulis, an sit postea sub conditione baptizandus, sub opinione iacet, vt dicemus numero 26. Similiter panem triticeum esse materiam consecrationis absque controuersia est; an verò sufficiat panis hordeaceus, vel typhus, Hispanè *de centeno*, sub opinione est constitutum. Similiter aquam naturalem esse materiam Baptismi absque controuersia est; an verò sufficiat lixiuium, aut ius, sub opinione continetur. Similiter quodd valeat confessio facta coram approbato ab Ordinario loci in quo ministratur, absque controuersia iacet; an verò valida sit quoque dum sit coram approbato ab alieno Ordinario, opinioni subditur. Deinde quodd ritè sit confessio

fessio facta in articulo mortis simplici Sacerdoti, absente approbato, nullus dissentit, an verò valida sit facta simplici Sacerdoti, præsentè approbato, discordant Doctores. Similiter quòd Sacramentum matrimonij validum sit dum contrahitur coram Parocho illius Parochiæ vbi celebratur, consentiunt omnes; an verò validum quoque sit dum in aliena Parochia assistit Parochus contrahentis, opinionis adiungit locum iuxta dicenda num. 8. & sic de alijs plurimis exemplis.

At quando verò solùm opiniones pro vtraque parte inveniuntur, vbi gratia, quòd quis in articulo mortis per natus & ligna absolui possit, sub opinione tantum est; e contra verò quòd absolui non possit, in opinioe etiam versatur, & nihil certum omnino pro vna, nec altera parte habetur, quamuis sit propè certum absolutionem fore impediendam, vt dicemus num. 34. Similiter quòd confessio informis sit iteranda, sub opinioe versatur; e contra quòd opus non sit illam iterare, opinionis tantum vendicat locum, & nihil certum pro vna, nec alia parte est apud Doctores determinatum. Denique opinionum varietas circumfertur, an circumstantiæ notabiliter aggravantes sint necessaria materia confessionis, affirmantibus quibusdam, iuxta dicta disput. 11. num. 6. negantibus alijs, & tamen nihil circa hoc vsque modò definitum est certè apud Doctores, & sic de alijs innumeris exemplis.

Quando ergo in Sacramentis solùm dantur pro vtraque parte opiniones, & non pro aliqua parte inveniatur certa sententia in favorem valoris, posse vti aliquem opinioe minùs probabili, relicta opinioe probabiliori, nec peccatorum tunc contra Religionem, nec contra charitatem, nec contra iustitiam minime dubito; sicut enim in quacumque alia materia fas est opinioem minùs probabilem sectari, vt diximus disputatione 41. numero 12. vbi authores retulimus: sic & in Sacramentorum materia illud licitum erit. Quòd postea inueni in Becano 1. 2. tractat. 1. cap. 4. numero 6. & 7. bene inueniens certam opinioem seu scientiam quæ versatur circa naturam & conditionem actus; hoc est, an actus fiat validè, vel non, amplexandam semper esse in sacramentorum materia; quando verò opiniones versantur circa honestatem actus, videlicet an sit peccatum eum efficere, liberum erit quacumque amplectari, quia quæcumque opinio efficit actum infallibiliter, videlicet quòd non sit peccatum, & vna non est magis certa quam alia, vt dicemus disputatione 44. numero 6. Nec vtens opinioe minùs probabili relicta probabiliori se exponit ob id periculo culpabili irritandi Sacramentum. Nam cum nulla earum opinionum probabilium certitudinem infallibilem contineat de valore Sacramenti, sed quælibet cum formidine assentatur, nulla iniuria sit Sacramento, nec suscipienti illud, quòd iuxta vnam, vel alteram opinioem minister intendat illud perficere. Quòd enim aliquantulum certius minister agat, dum opinioem probabiliorè amplectatur: non inducit præceptum iuxta illam ministrandi, quia ille maior excessus eum dubium non excludat valoris, non erit considerabilis ad præceptum inducendum, quòd videlicet iuxta probabiliorè opinioem ministratur, & non iuxta minùs probabilem. Tum quia aliquando probabiliorè opinioem esse magis falsam à parte rei contingere potest. Nam probabilior opi-

nio saltem practice consentisse posse absolui eum qui tantum signa doloris exhibere potest, & ad impediendam absolutionem obligari Sacerdotem, vt dicemus numero 34. vbi Doctores adducimus. Et tamen quamuis prædicta opinio probabilior sit, fortè à parte rei signa penitentiae non erunt materia instituta à Christo ad valorem Sacramenti. Vnde periculo irritandi illud se quoque exponit quis probabiliorè opinioem sequens.

Quapropter non approbo, quòd docet Suarez tomo de Penitentia, disputatione 26. sectione 6. numero 5. & tomo de Eucharistia, disputat. 21. sectione 4. in fine, dicens generaliter in omnibus questionibus ad rem spectantibus quando inde valor rei pendet, non satis esse opinioem probabilem sequi. Quòd si intelligat quando comparatio fit de vna opinioe ad aliam, falsum dicit, vt iam conuincimus; si verò id intelligat quando comparatio interuenit de opinioe ad sententiam certam, verum est, vt dicemus numero 12. & 13. & sanè in hoc sensu credo loquutum fuisse, & etiam Sanchez in summa. lib. 1. cap. 9. num. 32. & 41. quamuis confundant & minime distinguant, quando comparatio interuenit inter opinioem & opinioem, vel quando intercedit inter opinioem & sententiam certam.

Difficultas hercè longè maior elucet, an quando aliqua sententia certa apud omnes Doctores versatur de valore Sacramenti, quòd videlicet omnes assentiantur ministrari Sacramentum validè, vt quòd aqua naturalis sit materia Baptismi, panis triticeus Eucharistiæ infallibiliter, & quòd forma Baptismi absque dubio sit illa: *Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti*. An videlicet tunc etiam sit fas consecrare in pane hordeaceo, vel amilio, aut in lexiuio baptizare, vel denique sub illa forma: *Ego te baptizo in nomine genitoris & geniti & procedentis ab utroque* baptismum perficere. Vel an licitum sit approbatum ab vno Ordinario auscultare vbi que confessiones, cum esse validum tunc Sacramentum, solùm sit verum probabiliter; at esse ritè factum dum ministratur ab approbato per Ordinarium loci in quo exercetur, certa sententia detur.

Et quidem restrictum esse videtur iure religionis ministrum iuxta certam sententiam Sacramentum perficere. Quia Sacramentum habet ius religionis, quòd validè ministratur: auferre ergo ab illo id per quod certè ministratur exhibendo illud per quod sub dubio perficitur, criminum erit, sicut & scelus esset soluere creditorì debitum certè contractum in moneta quæ sub opinioe est an valorem contineat vel non, dum id posset debitor soluere in moneta, quæ absque opinioe estimationem haberet. Hanc partem sustinent Petrus de Soto de institutione Sacerdotis, lect. 2. de Eucharistia, Suarez de Penitentia, disputat. 26. sect. 6. num. 5. & tomo de Eucharistia, disputat. 21. sect. 4. in fine, Salas 1. 2. tom. 1. disputatione vnica, sect. 27. num. 285. & sect. 5. num. 56. Arbol. pract. Sacram. nor. 3. folio 37. & nor. 3. fol. 330. & illam probabilem esse reputat Sanchez in summa, lib. 1. cap. 9. num. 33. quamuis oppositam probabiliorè arbitretur.

Hanc igitur disceptare rem quam in titulo disputationis examinandam accipimus, esse valde vile, & ad proximum nimis necessarium aduertit Suarez

Suarez tomo de Pœnitent. disputat. 26. sect. 6. in principio. Vt ergo à Sacramentis, quorum valor à iurisdictione tradenda à Pontifice pender, exordiamur :

In primis opinionem aliquorum esse, censentium approbarum ab vno ordinario posse vbique, & à quocunque eligi in confessarium virtute Bullæ, scire oportet. Quam sequitur Henriquez lib. 6. cap. 6. §. 7. & lib. 7. cap. 12. numero 4. & in Comment. lit. O. inquit, idem censere omnes Theologos ex familia August. & Domin. Gal. Medin. Bañez, alios etiam iurisperitos Salmanticenses, Moyam, Nauarr. iuniorem, Bustos, Sahagun, Medin. 1. 2. quæstione 19. artic. 6. pag. 308. Cordub. in summ. quæst. 10. Et quamuis adducatur Palat. in 4. distinct. 17. quæst. 7. p. 265. pro hac sententia ab Henriquez, re vera ex verbis eius non magis pro hac, quam pro contraria eum patronum esse præsumi potest: ait enim, ex Bullis particularibus quæ conceduntur frequentissimè fidelibus, ipsos eximi à propriis Confessoribus, quia in illis est facultas eligendi quemlibet ab Ordinario approbarum, iuxta tenorem Concilij Tridentini. Nequaquam tamen dictis verbis determinat, quis debeat esse Ordinarius ille, à quo habenda est approbatio: docet item Anton. Gomez in explicat. Bullæ, claus. 10. num. 8. fol. 83. Filiucius tom. 1. tractat. 7. cap. 9. numero 261. qui tamen id negat respectu regularium mutantium domicilium, eo quod cum mutatione domicilij mutatur Ordinarius, & quilibet, ait, debet esse à suo Ordinario approbatus, vt possit excipere confessiones. Llamas in summ. cap. 6. à fol. 65. *Egid. de Sacrament. disputatione 8. dub. 7. numero 53. Reginald. lib. 1. num. 186. Nonius in Addit. ad 3. partem, quæst. 8. artic. 5. dub. 9. Suarez tomo de Pœnitent. disput. 18. sect. 7. num. 6. & 10. quam probabilem censet Arboled. in practica Sacramentorum, notab. 3. fol. 37. qui postea subdit non obstante probabilitate, ministrum non posse vti illa in praxi ob periculum irritandi Sacramentum, Ludouicus de San Ioan in summ. 1. part. quæst. 6. art. 2. difficult. 13. fol. 452. & 475. Bartholom. à Ledesma de Sacrament. Pœnitent. difficult. 23. & Petrus de Ledesma de Sacrament. Pœnitent. cap. 12. & 13. dub. 7. Summa Coron. dubio 2. numero 52. de Sacrament. Pœnitent. Vega in summa 1. part. cap. 62. casu 41. & in espejo de Curia, cap. 11. num. 280. & 337. Et quoad Regulares docent Ouand. in 4. distinct. 17. Cruz lib. 2. de statu Religioso, lib. 2. cap. 6. dub. 5. Compiler privilegiotum Mendicantium verb. *Absolutio quoad seculares*, 1. §. 11. & absolute hanc opinionem tenuisse Fratrem Ioann. de Guenara ordinis S. August. vespertinum Theologie professorem Salmanticæ, & Patrem Gasparum de Vzeda Franciscanum, virum insignem testatur Guier. quæst. Canon. cap. 27. num. 5. & docuerat Sa in impressione facta Martii anno 1601. verbo, *Confessor*, numero 6. quamuis hoc reperitur mutatum in aliis impressionibus posterioribus. Malderus 1. 2. disput. 86.*

Quam opinionem, videlicet approbatum ab vno Ordinario posse vbique, & à quocunque eligi in confessarium virtute Bullæ, veram esse reor, principiis extrinsecis ductus, vt dicemus numero 10. in hoc sensu, quod contra religionem Sacramenti non delinquat ea opinione vtens, quia irreuerentiam non committit aduersus Sacramentum qui prudenter se illud validè perfice-

re arbitratur, vt numero 10. dicemus. Quod autem prudenter putet confessarius prædicta opinione vtens se validè perficere Sacramentum constat. Tum ob rationem confestim subiiciendam, tum quia mens Concilij Trident. session. 23. cap. 15. de reformat. postulantis confessarij approbationem ab Episcopis, eò tendit quod ignorantibus confessarij confessionum excipiendum minus non exequantur. Quid igitur refert sua Concilium potius vnus Episcopi quam alterius habere approbationis testimonium, & scientiæ confessarij? Sanè nihil.

Formidant tamen plerique illa vtii opinione, ne si forte à parte rei vera non sit, inualidè confessio fiat, quamuis absque culpa, eo modo quo data illa opinione, quæ censet in typha, Hispanè, *centeno*, vel in hordeo posse consecrari, abstinendum erit, quantum fieri possit, à consecratione super illis; ne forsan, si materia illa à Christo instituta non sit, sed tantum panis triticeus, irritum sit Sacramentum.

Verum immeritò ob eam rationem refugere opinionem sequi probare possumus, aduertentes duplex esse genus rerum. Quædam, quarum veritates à Christo institutæ sunt, vt sic fiant, & non aliter valeant; verbi gratia, si fortè iustitiam, quod typha, hordeum, vel amilium materia non sit consecrationis, sed tantum panis triticeus; vel quod forma Baptismi sit tantum ea, quæ nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti significatur; non quæ nomine Genitoris, & Geniti, & Procedentis ab utroque: vel quod pars minima corporis abluta sufficiens non sit ad valentem Baptismi: vel quod in quinque, & non tribus vñctionibus vis sacramenti vñctionis consistat. Hæ igitur res cum à Christi institutione dependant quoad suum valorem, sic & non aliter illum sortiuntur, qualiter reuerà institutæ sunt, quamuis ex opinione probabili aliter fiant. Solum enim à peccato excusabitur ex opinione probabili operans.

Aliæ verò res sunt, quarum veritates à Summo Pontifice determinatæ existunt, verbi gratia, quod talis Confessarius habeat iurisdictionem, vel non; aut quod talis sit Parochus, vel non; vel quod hic vel talis contractus sit matrimonium, vel non; hoc vel tale verum valorem habeat, vel non; aut quod hæc vel alia professio emissa à Religioso irrita sit, vel minus; aut quod excommunicatio, etiam non nominatim denunciata neganda sit sepultura Ecclesiastica, aut concedenda. Et sic in plurimis aliis casibus. Harum igitur rerum veritas in indiuisibili non consistit, sed iuxta opinionum varietatem multiplicatur. Cum enim à Summo Pontifice pendeat hunc Confessarium habere iurisdictionem, vel non; & conscius Pontifex opinionem existere probabilem, censentem approbarum ab vno Ordinario vbique valere excipere confessiones; iurisdictionem confert, tacens & non contradicens: ratihabitio enim de præsententi licentiæ expressæ æquivaleret ex omnium ferè mente, vt tradunt Sancius lib. 3. de matrimonio, disputatione 22. numero 64. & disput. 35. numero 20. Ioan. Lup. rubric. de donation. §. 68. numero 27. Corset. in suis singularibus, lit. L. verbo, *Licentia*, Rosell. *Confessio Sacramentalis*, 3. numero 31. Angel. verb. *Confessio*, 3. numero 30. Syluester verb. *Confessor*, 1. quæstione 6. in fine, & quæstione 15. Caeteran. in summ. verb. *Absolutio ex parte absoluti*, versic. *Licentia*, Tabien. verbo, *absolutio*,

absolutio, numero 42. Amsill. numero 17. Victor. in summ. de Confess. quæstione de *multiplici licentia alieno facienda*, à verbi *Corollarie sequitur ex dicto*. Sorus in 4. distinctione 18. quæstione 4. artic. 3. verlic. *Circa concessiones*. Gabriel in 4. distinctione 17. quæstione 2. dubio 2. fin. Ledesma 2. part. 4. quæstione 7. artic. 5. dub. 3. Nauarr. in summa, cap. 9. Hispanè, num. 5. Latine, numero 6. & cap. *Placuit*, numero 105. de *Pœnitent.* distinct. 6. Margarit. Confess. fol. 10. column. 2. Palatius in 4. distinctione 17. disputatione 7. fol. 261. column. 1. Henriquez lib. 6. de *Pœnitent.* cap. 5. numero 13. Barthol. à Ledesma de *Pœnitent.* dubio 28. Lopez 1. parte instruct. cap. 38. paulo post princip. Vega lib. 4. summ. casu 129. & in *espejo de Curas*, tom. 1. cap. 11. numero 377. saltem quando signis exterioribus rati habitio deprehenderetur, Coriolanus de casibus referuatis, part. 1. sectione 1. articulo 10. numero 1. folio 171. Antonius Ragucius in Lucerna Parochorum de *Baptismo*, qualito 52. fol. 83. Graffis lib. 1. decision. cap. 17. numero 304. Maur. Coron. Confess. 4. parte, de *Confessione*, cap. de *Ministro*, numero 51. dub. 5. Et constat ex lege *Tauri*, 55. hodie 2. tit. 3. lib. 5. recopil. Cifuent. eadem lege 55. quæst. 14. & ibi Anton. Gomez num. 5. Matien. lib. 5. recopilat. tit. 3. leg. 3. gloss. 1. numero 7. Azeued. eodem titulo 3. leg. 2. num. 10. Vazquez tomo de *Pœnitent.* quæstione 93. artic. 2. dubio 2. numero 5. Nonius in addit. ad 3. partem, quæstione 8. artic. 5. dubio 2. Pelsant. in additione ad 3. partem, quæst. 10. disput. 5. Reginald. lib. 1. num. 70. 89. & 90. Bonacin. de *Sacrament.* disput. 5. quæst. 7. punct. 4. §. 1. fol. 605. & tract. de elargit. muner. disput. 3. punct. 6. num. 11. & 12. Suarez tomo de *Pœnitent.* disput. 17. sect. 6. in prima assertione. Sa verb. *Confessor*, post numerum 31, & verb. *consensus*, num. 1. & verb. *iurisdicctio*, numero 1. & verb. *Prelatus*, num. 4. Basilus de Leon, lib. 5. de *matrimonio*, cap. 29. num. 1. Ludouicus de san Ioan tract. de *Pœnitentia*, quæst. 6. art. 6. dub. 3. folio 468. Villalob tract. 1. difficultate 13. num. 5. Zambran. cap. 5. de *Extrema Vnctio*, dub. 8. num. 4. Filliucius tomo 1. tract. 1. cap. 6. numero 219. Laurentius de Peicinis de *religiosis subdito*, quæst. 1. de *obedientia*, cap. 2. ante 9. conclus. Hurtado de *matrimonio*, disput. 5. difficult. 11. num. 39. Ex eo modo quo Ecclesia supplet iurisdictionem in titulum coloratum habente, & in ex errore communi existimato vero iudice, vel Parocho quamuis re ipsa non sit, l. *Barbaricus*, ff. de offic. Prator. sic in operante ex opinione probabili DD. vt expressè docent Lessius lib. 2. cap. 19. dub. 8. num. 68. Suar. 4. tomo disputatione 26. sect. 6. num. 7. Reginald. lib. 1. num. 102. & 103. Sancius lib. 3. de *matrim.* disput. 22. num. 65. & facit quod docet num. 39. & in summa, lib. 1. cap. 9. numero 35. Henriquez lib. 5. cap. 14. num. 3. & 4. & in comment. lit. G. aduertens, non minus potentem esse sapientum opinionem, quam vulgi errorem ad inducendam iurisdictionem. Egid. de *Sacramentis*, disput. 8. dub. 3. conclus. 6. num. 22. & dub. 6. num. 47. Bonacin. de *Sacramentis*, disput. 5. quæst. 7. §. 4. num. 4. Basil. de Leon, lib. 5. de *matrimonio*, cap. 19. num. 8. & cap. 20. num. 7. Villalobos tract. 1. difficult. 13. num. 5. Filliucius tom. 1. tract. 7. cap. 9. num. 227. & alij allegandi infra num. 5. Quicquid in contrarium censet Nonius quæst. 8. artic. 5. dub. 3. verli. *Ista sententia*, pag. 280. videndus Garcia tomo 1. de *benefic.* part. 5. cap. 8. à numero 174.

Imò Summo Pontifice ignaro talis opinionis (quod ferè incredibile est) illum confessarium habere iurisdictionem ex præsumpta de præsentis Pontificis voluntate nolentis omnes illas confessiones fieri nullas, & in dispendium animarum, illarumque grauamen, est arbitrandum, ex alio principio subintellecto, scilicet quòd semper ac opinio aliqua probabilis intercesserit circa valorem vel nullitatem rerum à se dependentium approbentur, & valorem acquirant. Et hanc esse Pontificis voluntatem, & in ædificationem Ecclesie cedere, cuique erit perspicuum, aliàs nimis conscientie grauarentur. Debet docere Molina 6. tom. de *instituta*, tract. 5. disputat. 70. folio 3228. num. 11. dicens, quòd quamuis sit reuocatum priuilegium concessum aliquibus ad audiendas confessiones, censefi illas confessiones validas donec notitia habeatur de reuocatione ex præsumpta voluntate Pontificis: ergo quando ex opinione probabili aliquis eas auscultaret. Basil. de Leon lib. 5. de *matrimonio*, cap. 19. num. 8. dicens, quòd si aliquis confessus fuerit peccata sua Sacerdoti, carenti tamen iurisdictione, quòd tamen communiter ignorabatur, remanet absolutus, ita providente Ecclesia in animarum bonum, nec egere confessarium qui priuationem suæ iurisdictionis nouit, monere pœnitentem à se absolutum, quòd iterum delinna fateatur: in quo non satis perspicue loquutum fuisse Vazquium tomo de *Pœnitent.* quæstione 93. artic. 3. dub. 8. ait. Imò addo, ex hac opinione sequi debere, quòd si pœnitens sciat priuatum esse confessarium iurisdictione, quòd ipse confessarius ignorat & communis populus, poterit pœnitens petere ab illo absolutionem, quæ validè conferetur: nam vt bene aduertit dict. Basil. de Leon lib. 5. de *matrimonio*, cap. 19. num. 17. in illis rebus quarum iurisdictione dependet à iure humano, acta à iudice putatio & ex communi errore, valent, non tantum comparatione illorum qui communi tenentur errore, sed etiam cum eo qui defectum sciebat. Qui quamuis solum dicat se loqui de gestis, quæ ad forum externum pertinent, eadem militat ratio in nostro casu: & sic manifestum ex eo quòd si ille pœnitens vellet matrimonium contrahere, Parochum illum teneretur vocare, nec coram alio teneret matrimonium. Vnde quando Basil. numero 18. dicit, quòd delinquit pœnitens postulans absolutionem à non habente iurisdictionem, solum debet intelligi, si sciat confessarium cognoscere suum defectum, & tunc confessarius peccabit absolutionem impendendo & pœnitens postulando: casum verò nostrum fateatur Sanchez lib. 3. de *matrim.* disput. 21. num. 46. qui ait confessionem validam esse ex parte iurisdictionis, quòd idem est ac nos docuimus. Quòd verò sit inuvalida propter obicis impedimentum quatenus petit ab excommunicato denunciato absolutionem, & ipse pœnitens nescit impedimentum, & respectu cæterorum adest communis error, quòd fateatur ipse Sanchez, non aduersatur à nobis dictis, qui non de impedimento proueniente ab excommunicatione loquimur, sed de tituli defectu, vel alio impedimento quò non teneatur confessarium vitare, sicut constringitur vitare occultè, excommunicatum denunciatum quoad eius cognitionem. Imò vt gesta valeant tam in foro externo, quam conscientie, satis sit haberi communem errorem, nec necessarium esse titulum collatum à supe

à superiore legitimo docet Basil. de Leon lib. 5. de *matrim.* cap. 20. num. 2. eo quòd negari non possit præscriptione seu consuetudine acquiri iurisdictionem: ergo necessarium non est semper illam haberi à superiore legitimo, & valent etiam gesta à notario putatio, etiam sine titulo: oppositum censet Sancius lib. 3. de *matrimonio*, disput. 22. num. 49. communem errorem non sufficere, sed necessarium esse titulum collatum à superiore legitimo, quamvis ob aliquod impedimentum sit inualidus. At valde probabile arbitror esse quòd à Basilio asseritur; vt sic enim bono communi magis consulitur, quàm si præter communem errorem titulus quoque foret necessarius.

Ex quibus deducendum, eum qui sequitur opinionem probabilem Doctorum arbitrantium ipsum habere iurisdictionem absoluedi à reuerentis, seu priuilegium absoluedi non esse reuocatum, valde agere quæ operatur, ac si re ipsa priuilegium non esset reuocatum, eò quòd tunc Ecclesia tribuat iurisdictionem, Salas de legibus disput. 12. sect. 6. num. 24. Vazquez 1. 2. tom. 1. disput. 156. num. 27. Vnde Bonacina disput. 5. §. 4. num. 5. quæst. 7. quamvis prædictis consentiat, malè addit hoc corollarium verum esse, etiamsi forte opinio illa à parte rei non subsistat probabilis, sed falsis realiter nitatur fundamentis. Non enim animaduerti opinionem eo quòd probabilis sit, subsistere à parte rei probabilem, & veram, cum veritas realis opinionis illarum rerum, quarum veritates à summo Pontifice pendunt, in probabilitate reali consistat. Vnde implicat, opinionem niti probabilibus fundamentis, & falsis à parte rei in illis rebus quarum veritas à dicto summo Pontifice dependet. Nisi velit dicere, quòd etsi à parte rei reuocatum fuisset priuilegium, conceditur tamen iterum dum Sacramentum ministratur, ne illud inualidè fiat

Quare cum probabilis opinio existat, posse simplicem; Sacerdotem absoluerè extremam vitam agentem etiam præsentè sacerdote approbato; vel absoluerè à quibusuis reuerentis, etiamsi adit proprius sacerdos seu alius confessarius approbatus, seu ipse superior cui casus illi referuntur, posse absolutionem à simplici sacerdote fieri colligitur. Vt Zerol. in *praxi Pœnitent.* cap. 15. quæst. 4. & 5. Nauart. lib. 5. conf. tit. de *pœn. & remiss.* in prima edit. consil. 15. num. 2. & 3. Sa verb. *absolutio*, num. 4. Ledesm. de *Sacram.* vbi de *Pœnit.* cap. 14. post 1. conclus. difficult. 2. Rodrig. 1. tom. summ. 2. edit. cap. 59. conclus. 3. num. 5. fin. & quæst. regul. tom. 1. quæst. 56. art. 4. fin. dicens, hoc nunc defendere viros doctissimos: & addit. ad Bull. §. 9. num. 44. vers. *a cerca del mismo*, Contra-dus in suis responsionibus tomo 1. quæst. 12. verficulo 3. *Respondetur in articulo mortis*, Coriolanus de casibus reuerent. 1. part. sect. 2. art. 16. num. 7. fol. 197. & Chapiuile de casib. reuerent. cap. 7. in fin. fol. 60. Vega 1. tom. summ. cap. 6. casu 16. Ludovic. de S. Ioan 1. part. summ. tract. de *Pœnitent.* quæstione 6. art. 6. dub. 4. qui licet præsentè parochi seu alio confessario ex iure, non posse eligi simplicem sacerdotem arbitretur, præsentè verò confessario approbato ex priuilegio Bullæ eligendo, simplicem sacerdotem posse eligi fateatur, quia pœnitens priuilegio Bullæ quoad eligendum confessarium credere potest, non tamen iuri: quæ distinctio insufficiens videtur, nam etiam habet à iure simplex sacerdos posse absoluerè in articulo

*Sanchez Selecta.*

lo mortis. Quòd si dicat, illud esse verum quando alius confessarius approbatus à iure non esset præsentis, hoc probandum erat. Et clarè videtur docere Henriquez lib. de *Pœnitentia*, cap. 11. num. 4. in Comment. litera V. in fin. & cap. 12. numero 1. ad fin.

Quamuis reclamet Suarez tomo de *Pœnitentia*, disputatione 26. sect. 4. num. 4. Sanchez lib. 2. de *matrimonio*, disput. 40. num. 8. Veja part. 3. casu 8. §. *Nor.* Vazquez tomo de *Pœnitentia*, quæstione 93. art. 1. dub. 4. num. 8. Reginald. lib. 1. numero 61. Egidius de *Sacramentis*, disput. 8. dub. 2. num. 17. Bonacina disput. 5. quæst. 7. punct. 1. num. 10. fin. Sancius in summ. lib. 2. cap. 13. num. 6. Zambran. de *casibus in articulo mortis*, cap. 4. dub. 4. numero 3. Sotus in 4. distinct. 18. quæst. 4. artic. 4. in princip. prædictus Suar. tom. 5. disput. 22. sect. 1. num. 62. Hugol. de *censur.* tab. 1. cap. 4. §. 5. numero 2. Bartholomæus à Ledesma, dub. 23. de *confessione*, col. 5. Valent. tom. 4. disput. 7. quæst. 10. punct. 2. col. 6. Molin. tom. 4. de *iustit.* disput. 63. num. 1. referens, sic declarasse Gregor. XII. Azor tomo 1. lib. 8. cap. 19. quæst. 5. Vivald. in penult. edit. 1. part. vbi de *absolutione*, num. 63. Rutil. Benzoni tract. de fuga, lib. 1. disput. 1. quæst. 6. immediatè ante 2. conclus. Rosell. Armill. Syluest. Couarr. Simanc. Cordub. Catechis. Pij V. Graff. addition. ad consil. & Nauart. relati à Zambrano vbi supra, censente oppositum esse improbabile. At ego maximè probabile esse arbitror, præsertim si pœnitens non petat absolui à simplici Sacerdote; vel si incepta iam confessione superueniat confessarius approbatus vel superior, qui reuerentis, vt optimè Henriquez lib. 6. cap. 11. num. 6. & 8. non enim astringitur bis eadem crimina aperire: quòd idem docet dicto lib. 6. cap. 11. num. 1. Sancius in summ. lib. 2. cap. 13. num. 15. & Zambran. cap. 4. dub. 5. num. 4. quamuis cessante iurisdictione adueniente approbato, dicat esse probabile; sicut Ledesma 1. parte summæ vbi de *pœnitent.* cap. 12. post 5. conclusionem fol. 539. ait esse satis probabile, licentiam ad tempus concessam expirare transacto tempore etiam post inceptam confessionem: à quo discedo. Sed obiter sciendum, quòd si contingat simplicem sacerdotem iudicare infirmum esse in extremis dum incipitur confessio, & postea ante absolutionem ita in melius abiisse quòd extra periculum esse iudicetur, adhuc tenebitur illum absoluerè, quia sufficit confessionem inceptam fuisse in periculo præsumpto, sicut diximus licentiam ad tempus non expirare incepta iam confessione, aliàs ægrotanti graue onus iniungeretur, videlicet bis crimina confitendi.

Item cum probabiliter arbitrentur aliqui, quos refert, & sequitur Henriquez libro 6. capite 9. numero 3. in textu, & in comment. lit. S. T. V. posse Clericum primæ tonsuræ, deficiente Sacerdote, absoluerè ab excommunicatione constitutum in articulo mortis, valida erit absolutio: imò & deficiente Clerico censet Sancius in summ. libro 2. cap. 13. num. 13. valere absolutionem à laico impensam, & illam teneri impertitri, eo quòd multi graues Doctores relati à Suario tomo 5. disput. 7. sect. 7. numero 4. dicant, tunc id posse laicum. Quòd idem docet Antoninus 3. parte, titulo 17. cap. 4. casu 7. Ledesm. 2. part. 4. quæst. 26. artic. 1. versic. *Sed habetis*. Antonius Ragucius in Lucerna Parochiorum de *absolutione*, quæstio 124. folio 337. Valerus de differentiis inter vtrumque

P p forum,

forum, verb. *Absolutio*, num. 16. differentia 13. & probabilem reputat Layman 1. tom. tract. 5. part. 2. cap. 6. num. 2. Margarit. Confess. fol. 139. Barthol. à Ledesma de *Sacrament.* vbi, de *excommunicatione*, dubio 4. & id esse probabile docet Auila de *cenfur.* 2. parte, cap. 7. disputatione 1. dubio 3. concedi enim tunc potestatem laico ad absolvendum à Summo Pontifice, est arbitrarium: cum sciens talem versari opinionem non contradicat, & aliàs sit maximè vtile illa vti, vt defunctus in loco sacro possit sepeliri, & pro eo sacrificia offerri. (Absolvere tamen minimè posse laicum censet Garcia 2. tomo de *beneficijs*, part. 12. cap. 5. num. 355.) Quo sit præpositum in religione de *Ju de Dios*, qui clericus non est, posse absolvere & ligare censuris. Nam est clericus non sit, est tamen persona ecclesiastica, videlicet religiosus, cui confetti iurisdictionem eo ipso quòd à Summo Pontifice constitutus est superior, est arbitrarium, aliàs gubernari neutiquam posset rectè religiosorum conuentus. Et melioris conditionis fuissent ipsi religiosi, quàm ceteri fideles, cum ab Ordinario à cuius iurisdictione sunt exempti, excommunicari non valerent, nec etiam à suo Prælato.

8. Similiter cum versetur opinio varietas, an proprius Parochus sit ad assistendum matrimonio validè, qui quamvis proprius Parochus contrahentis sit, assistit tamen in alterius non sibi subditi Parochia, vt refert Sanchez lib. 3. de *matrimon.* disput. 19. num. 10. & sequitur Hurtado disput. 5. difficult. 5. num. 22. validum putandum iri, sequitur ex dictis, siue in propria contrahentis Parochia assistat, siue in aliena. Quamvis iam esse certum ad valorem matrimonij debere assistere Parochum illius Parochia, vbi celebratur matrimonium, docet Basilius de Leon lib. 5. de *matrimon.* cap. 16. numero 4. adducens pro hac sententia tres Cardinalium declarationes & Navarr. capite 25. numero 144. Lopez 1. parte, instruct. capite 86. §. *Præterea*, & 2. parte, de *matrimonio*, cap. 39. Saleed. prax. cap. 73. versic. 14. in noua editione. Rodriguez 1. parte, summ. cap. 218. num. 5. Henriquez lib. 11. cap. 3. numero 2. Vnde Basilius retractat oppositam opinionem quam in libro de *impedimentis*, docuerat. Deinde cum diuersa iudicia Doctorum dimicent, an solus metus reuerentialis patris, aut aliorum, quibus est debita reuerentia, sufficit ad annullare matrimonium, quando cum illo metu minæ, aut verbera non coniunguntur, vt refert prædictus Sanchez lib. 4. disputatione 6. deducitur posse haberi pro valido, aut inualido, iuxta opinionum varietatem. Denique cum varient Doctores, an dubitans de emissionem voti, illo teneatur, vel non, tanquam irritum & nullo, vel an emissum à filio, patre suo extremè indigente, sit irritum, quòd verum esse censet, vel tantùm suspendatur, vsque dum cessauerit necessitas parentum, sequitur posse illa vota iudicari vt irrita, & nulla: & sic de aliis innumeris exemplis.

9. Ex dictis ergo deducitur prima sententia, videlicet, quòd quoties in Sacramentis diuersæ opiniones versantur, illorum scilicet, quæ à Summo Pontifice determinantur, vt in matrimonio, quòd sic & non aliter celebratum valeat, & in Pœnitentiæ Sacramento, circa iurisdictionem Sacerdotum ad audiendas confessiones, nullatenus peccabit quis quamlibet opinionem sequens, cum in quacumque iurisdictione detur, & matri-

monium valideret, nec culpabili periculo irritandi Sacramentum se minister exponat. Hanc expressè docet Suarez 4. tom. in 3. part. disput. 26. sectione 6. à numero 6. dicens id probabile esse. Lessius lib. 2. cap. 29. dub. 8. num. 68. Sancius in summ. lib. 1. cap. 9. num. 35. Henriquez lib. 5. cap. 14. numero 3. addens, minus potentem non esse opinionem sapientium, quàm vulgi errorem ad conferendam iurisdictionem. Quod idem docet Garcia 1. tom. de *benefic.* 5. part. cap. 4. num. 305. & vt diximus numero 3. ob communem vulgi errorem seu potius bonam fidem iurisdictioni conceditur. Vnde docent hanc opinionem auctores adducti illo numero 3. à versu, *Sic in operante ex opinione probabili Doctorum.* Dixi aduertenter, seu potius bonam fidem: nam in rigore loquendo, error qui essentialiter defectus est, dignus non est aliquo favore: vnde quando error inuincibilis est, potius bona fides debet appellari, quàm error. Et aduertendum, ex hac opinione sequi, non solum non peccaturum audientem confessionem in aliena diocesi absque noua approbatione Ordinarij talis diocesis, supposito quòd illud probabiliter iudicet posse fieri, verùm aliquando contra consilium agere ea opinione non vtendo, nempe si non adesset alius qui auscultaret confessiones, specialiter in die magni Iubilæi.

### *Authoris iudicium.*

10. **P**er principia extrinseca ductus, hoc est, ob auctoritatem Doctorum quos retuli numero 1. 2. & 3. censeo, confessarium approbatum ab vno Ordinario, & alibi confessiones excipientem, non peccare contra Religionem seu reuerentiam debitam Sacramento. Quia, vt diximus numero 1. irreuerentia non committitur aduersus Sacramentum, quando minister se illud validè perficere arbitratur probabiliter. Vnde si hoc sensu metuat, ea vti opinione, ne Sacramentum irritum fiat, hoc est, ne irreuerentia contra ipsum committatur, immeritò timebit, cum tantorum Doctorum auctoritate à peccato contra Religionem excusetur. Si verò pertimescat tali vti opinione, ne est irreuerentia non irrogetur Sacramento, irrogetur tamen damnum suscipienti, eò quòd ab irritum Sacramento effectus gratiæ provenire non possit, iuste & merito refugere poterit confessarius hac vti opinione: vnde illa vtens in scio pœnitente contra charitatem delinquet, vt amplius explicabimus numero 13. & contra iustitiam, vt numero 14. ¶ Dixi per principia extrinseca ductus, nam intrinsecis nixus, hoc est ratione, sacrilegium fieri arbitror quoties in administratione Sacramentorum via certa pro dubia absque causa commutatur: quòd conuincitur argumento facto numero 1. §. *Et quidem.* Vnde tam confessarius quàm pœnitens constricti erunt certam sententiam amplectari, & opinionem deserere, cum vt diximus disputatione 8. num. 6. ad efficiendum validum sacramentum æquè concurrant confessarius & pœnitens. Quapropter reor per principia intrinseca peccare pœnitentem adducentem ad confessionem attritionem cognitam & non putatam contritionem, cum certam sententiam deserat & eligat opinionem. At cum plures arbitrentur in materia sacramentorum posse opinionem eligi, relicta sententia certa, principiis extrin-

extrinsecis nixus, pœnitentem tunc non peccare arbitror. Nec prudenter agit qui viam certam ad aliquid operandum deserit, & absque causa dubiam seu incertam eligit. Salas 1.2. tomo 1. disputatione vnica, sectione 10. numero 97. Et quamuis verisimile sit, Summum Pontificem conferre iurisdictionem vtenti opinione probabili, id tamen certum non est, cum viri maximè sapientes oppositum censeant, in sui auxilium adducentes Cardinalium declarationes, quas refert Garcia 1. tomo de beneficijs, part. 5. cap. 8. numero 87. & 132. & illam docent ipse Garcia ibi, Gutier. quæst. Canon. lib. 1. cap. 17. Cerola in praxi pœnitentiæ, cap. 16. quæstio 3. Sorbo in compendio mendicantium, verb. Absolutio, in resolutionibus absolutio-num, pagina 61. Rodriguez in explicatione Bullæ Cruciatæ, §. 9. numero 5. Veja in responsione casuum conscientie, parte 4. casu 20. Egidius de Sacramentis, tomo 2. disput. 8. numero 51. Vazquez tom. de pœnitent. quæstione 93. artic. 3. dub. 4. numero 1. & 3. Qui ideo aduertenter dixisse Concilium sessione 23. cap. 15. ait, approbationem habendam esse ab Episcopis, & non dixit ab Episcopo, quasi necessaria sit cuiuscumque Episcopi approbatio. At hoc efficaciter non mouet ad sententiam hanc sustinendam, quia ideo Episcopus dixit, quia quilibet seorsum suæ Abatensis, siue alius, Toletanus scilicet, approbationem possit dare.

Nec ex tacita illa permissione opinionis conferatur iurisdictione, cum valde distet permitti aliquid fieri, seu velle illud non impedire, vt Sanchez lib. 9. de matrimonio, disput. 40. num. 10. vel approbare illud.

Vnde quamuis rati habitio de præsentis æquiualeat licentiæ expressæ, vt probauimus num. 2. non tamen æquiualeat permissio. Quod verò huius opinionis solum detur permissio & non rati habitio, ex eo patet, quòd rati habitio est circa actum ex quo prouenit utilitas consentienti & tacenti. Vnde illa regula Qui tacet, consentire videtur, solum habet verum in proficuis, non in nociuis, vt explicat Sanchez de matrimonio, lib. 1. disputat. 5. num. 5. plures adducens: at permissio fertur circa ea quæ potius nocent permittenti, quàm faueant. Quòd igitur approbatus ab vno Ordinario vbi que excipiat confessiones, potius nocet Episcoporum iurisdictioni quàm proficit, & consequenter contrariatur illud menti Pontificis qui fauere iurisdictioni illorum intendit. Et quamuis extensiuè sit fauorabilius Episcopo, quòd à se approbatus vbi que possit eligi in confessarium; tamen ex incommodo, quod oritur, quòd videlicet approbatus ab alio Episcopo se ingerat ad excipiendas confessiones absque sui approbatione, illa extensio iurisdictionis potius nociua est, quàm utilis.

Nec propterea in detrimentum animarum permittitur opinio. Tum quia, nec confessarius, nec pœnitens ea vtens delinquit contra reuerentiam debitam Sacramento. Nec præsumit Summus Pontifex confessarium illa vtentem non certiore efficere pœnitentem de defectu opinionis, quem si despiciat, illi contra charitatem non inferat iniuriam, vt dicimus num. 13. Et opus non esse exterminare talem opinionem, merito cogitare potest Summus Pastor, cum Episcoporum curæ incumbat efficere, ne confessarij ab alijs Ordinarijs approbati confessiones auscultent in

Sanchez Selecta.

suis dicecesibus. Et estò ex communi errore conferatur iurisdictione, ita certò, ac si expressis verbis esset collata, id euenit, quia expressè lege Barbarium, ff. de officio Prætoris, ita sancitum est: at quòd ex probabili opinione conferatur, nullo iure est decretum. Et quamuis in errore & opinione par procedat ratio, in voluntate superioris situm est, errori fauere & non opinioni. Præterquam quòd longè vrgentior ratio reperitur ad conferendam iurisdictionem habenti titulum confessarij ex errore communi, quàm ex opinione probabili, vt docet Salas 1.2. tomo 1. disputatione vnica, sectione 27. numero 286. (Quamuis ratio ab ipso adducta non satis discrimen conuincere videatur.) Ratio ergo efficax est. Nam habens errorem, nulla via illum vincere potest: vnde æquum non esset pœnitentem quasi punire, auferendo iurisdictionem à confessario, vt inde irritè ministraretur Sacramentum, & pœnitens fructu gratiæ priuaretur, & quòd opus esset illi omnia mortalia tempore erroris confessa, iterum confiteri: at pœnitens habens opinionem, quòd approbatus ab vno ordinario, vbi que potest confessiones auscultare, poterit, si velit confessarium quætere qui indubiè habeat iurisdictionem, quòd si nolit, sibi imputet, quòd inualidè confessio fiat.

Vnde optimè aduertunt Feder. conf. 112. Francisc. Niconitius in Republ. rubricæ ff. de noui operis nuntiatione, numero 224. Mascard. & Caieran. relati à Garcia 1. tomo de beneficijs, part. 5. cap. 4. numero 304. tunc errorem confettere iurisdictionem, quando est circa factum, non quando error versatur circa ius: quando aliquis ergo Sacramentum ministrat ex opinione probabili cum periculo irritandi illud, si foris à parte rei vera non sit opinio, ex errore iuris procedit, non facti. At cum ipse pœnitens nitatur opinione probabili censente validam reddi confessionem, excusabitur ab iteranda confessione eorum peccatorum, quæ confessa fuere confessario approbato ab alieno Ordinario, sicut excusatur à confessione circumstantiarum notabiliter aggravantium ille qui probabiliter arbitratur illas non esse necessariam materiam confessionis, quod esse verum putauimus disputatione 11. numero 6. Vnde quamuis in re circumstantiæ notabiliter aggravantes materia sint necessaria, & id sciat Deus & intulit Christus, non ob id contrarij opinioni fidens, & illas confessioni non subdens, irritam reddet confessionem. Nam solum opus est Sacramentorum valori materias proximas & formas eorum in re adhibere, non tamen remotas; peccata autem esse materiam remotam Sacramenti pœnitentiæ absque controversia est. Et idem est, si probabiliter iudicet confessionem informem non esse iterandam, vt bene docet Vazquez 1. tom. 1. 2. disput. 63. num. 13. excusabitur namque ab illa iteranda, & sequens confessio valida erit, si cætera adsint requisita.

Sed dices, ex tante opinione probabili docente propter aliquod factum, vel facti omissionem non incurri excommunicationem (aut aliam censuram) de facto non incurritur, & ob id diximus disput. 26. num. 18. pueros ante annos pubertatis non incurtere pœnas à iure impositas nõ implentibus confessionis & communionis annuæ præcepta, nec excommunicationem, quando ea fuerit lata in aliquibus dicecesibus, eo quòd opinio fa-

is probabilis censetur ante illam aetatem ius nolle illos censuris ligari: cum ergo hic nolit Summus Pontifex eos ligari, & licet in re imposta fuisset censura, ab ea absoluit Pontifex propter animarum bonum: itidem propter eandem utilitatem, imò maiorem concedet Summus Pastor confessariis ex opinione probabili excipientibus confessiones iurisdictionem. ¶ Non tamen obstat obiectio. Nam in iure expressè cautum est, quòd quoties in iure ipso expressis verbis non intimatur censura, ipsa non incurritur. Unde cum videntur Doctores, num ante pubertatis tempus capaces pueri sint ex iuris ordinatione censuratum ligamentis, affirmantibus quibusdam, & contradicentibus aliis: sit manifestum in iure expressum non esse eam incurri. Quapropter etsi à parte rei verum sit illam impositam esse pueris, ipsa tamen non incurritur ab operantibus iuxta oppositam opinionem, quia id ita sancitum est iure. Et multò minus incurritur, quando ignorantia censuræ lae interuenit, vt bene docet Sanchez lib. 9. de matrimonio, disput. 32. num. 21. at quòd iurisdictione conferatur absoluentibus iuxta opinionem probabilem, nunquam stabilitum esse per ius inuenimus. Præterea cum ad incurrendam excommunicationem contumacia & inobedientia requiratur, & etiam ad alias censuras quæ sunt delictorum poena, fiet eas nunquam incurri posse ab operante sine culpa: operatur autem sine illa qui iuxta probabilem opinionem actum exercet, vt dicimus disputatione 48. numero 32. nunquam tamen dabitur iurisdictione aliàs non habenti, quantumcumque iuxta opinionem probabilem absoluat: solum enim probatur excusandum iri à peccato.

Præterea non ita certum est, ac ab authoribus allegatis numero 2. supponitur, communem errorem conferre iurisdictionem in spectantibus ad forum conscientie vt in absolutione Sacramentali, &c. Docent namque illam esse inuolidam glossa in capite *Dudum*, el. 2. de *electione*, verb. *Decepta*, Ioan. Andr. ibi numero 42. Ancharanus numero 12. Imola numero 12. vers. in *ea glossa*, in fine, & magis inclinatur in hanc Baldus ibi, numero 18. Et hinc opinioni fauere aliquos referunt citato nomine Paludanus in 4. distinctione 17. questione 6. artic. 2. numero 21. Huiusmodi autem sententia confirmatur declarationibus Cardinalium quæ adducuntur à Farinacio super Concil. sessione 23. capite 15. de reformat. Nam cum dubitatum esset, num poenitens confessus coram Sacerdote, non examinato nec approbato, ignorans defectum, vel non sciens approbationem requiri, valida esset confessio, ita fuit responsum: *Congregatio Concilij censuit, nullam censeri confessionem, tametsi confitens quorundam Deum excusatio censetur: ubi tamen resuscuerint, reiterandam esse confessionem.* Et huius tenoris affert alteram declarationem. Posset tamen aliquis respondere, prædictas declarationes non loqui in casu communis erroris, sed quando aliquis confessarius sine se approbationem esse consequutum respectu vnus vel alterius poenitentis. Solet etiam adduci ad huiusmodi sententiam confirmandam caput illud, *Dudum*, vbi dicitur. *In multarum animarum dispensata parochiales Ecclesie retinebat, cum earum cura qua iam priuatus erat ipso iure, ad eum nullatenus pertineret, & sic per ipsum eadem anima damnabiliter sunt decepta.* At ex hoc capite minimè

probatur intentum, solum enim conuincitur Sacerdotem absoluentem, ex parte sua decessisse animas, & quia decipiendo illas, peccabat, ideo dicitur, damnabiliter decessisse: non tamen conuincitur inualidas fuisse confessiones coram illo deceptore factas, vt aduertit Sanchez lib. 3. de matrimonio, disputatione 22. numero 14. Vel dicendum, quòd in casu illius capitis communis error non interueniebat, quia tamen aliqui ignorabant impedimentum, ad confitendum coram illo abibant, & hi decipiebantur. Quod magis explicatum est, quam à Sanch. fuerit dictum, vt intuenti parebit, operibus credite.

Sed valde norandum, confessarium arbitratem approbatum se ab vno ordinario, non posse eligi in aliena diocesi absque noua approbatione, non potest cogi à poenitente oppositam opinionem habente ad ipsius excipiendam confessionem. Nam estò communis doctrina affirmet, confessarium restrictum esse sequi opinionem poenitentis, vt diximus disputatione 33. numero 54. vbi quàm plures Doctores regulimus, id tamen verum non est, quando defectus ob quem non impenditur absolutio, tantum se tenet ex parte ministri, & non ex parte poenitentis, vt in hoc casu euenit, vt docet Basil. de Leon lib. 4. de matrimonio, cap. 15. numero 8. Ob id namque non absoluit, quia putat se habere defectum iurisdictionis; non quia existimet poenitentem indignum esse absolutionis beneficio. Et in hoc nullam iniuriam irrogat poenitenti, sed potius sibi, cum nolit vti opinione qua alij vtuntur. Omitto, confessarium tunc teneri opinionem amplecti poenitentis, quando incepta iam confessione inuenit oppositas esse opiniones inter se, & poenitentem consentem absoluentem esse vel non, vel aliquod esse peccatum vel minus, non autem ante inceptam confessionem. Tunc enim esset obligare confessarium ad audiendam confessionem poenitentis potius, quàm ad se conformandum in confessione illius opinioni. Quod sanè contingeret in nostro casu, si teneretur confessarius approbatus ab vno ordinario alicuius diocesis, excipere confessiones vbique.

Ex quo similiter deducitur, restrictum non esse confessarium sententem Bullæ Cruciatæ privilegium non prodesse regularibus ad effectum eligendi confessarium, confessionem excipere regularis oppositam sententiam amplectentem, cum defectus ob quem non auscultatur confessio, siue non impenditur absolutio, tantum se teneat ex parte ministri. Condecens tamen erit, vt ante auscultationem peccatorum, moneat confessarius Regularem, non se conformandum fore oppositæ opinioni, ne iniuriam itroget Regulati, ipsius crimina cognoscens & absolutionem non impertiens.

Ex dictis conuincitur etiam in Sacramentis quorum valor, aut irritatio à solo Christo, & non à Pontifice pender, ob conferendam iurisdictionem, aut solemnitate contractui iniungendam, non peccaturum contra Religionem sequentem opinionem probabilem relicta sententia certa. Quod esse verum arbitror principiis extrinsecis ductus, vt dixi numero 10. Et quidem contra Religionem non delinquere libenter fatentur Vazquez 1. 2. disputatione 63. cap. 2. & 3. & 2. tomo. in 3. parte, disputatione 146. cap. 4. numero 16. Salon 2. 2. questione 63. artic. 4. controuers. 2. ad tertiam.

tertium, Saytus Clavi Regia, lib. 1. cap. 7. numero 4. & ait, esse valde probabile Salas 1. 2. quæstione 2. tractatu 8. disputatione vnica, sectione 10. numero 96. Sanchez in summa, lib. 1. cap. 9. numero 33. Basilius de Leon lib. 4. de matrimonio, cap. 25. numero 9. Villalobos tractatu 1. difficult. 13. numero 2. Anton. Perez in Laurea Salmant. certam. 10. cap. 12. numero 62. Granada 1. 2. tractat. 12. disput. 4. sect. 4. numero 35. eo quod sic ministrans nullo culpabili periculo irritandi Sacramentum se exponat. Quia quandiu quis sequitur opinionem probabilem, prudenter putat illum conuenientem ministrandi modum esse, & nulli se contrauenire præcepto, nec irritari Sacramentum. Sicut enim credens probabiliter aliquid non esse contra præceptum Diuinum, & ob id illud agens minimè irrogat iniuriam præcepto, ita nec Sacramento. Et quamuis sit periculum irritandi Sacramentum in re & effectu frustrandi, non ob id committitur moralis irreuerentia contra Sacramentum, cum minister prudenter iudicet à se irritum non fieri. Et quamuis Sacramentum habeat ius quoddam validè ministretur, illi iuri sit factis, dum ministratur iuxta probabilem opinionem, iuxta quam inculpabiliter arbitratur minister, validè à se perfici Sacramentum; Nec tenetur semper operans, cum euidencia operari, vt bene aduertit Vazquez 1. 2. tom. 1. disputatione 63. numero 5. Quid autem dicendum sit de non soluente moneram valorem citra opinionem habentem, dicemus postea, num. 13. vbi hoc magis dilucidabitur.

12. Sed tamen contra charitatem delinquere perficientem Sacramentum iuxta probabilem opinionem, relicta sententia certa, etiam minimè dubito (an verò peccet contra iustitiam infra dicemus.) Nam sic ministrans exponit se periculo irritandi Sacramentum, & consequenter inferendi damnum illud suscipienti, cum ex irrito Sacramento gratia non causetur, & si Baptismus ministraretur inualidè, inhabile reddet subiectum ad cætera sacramenta validè suscipienda. Et quidem contra charitatem delinquere iuxta opinionem minùs probabilem operantem relicta via certa qua validè perficitur Sacramentum, docent omnes DD. allegati numero 11. Casu tamen quòd minaretur ministranti mors, aut aliud notabile damnum, nisi relicta sententia certa, iuxta probabilem perficeretur Sacramentum, non teneretur minister iuxta indubitam sententiam operari, vt docet Anton. Perez in laurea Salmantina, certam. 10. cap. 12. & 13. vt tetulimus supra. Quia cum proprio dispendio vitæ non constringitur quis securiorem pro alio opinionem sequi. Quod limitandum nisi in contemptum Sacramentorum mors minaretur, tunc enim esset cooperari contemptui, quod intrinsecè malum est, vt dicemus disputatione 54. num. 26. & diximus disp. 33. num. 6. & latius disp. 51. n. 2.

At obijcies ministrantem Sacramenta ex opinione minùs probabili relicta sententia certa, verbi gratia, forma hæc in Baptismo vtentem: *Baptizo te in nomine Genitoris, & Geniti, & Procedentis ab utroque*, nec etiam peccaturum contra charitatem in ordine ad baptizatum. Nam cum ipse probabiliter putet validè ministrare se Sacramentum, iudicat quoque validè illud conferre. Si igitur iuxta suam conscientiam minister arbitretur verum Sacramentum Baptismi se con-

tulisse, iniuriam nullam irrogabit baptizato, iterum illum non baptizans; nec præcepto charitatis contrarius erit, sed tantum consilio dictanti fauendum esse proximo, etiam in illis, ad quos quis non est ex præcepto constrictus, dum id possit commodè, & interueniat aliunde maxima utilitas proximi subueniendi. Imò quamuis interueniat extrema necessitas à parte rei, subuenire non obligabitur, dum operans, extremam non esse probabiliter iudicet. Sicut iudicans aliquis ex opinione probabili patientem nuditatem non constitui in extrema necessitate, deobligabitur ab elargiendo elemosynam, quamuis reuera necessitas extrema sit à parte rei. Et quemadmodum fas est sequi opinionem probabilem, ne aliquid restituatur, cum periculum est, an res illa sit aliena, nec periculum damni inferendi vero domino non inducit præceptum iustitiæ, nec charitatis, quòd restitutio tunc fiat: eodem modo licebit sequi opinionem probabilem in materia Sacramentorum, non obstante periculo inferendi damnum illa suscipienti. Et hanc sententiam tueri aliquos recentiores, docet Vazquez 1. 2. tom. 1. disputatione 63. cap. 1. num. 3. non distinguens inter obligationem Religionis, vel charitatis, quam planè docet Medina 1. 2. quæstione 19. articulo 6. §. *Ceterum*. Cenedo in practica. quæstione 8. numero 23. Et saltem posse ministrum vri illa forma, *In nomine Genitoris & Geniti, &c.* si Tyrannus minaretur mortem, nisi ea vteretur, docet Anton. Perez in Laurea Salmant. certam. 10. cap. 12. & 13. quia cum proprio dispendio vitæ non constringitur quis securiorem pro alio opinionem sequi. Quod etiam docet Suarez tom. de penitent. disputatione 26. sectione 6. in fine. Salas 1. 2. tom. 1. disputatione vnica, sectione 27. num. 285. Vnde libentiùs consentire deberet quis peccatum ministrum contra religionem, & exinde contra charitatem, sequentem opinionem minùs probabilem, relicta sententia certa & iura in materia Sacramentorum; quam fateri crimen non committi in Religionem, bene tamen in charitatem. Vt bene aduertit Arboleda in practica Sacrament. nota 13. fol. 330. vbi ait, quòd si quis asserat ex opinione probabili excusari ministrum ab irroganda iniuria Sacramento, fateri quoque erit alitrius, nec proximo contra charitatem illaturum

13. At hæc obiectio licet aliquando mihi adeo difficilis visa fuerit, quòd per multum tempus fuerim arbitratus ea intentum planè conuinci: huiusmodi tamen rem cum viro maximè docto è Societate I E S V conferens, oppositum posse tutari & defendi in gratiam Doctorum consentium non delinqui contra Religionem, planè quoque comperi. Cum enim Deo damnum nullum accrescat, nec Sacramento, quòd irritum fiat à parte rei, ex eo quòd minister se validè illud perficere cogiter probabiliter, expers culpæ est, Deus namque & Sacramentum, nihil aliud exquirat à ministro præter id quod dum Sacramentum perficit, inculpabiliter procedat; quòd autem à parte rei validè fiat, vel non, non Deo qui nostris non indiget, nec Sacramento quod res inanimata est, aliquid emanat emolumentum, vt diximus: at quòd irritum fiat, vel non, Sacramentum, suscipienti prouenit maximum damnum, vel commodum. Quapropter ministrans illud iuxta opinionem, relicta sententia certa seu via qua validè

posset perficere, cognoscit se ex eo posse damnari suspicienti Sacramentum inferre, quod vitare tenemur ex charitate saltem quoties ex vitatione, magna nobis iactura in vita, vel in bonis non exoritur, vt supra diximus. Ex quo fit peccare contra iustitiam soluendum debitum certo contractum in moneta, quæ extra controuersiam non sit valoris, cum aliàs eligat debitor voluntariè periculum non soluendi, quod reuera debet, & exinde inferèdi damnus suo proximo. Per quod manet solum argumentum factum, n. 1.

Sed obiciès, crimen commissuram contra charitatem excipientem confessiones cum approbatione vnius tantum Ordinarij. Nam ex eo exponit se periculo non habendi iurisdictionem, & consequenter inualidè ministrandi, cum relinquat sententiam certam & absque controuersia, quòd videlicet iurisdictionem habet confessarius quando approbationem est adeptus ab Ordinario loci vbi ministratur Sacramentum, & ministrat ex opinione cui subesse potest falsum.

Fareor ingenuè obiectionis intentum. Peccatum videlicet contra charitatem confessarium expedientem confessiones ad se approbatione ab alio Ordinario quàm loci in quo ministratur Sacramentum. (Imò & contra iustitiam, vt infra dicemus.) Nam si fidelis sciret confessarium certam omnino non habere iurisdictionem, & exinde periculo non suscipiendi verum Sacramentum subesse, alium quæreret poenitentiarium, apud quem citra controuersiam iurdictio hæret. Administrare ergo cum huiusmodi defectu, de quo poenitens non mouetur, erit cum in re graui decipere. Vnde si certior effectus de opinione poenitentis confessioni se, vellet adhuc subire, nequaquam delinquet confessarius contra charitatem, cum tunc poenitens cedat iuri suo, & scienti & volenti nulla fiat iniuria, ex regula iuris in 6. Quapropter absolvens regularem eligentem confessarium virtute Bullæ Cruciatæ, quia posse illud facere cogit probabiliter: non peccat contra religionem vt iam probauimus num. 1. & 10. Nec contra charitatem, eo quòd ipsemet regulatis se iuxta illam opinionem absolui petat. Similiter nec delinquit absolvens poenitentem habentem attritionem cognitam, quia tunc irritandi Sacramentum defectum tantum se tenet ex parte poenitentis quem defectum supplere potuit, & noluit, vt aduertit Vazquez 1. 2. tom. 1. disput. 63. num. 12. Et idem erit dicendum si poenitens perat se absolui ab inferiore de illis peccatis quæ sub opinione iacet an sint reserua vel non; tunc enim si solum reseruata confiteatur, & à parte rei reseruata sint, irrita fiet confessio; semper tamen consilium erit aliqua non reseruata simul fateri, vt Sacramentum fructuosè fiat; obiterque aduertendum maximè erit; sacerdotem habentem mortale, & volentem celebrare, non tamen inuenientem confessarium qui sit à proprio Ordinario approbatus, non confictum fore sua crimina aperire approbato in aliena diocesi. Quia tunc merito arbitratur copiam confessarij deficere, nec tenetur quis: aliorum opinionem sequi, propria deserta, & multo minùs in materia sacramentorum vbi sacrilegij periculum euenire poterit. Quapropter deserendus Cornejo 1. 2. tom. disput. 4. tractat. 8. dub. 2. in fine, dicens dubio confessario præmittendam fore confessionem, quando deficit certus.

Ex his inferitur accipientem stipendium iustum pro sacrificio celebrando ad instantiam alicuius, & applicantem illud pro multis, peccatum contra iustitiam. Nam cum extra controuersiam existat, sacrificium applicatum vni prodesse illi totaliter, an verò valoris sit eiusdem applicatum pro multis, sit apud Doctores controuersum, affirmantibus aliquibus quos refert Suarez tom. de Eucharistia, disp. 79. sect. 12. & Vazquez tom. de Eucharistia, disput. 231. cap. 2. quos ipse sequitur, negantibus aliis qui etiam referunt à prædicto Suarez & Vazquez supra, quos Suar. imitatur: iniuria fiet elargiendi elemosynam, si minister eligat solum probabilem & quæ à parte rei forte falsa poterit existere. Si namque expresso contractu exhibens stipendium pro celebratione diceret: *Hoc tibi do sub conditione quòd mihi solum sacrificium applies, & non utaris opposita opinione*; tunc sanè ex iustitia intercedere obligationem applicandi Missam elemosynam eroganti tantum, vniuersi fatebuntur: at idem vinculum incurritur ex tacito contractu erogandi videlicet stipendium vt pro se Missa offeratur: eadem ergo interueniet obligatio offerèdi Missam tantum pro elemosynam exhibente. Quod expressè docuisse Vazquez tom. de Eucharistia, disputat. 231. num. 27. & 40. post hæc scripta inueni, qui quamuis sustineat sacrificium oblatum pro pluribus, tantum prodesse ac applicatum pro vno, ratione incertitudinis opinionis, inquit interuenire obligationem applicandi illud totaliter eroganti stipendium pro celebratione, quod etiam docet Cord. lib. 1. quæst. 3. in quæst. principali, opinio 5. post conclus. 4. §. *Secundò sequitur*. Vnde opinio Vazquez censentis prodesse tantum sacrificium applicatum pro pluribus ac pro vno, solum habebit locum in casu quo stipendium pro celebratione non esset à Sacerdote acceptum.

Inferitur deinde quòd estò probabilis esset opinio quæ asserit posse parochum conferre facultatem simpliciter sacerdoti auscultandi confessiones suorum parochianorum absque Ordinarij approbatione (quod an probabilitatem contineat, dicemus, disput. 48. num. 51.) peccatum contra charitatem parochum illam facultatem præstantem & sacerdotem illa vtendum, cum exponat se periculo irritè ministrandi Sacramentum, & exinde inferendi graue damnus parochianis, quando ipsi insciji de defectu opinionis ad confessionem accederent iuxta superius dicta, dum omittatur certa via acquirendi iurisdictionem videlicet ab Ordinario loci vbi ministratur Sacramentum poenitentia, & via incerta cui falsum, subesse potest, præligatur.

Rursus cum certa sit sententia attritionem putatam contritionem esse dispositionem necessariam Sacramento poenitentia, adeo vt nullus doctorum dubitet quòd si hæc habeatur, ex hac parte fructuosè fiet confessio: sit verò controuersia an sufficiat attritio cognita; sit peccatum contra propriam charitatem existentem in extremis, non curantem contritionem habere, quæ etiam in re attritio sit, putetur tamen contritio. Ne se exponat periculo gratiam non suscipiendi, & incurrendi exinde æternam damnationem. Curare autem in illo articulo gratiam nancisci præcepto charitatis obligamur, illam autem habere aliis temporibus speciali præcepto non constringimur. Nam sicut non obligamur proximo subuenire

subuenire nisi in extrema necessitate constituto, pariter nec constingimur nobis consulere, nisi extreme indigentibus, Sic Zambran. *de casibus in articulo mortis*, cap. 4. num. 4. dub. 1. Suarez *de Eucharistia*, quæst. 65. art. 4. disput. 16. sect. 3. §. Sed obiciunt, & tom. *de panisem*, sect. 4. num. 19. Sanchez in summ. lib. 1. cap. 9. num. 34. in fine, & ait esse probabile Lessius *de iustitia*, lib. 3. cap. 1. dub. 4. num. 34. Granado 1. 2. tract. 12. disput. 4. sect. 4. num. 35. & 37.

Dices sequi ex dictis habentem opinionem, aliquid esse restituendum Petro, constrictum fore restitutionem facere, quantumvis oppositam opinionem censcat esse probabilem. Nam cum certa sententia sit ex non facta restitutione damnnum irrogari Petro, & ex alia opinione iudicante non esse restituendum, solum probabiliter habeatur damnnum non auferti cum nulli fiat nocumentum quodd ei non solvatur, quod probabiliter non est debitum; at hoc falsum est, aliàs destrueretur ius opinionum in rebus moralibus: ergo ne in hoc concedendum incidamus, satius erit negare teneri ministrum Sacramentum perficere iuxta sententiam certam, relicta opinione probabili.

Respondet Vazquez 1. 2. tomo 1. disputat. 63. num. 34. (in simili de Doctore consulente restitutionem fieri iuxta suam opinionem probabilem) & Granado 1. 2. tractat. 12. disput. 4. sect. 4. num. 34. non magis constrictum esse debitorem prospicere bono Petri quam proprio; unde licet si non restituatur, exponat se periculo inferendi damnnum Petro, restituens tamen exponat se periculo nocumentum sibi irrogandi vel pauperibus, si forte opinio censeret rem esse illis restituendam, aut alteri personæ, quoties autem ex sectatione sententiæ certæ ex qua prouenit commodum alicui, siue vitatur damnnum, æquale vel prope simile detrimentum operanti iuxta illam sententiam certam prouenit, vel alij tertiæ personæ, nulla aderit obligatio ex charitate amplexandi sententiam certam, relicta opinione probabili, eo quod cum notabili dispendio nostro, aliorum bono prospicere non cogamur ex charitate, vt diximus num. 12.

At licet prædicta doctrina vera sit, facilius potest obiectioni satisfieri. Dicimus ergo quod licet ex non facta restitutione nocumentum inferatur Petro siue, vt loquar verius, emolumentum ei non obuenerit, nunquam tamen certum fuit quantitatem esse debitam illi, sed solum probabiliter ex opinione videlicet esse debitam iudicante, quando ergo ius proximi dubium est, hoc est sub opinione existens, certam & extra controuersiam subuentionem exigere non potest, aliàs repperet ultra sibi debitum: at proximus ius habet certum vt Sacramenta illi conferantur. Soluere ergo (vt loquar ita) hoc ius certum cum iure dubio, hoc est cum administratione Sacramenti sub opinione existenti an valida sit vel non, contra charitatem erit.

14. Imò erit contra iustitiam si parochus ministret Sacramenta ex opinione probabili, relicta sententia certa valoris Sacramenti. Quia parochiani non tantum habent ius ex iustitia quod eis ministrentur Sacramenta, quæ si ministrentur ex opinione probabili, illi iuri sit satisfactum: sed etiam habent ius, vt certa via ministrentur, & absque periculo aliquo irritationis Sacramenti, ob idque

diximus supra peccatum contra iustitiam accipientem stipendium pro celebratione Missæ, & applicantem fructum etiam aliis, & delinquere quoque contra iustitiam debitum cerro contractum soluentem in moneta quæ solum probabiliter habet valorem.

Nec solum parochus qui ex officio tenetur ministrare Sacramenta, delinquet aduersus iustitiam: verum & quicumque alius minister. Nam estò ex iustitia ministrare non teneatur, supposito tamen quod ministrat, certa via tenetur ministrare, ex pacto videlicet tacito interueniente inter suscipientem Sacramentum, & ministrantem, quod scilicet certa sententia ministrandi vitatur, vel si nolit, suscipienti Sacramentum, defectum opinionis explicet, vt possit si placeat, alium ministrum quærere: vel sibi imputer defectum incertæ administrationis. Sicut confessarius mercenarius non tenetur ex iustitia confessiones auscultare, supposito tamen quod illas excipit, constrictus est ex iustitia dignum absolueret. Et quamuis non impediens damnnum proximo, quando ex iustitia obstat non est constrictus, in charitatem solam delinquit: at inferens positiuè nocumentum in iustitiam lædere nemini in dubium fuit verum, ministrans verò via incerta sacramentum, quantum in se est, damnnum irritationis inferre est notum, si forte opinio qua vitatur ministrando, à parte rei falsitati subiciatur.

Vnde contra iustitiam ibi simplex Sacerdos absolvens extremam vitam egentem p. zsen & Sacerdote approbato, quantumvis iudicet id probabiliter posse fieri iuxta dicta num. 7. Quia non sequitur certam viam ministrandi. Et quidem peccare mortaliter docet Zambran. *de casibus in articulo mortis*, cap. 4. dub. 4. num. 11.

Fic quoque aduersus iustitiam crimen commissurum parochum excipientem in aliena dicecesi confessiones absque noua approbatione. Nam cum controuertatur, num id possit fieri vel non, iuxta dicenda num. 28. periculo se exponit irritandi Sacramentum.

Peccabit item contra charitatem & iustitiam approbatus ab Episcopo, qui sine licentia parochi confessiones parochianorum non habentium bullam excipit, cum sub opinione iaceat an tunc valeat confessio vel non, iuxta dicenda numero 29. & 30. & consequenter periculo irritandi Sacramentum se exponat, quæ omnia intelligenda sunt quando de defectu opinionis confessarius certiores non faceret pœnitentes iuxta iam sæpe dicta.

Delinquet deinde contra charitatem & iustitiam absolvens à referuatis ex opinione probabili iuxta dicta num. 4. relicta via certa qua acquiratur iurisdicctio.

Idem criminis erit obnoxius contra dictas virtutes, qui absoluerit ex opinione probabili, quod videlicet priuilegium semel acquisitum ad absoluendum non sit reuocatum, iuxta dicta numero 4. Cum periculo irritandi Sacramentum se exponat.

Necnon culpæ contra charitatem & iustitiam subditus erit Parochus, qui sui parochiani assistit matrimonio in aliena parochia. Quia vt diximus numero 8. sub opinione iacet, an validum sit, vel non, & consequenter nefas erit exponere se periculo defraudandi contrahentes gratia sacramentali. Er idem dicendum, si assistat matrimonio

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

contracto per metum reuertentialem, etiam absque minis, vt illo num. 8. diximus.

22. Similiter contra charitatem & iustitiam peccabit regularis audiens confessiones & reuens examinari à successore Episcopo. Quia id sub opinione est, imò vt dicemus disputatione 48. numero 16. non esse probabilem illam sententiam iudicamus.

23. Idem peccabit qui solum approbatus pro certo loco, aut pro certis personis, alibi & aliorum exciperet confessiones. Cum controuersum sit, num illud fieri possit, Cuius partem negatiuam tuctur Garcia 1. tom. de beneficijs, part. 5. cap. 8. num. 87. quandoquidem exponat se periculo irritandi Sacramentum.

24. Sed valde notandum, quòd in prædictis casibus non peccabit contra charitatem, nec iustitiam minister absolvens, dum pœnitens aliquod veniale simul cum mortalibus fateatur. Quia cum simplex Sacerdos ad venialium absolutionem indubiè habeat iurisdictionem, absolvens gratiam causabit, & sic pœnitenti nulla irrogabitur iniuria. Quod notauit Suarez tomo de pœnitentijs, disput. 26. sect. 6. num. 8. Sanchez in summa, lib. 1. cap. 9. num. 35. Quamuis patri Salas 1. 2. tom. 1. disput. vnica, sect. 10. num. 101. & sect. 17. num. 186. & 287. nec etiam hæc via tuta videatur, eo quòd adhuc non esse certum, quòd simplex Sacerdos possit absolvere à venialibus, dicat: sed tamen hoc iam sub dubio non cadit, sed solum sub scrupulo, vt deducitur ex cap. *Omnis vtriusque sexus*, de pœnitentijs, & remissio.

25. Displicet tamen quòd censet prædictus Salas 1. 2. tom. 1. disput. vnica, sect. 17. numero 184. videlicet teneri Sacerdotem, quando celebrare esset constrictus & non adesset alius confessarius qui indubitatam haberet iurisdictionem, confiteri coram Sacerdote de quo dubitatur propriè iurisdictione carere, quia videlicet dubitatur, an priuilegium sibi concessum ad excipiendas confessiones fuerit validum, vel quia dubitatur, an morte concedentis iurisdictionem, expiret ipsa iurisdictione, & dubitatur, an mortuus fuerit. Ex quo fateri quoque à fortiori est constrictus teneri fateri coram approbato in aliena diocesi, quando alius confessarius non adesset qui indubitatam haberet iurisdictionem. Displicet inquam hoc. Nam tunc confessarius ille in opinione celebrantis iurisdictione caret, & dum conetur ad contritionem, poterit celebrare, sicut ille qui non habet copiam confessarij. Imò et si iudicet confessionem validè fieri, confiteri ante celebrationem non tenebitur, quia fas est cuique propriam deserere opinionem & aliorum sequi, vt diximus disputatione 41. num. 7. & in dicto casu non est tutius confiteri, in quo aliqui decepti sunt, sed magis tutum est ad contritionem habendam conari. Et à fortiori non tenebitur fateri, quando dubium proprium interueniret de iurisdictione confessarij. Quia multò minor certitudo moralis valoris Sacramenti reperitur dum dubitatur de iurisdictione, quam dum opinio intercedit: nam opinio rationibus probabilibus nititur, dubium verò ab illis abstracti & suspensus manet intellectus circa rei veritatem. Et in hoc casu quando interuenit dubium propriè, non adesse obligationem confitendi ante celebrationem fateri Suarez tomo de pœnitentijs, disput. 26. sect. 6. num. 4. quia propter illam absolutionem

dubiam non liberabitur Sacerdos ab obligatione conandi ad contritionem. Nec illa confessione satisfaceret præcepto annuæ confessionis.

Verum estò contra Religionem non delinquatur, vt diximus num. 11. nec contra charitatem delinqueretur, sequendo in materia Sacramentorum opinionem minus tutam; semper tamen iam crimen committeret contra consuetudinem Ecclesie, quasi lege præcipientem tutius esse semper agendum; in cuiusque operatione nullum periculum, nec etiam inculpabile irritandi Sacramentum contingere possit. Docent Sancius lib. 3. de Matrim. disput. 10. num. 4. & in sum. lib. 1. cap. 9. num. 33. Vazquez 1. 2. tomo 1. disput. 63. cap. 2. num. 1. Suar. 3. parte, tomo 3. disput. 6. sect. 2. & disput. 45. sect. 1. fin. & disput. 60. sect. 1. fin. Salon. tomo 1. 2. 2. quæst. 63. art. 4. controuers. 2. ad 3. Salas 1. 2. tract. 8. disput. vnica sect. 5. numero 56. Montel. 1. 2. disp. 29. quæst. 5. num. 232. bene aduertens, vix iam posse adesse dubium in proposito, quia si quis seruet vsum & consuetudinem Ecclesie, in administratione Sacramentorum, conuenienter operatur in tali administratione: solum posset producere difficultas, quando non esset per consuetudinem & vsum Ecclesie determinata opinio quam debemus sequi in administratione Sacramentorum, tam ex parte materiz, quam formæ, causa non urgente ad contrariam opinionem sequendam, vt dicemus numero 12. & neminem posse contrauenire est manifestum. Nam periculum huiusmodi reperiri potest ob defectum debite materiz sacramentalis non apposita, vt si in tripha consecraretur, vel amilio; vel ob defectum formæ, vt si omnia verba consecrationis calicis modo consuetudo non proferrentur; vel ob defectum subiecti recipientis Sacramentum, vt si minima pars corporis aqua baptismi ablueretur; vel ob defectum intentionis ministri vt si quis data opera vellet non habere intentionem formalem consueiendi Sacramentum, sed tantum virtuale. Qui igitur minus tutam materiam, vel formam, vel intentionem apponere eligeret, aut minus tutam partem corporis aqua Spiritus sancti perfunderet, contra consuetudinem præscriptam Ecclesie delinqueret, præcipientis, verbi gratia, in consecratione calicis omnia verba profecti, & non tantum illa: *Hic est calix sanguinis mei*; & quod in Baptismo hæc forma proferatur: *Baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, & non illa: *In nomine Genitoris, & Geniti, & Precedentis ab utroque*. Tunc qui censeret illis verbis: *Hic est calix sanguinis mei*, consecrationem fieri quamuis non peccaret contra naturam Sacramenti, hoc est contra illius validationem, cum probabiliter arbitretur validè consecrari; delinqueret tamen contra præceptum extrinsecum Ecclesie, siue præscriptam consuetudinem. Et si vteretur illa forma, *Baptizo te in nomine Genitoris, & Geniti, & Precedentis ab utroque*, inde delinqueret contra licitum vsum, & ab Episcopis puniretur, non tamen contra validationem. Item consuetudo vim legis retinens inualuit baptizandi sub conditione illum, cuius pes vel manus esset abluta, imò cuius pectus, & scapula, vt docete D. Thom. videtur 3. parte quæstion. 68. art. 11. & alij. Quamuis Vazquez tom. 2. in 3. part. disp. 145. cap. 4. numero 27. & quæstion. 68. art. 11. & Suarez 3. tom. in 3. parte disputat. 10. sect. 2.

sect. 2. in medio, Celaya in 4. distinct. 6. quæst. 3. fol. 30. Sorus in 4. distinct. 3. quæst. vnica, artic. 7. in 3. argument. non esse rebaptizandum putent. Vnde censere debent ad hoc agendum consuetudinem non existere. Et reuera D. Thom. non assertiue loquitur sed ex aliorum mente, quam aliorum iudicid remittere indicat. Sed adhuc Vazquez & Suarez non sequor, quatenus inquit, rebaptizandum non esse illum sub conditione. Nam cum ex non rebaptizatione baptizati in peccatore, vel in scapulis damnus euenire possit baptizato, si forte illa sententia in re non sit vera, ideo ex charitate & iustitia in parochio, aderit obligatio sub conditione rebaptizare, iuxta dicta numero 13. & 14. Docent D. Anton. 3. part. tit. 14. cap. 13. §. 1. col. 2. Petrus de Soto lect. 1. de baptismo, §. de susceptione, Holcoch in 4. quæst. 1. art. 4. Matfil. in 4. quæst. 4. artic. 4. dub. 6. Dutand. in 4. distinct. 6. quæst. 1. artic. 1. in fine. Palud. in 4. quæst. 1. artic. 1. conclus. 2. Syluest. verb. *Baptismus*, 4. quæst. 1. numero 2. fine, ibi Armilla numero 38. Victor. in summ. de baptismo, quæstione 311. Zambranus de casib. in articulo mortis, cap. 1. dub. 1. numero 5.

Notandum tamen fore etiam scelus contra Religionem, forma consueta ab Ecclesia non vti, aut materia, ed quodd tale præceptum, vel consuetudo Ecclesie circa materiam religiosam, tanquam circa obiectum veretur, non tamen erit contra religionem intrinsecam, & quasi naturalem Sacramento: ed quodd vtens opinione probabili, conuenientem modum ministrandi Sacramentum adhibeat, vt diximus num. 1. & 10. Quod notauit Salas 1. 2. tractat. 8. disput. vnica, sect. 2. numero 97. Non tamen Ecclesia libertatem eligendi opiniones in materia sacramentorum tollit, causa vigente, ob id diximus supra nom. 12. posse ministrum baptismi ob virandam mortem vti forma illa, *Baptizo te in nomine Genitoris, & Genis, & Præcedentis ab vtroque.*

27.

Quando igitur aliquis iudicauerit, probabilem esse opinionem censentem approbatum ab vno Episcopo posse vbique excipere confessiones, & ea vti velit, iniuste punietur ab Episcopo à quo non est approbatus, propterea quod in diœcesi eius audiat confessiones. Cum enim probatum sit huic confertis iurisdictionem à Summo Pontifice, Episcopi licentia non eget; iniquumque erit puniri actum virtuosum, iuxta opinionem probabilem elicitum, ob id Vazquez, Molina, Bañez numero 38. adducendi dissentiant posse Regem ex opinione probabili bellum inferre alteri Regi ex opinione probabili regnum possidenti. Quia iniquum ipsi debellare esse actum iustitiæ punitiue, puniri autem neminem posse, dum ex probabili operatur opinione, vt etiam dicemus disputat. 48. num. 52. sed non semper debellare esse actum punitiue iustitiæ, dictis locis dicemus. Vnde à Sanchez in summ. lib. 1. cap. 12. num. 38. discedo, quatenus ait excusari Episcopos punientes peregrinos, qui legibus oppidi per quod transeunt, non subduntur, ex eo quod Episcopi opinionem probabilem sequantur. Nec scio quam ratione Henriquez lib. 7. cap. 12. numero 4. in Commento, lit. O. in fine, prædictam sequens opinionem, dicat, temperatè vtendum ea esse, vbi Episcopi ægrè ferrent; aut multi ex sapientibus contradicerent, communi scandalo exorto, cum scandalum passuum esset, sumptum iniuste & Sanchez Selecta.

non datum. Et multò minus punire confessarium esset fas, si constaret illum de defectu opinionis monuisse penitentes, tunc enim nequaquam contra charitatem nec iustitiam delinquit iuxta dicta numero 13. & 14. Quia res quæ culpa carent, in damnum vocari non debent, cap. 2. de const. Nec sine culpa quisquam puniendus est ex regula iuris in 6. sine culpa nisi subis causa, non est aliquis puniendus, vbi glossa plura adducit exempla: causam autem ad puniendum confessarium non videtur adesse, vt latius explicabitur disput. 48. à num. 52.

28.

Et minus æquum esset parochos puniri, ed quod in aliena diœcesi confessiones auscultent; nam parochi iure ipso idonei reputantur sine alia Episcopi cuiuscumque approbatione. Sic enim in Concilio vt duo diuersa, vnde aliquis censetur idoneus, ponunt, alterum habere parochiale beneficium; alterum approbatum esse ab Episcopis. Qui igitur habuerit beneficium, approbatione ab Episcopis non indigebit; vnde eligi poterit in confessarium vbique, ab habente priuilegium, & à non habente: dum tamen in hoc casu non habentis priuilegium parochus proprius consentiat. Docet Suarez tom. de penitent. disput. 28. sect. 4. num. 18. Ludouicus de San Ioan in summ. 1. part. tractat. de penitent. quæst. 6. art. 2. difficult. 13. fol. 452. Vazquez tom. de penitent. quæstione 93. art. 3. dub. 5. numero 2. Ochagau. de Sacrament. tractat. 2. quæstione 40. num. 3. Vivald. 1. parte de Confess. num. 28. Arboled. in practic. Sacrament. notab. 3. litera B. fol. 37. dicens, hoc absque dubio verum esse: in quo decipitur, cum Congregationem Cardinalium contrarium respondisse referat Garcia 1. tom. de benefic. 5. parte, cap. 8. num. 87. & prædictus Suarez quam ipse non amittit laram fuisse, ed quodd diligentia maxima exquisierit, & nequaquam inuenerit; si tamen edita fuisset, responderet, suam sententiam subiciendam esse censuræ Congregationis. Quamdiu autem de illa nobis clariùs non constiterit (ait ipse) à sententia quam veram existimamus, recedere non possumus. Hæc ille. Et multò minus licet parochum punire, si de defectu opinionis certioraret penitentes, iuxta dicta numero præcedenti. Et quamuis Episcopus oppositam habeat opinionem, iuxta quam dicat ipse commisisse crimen confessarium excipientem confessiones absque sui approbatione, adhuc mortale erit, grauius illum punire confessarium. Nam delictum non debet iudicari esse tale iuxta opinionem punientis, sed iuxta conscientiam delinquentis, at conscientia operans ex opinione probabili, nequaquam peccatrix est, & consequenter nec pena digna. Quod confirmare videtur Sanchez de statu religioso, lib. 6. cap. 15. num. 42. dum ait, integrum esse Generalibus, & Visitatoribus abstinere à punitione Prælatorum regularium, qui licentiam egressus concessere monialibus ratione morbi periculosi, licet non contagiosi, iuxta sententiam Nauarr. commento 4. de regularib. numero 49. & 50. quia tanti viri auctoritate innixi iustam excusationis causam habuerit: idem docet Rodriguez tom. 1. quæst. regular. quæst. 49. art. 3. in fine; punire autem illum qui sui facti iustam excusationem habet, intrinsecè malum est. Sed estò affirmemus approbatum in vna diœcesi non posse excipere confessiones in alia absque noua approbatione, id opus non est vt vnus Sacerdos

perdos eligat confessarium, sed poterit eligere eum ubicumque fuerit approbatus. Quod ex consuetudine ante Tridentinum, & postea non sublata constat videntibus & consentientibus Episcopis. Idque meritò fit, ne Sacerdotes ex defectu copie confessariorum omitterent celebrare. Vea part. 4. casu 5. Viuald. de confess. numero 28. conclus. 4. Nauarr. de poenitent. cap. Placuit, dist. 6. num. 43.

29. Deinde notandum, approbatum ab Episcopo ad excipiendas confessiones, non posse illas auscultare à non habentibus Bullam, vel aliud privilegium absque proprii parochi licentia, docere aliquos. Nam communiter licentia traduntur huiusmodi confessariis absque præiudicio parochorum, hoc est quòd nullus possit confessiones parochianorum eorum admittere non habentium privilegium eligendi confessarium. Et ablatium absolutum conditionem importare, Doctoribus axiomata est, ex l. à testatore, ff. de conditio. & demonstratio. de promptu, cuius meminit Madera in animadversionibus iuris civilis, cap. 15. fol. 105. Sanchez lib. 8. de matrim. disput. 16. num. 11. Unde examen, & approbatio Episcopi ad hoc tantum deseruit (nisi aliud explicetur) ut ille Sacerdos idoneus sit, cui committi possit iurisdictionis materia à quocunque proprio Sacerdote: non verò ut actu habeat iurisdictionis materiam coram diocesim: sic Vazq. tom. de poenit. q. 91. art. 3. n. 4. Viuald. de Confess. n. 28. concl. 4. ubi solum id admittit respectu Sacerdotum ex consuetudine, siue potius ex tolerantia Episcoporum rationabiliter inducta. Cum enim Sacerdotes quotidie celebrent, teneanturque præmittere confessionem peccati mortalis ante celebrationem copia confessarij existente, permittum est illis quemlibet approbatum eligere etiam absque Bulla & parochi licentia, ut faciliè confessarium reperientes præceptum adimpleant. Seculares verò non posse eligere confessarios absque Bulla, & sine parochorum licentia, clarè innuit Viualdus, & docet Lopez 2. tom. parte 2. cap. 8. de Bulla fol. 81. Non enim credendum est, his confessariis ampliorum committi iurisdictionem, quàm parochiale beneficium habentibus, qui indigent licentia noua proprii Sacerdotis ad audiendas extra propriam parochiam confessiones, ut docet Vazq. supra.

30. At non egere licentia parochorum confessarios ab Episcopo approbatos ad excipiendas confessiones non habentium Bullam, opinor, & putat probabilius Bonacina de Sacramentis, disput. 5. quæst. 7. punct. 4. §. 1. num. 18. Antonius Raguicius in lucerna parochorum de absolutione, quæsto 118. fol. 333. eò quòd Sacerdos approbatus, per illum loquendi modum, scilicet absque præiudicio parochorum, tantum fit certior de modo quem debet saltem ex æquitate seruare, etiamsi non admoneretur ab Episcopo. Nec licentia concessa redditur proprie conditionata: nam ablatius absolutus non semper importat conditionem ad aliquid validè agendum, sed aliquando connotat modum ad aliquid licitè, vel ex æquitate præstandum. Omitto præsumi voluntatem parochorum concedendum facultatem suis parochianis Bullam non habentibus, eligendi quemlibet confessarium ex approbato ab Ordinario: sicut præsumitur ad recipiendam Eucharistiam à quolibet Sacerdote quòd fieri videntes tacent, & non contradicunt: & in excipiendis confes-

nibus multò minus, cum ex eo parochorum onus alleuetur.

At cum dixerimus supra num. 14. simplicem Sacerdotem absoluentem extremam vitam agentem in præsentia Sacerdotis approbati, peccare contra iustitiam. Et dixerimus delinquere quoque parochum auscultantem confessiones extra suam diocesim absque uoua approbatione. Et affirmauerimus itidem, peccare approbatum ab Episcopo ad audiendas confessiones, excipientem illas absque licentia parochi. Cum ergo hæc censuerimus, rogabit meritò quis, ad quid deseruierit asseruisse nos, probabiles esse opiniones quæ in dictis casibus censent validas fieri confessiones? Deseruit tamen ad hoc quòd illi utens opinionibus contra religionem non delinquit, licet peccet contra iustitiam: imò si certior factus sit poenitens à confessario de defectu opinionis, nec etiam contra iustitiam aduersarius erit, iuxta dicta num. 13. & 14. At quòd in prædictis casibus non committitur peccatum contra religionem, solum iudicamus esse verum per principia extrinseca iuxta dicta num. 10. & 11.

31. Notare valdè oportet in materia Sacramentorum dupliciter versari opiniones probabiles. Primò circa efficientiam eorum: ut si quis sibi opinionem habeat quòd utendo forma, aut materia non consueta ab Ecclesia validè fiat Sacramentum, ut in baptismo, *In nomine Genitoris, & Geniti, & Procedentis ab utroque*. Aut in consecratione in amilio, vel herodeo. Secundò circa non efficientiam, ut si quis opinionem habeat, per nutus & signa neminem posse absolui. Hactenus diximus quid posset fieri, vel non, ab habente opinionem probabilem circa efficientiam Sacramentorum, modò agendum est quid liceat habenti opinionem probabilem circa non efficientiam. Et quidem consequenter ad dicta reor, habentem sibi opinionem probabilem, quòd per nutus & signa nullus possit absolui, & oppositum arbitraretur falsum, teneti adhuc absolutum impertiri (ad non impendendam construngi docet Basil. de Leon lib. 4. de matrim. cap. 25. cum. 8. quem non sequor, quia nemo obligatur aliorum opinionem sequi.) Nam cum possit poenitens saluari, si à parte rei fortè esset validum Sacramentum, licet existimet confessarios probabiliter facilegius committi ob irritationem, huic periculo tenebitur se exponere ob poenitentis salutem, ut dicemus num. 35. At talis ministrando contra propriam conscientiam practicam non delinqueret tunc, & constructus est suam deponere sententiam, cum ex depositione nullum nocuum documentum minister Sacramenti patitur, ex non depositione verò maximum detrimentum proximo posset euenire. Quoties namque aliquis perplexus est inter duo præcepta simul occurrentia, strictius erit adimplendum iuxta dicta disput. 41. num. 27. at magis obligat charitas, quàm religio, ut dicemus num. 35. Et æquum erit aliquem obligari contra suam propriam opinionem operari ob commodum alterius. Utendo namque opinione probabili, tunc confessarius iure suo non vitur, & iniuriam irrogat poenitenti, non absolvens, & culpa ipsius oritur tunc illi nocuum documentum damnationis. Et licet non teneatur iudex damnans ad mortem innocentem, probarum nocentem iuxta processum, suam opinionem deserere, & aliorum uti, docentium licitum non esse innocentem, quan

quantumvis conuictum nocentem, damnare, tunc non esse obligatum sequi opinionem in fauorem innocentis erit arbitrandum, ne oriatur scandalum Reipublicæ, exiltimantis iustitiam non obferuari: quod maius malum est, quam innocentem punire.

32.

Et saltem sub conditione absolvere atbitror teneri: nam sic absolvens periculo irritandi Sacramentum non se exponit, & aliàs fortè proderit pœnitenti: Zambranus de casibus in art. mortis, cap. 1. num. 4. loquens in simili de baptismo ministrando sub conditione, quando est opinio probabilis quod non voluerit, quamvis opposita probabilis censetur validum fuisse. Nec obstat, quòd semper existimet confessarius, inane quid esse absolutionem impedire siue absolute, siue sub conditione & ad inane quid agendum non erit obligandus. Nam simul cognoscit oppositam esse opinionem quæ à parte rei vera poterit esse. E contra verò opinionem oppositam sequens, posse videlicet per signa absolvi pœnitentem, non tenebitur sub conditione absolvere. Nam ille qui agens aliquam actionem iudicat se non delinquere, absolute potest illam exercere, nec opus erit conditionem addere, dicendo saltem menta- liter, hoc intendo agere, si non pecco, non tamen intendo illud agere, si pecco. Imò hoc sic concipere, & nihilominus illud agere ridiculosum est, quia si reuera illud exequitur operans, vbi posset interuenire peccatum, friuolum erit dicere, se illud agere sine intentione peccandi. Vnde quando communiter inquirunt Theologi ministrandum esse Sacramentum sub conditione quando dubitatur de valore Sacramenti, id intelligendum est in dubio proprie, non in opinionibus. Quod optime confirmat caput De quibus, de Baptismo, vbi decernitur rebaptizandum esse illum sub conditione, de quo dubitatur, an sit baptizatus. Et iuxta formam traditam in dicto capite intelligendum est caput, Si nulla, distinct. 4. de consecrat. & distinct. 1. cap. Solemnitates, & capite Ecclesia, vel Altaria, distinct. 68.

33.

Nec obstat, teneri confessarium habentem opinionem, attritionem cognitam non sufficere ad Sacramentum Pœnitentiæ, absolvere pœnitentem accedentem tantum cum attritione cognita, purantem ex opinione probabili id sufficere. Nam in hoc casu denegans absolutionem, denegaret digno; nam dignus est, & peccatum non committit taliter accedens. At negando absolutionem exhibenti tantum signa doloris, non interrogat iniuriam pœnitenti; cum non ideo deneger, quia iudicet cum indignum seu peccatorem, sed quia incapacem Sacramenti, non præbentem sufficientem materiam, etiam sine culpa. Non inquam obstat hoc, quia cum à parte rei possint fortè signa pœnitentiæ esse materia Sacramenti, contra charitatem ager confessarius, si nolit absolvere; & si Parochus sit, delinquet contra iustitiam. Dum autem dicimus constrictum ita confessarium absolvere pœnitentem habentem attritionem cognitam, id solum intelligendum est, dum in extremis non sit cognitus. Nam tunc nec contra religionem delinquit, vt diximus numero 10. nec contra charitatem propriam, cum sibi nec non sit quis obstrictus consulerentis in extremis constituto, vt diximus numero 11. §. Rursus.

34.

Vnde quamuis Sorus in 4. distinct. 18. quæst. 2. Sanchez Selecta.

art. 5. Canus 1. parte relect. de Pœnitentiæ, fol. 118. §. At inharando Ecclesiastico vsui Lopez 1. parte, cap. 18. Medina in summ. 2. parte, cap. 8. fol. 169. & cap. 19. regula 6. Pedraza cap. 7. fol. 152. Maior in 4. distinct. 14. Grassis lib. 1. decisionum, cap. 36. num. 15. 1. parte, Angl. 1. parte, de confess. art. 2. difficult. 10. fol. 160. Abulens. supra cap. 16. Matth. quæst. 76. Ledesma 2. part. 4. quæst. 9. art. 5. dub. 2. Nauarr. in summ. cap. 26. num. 27. & 28. Chapiuile de casibus referuatis, cap. 10. quæst. 1. difficult. 3. fol. 73. Pedraza in summ. cap. 7. in fine, hanc opinionem reputans probabilioem: asserant, consuetum per signa, & natus non posse absolui.

Arbitror horum tantæ authoritatis Doctorum opinionem probabilem non esse practicè. Quamuis enim ipsis concedamus suam opinionem apparentibus magis niti rationibus & nostram minus, adhuc debilibus rationibus nostræ sententiæ fauentibus volunt & decernunt Pontifices hac nostra fore vtendum. (Et hoc est esse hanc sententiam practicè certam, & non solum esse practicè probabilioem.) Est enim ferè definitum id in Concilio Carthaginensi 4. cap. 79. & refertur, cap. Is qui pœnitent. 26. quæst. 6. & in Arascano primo, cap. 12. in 1. tom. Concil. & refertur capite Qui recedunt, 26. quæst. 6. Et idem dicitur Leo 1. in Epistola 86. aut secundum alios Codices 91. ad Theodor. & refertur in capite Hæ qui in tempore necessitatis, 26. quæst. 6. & alia decreta, quæ à Vazquio referuntur tomo de pœnitent. quæst. 91. art. 2. dub. 1. num. 4. & 5. asserente verissimam esse hanc sententiam, & 1. 2. disput. 62. cap. 7. num. 40. censente, illam esse à sacris Canonibus definitam. Eamque docet Paulus V. in rituali Romano rubrica de confessione, fol. 572. Et posse absolui pœnitentem solum signa doloris valentem ostendere, docent D. Antonin. in summ. quæ appellatur Desuenerunt, in 3. parte Interrogatorij, capite de infirmis, 17. in principio, & 3. parte, tit. 10. cap. 2. Syluester verb. Confessor, 3. quæst. 15. Angel. verb. Confessor, 4. num. 8. Medin. Cod. de confession. quæst. de absolutione ab obliuio, fol. 99. Cordub. lib. 5. de indulgent. quæst. 39. Suarez tomo de pœnitent. disput. 23. sect. 1. §. De eo qui confessionem petit. Qui quamuis remittat se id latius egisse anterioribus disputationibus non inuenitur iam, eo quòd disput. 20. sect. 4. expuncta sit, vbi de confessione per litteras agebatur. Salas 1. 2. tract. 8. disputatione vnica, sect. 5. num. 56. docet Tolet. in summ. lib. 3. cap. 8. num. 2. fin. allegans Sacerdotale Roman. cap. 1. De infirmis, Valent. tomo 4. disputatione 7. quæst. 11. §. 1. & 2. Bellarmin. lib. 2. de pœnitent. cap. 7. fin. Zambranus de casibus in articulo mortis occurrentibus, cap. 4. dub. 2. Sancius lib. 2. de matrimon. disput. 36. num. 8. Pefant. in addit. ad 3. part. de integritate confess. quæst. 10. disput. 11. Pittigin. 2. parte, disput. 17. quæstione vnica, art. 8. conclus. 4. Benavente in summ. quæstione 199. Maldonat. in summa de Sacrament. tractatu de pœnitent. capite De integritate confess. §. De casibus occurrentibus contra integritatem confessionis: quod idem docet in alia summa parua dicto tractatu, & verb. Hostiens. De pœnitent. & remiss. §. Quando sit confitendum, fin. Sa verb. absolutio, num. 10. Reginald. prax. lib. 8. cap. 3. num. 28. Antonius Ragucius in lucerna Parochorum de absolutione, quæstio 97. fol. 307. adducens Gregorium Capuzinum in manuali de

*pœnitentia*, quem non vidi, Ioan. de Burgo in summ. quæ appellatur *pupilla* 4. parte, cap. 7. Henriquez lib. 5. cap. 2. §. 7. & lib. 4. cap. 9. fin. Pennam, Mantium, Ambros. de Salazar & Sancium referens, & lib. 6. cap. 30. §. 7. *Ægid. de Sacramento*, disput. 7. dub. 10. num. 99. Bonacin. *de Sacramento*, disput. 5. quæst. 5. num. 7. Rodriguez in explicat. Bullæ, §. 9. dub. 6. Basilius de Leon lib. 4. *de matrimonio*, cap. 25. num. 8. Montef. 1. 2. disp. 29. quæst. 5. num. 176. Ludouicus de San Ioan in summ. 1. part. tract. *de pœnitent.* quæst. 5. art. 19. fol. 443. Filiucius tomo 1. tract. 7. cap. 5. num. 120. Anton. Fernandez, *En la instrucion de confesores*, doctum. 4. num. 34. & 32. fol. 16. Nicol. de Orbellis in 4. distinct. 17. quæst. 2. §. 12. Astensis in summ. 1. parte, lib. 4. tit. 17. art. 4. quæst. 6. & tit. 16. ante finem, Coriolan. *de casib. referuat.* 1. parte, sect. 3. num. 7. fol. 294. Chapiauile *de casib. referu.* cap. 10. difficult. 3. quæst. 1. probabilem hanc reputans, quamvis oppositam probabiliorem. Rutil. Benzoni. Episcop. Laurentan. in libro quem dicantur Clemens VIII. lib. 1. *specul.* disput. 5. quæst. 5. §. vlt. Et ipse Clemens VIII. interrogatus, num moribundus in euentu quem dicimus, absolui deberet: debere respondit, adiiciens nec aliter se facturum, nec id vnquam suo vetuisse Decreto. Cuius oraculi testes auriti fuere (16. April. anno 1608.) Cardinal. Bellarminus, & illustrissimus Archiepiscopus Armacanus. Addens item, puniendum à se Parochum qui in simili euentu pœnitentem cunctaretur absolueret. Litteras præterea eius rei testes, signatæque suo chirographo tradidit Provinciali in Belgio à Societate Iesv, & doctissimo Patri Lessio Romæ tunc temporis commorantibus. Quæ omnia diligentissimè refert præfatus Ægidius tomo 1. *de Sacramento*, titulo *de pœnitent.* quæst. 7. Extantque constitutiones Synodales diœcesis Videntis in Lusitania editæ ab illustrissimo domino D. Ioanne Emanuele, in quibus ea doctrina Parochis omnibus excedenda præcipitur. Adde postremò, fidem iure optimo Patri Suario præstandam, à quo Sanctissimus dominus noster Paulus V. coram rogatus de hac opinione, quid tandem sentire deberet is, cui publice docendi munus incumberet. Respondit, licet ei pro sua pietate, atque doctrina, quæ potior videretur sententiam sequi. Idque viuz vocis oraculo Suarius ipse multis aperuit. Quibus verbis S. D. N. Paulus cohibet audaciam docentium pœnitentem non posse absolui signis tantum doloris exhibitis. Quæ omnia relata inuenies in vita dicti Patris Suarii in 1. tomo *de gratia*, nuper edito, annexa in principio. Docet item illam opinionem Zerola in prax. pœnitent. fol. 163. & in Episcopali, verb. *absolutio*, §. 3. Cornejo 1. 2. tom. 1. tract. 8. disput. 3. sine. Fagundez 2. præcept. lib. 3. cap. 2. num. 17.

Quod verò sufficiat vnus testis fides testantis infirmum signa pœnitentiæ indicasse, docet Raymond. summ. de sepul. prope principium, & dicit censere fore omnes Authores, gloss. in cap. *It qui*, 26. quæst. 6. Grassus lib. 2. consil. 5. *de homicidio*, difficult. 2. sine. De quo videndus Felin. in capite *Veniens*, el primero, num. 8. extra *de testib.* vbi concludit standum fore dicto vnus, vbi non agitur de præiudicio alterius, modò iuret. Iurare autem in nostro casu necessarium non est, quia maxime impium esset mentiri. Nec obstat, allegata iura in numero plurali dicere: *Dent testimo-*

*nium qui eum audierunt.* &c. Id enim dicunt, quia frequentius contingit plures assistere infirmis morientibus, idque causa exempli in plurali dictum est. Nec oportebit testem esse Christianum, non infidelem, aut hæreticum: de his enim præsumi non potest affirmare, quod falsum est, vt fiat Sacramentum: præsumendum tamen esset è contra, non testaturos signa pœnitentiæ esse tradita, ne ministraretur Sacramentum iuxta dicta suprâ disput. 34. num. 8. In simili sufficit vnus testis testimonium asserentis aliquem esse baptizatum, vt iterum baptizari nequeat, dummodo catholicus sit, vt bene Palud. docet in 4. distinct. 6. quæst. 4. art. 1. concl. 1. Sor. distinct. 3. quæst. vni ca art. 9. vers. *Fit.* Nauarr. in summ. c. 27. num. 246. D. Anton. 3. part. titulo 14. capite 13. §. 12. vers. *De illo*, Syluest. verb. *Baptismus*, 4. quæst. 9. num. 7. Glossa in cap. *cum itaque*, de consecrat. distinct. 4. verb. *Qui testimonio*, Zambranus *de casibus in articulo mortis*, cap. 1. dub. 5. num. 1. Henriquez lib. 2. cap. 31. num. 1. Verum adhuc in hoc euentu puto Sacramentum ministrandum sub conditione, scilicet, si verum est te signa pœnitentiæ ostendisse, absoluo te à peccatis. Et sub dicta conditione impertienda erit absolutio quando ambiguitas intercedit, num signa sint ex dolore orta, vel ex angore & angustia mortis, cum prodesse possit infirmo, & non obesse Sacramento: vitatur namque sacrilegij periculum conditione apposita. Huiusmodi verò pœnitentiæ signa sufficientia erunt, siue ex contritione vel attritione procedant, cum vterque dolor diuini sufficiat ad nanciscendam absolutionem. Immediatæque ante infirmitatem opus erit illa pœnitentiæ signa ostendere. Nam in Sacramentis materiam & formam moraliter continuari est necessarium; vt vero Eucharistia aut vinctio ministraretur, signa deuotionis etiam ante annum fuisse ostensa erit satis, imò sufficiet hominem esse baptizatum, & non esse immersum in publico peccato, quia in suscipiente Eucharistiam & vinctioem solum requiritur habitus subiecti, nec ponit fidelis materiam Sacramenti.

Et quamvis eueniat pluries infirmum confessum fuisse sua peccata, erit sanum consilium iterum atque iterum illum absolueret præstitis solum doloris signis. Imò etsi in specie possit dicere aliquod peccatum, tamen assistentes infirmo recedere non valeant, quia videlicet vulneri inflicto medentur, sat erit infirmo, dicere se peccatorem esse vt absolui possit; cum constrictus neuiquam sit coram aliis peccata sua etsi leuia manifestare.

Quod si eueniat infirmum signa dedisse doloris, nullus tamen id testetur, non ob id poterit confessarius eum absolueret sub conditione, dicendo, *te absoluo, si forte signa præstitisti*: quia confessio debet fieri confessario per pœnitentem vel interpretem, vt possit ipse absolutionem præstare; in illo autem euentu non fuit facta confessio, nec coram confessario, nec coram interprete, qui certioram reddat confessarium de confessione. Nec opus erit interpretem in præsentia infirmi iustificari de signis doloris. Cum enim interpretes coram confessario comparet, confessio sit in præsentia Sacerdotis.

Nec infirmo qui in te signa doloris exhibuit, & aliquis testetur mendaciter, se signa vidisse, proderit absolutio exhibita à Sacerdote. Non enim.

enim sit Sacramentum per interpretem falsum formaliter, quamvis materialiter dicat verum. Sicut enim proprius pœnitens si mentiretur formaliter, licet materialiter verum assereret, sacrilegium committeret confessionem irritans, pariter interpres, qui loco pœnitentis penitus subrogatur.

Aduertendum maximè, quòd licet opinio negans posse per nuntus & signa pœnitentem in extremis constitutum absolui, ne videlicet irritum fiat Sacramentum, sit in fauorem Sacramenti; & opinio affirmans posse absolui sit in fauorem suscipientis, ex dictis duabus opinionibus semper eligenda est illa quæ fauet pœnitenti, cum Sacramenta instituta sint vt medicinæ suscipientium: vnde Sacramentum iuri suo cedit, vt ita dicam, & periculo irritationis exponi non ægrè fert, eo quòd salus spiritalis proximi magis tuta relinquatur suscepto Sacramento, quam si illud non ministraretur: & vbi violatio charitatis imminet, aut Religionis, charitas amplectenda est, & hæc violaretur, non administrando Sacramentum infirmo indigenti: ex administratione verò solùm violaretur Religio. Docet Montef. 1. 2. disput. 29. quæst. 5. num. 245. Suarez de Eucharistia, disputatione 69. sect. 2. Hurtado de Sacramentis, disput. 3. difficultate 9. & alij citati disput. 8. numero 11. §. senserunt.

Qualiter autem confessarius sit constructus opinioni probabili pœnitentis annuere, & iuxta illam absolutionis beneficium impendere, diximus disputatione 33. numero 54. vbi plures Doctores congregimus maxima cura conquisitos. Imò vt bene aduertit Valent. 2. 2. disputatione 5. quæstione 7. puncto 4. fine, quamuis sustineat ipse non posse aliquem aliorum opinionem sequi, quam putat esse falsam de quo egimus disputatione 41. numero 7. adhuc admittit confessarium teneri absolue pœnitentem qui sequitur opinionem probabilem: & tunc ait Valentia non esse dicendum confessarium sequi opinionem pœnitentis contra propriam, sed solùm permittere opinionem pœnitentis locum tunc habere: quod idem docet Sanchez in summ. lib. 1. cap. 9. numero 30. At hoc de nomine quæstionem conicitate potius erit quàm de re. Nam quid aliud est permittere pœnitentis opinionem pro tunc victricem esse & confessarij victam, quàm confessarium pro tunc opinionem pœnitentis sequi per principia extrinseca, quamuis per intrinseca semper perseueret iudicium, dictans illud non fore agendum? Vnde quando non pauci Doctores quos adducit Garcia tomo 2. de benefic. parte 11. cap. 5. §. 4. numero 360. quos ipse sequitur, asserunt, non posse aliquem contra suam opinionem, operari, non fuisse loquutos arbitror in conferenda, vel neganda absolutione pœnitenti ducto probabili opinione, sed tantùm in opinionibus, quæ versantur circa alia negotia seu res.

36.

Ex dictis num. 11. 12. 13. & 14. colligitur, posse medicum vti opinione quam minùs probabilem credit quoad medicamentorum applicationem, cum iuxta suam conscientiam applicet id quod saluiferum fore probabiliter arbitrat, cum dixerimus iam illo numero 1. posse operari iuxta opinionem minùs probabilem, quoties comparatio interuenit inter opinionem & opinionem.

Docet Azor tomo 1. lib. 2. cap. 17. quæst. 11. Aragon 2. 2. quæstione 63. articulo 4. dubio penult. Salas 1. 2. quæstione 21. tractatu 8. disputatione vnica, sectione 15. numero 156. Montefin. 1. 2. disputatione 29. quæstione 5. numero 214. Quamuis contra charitatem acturum putet esse verius Sancius in summ. lib. 1. cap. 9. numero 41. & absolute illum peccatum doceant Soc. libro 3. de iustitia, quæstione 6. articulo 5. ad quartum, Salon 2. 2. quæstione 63. artic. 4. controuersia 2. ad secundum, Vazquez 1. 2. disputatione 64. cap. 4. fine, Suarez 4. tomo, in 3. parte, disputatione 26. sectione 6. numero 5. & tomo 3. disput. 21. sectione 4. fin. Quando verò medicamentum esset certum, tunc teneri medicum ex charitate & iustitia illud applicare, mihi non est dubium, quia certum pro dubio relinqui non potest, vt bene docet Sanchez supra numero 38. alios adducens, Malderus 1. 2. disput. 86. Cornejo 1. 2. tom. 1. tractat. 8. disput. 3. ante finem, sicut in administratione Sacramentorum diximus numero 1. esse fas vti opinione minùs probabili contra magis probabilem, non tamen contra sententiam certam.

Nec tacendum arbitror ad huius complementum, quid in illa quæstione, *Verum liceat per literas, seu internuntium confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente se absolutionem obtinere.* Responderit S. D. N. Clem. VIII. anno Domini 1602. in generali congregatione Sanctæ Romanæ & vniuersalis Inquisitionis. *S. D. N. auditis votis patrum theologorum, & re cum Illustriss. & Reuerend. Dominis Cardin. contra hereticam prauitatem generalibus Inquisitoribus mairis ac diligenter considerata. Hanc propositionem scilicet, licet per literas seu internuntium confessatio absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere. Ad minus vti falsam, temerariam & scandalosam damnauit, ac prohibuit, præcepitque ne deinceps ista propositio publicè primarijsque lectionibus, concionibus & congressibus doceatur, nève vnquam tanquam aliquo casu probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxim quouis modo deducatur. Quòd si quis illam docuerit, defenderit, imprimi fecerit, aut de ea etiam disputatim tractauerit (nisi forsitan impugnando) vel ad praxim directè, seu indirectè deduxerit, præter excommunicationem late sententia quam ipso facto incurrat, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgense, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ maiori Penitentiario, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice absolui, alijs etiam penis pro arbitrio infligendis subiacent.* Quam Bullam refert Quarta verbo, Confessio sacramentalis.

\* \*

**P R A X I S S E R V A N D A**  
à parochis & à cæteris ministris  
Sacramenti Baptismi pro bap-  
tizando adulto infideli in articulo  
mortis existenti. Et quænam sint  
seruanda pro adulto in phrenesi  
verso baptizando, quando ante  
phrenesi Baptismum postulauit?  
Et quid si esset publicus peccator  
ante fauorem? Et an sufficiat po-  
stulasse Baptismum aduleum, vt  
possit illo non suscepto sepeliri in  
loco sacro?

### S V M M A R I V M.

*Baptizandus est infidelis adultus in articulo mortis, si  
Baptismum postulauit, & vnicus testis licet sit  
paganus offerat petiuisse Baptismum, num. 37. 38.  
& 39.*

*Si dubitetur siue mortuus adultus, vel non, sub condi-  
tione baptizandus erit, num. 40.*

*Non est necessarium, vs baptizetur adultus in arti-  
culo mortis, ipsum esse instructum in rebus Fidei,  
num. 41.*

*Adultus incidens in furorẽ post Baptismi postu-  
lationem, si baptizari resistat, poterit ligari, nu-  
mero 42.*

*Si in publico peccato viuat adultus, & tunc postulet  
baptizari, ministrandum erit ei in Sacramentum  
Baptismi, num. 43.*

*Non debet baptizari, si post petitionem Baptismi pu-  
blico concubinatu se ingressus, & in illo statu in amen-  
tiam fuit versus, num. 44.*

*Si occultum sit peccatum, & publicè postulet ante  
amentiam Baptismum, debet baptizari, num. 45.*

*Si occultum sit peccatum, & solum coram ministro  
Baptismi postulet Baptismum, & post petitionem in  
concupiscentia perseverauerit, & in tali statu esset ab  
infirmitate, vel amentia detentus, non debet bap-  
tizari, num. 46. & 47.*

*Adulto non baptizato non est concedenda Ecclesiastica  
sepultura, quamuis Baptismum postulauerit,  
num. 48.*

*Martyri quamuis aqua non baptizato concedenda est  
Ecclesiastica sepultura, num. 49.*

37.



**E**XPLICIMVS supra qualiter  
minister se possit gerere in Sacra-  
mentorum administratione, quan-  
do opiones probabiles circum-  
ferantur, & praxim seruandam eo  
eue ntu ostendimus. Modò cum erga praxim bap-  
tizandi adulti infidelis in articulo mortis cuique  
etiam docto difficultas euenire possit, opus fuit  
veritatem huius manifestare. Vnde Parochis &  
aliis ministris huius Sacramenti praxim huiusmo-  
di scire omnino necessarium erit, tantòque plus  
erit opus huius Sacramenti ministrandi adulto  
in articulo mortis existenti notitiam consequi,  
quandò Sacramentum ministrandum est magis  
necessarium.

Si ergo contingat aduleum in extremis exi-  
stentem Baptismum petere, & dum accedit, qui  
baptizaturus sit, signa sui desiderij ostendere iam  
nequeat baptizandus, aderit ex charitate sub mor-  
tali obligatio illum baptizandi, constat ex cap.  
*Maiores*, de Baptismo in fine, ibi: *Secus autem,  
si prius catechumeni existissent, & habuissent propo-  
sitionem baptizandi. Vnde tales in necessitate articulo  
consuetis Ecclesia baptizare: & probatur ex D. Au-  
gust. tomo 6. lib. 1. de adulterinis coniugijs, cap. vlt.  
in fine, qui cum affirmasset in fine vitæ posse dari  
Baptismum catechumenis ostendentibus dolo-  
rem, addit: Quia autem Baptismi eadem reconci-  
liationis est causa, si forte penitentem finiende vitæ  
periculum preoccupauerit, neque ipsos ex hac vita,  
sine arrha sua pacis exire debet. Mater Ecclesia:  
quod idem constat ex Concilio Arausicano primo,  
capite vndecimo, & habetur in capite Qui  
recedunt, vigesima sexta, quæstione sexta, ibi:  
Subito obmutescens baptizari, aut penitentiam ac-  
cipere potest, si voluntatis præterita testimonium  
aliorum verbis habet, aut presentis in suo nutu:  
& ex Concilio Carthaginensi tertio, cap. 34. &  
habetur in capite *Egrotantes*, de consecratione,  
distinctione quarta, ibi: *Egrotantes, si pro se  
respondere non possunt, cum voluntas eorum testi-  
monium sui dixerit, baptizentur: & probat Dignus  
Thomas opuscul. sexagesimoquinto, §. De Ex-  
trema Vnctione*, per hæc verba, *Si autem infirmus  
qui petijt Vnctionem, amisit notitiam, vel loquelam,  
antequam Sacerdos veniret ad eum, unget eum Sa-  
cerdos, quia in tali casu debet etiam baptizari, id  
est, si non baptizatus peteret in simili casu Ba-  
ptismum: quod docet vniuersitas Doctorem, vt  
aduertit Zambranus de casibus occurrentibus in ar-  
ticulo mortis, cap. 4. dub. 2. numero 36. Antonius  
Ragucius in lucerna Parochorum de Baptismo,  
quæstio 43. fol. 74.**

Et baptizandus esse ille adultus etiam si vnus  
testis assertionem Baptismum postulasse constet:  
quod docet Zambran. de Baptismo, cap. 1. Quam-  
uis etiam sit infidelis testis ille, eo modo quo di-  
ximus disputatione 34. num. 8. ministrandam fore  
Eucharistiam publico peccatori in extremis degen-  
tenti, licet signa penitentiae solum coram vnico  
teste præstiterit: & sicut asseruimus numero 35.  
adesse obligationem absoluedi illum, qui signa  
doloris ostendere non potest, vnico tantum teste  
testimonium ferente, ea manifestasse: est enim pa-  
ratio in vtroque casu, imò maior in baptizando:  
nam in Baptismo actus suscipientis illud non sunt  
materia Sacramenti, sicut in confessione. Vnde  
æquius dubitari posset, an valeat impendi abso-  
lutio penitenti nulla signa doloris ostendenti,  
quamuis testis assertum illa tradidisse, quam  
dubitari queat, an baptizari possit qui Baptismum  
de presenti non petit, dum adsit testis affirmans  
illud petiuisse. Quapropter omnes Doctores affir-  
mantes posse penitentem absolui, testificante alio  
signa doloris manifestasse, tenentur fateri posse  
aduleum baptizari teste affirmante Baptismum ab  
illo postulatum fuisse.

Et si dubitetur, siue mortuus adultus, vel non,  
sub conditione baptizandus erit: ex capite *De  
quibus*, de Baptismo: in quo traditur instructio  
baptizandi, quando dubitatur, an sit aliquis bap-  
tizatus, dicente. *De quibus dubium est, an bap-  
tizati fuerint, baptizentur his verbis præmissis, si bap-  
tizatus es, non te baptizo, sed si nondum baptiza-*  
tus,

38.

39.

40.

ius es, ego te baptizo, &c. Et hinc etiam oritur instructio baptizandi sub conditione, ex quocumque capite oriatur dubitatio, cum ratione dubij licet fiant que aliàs non fierent, vt notat glossa ibi. Imò et si testis dubitet, petierit, necne adultus baptismum, sub conditione baptizandum fore iudicamus: cum vndequeque oriatur ambiguitas, apposita conditione sic vincenda. Præterea si post petitionem Baptismi se iam nolle illud dicat adultus, dubitetur tamen præsertim à medicis, ex phrenesis læsione an teneat baptizari, sub conditione baptizandus est, vt docet Henricus libro secundo, capite vigesimo quarto, numero quarto. Item si dubitetur de veritate testis, an verum dicat, vel non de expositulato Baptismo, sub conditione erit baptizandus. Aut si audientes non recordentur satis, an testis asseruerit expositulatum esse, vel minùs Baptismum, nec compareat testis à quo sciscitentur, sub conditione erit ministrandum.

41.

Nec obstat, si dicas, adultum illum non valentem per se ipsum Baptismum petere, baptizari non deberi: quia vt baptizaretur, opus erat explicitè credere Trinitatis mysterium, & Incarnationis. Vt docet Sanchez in summa, lib. 2. cap. 3. num. 24. Villalobos 2. tom. summ. tract. 1. difficult. 4. num. 13. eo quòd illa credere sit necessarium medium ad salutem. Non, inquam, obstat hoc, quia sunt aliqui non requirentes explicatam fidem illorum mysteriorum, vt medium necessarium: vt docet idem Villalobos 2. tom. summ. tract. 1. difficult. 3. num. 7. alios adducens. Tum quia estò necessaria esset explicita Fides, non incumbit baptizanti in articulo mortis, de illa rogare, quando infirmus respondere non potest, & præsumi debet, vt explicitè actum credendi mysterium Trinitatis, & Incarnationis habuisse adultum, cum auidè Baptismum postulasset. Et cum opinionum varietas versetur, an sufficiat implicita vel explicita Fides, sub conditione saltem baptizari deberi non dubito: & constat manifestè in Christum implicitè credere, qui ipsi incorporari per Baptismum exoptat. Imò conditionem addere non erit necessarium, nam, vt diximus supra, numero 32. qui agendo aliquam actionem, iudicat se non delinquere ex opinione probabilis, absoluitur potest illum exercere.

Et in articulo mortis baptizari debere adultum qui in amentiam incidit, si voluntaris Baptismi signum præstiterit, credendo illam voluntatem perseuerasse, quando de contraria non constat, docet Zambranus, de casibus in articulo mortis, cap. 1. de Baptismo, dubio 8. num. 2. Nec instructionem de rebus Fidei necessariò debere præcedere postulat, cum de ea nullam faciat mentionem, & constat ex dictis à se dubio 14. fol. 37. Vbi resoluit, quòd existente periculo obsidionis, vel naufragij, vel similis periculi mortis, si adultus tamen sit compositus rationis, tunc baptizetur exposita Fide vtrumque: quod etiam docet Tolletus in summ. lib. 2. cap. 21. Quod optime notauit Concilium provinciale Lemense §. de administratione viatici ab India suscipiendi, vbi resoluit modicam Fidei cognitionem sufficere, vt eis in mortis articulo Eucharistia sacra ministraretur: igitur quando nec etiam vtrumque proponi potest Fides, quia baptizandus orbatus est ratione, non oberit, quin possit baptizari, & ad baptizandum teneatur minister: quod idem docet Henriquez

lib. 2. cap. 24. num. 4. dicens, quòd si aliquando adultus petiit Baptismum, nec constat cum rationis vsu reuocasse petitionem, erit baptizandus, licet in furia resistat: quia moraliter retinet virtuales intentionem. Addit etiam, quòd si in dubio sit coniectura, quòd petierit Baptismum, baptizandus sub conditione, vt diximus numero precedenti. Suarez tom. 3. in 3. part. disput. 24. sect. 1. conclus. 2. rectè dicens, quòd quamuis ad dignam administrationem Baptismi, præter indicia consensus, necessaria etiam sint aliqua penitentiae signa, tamen si constat aliquem ostendisse voluntatem suscipiendi Baptismum, & non constat in virtuali complicitate peccati mortalis incidisse in phrenesim, præsumenda est huiusmodi dispositio, & ipsum desiderium Baptismi Ecclesiæ manifestatum reputabitur sufficiens etiam signum attritionis, seu bonæ dispositionis, vt dignè possit ministrari Sacramentum in articulo necessitatis. Ecce hunc tantum Doctorem nostram profiteri sententiam, quem tanti habeo ac si mille in illius defensionem essent adducti, si namque mille authoribus huius excellentissimi Doctores scripta subministrare materiam scribendi, non mirum ipsum pro mille habendum fore. Docet etiam Scotus in 4. distinct. 5. art. 12. conclus. 3. qui solus totam Religionem Dominicam honore afficere potest: fatentur omnes, vel fateri coguntur multò magis habendum esse ipsum, tractatum de iustitia & iure suo tempore tam doctè nostræ doctrinæ tradidisse, quam si modò post tot tam deserte discussa, alia superiora in lucem essent edita. Angles de Floribus de recipientibus Baptismum, quæst. 2. art. 6. difficult. 1. fol. mihi 64. Syluester verb. Baptismus, 4. num. 3. Armilla dicto verbo num. 69. Scotus in 4. distinct. 4. §. Huius distingo, vers. 1. & ibidem Gabriel quæst. 2. art. 2. conclus. 3. D. Thom. 3. part. quæst. 6. 8. artic. 12. Alensis 4. part. quæst. 4. art. 2. memb. 2. Quod magis constat ex eo, quòd adulto volenti baptizari opus non sit in mentem reuocare omnia peccata sua, vt de illis attritionem nanciscantur, quod necessarium est in Sacramento penitentiae, sed satis est illi attritionem generalem habere: quod sanè dolore in generali concepto, congrua dispositione præficitur ad Baptismi & illius effectus susceptionem, vt docet Ragucius in lucerna Parochorum de Baptismo, quæsto 41. fol. 37.

42.

Hinc sit adultum, qui antequam in amentiam incidere, Baptismum petiit, postea tamen furia accensus se baptizari non patiatur posse ligari vt sic baptizari valeat; sic expressè Syluester verbo Baptismus, 4. num. 3. Eo modo quo diximus disputatione 38. numero 4. furiosum resistentem vngi sacra unctione, ligari debere, vt commodius vngatur.

43.

Si tamen contingat adultum illum qui Baptismum petiit, in publico concubinato viuere tempore postulari Baptismi, adhuc baptizandus est, quia et si scandalosam vitam ageret, eo ipso quòd baptizari poposcit, credendum est vitam in melius mutare desiderasse, & consequenter sufficientem habere dispositionem, vt baptizari possit.

44.

Si verò ante infirmitatis tempus, vel amentiae, Baptismum adultus postulasset, nec huius voluntatis mutationem vnquam habuisset, nec ostendisset, postea tamen concubinariam publicè vitam ageret, non postulans de nouo Baptismum, &

& in illo statu in amentiam sit versus, vel infirmitate correptus, ita ut signa penitentiae ostendere nequeat, non erit baptizandus quantumcumque se desiderat Baptismum ostendisset ante amentiam, & ante concubinatum. Docet expressè Antonius Ragucius in lucerna Parochorum, de Baptismo, quaestio 38. fol. 70. Cabrera de Sacrament. quaest. 68. art. 12. num. 1. Nam publicis ministranda non esse Sacramenta, nisi saltem coram vno teste signa penitentiae ostenderint, docet turba Doctorum, & nos diximus supra disputatione 34. numero 8. & disputatione 36. numero 4. Cum ergo adultus ille post petitionem Baptismi, in publico peccato elegerit viuere, & ante tempus amentiae, vel infirmitatis, signa doloris non expresserit, in statu publici peccati perseuerasse erit iudicandum, & sicut baptizati non deberet sane mentis existens, & in publico concubinato, ita nec dum in amentiam fuerit versus, cum post incursum amentiam mutatae voluntatem non valuerit. Hanc docent omnes Doctores supra numero 31. adducti. At ut denegari debeat Baptismus adulto qui ante amentiam illum postulauit, adeo publicum peccatum debet esse, quod nulla tergiversatione possit celari.

45. Vnde si occultum peccatum sit, quamuis minifter sciat concubinatus scelus, baptizare debet adultum, si ante tempus amentiae Baptismum postulasset etiam coram vno teste. Quapropter si testis ille Parochum vocaret ad baptizandum adultum, testimonium ferens de postulato Baptismo, quamuis Parochus conscius sit concubinatus, denegare non poterit Baptismi ministracionem, eo quod peccatori occulto publice Sacramenta postulanti, deneganda non sunt ratione vitandae infamiae in peccatoribus, ut diximus supra disputatione 34. num. 1. vbi omnes Doctores docentes publico peccatori non esse ministranda Sacramenta, consentiunt ministranda occulto in publico peccati.

46. Si verò Parochus tantum constaret Baptismum postulasse adultum illum ante amentiam, vel infirmitatem, & cognosceret quoque concubinatum adulti continuatum fuisse usque ad amentiae tempus, baptizare illum non poterit, quia occulto peccatori, in occulto poscenti Sacramenta minime erunt ministranda, quando ministro constat de peccato non ex notitia confessionis, ut diximus disput. 7. num. 10. & 11. & disput. 34. numero 1.

47. Quod si adultus dixisset Parochus aliquando, à concubinato velle cessare, & eò solum concubinam non statim eiecere quia praemeditati cupit, quoniam modo suauis, & absque iactura fama sit expellenda, si post hæc dicta in amentiam, vel infirmitatem incidat, & tempore sane mentis Baptismum postulasset, erit baptizandus, quia tunc poterit praesumere Parochus non ob id domi retinere concubinam, quia in peccato perseueret, sed quia aptum tempus expectat quo sit eicienda, & quoties peccatum petentis Sacramentum, aliqua tergiversatione celari possit, praesumendum est in fauorem petentis, & minister tenebitur ministrare, ut diximus disput. 38. num. 7. Si infidelis adultus incidat in amentiam, & nihil de baptismo cognouerit, baptizandus non erit. Quia non sufficit habere se neutraliter, & praesumitur merito in infidelitate velle permanere. Cabrera de Sacrament. q. 67. art. 12. n. 2.

48. Si tamen eueniat, adultum illum qui Baptismum petiit, sine illo extremam iam vitam egisse, quantumuis adsint plures testes, se audiuisset petentem fuisse baptismum affirmantes, non poterit illi concedi sepultura Ecclesiastica, quia cum adultus intra Ecclesiam visibilem non esset ob defectum Baptismi, ab Ecclesia visibili honorati non debet funeribus, nec sepultura Ecclesiastica, nec eum agnoscat ut visibilem filium, qui visibiliter per Sacramentorum ianuam ad eam non est ingressus: quod optimè confirmat Canon trigessimus quintus Concilij Bracharen. I. qui sic habet: *Placuit ut catechumenis sine redemptione Baptismi defunctis, nec oblationis sancta commemoratio, nec psallendis impendatur officium.* Cum autem actio sepeliendi in loco sacro, annexum sit officium Diuinum, ut diximus disputatione 36. numero 2. & pro catechumenis officium psallendi non sit impendendum, sit consequens, nec etiam illis posse concedi Ecclesiasticam sepulturam. De quo videndus Suarez tomo de penitentia, disput. 48. sectione 6. in fine. Nec mirum erit, adulto non baptizato non esse concedendam Ecclesiasticam sepulturam, quantumuis desideranti Baptismum, cum tempore interdicti illa non concedatur fidelibus decedentibus sine Bulla cruciata, licet Sacramenta suscepissent, & maius impedimentum reputatur ad priuationem sepulturae, Baptismo aequè carere, quàm interdicto praepediti: & fidei qui annuæ confessionis mandatum non impleuit sepultura non conceditur, licet penitentiae signa ostenderit, ut constat ex cap. *Omnia vtriusque sexus, de penitent. & remission.* Concedens tamen erit, ut fideles non ut canem abiiciant in campum adultum illum, nec pueris ad lapidandum, & distrahendum per calles tradant, cum inter exposcentem Baptismum, & illum respicientem differentia sit seruanda, & pie credi possit saluum factum esse petentem Baptismum, & absque dubio consequetur aeternam salutem, si ex contritione cordis petentem fuisset. Nec obstat quod peccatori publico ostendenti signa penitentiae, quamuis non absoluto concedi possit Ecclesiastica sepultura, quia ille cum filius esset Ecclesiae visibilis, honorati debet ab ea, si alias non praesumat damnationem aeternam incurrisse, ostentis tamen penitentiae signis talis praesumptio amouetur, & contraria acquiritur, cum agat tunc fidelis quantum in se sit (iudicio hominum) ad inuendam amicitiam cum Deo, & ad consequendam gratiam, pignus certum gloriae.

49. Et licet infideli non baptizato, martyrium tamen patienti pro Fide Christi, debeat concedi sepultura Ecclesiastica, idem est, quia testimonium illud exterius moriendi pro Christo, aequiualeat Baptismo aequè, & martyrem ut filium visibilem, recognoscat ipsa visibilis Ecclesia. Qui verò se dolere de peccatis per signa externa ostendit, etsi testimonium externum offerat, non tamen adeo efficax est, quod Ecclesia cogat se matrem adulti appellare, & in ipsius vniuersitati, & hoc sit merito, ne adulti nondum Baptismo abluti, socordes differant Baptismum suscipere, fidentes quocumque tempore illud postulauerint, etsi de facto non sit susceptum ob mortem improvidam, & acceleratam Ecclesiam tanquam matrem adiutores, ipsamque illos elementer protecturam. At martyrium cum signum maximae dilectionis sit, ex illo Ioann. 15. *Maiorem charitatem nemo habet, quam*

quam ut animam suam potius quam pro amicis suis, premit Ecclesiam matrem se ostendere martyris, ut qui pro illa ultro moriendo, Christi esse filium, & amicum declaravit, matrem inueniat, in cuius sinu defunctum iam corpus quietem nanciscatur.

AN IVDIX SVPERIOR, siue inferior, ad actus iudicarios exercendos præuios ad sententiæ pronuntiationem, vel in ipsius sententiæ actuali prolatione, possit uti opinione minùs probabili, vel teneatur semper probabiliorem sectari: & idem de iudice arbitro?

S V M M A R I V M.

- ¶ Auctoris iudicium affirmatiuum, num. 50.
- In triplici statu potest considerari iudex, & de illo dubitari, an sit illi licitum sententiam minùs probabilem sequi. Et adducitur utilis doctrina ad hanc difficultatem exactè explicandam, numero 53.
- Adducuntur exempla quibus primus status iudicis explicatur, num. 52.
- Quid sciendum sit dum iudicat in secundo statu constitutus, num. 53.
- Adducuntur exempla scitu digna quibus explicatur tertius status iudicis, & resoluitur in tali statu fas illi esse minùs probabilem sententiam amplectari, num. 54.

Authoris iudicium.

50.

**P**OSSE iudicem minùs probabilem opinionem sequi arbitrator. Cum nec temerè, nec imprudenter agat qui ratione probabili ducitur. Docent Medina 1.2. quæst. 19. artic. 6. dubio penultimo, ad vltim. Aragon. 2. 2. quæst. 63. art. 4. dubio penultimo, & 16. Salon. dicta quæstione & articulo, controuer. 2. concl. 4. Ledesma 2. parte, summ. tract. 8. cap. 2. post 11. conclusionem, difficult. 2. fol. 746. Salas 1.2. quæst. 21. disputatione vnica, sect. 12. num. 118. Sairus Clau Regia, lib. 1. cap. 11. num. 8. Sanchez lib. 1. summæ, cap. 9. num. 47. reputans hoc probabile. Garcia 2. tom. de beneficijs, part. 11. cap. 5. num. 362. Martin del Rio de magia, lib. 5. §. Quia quotiescumque, Triuino in praxi examinatorum, fol. 279. Villalobos 1. tom. summ. tract. 1. difficult. 15. num. 1. Maldetus 1. 2. disput. 86. Episcopus Trojanus in la pregmatica del trigo, cap. 8. fol. 108. Cornejo 1. 2. tom. 1. tract. 8. disp. 3. ante n. 8. Fagundez 2. præcept. lib. 3. cap. 4. num. 5. ¶ Quod verum arbitrator, quamuis iudex sit supremus: in quo à Vazquez discedo 1.2. tom. 1. disput. 64. num. 5. & à Torrez de iustitia, disput. 48. num. 9. Sic ut enim in Vazquez opinio Doctõr interrogatus potest respondere ex aliorum opinione, quando responsio fauet interroganti, quod etiam docet Sairus Sanchez Selecta.

in Clau Regia, lib. 1. cap. 6. num. 11. Eodem modo iudex supremus interrogatur à colligitantibus quodnam sit eius iudicium & sententia. Et cum opus sit vnum ex colligitantibus damnare ex propria opinione iudicium ferens, ut illum liberet, ex opinione aliorum iudicare fas illi erit, estõ alter sit damnandus. Docet Montefinus 1.2. tom. 1. disput. 29. quæst. 5. num. 211. dicens, quod cum possit supremus iudex doctõs consulere, poterit illorum opinionem sequi, aliàs frustra postulat consilium.

Quod si iudex sit arbiter, & à colligitantibus eligatur sub conditione, quod iuxta suum iudicium debeat iudicare & non iuxta aliorum, non poterit alienam opinionem sequi. Montef. num. 213. Si tamen æquè probabiliter, duas opiniones sustineat, iuxta quamlibet poterit iudicare, cum verificetur ferre iudicium proprium in sententia ferenda. Quo fit satis absurdè dixisse Berruquere in paruo tractatu de eligendo digniorem in beneficio, fol. 39. esse regulam Theologotum, iudicem constructum esse opinionem magis probabilem amplectari, cum ut iam monstratum est, tot & tanti Doctõres oppositum testentur. Sed reuera ille nec scribendi methodum, nec authorum lectionem nactum fuisse, satis ostendit.

At licet iudex uti possit opinione probabili relicta probabiliori, non tamen id tam distinctè agunt Doctõres, ac opus erat: ex quo provenit, plures allucinari, & contrarium eius, quod resoluendum erat docere. Notandum igitur in triplici statu posse iudicem considerari, & in quolibet illorum dubitari, an illi sit æquum opinionem probabilem sectari, relicta probabiliori. Primò ergo considerari potest iudex dum examinat testes, vel reum interrogat, delinquentem incarcerat, vel ex Ecclesia excohat, vel alia munia agit præter hoc quod sit sententiam pronuntiare. In hoc ergo statu si sentur opiniones, asserente vna in tali, vel tali euentu non posse iudicem reum interrogare, quia sufficientia indicia non præcedunt, aut infamia, docente alia opinione posse interrogationem fieri, quia indicia illa sufficientia reputantur à Doctõribus illius opinionis; in hoc inquam statu integrum est iudici opinionem minùs probabilem amplectari. Quia cum id possit quilibet alius, quam ratione in hoc fauore peioris conditionis erit iudex? ut bene aduertit Sairus in Clau Regia, lib. 1. cap. 11. numero 8. & Sanchez in summa, lib. 1. cap. 9. num. 14. & 43.

In secundo statu potest iudex considerari, dum videlicet sententiam profert circa ius patrum super aliquod factum: quod tamen non supponunt esse idem partes, sed omnino diuersum: inde proveniens, quod vtraque pars testimoniis, aut instrumentis ius sibi competere probauit. In hoc ergo statu tenetur iudex meliorem probationem sequi, hoc est illi rem applicare qui melioribus & efficacioribus testimoniis & instrumentis probauit rem sibi competere ut diximus disput. præcedenti num. 49. in fine. Notanter dixi in hoc euentu constructum inueniri iudicem meliorem probationem sequi, & non dixi opinionem probabiliorem, quia probabilitas facti re vera non est opinio: sed lato vocabulo quatenus dicta hominum & attestaciones, opiniones dicuntur, ut docet Sanchez in summa, lib. 1. cap. 9. num. 44. qui ait, non esse ad rem dum de opinionibus agitur.

51.

an sit fas sequi minus probabilem, vel non, tractare de opinione facti cum re vera opinio facti seu probabilitas facti opinio dicenda non sit. Doct. Villalobos in summa, 1. tom. difficultate 10. in fine, tractatu 1. Quod igitur in hoc euentu obstrictus sit iudex probationem meliorem sequi, constat manifeste. Nam iudex in hoc euentu debet iudicare iuxta allegata & probata, merita causæ ponderando: vbi ergo pondus maius causæ librauerit, illi iudex fauere obligabitur. Quod intelligi etiam, quando nulla pars litigantium possessionem rei circa quam lis vertitur obtinet: à fortiori ergo, si possessionem haberet, & ex alio probationes vtgentiores, tenebitur iudex rem possidenti applicare. Si verò nullus possideat, & æquales sint probationes, cui maluerit, integrum erit iudici rem applicare: sicut licet inter duos æque dignos ad beneficium alteri illorum conferre, vt docet Sanchez in summa, lib. 1. cap. 9. numero 45. Ledesma 2. tom. summa. cap. 22. post conclusionem 11. E contra si æqualitas probationum detur, & alter possideat, possidenti fauendum est, vt constat manifeste ex cap. *Ex litteris*, de probat. per hæc verba: *Quod si ambarum partium testes sint æque idonei, possessoria testes præferuntur*: & ex regula iuris in 6. *Cum sunt partium iura obscura, reo* (qualis est possessor) *fauendum est potius quam alicui.* (Non enim nomine, Reus, solum criminolos intelligitur, sed quicumque patitur ab actore, siue in ciuilibus, siue in criminalibus) & conueniunt in hoc omnes quos vidi Doctores.

In tertio statu potest considerari iudex, dum videlicet sententiam aliquam fert inter partes colligentes, quæ tamen non variant in facto, sed supponentes idem & tale esse, adhuc contendunt ex lege sibi rem applicandam fore à iudice, vtraque intendente iudicem, cogi sententiam pronuntiare iuxta aliquam legem, sed tamen lex illa aliter ab aliquibus Doctoribus, & aliter ab aliis intelligitur. In hoc ergo statu liberum erit iudici minus probabilem opinionem sectari, interpretando v. delictum legem iuxta illam, & sic licem decidere. Horum autem statuum nonnulla exempla adducere proficuum valde erit.

In primo namque statu opinionum varietas inuenitur, asserentibus quibusdam nefas fore iudici testes interrogare de delincente occulto, docentibus aliis id sibi licere iuxta à nobis dicta disputatione 43. numero 39. in hoc igitur euentu integrum erit iudici opinionem sibi visam minus probabilem eligere, & iuxta illam de reo interrogare, vel non. Similiter opinionum discrimen inuenitur. *Nam vnicuius testis omni exceptione maior constituat semiplenam probationem in causis criminalibus*, docentibus quibusdam vnice in testem non sufficere nisi coniungantur indicia, vel coniecturæ verisimiles: aliis verò solum testimonium vnicius testis omni exceptione superioris considerantibus. Tunc poterit iudex ad torturam rei procedere cum vnus tantum testis asseratione, quantumuis illa opinio sibi visa fuerit minus probabilis. Deinde opiniones circumferuntur variz, *Nam in causa capitali possit iudex interrogare reum ex præcepto illum obligando ad responsionem veritatis, quando solum delictum est semiprobatum*, iuxta dicta à nobis disputat. 43. numero 28. & 29. dicentibus quibusdam id sibi licere, negantibus aliis, in hoc ergo euentu liberum erit iudici interro-

gare reum quamuis illi videatur illud esse minus probabile; vel è contra, fas illi erit non interrogare, licet oppositum sibi probabilius fuerit vltimum. Nec obstat regulam dati, quod *in dubijs semper sit fauendum reo*. Nam illa solum intelligitur in verè dubijs, non in opinionibus.

Vltèrius cum probabile fati sit, non posse iudicem condemnare innocentem, quantumuis secundum allegata & probata constet delinquentem esse, vt docent Adrian. quodlib. 6. artic. 3. Angelus verb. *iudicare*, numero 7. Lyrant. in cap. 23. Exod. explicans illud, *Innocentem & iustum*, Hostiensis, Calderinus, Panormitanus in cap. *Passionali*, 28. de officio delegati, Lessius lib. 2. cap. 19. dubio 10. Nauarr. de restitu. lib. 2. cap. 3. num. 151. & plures quos allegat Couarr. lib. 1. variat. cap. 1. num. 3. asserentibus aliis oppositum, poterit iudex innocentem non condemnare, licet sibi videatur esse illud minus probabile, vel è contra, æquum erit illi condemnare, estò minus probabile esse sibi opinetur illud agere.

Rursus curi opinionum discordia inueniatur, *Num iudex vel ipse minister possit incarcerare delinquentem in alieno territorio inuentum*, asserentibus quibusdam illud nefas esse, quamuis à proprio territorio vsque ad alienum fuerit illum persequutus, aliis oppositum affirmantibus, vt refert Anton. Gomez 3. tom. variatum, cap. 9. num. 4. facultas erit iudici incarcerare, licet illud esse minus probabile sibi videatur; vel è contra licitum erit non incarcerare, quamuis id esse probabilius iudiceret.

Denique cum variz dentur sententiæ, *An blasphemus immunitas Ecclesie faueat*, vna affirmante, vt Nauarr. cap. 15. numero 21. cum aliis, negante alia, vt Couarr. lib. 2. variatum, cap. 20. num. 11. in fine cum aliis, erit in potestate iudicis quam maluerit opinionem eligere, etiam relicta sibi visa probabiliori. Deinde discordia opinionum datur, *Num committenti delictum in Ecclesia faueat Ecclesia pro alijs delictis extra Ecclesiam peractis*; negantibus quibusdam quando delictum in Ecclesia commissum nondum punitum inuenitur, vt docent Clarus lib. 5. *Rescriptar. questione 30.* Boërius decif. 110. num. 10. affirmantibus aliis, vt Couarr. lib. 2. variatum, cap. 20. num. 5. vers. 24. poterit iudex extrahere, vel non, delinquentem ex Ecclesia iuxta opinionem sibi visam minus probabilem.

Similiter cum variz sint authores, *Num exenti ab Ecclesia committendi criminis causa faueat Ecclesia, vel non*; affirmantibus Azevedo in l. 3. numero 28. tit. 1. lib. 1. recopil. cum aliquibus, contradicentibus aliis, vt Anton. Gomez 3. tom. variatum, cap. 10. num. 2. in medio, vers. *Idem*. in potestate erit iudicis extrahere, vel non, delinquentem ab Ecclesia, minus probabilem opinionem sequendo.

Preterea cum discordent Doctores affirmantibus quibusdam occidendi clericum non fauere Ecclesiam, vt Farinac. 1. tom. crim. tit. de *causariis*, quest. 28. num. 21. negantibus aliis, Nauarr. in Manual. cap. 25. num. 19. & 22. Paz in practica. 1. tom. part. 5. cap. 3. §. 3. num. 103. 104. & 105. & 169. 170. & 171. in iudicis electione erit delinquentem ab Ecclesia extrahere, vel non.

Postremò cum variz sint Doctores, affirmantibus quibusdam Ecclesiam non fauere delinquenti qui è manibus satellitum eripitur, & ad Ecclesiam

Ecclesiam confugit; vt docent Siluest. in summ. verb. *Immunitas*, 3. quæst. 1. Anton. Gomez tom. 3. variat. cap. 2. vers. 4. negantibus aliis, vt Nauar. cap. 25. n. 19. & alij relati à Claro lib. 5. *Receptor.* §. fin. quæst. 3. num. 2. & quæst. 89. num. 1. & 2. in libertate erit iudicis extrahere, vel non, delinquentem ab Ecclesia, se conformando minùs probabili opinioni.

53. In secundo verò statu iudicis, dum videlicet colligantes domum vel equum sibi competere contendunt, & quilibet illorum testibus & scripturis seu aliis testimoniis probat sibi esse applicandum, iam diximus supra, constructum ita iudicem meliùs probanti rem tradere, nec respectu huius exempla adducere erit opus.

54. In tertio verò statu dum iudex sententiam profert rem applicando vni colligantem, & aufereudo illam ab altero qui possidebat, iam diximus esse sibi licitum possidentem spoliare, si intelligat legem iuxta quam decidenda est lis, contrariam esse possidendi, verbi gratia, discriminant Doctores, *Num fructus industriales bona fide consumptos possessor bona fidei teneatur restituere?* Affirmantibus quibusdam, & negantibus aliis, quos pro vtraque opinione refert Zauallòs in *practicis questionibus communibus contra communes*, quæstione 119. tunc poterit iudex possessorem bonæ fidei, iuxta vnam opinionem etiam sibi vifam minùs probabilem non obligare ad restitutionem, vel è contra iuxta alteram constringere ad restitutionem fructuum iam consumptorum, licet minùs probabilem opinionem arbitretur esse, quæ docet restituendos fore. Quid autem censeamus circa horum fructuum restitutionem, resoluimus disputatione antecedenti, num. 19.

Nec obstat regula, *Quod in dubijs melior sit conditio possidentis*. Nam illud intelligitur indubio in rigore sumpto, non in opinionibus, vt docent Sanchez lib. 2. *de matrimonio*, disput. 41. num. 30. & in summ. lib. 1. cap. 9. num. 53. Vazquez 1. 2. tom. 1. disput. 63. in fine, Villalobos tom. 1. summ. difficultate 5. num. 3. tractat. 1. & diff. 9. num. 1. Qui licet adducat Azorium pro hac opinione, tom. 1. instit. lib. 2. cap. 16. in fine, falsò eum adducit. Nam Azor tantùm ait, illam regulam, *In dubijs tuior pars est eligenda*, solum habere locum in dubijs, non in opinionibus, valde tamen diuersa est vna ab alia regula.

Similiter cum varij reperiantur Doctores, *An filij reorum lese Maiestatis Diuina, vel humane genitris ante parentum crimen, afficiantur penis iure statutis in eorum filios?* Affirmantibus quibusdam quos refert Sanchez in summa, lib. 2. cap. 27. à numero 6. negantibus aliis, quos sequor, & refert quoque Sanchez à numero 14. poterit iudex quam maluerit ex his opinionibus eligere, & damnare, vel non, filium natum ante parentis crimen.

Deinde cum opiniones diuersæ reperiantur, *Nam filij expositi ad Ecclesia lapidem repusentur legitimi, vel illegitimi?* negantibus quibusdam Doctoribus, & asserentibus aliis illegitimos reputandos fore quos sequor, & refert Garcia tom. 2. *de beneficijs*, part. 7. cap. 2. à numero 6. integrum erit iudici in fauorem expositi sententiam ferre illum legitimum esse declarando, vel è contra tanquam illegitimum habendum.

Sanchez, Selecta.

Præterea cum diuersè iudicent Doctores, *An ius patronatus possit præscriptione acquiri*, affirmantibus aliquibus, & negantibus aliis, quos omnes refert Zauallòs in *practicis questionibus communibus contra communes*, quæst. 614. & in concordiam redigens, quòd affirmans opinio intelligatur quando Ecclesia fuisse patrona, negans verò quando non fuisset: poterit iudex harum quamlibet opinionem imitans, sententiam pronuntiare in fauorem, vel contra ius patronatus præscriptione acquisitum.

Deinde cum variant Doctores, *Nam pater constructus sit filiam naturalem dotare?* affirmantibus quibusdam quos sequor, & contradicentibus aliis quos pro vtraque parte refert Zauallòs in *communibus*, quæstione 565. integrum erit iudici patrem premere, vel non, ad dotis solutionem.

Vtteriùs cum dimicent inter se Doctores, *Virum protestatio annullat actum sequentem?* affirmantibus quibusdam, si in continenti fiat, secùs si ex intervallo, dicentibus aliis annullari actum contrarium, etiamsi ex intervallo fiat protestatio, quibus assentior, & omnes refert Zauallòs in *communibus*, quæst. 489. liberum erit iudici in fauorem protestantis ex intervallo iudicare, vel contra illum.

Deinceps cum opinionum varietas reperiarur: *An tempore pestis possit fieri testamentum cum minori testium numero?* contradicente vna, & annuente altera, quæ placet, fas erit iudici testamentum fuisse validum declarare, vel non, iuxta vnam, vel alteram opinionem quæ refert Zauallòs tomo 1. *communibus*, quæst. 200.

Rursus cum oppositæ inueniantur sententiæ: *An videlicet collatio beneficij facta infami sit ipso iure nulla?* affirmante vna opinione, negante altera (quæ placet) quarum opinionum defensores adducit Garcia 2. tom. *de beneficijs*, parte 7. cap. 8. à numero 44. liberum erit iudici possessori beneficij fauere, vel non, iuxta opinionum diuersitatem.

Præter hæc cum opinio reperiarur probabilis censens collationem beneficij factam irregulari esse ipso iure nullam, dicente alia non esse ipso facto nullam, sed valere donec priuor beneficiatus, quas refert Garcia 2. tomo *de beneficijs*, parte 7. capite 11. à numero 1. in potestate iudicis erit irregularem non condemnare ad fructuum restitutionem, vel è contra illum condemnare.

Vtteriùs cum varij adsint Doctores, *Nam Episcopus possit dispensare super impedimenta matrimonij dirimentia, quando impedimentum est occultum, & ad Papam vel alium habentem facultatem dispensandi, non potest haberi recursus propter pauperiam, vel alias causas impedièntes, & in separatione à matrimonio oriretur magnum scandalum?* Censentibus quibusdam pro affirmatiua parte, quos refert Sanchez libro 2. *de matrimonio*, disputatione 40. à numero 2. & Garcia 2. tomo *de beneficijs*, parte 11. cap. 5. numero 342. opinantibus aliis pro negatiua parte, qui etiam referuntur à Sanchez & Garcia numero 343. integrum erit Episcopo, vt iudici illius causæ, dispensare vel non, & iudicium ferre iuxta sententiam sibi vifam minùs probabilem, relicta probabili.

Postremò cum pugnent inter se Doctores,

An si hodie stante Concil. Trident. sessione 24. cap. 1. de reformatione, matrimonium beneficiatus contraheret sine parochio aut testibus, amitteret ipso facto beneficium? affirmantibus quibusdam, negantibus alii quos pro utraque opinione refert Sanchez de matrimonio, lib. 7. disputacione 42. à numero 7. & Garcia 2. tom. de beneficijs, parte 1. cap. 8. num. 13. 14. & 15. liberum erit iudici condemnare beneficiarium ad fructuum restitutionem à die contracti matrimonij, vel non condemnare illum, nisi à die latæ sententiæ à privatione beneficii. Et sic de alijs plurimis exemplis. Hæc de iudicijs dixisse sufficiat, quæ hæcenus taliter explicata non fuisse à nullo authorum, velis vel non, fatebitur lector, qui aliorum librorum studio se applicauerit.

Quia tamen supra numero 1. diximus contra sententiam certam nunquam prævalere posse opinionem; posset aliquis inde deducere contra verba legis fas nunquam fore iudicare, quantumcumque opinio detur illud posse fieri testificans. At hoc posse fieri testatur, eò quòd ius certum legis non in eo solum situm est, quòd videlicet scripta sit à parte rei existens, sed in eo quòd iusta sit & rationalis: quoruscumque opinio versatur censens aliquam legem in aliquo casu seruandam non fore, eò quòd iniusta & irrationalis pro tunc sit lex quantumcumque à parte rei existat, non habet ius certum, ut iuxta illam sit iudicandum, sed probabile tantum, seu opinabile: quapropter lex solum dicitur certa sententia quoad existentiam in rerum natura, non tamen dicitur certa sententia quoad iustitiam & æquitatem quam debet continere. Unde secundum hanc rationem, qui propter opinionem procedit aduersus legem, non procedit ex opinione contra sententiam certam, sed ex opinione contra opinionem. Hoc bene notetur, reperiuntur namque aliqui Iurisperiti nunquam audentes contra verba legis iudicare, & consequenter huiusmodi DD. nunquam inuenisse epicheiam, est quoque compertum.

Animaduertant quoque Iurisperiti non ob id subitici syndicati, quòd iuxta opinionem probabiliter sententiam ferant relicta probabiliori & communiori. Nam ut iam sæpè probauimus, prudenter agit qui iuxta opinionem probabilem operatur, syndicare autem iudicem eo quòd iuxta probabilem opinionem sententiam tulit, esset eum punire absque culpa: quòd heretè iniquum est, & oppositum rectæ rationi. Quapropter DD. oppositum sentientes reuocandi sunt vel punctum veritatis non attingentes. Certè namque in principijs moralibus minùs fidendum est de Iurisperitis quàm de Theologis.

Et obsequium Deo præstare reor Doctorem opiniones releuantes docentem, ut diximus disputacione præcedenti, numero 36. cum inde peccatorum copiam minuat. Ferat ægrè plures aliquam introduci opinionem, quæ à peccato liberet, nimirumque operandi licentiam, opinionem appellant, v.g. quòd in ieiunij die sumi possit nocturna refectio in quantitate dimidiæ libræ, ut dicemus disputacione 51. numero 7. etiam si ex *viscochis* sumatur, ut illo numero 7. qui tamen immerito authori opinionem introducenti inuisi redduntur. Nam vel contendunt vitare peccatum operantium iuxta illam opinionem, quòd opus non est, cum iuxta illam opus exequens minime delinquat, eò quòd sequatur authoris docti

doctrinam, iuxta dicta numero 61. vel authoris scelus impedire cupiunt talem opinionem docentis, quòd nequaquam necessarium est, cum ipse bona fide arbitrans rem licitam docere, minime delinquat. Fit ergo potius gratias authori esse debitas ob licentiam operandi absque peccato concessam, quàm reprehensione reddi dignum, & alijs exosum.

Consulensque doctorem boni nominis iuxta illius opinionem poterit operari, ut diximus numero 61. quamuis rogans consilium suspicetur ipsum doctorem decipi, dum tamen id certò non cognoscat, valde namque diuersum est certò cognoscere doctorem falli, & aliud suspicari eum deceptioni subitici.

Ob quòd certum est, fas esse cuique doctorem quærere, qui in fauorem suum respondeat, ut bene docet Sanchez summ. lib. 1. cap. 9. num.... Nec oppositum inquit Nauarr. licet à Sanchez pro opposita sententia adducatur.

Et posse Aduocatum minùs probabilem opinionem patrocinari, dummodo illius minoris probabilitatis certiorum faciat clientem, bene docet Sanchez in summa, lib. 1. cap. 9. num. 53. & 54. Vazquez 1. 2. tom. 1. disput. 64. cap. 1. numero 3. Salas 1. 2. disputacione vnica, sect. 12. numero 103. & 104. Sairus Clauis Regia, lib. 1. cap. 11. numero vltim. Azor, tom. 1. lib. 2. cap. 17. quæsto vltim. Quiertez quæst. Canonic. cap. 13. numero 24. Mercado de trator 7 contractos, lib. 4. cap. 18. Sotus lib. 5. de iustitia, quæstione 8. artic. 3. Burgos de Paz in proemio legum Tauri à numero 397. Cordub. lib. 2. quæstione 3. Layman 1. tom. cap. 5. §. 3. numero 17. tractat. 1. Granada 1. 2. tractat. 12. disput. 4. sect. 4. numero 40. Qui deceptus fuit in eo quòd arbitretur non esse fas aduocato partem minùs probabilem contra bonum possessorem tueri, aut minùs probabilem contra reum, eo quòd in dubijs reo & possessori fauendum sit, ex regulis iuris in 6. At non fuit ab eo animaduersum id solum esse verum in verè dubijs, non in opinionibus, ut diximus disput....

Si verò censeat illis verbis non esse fas aduocato minùs probatam partem defendere, in hoc deceptus est Quia si colligant de incertitudine litis notitiam præstet, & ipse consentiat, nulli irrogat iniuriam partem minùs probatam defendens, iudex enim habenti certius ius applicabit sententiam.

AN REX POSSIT EX  
opinione minùs probabiliter gerere  
bellum ad occupandum Regnum  
ab altero Rege, iuxta oppositam  
opinionem probabilem posses-  
sum?

### S V M M A R I V M.

Quinam consulendi sint Doctores circa præsentem difficultatem? num. 55.

Quòd consensu à Doctoribus præsentis agitur controversia, nec hæcenus sit satis explicatum, quid

quid liceat Regibus circa bellum, numero 56.

Quando Rex non habet opinionem facti, sed iniuriam, quod videlicet sibi competat Regnum, poterit alterum Regem possidentem spoliare, & adducitur vtilis doctrina, num. 57.

Quinam Doctores sententia auctoris staveant, adducuntur, num. 58.

Obiectio adversus auctoris iudicium adducitur, quam maxime extollunt adversarij, num. 59.

Dirigitur facile obiectio cum doctrina scitu digna, numero 60.

55.



N Rex possit ex opinione minus probabili gerere bellum contra alium Regem: consultabitur Vazquez 1.2. tom.1. disput. 64. cap. 3. Molina tom.1. de iust. & iure, disput. 103. Lorca 2.2. sect. 3. disput. 53. Valent. 2. 2. disput. 3. quæst. 16. puncto 1. fol. 845. Bañes 2. 2. quæst. 40. art. 1. dub. 5. Ledesma summ. tom. 2. tract. 3. de charitate, cap. 13. à conclusionem 14. Victor. in relect. de Indiis insularis, dub. 3. num. 27. Rodrig. 1. tomo summa capite 125. Vega 1. parte summ. cap. 121. casu 3. Syluester, Artil. Tabien. verb. Bellum, Reginald. tom. 2. prax. lib. 2. à num. 92. Malderus de virtutibus, quæst. 40. art. 1. dub. 3. & 4. Salas 1. 2. quæst. 21. tract. 8. disput. vñica, sect. 15. à num. 121. Torres 1. 2. tom. 1. disput. 90. dub. 2. & opusculo, fol. 461. Suarez 2. 2. tract. de bello, disput. 13. sect. 6. fol. 810. Montef. 1. 2. tom. 1. disput. 29. quæst. 5. num. 217. & latius Anton. Perez in Laurea Salamantina, certamine 10. cap. 13. num. 98. Malderus 1. 2. disp. 86. Gracido 1. 2. disput. 4. sect. 4. num. vlt. tract. 12. Layman tom. 1. tract. 1. cap. 5. §. 3. num. 25.

56.

Sed tamen quamvis prædicti auctores consultantur, adeo varij sunt, quod veritas penitus attingi non possit. Tum quia non distinguunt, quando distinctione opus maxime erat. Vnde ad ipsius plenam cognitionem reuocandum est in memoriam illud quod numero 50. diximus de opinione quam possit iudex sequi vel non. Duplici ergo via percipere possumus, Regem habere opinionem, quod videlicet sibi competat aliquod regnum. Primo modo dum instrumenta & scripturas habet probantia regnum sibi competere, & id testibus quoque comprobatur; alter verò Rex suas itidem scripturas præberet & testibus similiter ius suum ad regnum fulcit. In hoc ergo euentu Regi neutriquam licet alterum Regem debellare, & à possessione regni spoliare. (Imò licet neuter possideat, tenebitur non debellare ad occupandum regnum, sed iudices nominare qui iure vtriusque Regis inspecto sententiam ferant & vni illorum applicent. Nec opus erit inter Reges diuidere regnum, licet ius ad illud sit æqualiter dubium: ita Suarez 2. 2. de bello, disput. 13. sect. 6. num. 4. in quo à Victoria discedo in relectione de iure belli quæ est posterior de Indiis insularis, à num. 27. & à Vazquez infra allegando num. 6. Villalob. infra num. 10. suo.) Nam vt diximus disputat. antecedenti, num. 48. 49. 52. & 54. opinio probabilis facti non est propriè opinio quæ tutam possit reddere conscientiam operantis iuxta illam: sicut enim fas minime esset alicui habenti testes dicentes rem aliquam esse suam, eam accipere à possidente, verum nec à non possidente, vt diximus disput. antecedenti num. 52. & 54. sed opus erit illi, iudicem adire, qui inspectis vtriusque

partis probationibus sententiam ferat & rem applicet melius probanti: sic & Regi erit necessarium iudicem adire qui saltem ab vtroque Rege nominetur, vt consideratis vtriusque probationibus, melius probanti regnum applicet. Est namque consentaneum iuri naturæ dirimi iudicio prudentis iudicis illud quod iudicio Doctorum difficultatem in iure continet: armis autem velle ius regni vindicare & non iudicio iudicis, barbarum est, & dictamini rationis aduersum, vt bene docent Vazquez 1. 2. tom. 1. disput. 64. num. 13. & 17. cap. 3. Suarez 2. 2. tract. de bello, disp. 13. sect. 6. num. 5. Villalob. 1. tom. summ. tract. 1. difficult. 17. num. 7. Quod si nolit Rex requisitus rem deferre ad iudicem, tunc ratione illius iniuriæ æquum erit Regi requiriti spoliare illum à regno, vt docet Vazquez num. 20. Villalob. num. 5. & Suarez disput. 13. sect. 7. num. 3. nam sicut iudici integrum erit applicare parti petenti seu actori rem quando reus renuit ad iudicium venire, & ex eo quod non compareret, pro conuicto iudicatur, & quod constiteatur ius suum infirmum esse: sic & Rex nolens ad iudicium venire, ab altero Rege merito iudicatur conuictus, & illius ius infirmum & caducum haberi; qui quidem Rex sibi regnum applicare potest, cum superiorem iudicem non habeat qui applicandi munus exequatur tunc: vbi enim publica authoritas deficit quæ subuenire possit: damnum patienti, auctoritate propria auxilium posse quæri iure naturæ concessum est. Et Principes manere in hac vita sine remedio contra iniurias illatas, maximum esset incommodum, vt Vazquez supra num. 12. Villalob. num. 5. supra.

57.

Secundo modo potest Rex habere opinionem probabilem sibi regnum competere, quando videlicet non interuenit opinio facti, vt diximus iam, sed iuris, verbi gratia, si opinio versaretur affirmas Regem talia vel illa tributa exigentem tyrannum esse, posseque à quocumque alio Rege à regno spoliari, contradiceret tamen alia opinio, & minime posse spoliari à regno censeret; tunc opinione illa prima ductus Rex bellum posset gerere, & à regno spoliare alium Regem. Nec in hoc euentu opus esset iudicem adire, eò quod ius ad regnum tunc non nitatur in opinione facti dubij, cuius dubietas vinci debeat melioribus probationibus quas iudicare ratione, & non armis sit opus: sed nitatur in facto certo quod vterque Rex tale esse faretur, v.g. quod tributa illa imposita sint, & determinatum iam sit per Doctorum opiniones, quid in illo euentu possit licite agi vel non: imò id quoque tacite decretum est per legis latores, qui cum videant opiniones versari diuersas, eas permanere permittunt, vt in simili diximus supra num. 3. Et sicut habenti, verbi gratia, opinionem ex testamento minus solemniter acquiri ius ad rem legatam, eamque posse auferri à possessore, nefas neutiquam est accipere priuata auctoritate, cessante scandalo, vt diximus disput. 43. num. 54. & 55. sic nec deterioris conditionis erit Rex dum iuris opinione fulcitur dicente regnum ad se pertinere, quin propria auctoritate illud valeat vindicare. Nec propter scandalum vel reipublicæ turbationem restrictus erit Rex à regno sibi competente secundum probabilem opinionem acquirendo abstinere; cum tunc turbatio à causa insita oriatur, nec Regi sit medium aliquod quo vitare possit scandalum &

turbationem, & alias regnum acquirere sicut habet priuata persona, quæ ad iudicium rem defertens, & scandalum seu reipublicæ seditionem cauet, & eam rem recuperat, iudice scilicet illam applicante, vt bene aduertit Grassus 2. part. decision. lib. 2. cap. 20. num. 5. Suarez de fide vbi de bello, disput. 13. sect. 2. num. 2.

Præterea turbatio reipublicæ solum prohibita est inter ciues eiusdem regni, eod quod necesse sit turbatione intercedente desolari regnum, Christo dicente, Lucæ cap. 11. *Omne regnum in se diuisum desolabitur*: obque commune bonum tuendum æquum est personam priuatam ius suum negligere; ne sequatur, vt vinculum illud publicæ concordie, quo præcipue salus populi, & humana societas continetur, vel dissoluatur penitus, vel saltem relaxetur maximè ac debilitetur; at quod inter diuersa regna turbatio detur, causa iusta intercedente inconueniens non est, nec contra ius naturæ, cum vnum regnum non teneatur extraneum regnum conseruare, ob quod cogendum non est Rex ius suum negligere ob extranei regni consecrationem, sicut cogitur persona priuata suam reipublicam indemnem seruare. Vnde seditio solum interuenit inter partes eiusdem ciuitatis, vt docet Valent. 2. 2. disput. 3. quæst. 18. punct. 2. fol. 876. bellum autem inter integras Respublicas, quod docet D. Thom. 2. 2. quæst. 42. & Suarez 2. 2. de seditione, vbi ait intrinsecè malum esse, non autem bellum. Imò vt rectè aduertit Lorca 2. 2. sect. 3. disput. 49. bellum iustum non opponitur paci, imò vt ait D. Thom. 2. 2. quæst. 29. art. 2. ad secundum, debellantes pacem consequi intendunt. Et sicut contra rationis dictamen minimè est vim vi repellere, sed potius id licet ex regula iuris, *vim vi*, &c. & ex cap. si verò, extra de sent. excoim. ex l. 1. C. vnde vi, & l. 1. & 3. ff. de vi & vi armata, cap. solum, extra de restit. spoliatorum, Suarez 2. 2. de bello sect. 1. num. 6. & ceteri Doctores. Sic & opinione opinionem repellere erit licitum, cum vna opinio alteri vim inferat.

58. Hanc nostram sententiam pro prima parte ipsius docent Vazquez, Villalobos supra, vt vidimus. Salas 1. 2. tom. 1. quæst. 21. tract. 8. disputat. vnica, sect. 13. num. 118. Montel. 1. 2. tom. 1. disput. 29. Torres 2. 2. tom. 1. disp. 90. dub. 2. Bañes 2. 2. quæst. 40. art. 1. dub. 5. Molina 1. tom. de iustitia, disput. 103. Suarez tom. de Fide, tract. de bello, disput. 13. sect. 6. fol. 810. Valent. 2. 2. disput. 3. quæst. 16. punct. 1. fol. 845. Lorca 2. 2. sect. 3. disput. 16. num. 4. Ledesma in summ. 2. tom. tract. de Charitate, cap. 13. à conclus. 14. Victoria in relectione de Indis insularis, dub. 3. num. 17. Rodriguez 1. tom. summ. cap. 125. Vega 1. parte, summ. cap. 121. casu 3. Reginaldus 1. tom. prax. lib. 21. num. 88. Malderus de virtutibus, quæst. 40. art. 1. dub. 3. & 4. Pro vtraque tamen parte debent docere illam Sanchez de statu Religioso, lib. 6. cap. 3. num. 7. & Suarez de legibus, lib. 5. cap. 18. num. 20. inquietantes, nullum posse priuata autoritate accipere sibi rem quam alter possidet, quamuis opinionem probabiliorum esse rem suam habeat: posse tamen illam accipere, si pro se haberet opinionem dicentem fas esse possidentem spoliare, vt retulimus disputat. 33. num. 29. ac si dicerent, quando opinio est solum opinio facti, non erit licitum possidentem deturbare à rei possessa: detentione, erit tamen integrum, quan-

do opinio fuerit iuris, vt ibi latè diximus: at Rex deterioris non debet esse conditionis quantum ad vsum opinionum quam ceteri: licitum ergo erit illi opinione iuris nitenti alium Regem à possessione regni spoliare, quantumcumque absque peccato possideat. Expressè docet secundam partem nostræ conclusionis Nauar. lib. 2. de restit. cap. 3. num. 265. qui attentè legendus est. Nam id dixit causa exempli agens de iubdito debellante in bello probabiliter iusto, & num teneatur restituere damna ex bello sequuta: & lib. 3. cap. 1. num. 237. Qui malè addacit pro sua opinione exemplum illud, videlicet quòd sicut probabilis opinio sufficit priuatae personæ ad excitandam litem, sic quoque fas sit Regi opinione probabilis ducto bellum indicere cum hoc in ipso idem met sit quòd in priuata persona litem excitare. At huiusmodi exemplo se tutari non potest Nauarra: imò aduersus illius sententiam ex diametro pugnare conuincemus facile. Nam priuatae personæ integrum est litem excitare eò quòd propria autoritate vnus ab alio rem possessam eripere non potest, sed autoritate iudicis esse auferendam conceditur: at Regem bellum mouentem aduersus Regem alterum propria autoritate possidentem spoliare posse non expectata iudicis sententia admittit Nauarra nobiscum consentiens.

Docet item nostram sententiam Reginald. 2. tom. prax. lib. 21. num. 98. cum dicat posse dari bellum iustum ex vtraque parte ex ignorantia vel probabilis opinione: ob quod opus est consentiat, licet Regi ius suum vindicare, quando ducitur opinione probabilis ad illud acquirendum: aliàs nunquam daretur casus belli iusti ex opinionibus probabilibus. Quam quidem doctrinam sequitur Malderus de virtutibus, quæst. 40. dub. 4. Victoria relect. de iure belli, num. 32. Nauarra lib. 3. de restit. in noua editione, dub. 13. in fine num. 239. Couarr. regula peccatum, part. 2. §. 10. num. 6. Et docere debet Sanchez de statu Religioso, lib. 6. cap. 3. num. 7. qui absolute docet, posse dari bellum iustum ex vtraque parte, interueniente pro vnaqueque parte opinione probabilis: comitanturque eum Filiucius tom. 2. tract. 40. num. 266. Pelantius 2. 2. quæst. 70. disputatione vnica. Et docere tenentur vniuersi qui posse Regem exigere tributum secundum suam opinionem iustum, fatentur, & à subditis possidentibus auferre, quamuis pro opposita parte, esse videlicet iniustum, adsit quoque opinio, quos auctores retulimus disput. 33. num. 35.

Nec semper debellare est actus iustitiæ punitiue: in quo decèpti sunt Vazquez supra num. 13. Montel. num. 224. Bañes; inferentes inde, non esse fas vnquam propria autoritate, hoc est, sine iudicis sententia regnum ab alio Rege possessum ex opinione probabilis, occupare; cum nullus dignus sit pœna nisi ob culpam commissam. Villalobos supra num. 7. sed est etiam actus iustitiæ acquisitiue iuris proprii, seu est actus iustitiæ commutatiue rem propriam acquirentis. Licet enim bellum quando aggressiuum est, sit iustitiæ punitiue actus, non tamen quando defensionum est, de qua distinctione videndus Suarez de fide, vbi de bello, disput. 13. sect. 1.

Sed tamen aduersus secundam partem nostræ sententiæ obijciunt Vazquez & ipsius sequaces doctrinam illius transcribentes, Salas videlicet, Montel.

Montes. Torres, & Villalobos suprà allegati. Inveniunt enim, quòd impossibile sit dari bellum iustum ex vtraque parte, nisi ex ignorantia inuincibili, qua aliquis debellantium excusatur à peccato debellandi, quamuis à parte rei bellum iniustum pro sua parte detur; aliàs, si à parte rei bellum pro vtraque parte esset iustum, circa idem omnino esset duplex ius contrarium: quapropter si à parte rei Rex qui possidet, nulli facit iniuriam possidendo, nullus à parte rei nisi ex ignorantia inuincibili poterit à possessione disturbare & Regnum occupare tanquam sibi debitum, cum eadem res indiuisa duobus ex æquo non possit esse totaliter debita: nam si vni tota deberetur, nihil remanet illius, quod sit debitum alteri, aliàs primo creditori non esset totaliter debita, cum secundo etiam debeatur. Ob quam rationem suprà disput. 43. num. 30. & 31. & 32. diximus, reum negantem veritatem criminis semiprobatu, ius habere ad illud occultandum, iudicem verò nullatenus habere ius ad interrogandum: & ob id impugnauimus modum dicendi illorum qui posse iudicem iustè interrogare consentiunt, & simul posse reum iustè negare admittunt. Igitur si vnus Rex possideat regnum opinionem probabiliter ductus, iustè possidet: ergo alter non poterit à possessione disturbare tanquam iniustum possessorem, aliàs à parte rei esset iustus possessor & iniustus, quod implicatorium est. Et implicare quoque videtur aliquem auferre ab alio id quod iustè possidet, abique eo quòd iniuriam illi irroget, rem vsurpando.

60. Huiusmodi tamen impugnationem, quamuis adeo magnificentè præfati Doctores, quòd ea se planè conuinci testentur, facillè tamen à nobis soluenda est. Dicimus namque Regem possidentem opinionem probabiliter ductum, iustum possessorem esse, non absolutè & omnibus modis iustum, sed probabiliter tantum, adeo, vt dicatur possessor iustus probabiliter, & non absolutè iustus possessor: aduersus tamen possessorem iustum probabiliter, poterit dari iustus spoliator possessionis qui reputat quoque probabiliter alterum esse iniustum possessorem: vnde tunc bellum intercedit inter iustum spoliatores aduersus iniustum possessorem in opinione spoliatoris, & sic non datur bellum iustum à parte rei ex vtraque parte in opinione spoliatoris. Et licet possidens regnum arbitretur quoque ex sua opinione se iustum possessorem esse, & alterum iniustum spoliatores, & sic iustè se defendat, non ob id dicitur à parte rei iustè possidere regnum & iniustè, sed solum secundum assensum opinatiuos contrarios; nam à parte rei & coram Deo, aut iustus possessor est, aut iniustus, & non vtrumque simul; & ob id rectè dixit Molina 1. tom. de iustitia, disput. 103. quòd tunc erit bellum iustum ex vtraque parte, sed ex vna formaliter tantum & materialiter, ex altera verò formaliter tantum, Maldertus de virtutibus, quest. 40. dub. 4. art. 1. sic diximus suprà disput. 33. num. 32. posse subditum non parere superiori quando ducitur opinione dicente esse illicitum quod præcipitur, quamuis videat esse iustum secundum superioris opinionem; quia tunc superior non præcipit aliquid absolutè licitum, sed solum probabiliter: subditus autem probabiliter quoque indicat esse iniustum mandatum. Vnde tunc non datur bellum rei iustè aduersus rem iustam in opinione subditi, sed rei iustè

probabiliter aduersus iniustam probabiliter. Vnde licet Rex possidens ex opinione probabiliter, nulli faciat iniuriam formaliter, cum non peccet possidendo, facit tamen iniuriam materialiter probabiliter, hoc est secundum opinionem spoliatoris; ad propulsandam tamen iniuriam materialem quoumque haber ius, nec dum Rex, cum iure naturæ concessum sit cuiunque ius suum illæsum seruare.

Nec iniuriam irroget ille qui ab alio auferit, quod iustè probabiliter possidet, sed quando iustè absolutè possideret: nam cum eo quod aliquis iustè probabiliter possideat, compatitur simul iniustè secundum aliam opinionem possidere. Et quamuis teneamus cum Vazquez opusc. de restit. cap. 6. §. 3. num. 84. quòd qui ex opinione probabiliter, quòd videlicet aliquis contractus non erat vsurarius, contraxit cum alio, qui oppositam habebat opinionem, & ab eo aliquid vltra sortem recepit, non possit clam subripere quod tradidit. Non totalis ratio est, quia alter iustè possideat, sed quia contrahens non faciat alteri iniuriam si nolit cum eo contrahere, nisi secundum suam rationabilem opinionem, nec alius potest conueniri, quòd in eo non sequatur suam opinionem: Rex verò debellans cum alio, ductus opinione probabiliter, non obligatur ex aliquo opinione alterius Regis possidentis sequi, & ob id poterit illum spoliare. Vnde non assentior Sancio in summ. lib. 4. cap. 1. num. 17. inuenienti quòd si restituat qui aliquid vltra sortem accepit credens ad id teneri, & non restituerit si sciret se posse iuxta opinionem probabilem restituere, nequeat occulta compensatione vti.

QVÆ NAM ALIA SINT  
aduertenda pro vsu opinionum  
probabilium in rebus  
moralibus?

S V M M A R I V M.

*Dum opinio probabiliter ratione fulcitur, sequi poterit, etsi de nouo suscipitur ab aliquo Doctore, numero 61.*

*Opinio probabilis erit illa qua ratione probabiliter nititur, etiamsi auctor illam dixerit argumenti gratia, vel perfunctorie, aut disputationis gratia, vel incidenter ad alterius rei exemplum, vel explicationem, num. 62.*

*Iuris periti non audent in praxi sectari opiniones Cuiacii, Duarenii, Duelli, Antonij Fabri, & aliorum, decipiuntur, num. 63.*

*Si horum Doctorum opiniones prohiberentur sequi mandato Regis, sequenda non erunt, numero 64.*

*Quoties aliquod iudicium est probabile speculatiuè, est quoque probabile practice, num. 65.*

*Inter opiniones probabiles vna non est superior altera quoad imputabilitatem, & in hoc communiter decipiuntur Doctores, num. 66.*

*Non est attendendum ad pluralitatem Doctorum sententium aliquam opinionem, vt ex eo probabiliter indicetur, num. 67. & 68.*

*Vt indicetur aliquem auctorem fauere alicui opinioni,*

ni, non est attendendum ad illud quod in indice sui libri reperitur, sed ad id quod in libro continetur, num. 69.

Immerito aliqui existitiam consumuntur quod in rebus moralibus tot reperiantur diuersa opinioniones, cum potius illas dari sit Dei summa prudentia, numero 70.

Alia scitu digna, num. 71. & 72.

61.



61. V I A maior pars huius disputationis ex eo pender, an opinio quam aliquis sequitur sit probabilis vel non, operæ pretium erit paucis exponere quænam desiderentur ut opinio probabilis dicatur. Primum ergo probabilis erit, si illam affirmet boni nominis Doctores: imò et si vnus, vt docet Angelus verb. opinio, num. 2. & ibi Syluest. quæstione 1. Nauarr. summa Latina, cap. 17. numero 188. Valentia 1. 2. disput. 1. quæst. 1. 2. punct. 4. quæstiunc. 4. Sa verbo, Dubium, numero 3. Sanchez in summ. lib. 1. capite 9. numero 7. Imò et si nullus, dum tamen qui suscitatur opinionem sit vir doctus & probabilibus rationibus incedat, quem si consulat laicus non doctus sequi potest, quamuis vir ille doctus explicet omnium aliorum Doctorum opinionem diuersam esse. Vazquez 1. 2. tom. 1. disput. 62. cap. 4. numero 12. Azor tomo 1. cap. 7. quæst. 6. Villalob. 1. tom. summæ, difficult. 4. num. 16. Sa verb. Dubium, numero 3. Torres de fide, disp. 55. dub. 3. Lorca 2. 2. quæst. 11. art. 2. disput. 40. numero 18. Et verè quælibet opinio dum suscitatur, ab vno authore ortum habet, postea alius illi consentiens, ideo assensum præstitit, quia sibi probabilis visa fuit opinio recens adinuenta. Aliàs peccaret illam amplectens, vnde ait Tacitus lib. 11. annal. cap. 8. *Omnia quæ nunc vetustissima creduntur, nona fuere.* Granada 1. 2. tractat. 1. 2. disp. 4. sect. 1. à num. 5. Docet in re Sajt. in Clauis Regia, lib. 1. cap. 6. num. 8. licet non omnes authores consentire contrariæ opinioni velit, vt opinio suscitatur probabilis sit: at credo id dixisse timore ductum, non quia id sentiret, vt ex adductis ab illo constabit, de quo requbir sermo num. 67. & 68. & egimus disput. 18. num. 7.

62.

62. Deinde notandum, quòd non solum tunc iudicandum erit opinionem probabiliter habere, quando ille qui suscitatur opinionem, eam esse probabilem asserit, & probabili ratione facit, vt diximus numero præcedenti, verum estò doctrina adducta à Doctore, nec à se, nec ab alio veram esse affirmetur, sed quòd gratia argumenti fuerit adducta, vel incidenter ad alterius rei exemplum vel explicationem, aut disputationis gratia, tanquam opinio probabilis haberi poterit, si ratione probabili, & verosimili sit talis doctrina mixta, & sit habilis ad discutiendum rationis vim seu probabilitatem qui doctrinam legit. Et sanè doctrina quæ nulli Doctorum placuit negatiuè, hoc est quam nullus vsquemodò probauit nec reprobauit, alteri legenti docto placere poterit. Imò et si ceteri Doctores eam reprobauerint positiuè, si tamen eam non esse reprobaram sufficienter, videatur alteri Doctore, nec argumentum pro illa doctrina adductum esse satis solutum, vt probabilis amplectari poterit. Nam in hoc casu qui legit doctrinam, & illam probabilem esse iudicat, habet se sicut primus qui suscitatur opinionem aliquam, & illam typis imprimendam curauit: sicut

enim illum primum turò posse eam iudicare tanquam probabilem censuimus numero antecedenti, & antequam imprimendam curet, opus omnino fuit eam esse probabilem arbitrari: sic & qui legit doctrinam nullum pro se habentem assertorem, poterit primus illam tanquam probabilem iudicare. Herclè plures opinioniones adiunguntur sunt, & in scholis introductæ, sumpta occasione ex dictis ab aliis in argumentis, seu ex dictis perfunctoriè & incidenter. Et multo melius posse doctrinam pro argumento adductam iudicari probabilem, erit arbitrandum, quando author obiectionem contra se adductam fateretur magnam vim sibi inferre, vel magnopere esse aduertendam moneat. Nam dictis animaduersionibus satis innuit, non satis posse solui argumentum, & consequenter oppositam doctrinam non vndequaue certam reddi.

Præterea animaduertendum, plures Iurisperitorum non aulos esse in praxi sectari opinioniones Duarenij, Cuiacij, Donelli, Antonij Fabri, & aliorum, appellati que illas opinioniones solum theoreticas & non practicas, tantumque ad scholarum ludum proficiuas, nequaquam tamen ad in praxi iudicandum. In quo sanè decipiuntur. Nam vt discemus disput. 54. num. 11. imperceptibile est, aliquam opinionem esse speculatiuè probabilem, & in praxi turò amplectari non posse: cum probabilitas practica ab speculatiua probabilitate oriatur, ab eaque solum differat tanquam effectus à sua causa: id enim quod quis opere exequitur iuste, vel iniuste, ab eo nascitur, quòd scilicet, speculatiuè iudicauit posse agi licitè, vel illicitè, cum cognitio speculatiua dirigat voluntatem ad opus, vt ait Sanchez lib. 2. de matrimon. disput. 41. num. 5. licet ad aliud propositum. Vnde in praxi turò amplectari poterit talium Doctorum opinio: imò fortè melius quàm aliorum non tam theoreticè sapientium. Nam illi qui theoreticè rem plenius examinant & fundamenta discutiunt, melius quoque regulam ad operandum demonstrabunt; aliàs nihil proficet alicui rem sanius percipere, nisi in ordine ad operandum certiore regulam constitueret. Docet Diana tract. de opinione probabili, resolut. 5. qui mea verba transcripsit.

63.

63. Nec oberit, quin horum Doctorum sententia sectari queat, quòd magis communiter Iurisperiti illorum mentem non amplectentur, nec iudices iuxta talium opinionum sententias pronuntiant: id enim necessitatem non inducit aliis, quòd videlicet contra illorum theoreticorum doctrinam teneantur quoque iudicare: & quia præsumendum sit plures Iudicum & Iurisperitorum contra talium theoreticorum sententias iudicantium, id agere, quia ex proposito eorum Doctorum doctrinam non disculsère, sed vnus alterius vestigia tanquam greges sequitur, vt in similibus aduertit Sanchez in summ. lib. 1. cap. 9. num. 9.

64.

64. Si tamen eueniret in supremo Consilio, aut alio, ex facultate Regis esse expressè iussum, stylum oppositum doctrinæ illorum Doctorum esse semper seruandum, non poterit tunc iuxta eorum sententias iudicari. Quia ex quo ius nouum positiuum constitutum est aduersus illorum doctrinam, desinit iam probabilitatem habere. Sicut post Concilium Tridentinum aliquæ opinioniones Syluestri, Angeli, Armillæ, & aliorum antiquorum sectari non possunt, quibus antea inhaerere

rete fas erat. Quòd autem supremi Consiliarij non vrantur prædictis opinionibus Duareni, &c. consuetudinem, siue legem non inducit prohibentem talium Doctorum opinionibus vii. Vt enim diximus expressa lex necessaria erit, qua præcipiatur doctrinam illorum Doctorum deserendam fore.

65. Aduertendum deinde, quòd licet disput. 14. num. 7. & 19. distinxerimus iudicium speculationum nostrum à practico, non ideo distinximus, quia possit dari iudicium aliquod esse speculatiuè probabile, non tamen practice: sed potius è conuerso posse euenire, aliquod iudicium speculatiuè, nec practice per principia intrinseca esse probabile, esse verò probabile practice per principia extrinseca, hoc est, ob auctoritatem aliorum Doctorum oppositum censentium eius, quod à nobis est speculatiuè iudicatum. Vnde bene valet, omnem opinionem, quæ speculatiuè probabilis est, esse quoque practice probabilem; non tamen omnem practice probabilem esse quoque speculatiuè intrinsece probabilem. Poterit tamen euenire opinionem quæ speculatiuè probabilis est intrinseca, & consequenter probabilis practice intrinsece ab extrinseco improbabilem speculatiuè, & improbabilem practice, quatenus videlicet, per aliquam legem vetitum est tali vel tali vti opinione, sicut illa forma, *Ego te baptizo in nomine Genitoris*, &c. præceptum est ab Ecclesia quod nullus vtatur, & à Clemente VIII. quod in absentia Sacerdotis non fiat confessio, quamuis hæc opinio suam intrinsecam habeat probabilitatem, quam non potest Summ. Pontif. auferre, nisi desinat de fide oppositum illius quod docet opinio esse verum. Nam tunc iudicium de probabilitate opinionis, non probabile, sed certo & infallibiliter erroneum erit.

66. Præterea aduertendum, quòd dum communiter inquirunt Doctores inter opiniones probabiles dari vnam securiorem & tutiorem altera, non sic est intelligendum, quòd maius periculum incidendi in culpam inueniri possit, vnam opinionem sectando quam aliam. nam cum quælibet opinio probabilis tutam reddat conscientiam in operando, non minus tutus erit operans iuxta vnam, quam iuxta aliam opinionem: si namque nihil offensæ Diuinæ committit vnus, nec alius; æqualiter ab offensæ recedunt vtrique, sicut duo homines nihil albedinis habentes distare æqualiter ab albedine est cuiuslibet compertum: solum ergo in eo sensu inquirunt Doctores, vel dicere tenentur, vnam opinionem tutiorem esse alia, quòd videlicet sequens vnam contingat non solum, non incurrere culpam formaliter, verum nec materiale peccati attingere, vt docet Sanchez in summ. lib. 1. cap. 9. numero 14. verbi gratia, dicat vna opinio hoc esse restituendum, & alia affirmet non esse restituendum; ille qui iuxta opinionem obligantem ad restituendum, restitutionem egerit, non solum non peccat formaliter, verum nec materialiter, cum dissonantia nec etiam materialis inueniri nequeat in restituendo, in non restituendo tamen fortè posset reperiri dissonantia materialis, si non restituere dissonum esset in illo casu menti Diuinæ, iuxta quam omnes actiones morales regulantur quoad bonitatem, vel malitiam essentialem, hoc est, materialem, quoad formalem tamen malitiam, hoc est, imputabilitatem (sic appellare volo modò Sanchez Selecta.

formalem malitiam) iuxta conscientiam operantis mensurantur.

Nec obstat, si dicat quis distantem à fouea, vel fluuio per quatuor passus remotiorem esse à periculo incidendi, quam distantem per duos: igitur & in opinionibus magis distabit à periculo incidendi in culpam qui restituit, quam ille qui non restituit, & è contra minus distabit qui restitutionem non egerit. Non; inquam, obstat hoc; nam licet in Physicis hæc vera sine, non tamen in moralibus in quibus voluit Deus nullum periculum incidendi in culpam incurrere operantem iuxta opinionem probabilem: vt optimè animaduersum fuit ab Henriquez in præmio summæ, cuius verba à nobis referentur infra numero 70. quo fit ita remotum à periculo incidendi in flumen reperiti distantem per duos passus, ac ille qui per quatuor recederet, si vterque omnino securus esset promissione Diuina nequaquam in flumen esse lapsurum, cum tunc securitas non incidendi à causa æqualiter protegente, scilicet Deo, defumeretur. Hocque valde notandum est.

Vereor sanè plures Doctorum à quibus consilium alij rogant, non audere opiniones probabiles consulere in praxi sequendas, metuentes id, ne fortè alij crimen ob illorum consilium committant: quibus rectè congruit illud Psalm. 13. *Ibi trepidauerunt timore, ubi non erat timor.* Granada 1. 2. tractat. 12. disput. 4. sect. 2. numero 15. Cum probatum sit iam, operantem iuxta quamlibet opinionem probabilem æqualiter remotum esse à periculo committendi culpam, ac illum qui contrariam opinionem sequitur. Vidi namque aliquos Theologos rogatos, num quis posset se defendere ab iniusto aggressore, metuere id agi posse consulere, rationem reddentes, quòd in damnum tertij vergeret defensio. Vellem ab ipsis sciscitari, num offensus & iniuriam patiens sit quartus, aut sextus? Nonne etiam tertius est? Nonne expeditus est tertie personæ innocenti fauere, quam tertie personæ iniuriam irroganti?

Vnde concludimus, inter opiniones probabiles vnam opinionem non dari tutiorem altera quoad imputabilitatem, cum nulla deret securior via quam non peccare. Nec etiam in alio sensu concludimus dici propriè, dari vnam tutiorem altera quoad materiale peccati incurrendum: quia esse magis vel minus tutam, quoad imputabilitatem desumi debet, & non quoad materiale peccati. Vnde Vazquez 1. 2. tom. 1. disputat. 62. numero 2. dicens vnam dari opinionem tutiorem altera, nisi id intelligat in sensu à nobis adducto, veritatem huius rei non attingit, & vt opinor nostrum sensum non est præmeditatus in præallegato loco, sed absolute docet vnam opinionem dari tutiorem altera: vt constat ex illius verbis dicentis: *Notandum verò in primis inuè opiniones quandam esse tutiorem, quandam verò minus tutam: dicitur autem tutior, non quia sit probabilior, sed quia qui illam sequitur, non potest peccare, vt si sint opiniones contraria de restitutione facienda, ea qua dicit restituendum aliquid esse, dicitur tutior, quia in facienda restitutione non potest esse peccatum; contraria verò est minus tuta, quia in non facienda restitutione potest esse peccatum: & sic in alijs materijs.* Verum postea illa disput. 62. numero 44. nostrum sensum est planè confessus: cum enim

obicisset sibi argumentum, videlicet non fas esse alicui minus tutam opinionem sequi, ne se periculo peccandi exponat, taliter soluit argumentum, *Quare respondet ad argumentum, quoties habetur assensus opinionis de aliqua parte determinata, siue sit per intrinseca principia, siue per extrinseca, nec dubia manet conscientia iuxta superius notata, hominem non se exponere periculo peccandi, ita ut formaliter ipsi impueterur, sed tantum periculo faciendi, id quod in re forsan peccatum, & prohibitum est: quod non videtur factum, ut hoc periculum ad aliquam culpam impueterur, cum quis probabiliori ratione ductus se operatur.* Et postea subdit. *Illud vero commune axioma. Tutior pars est eligenda, intelligitur solum in dubiis, non in opinionibus.* Quod etiam docet Azor 1. tom. lib. 1. cap. 16. quæst. 2. in fine. Sanchez in summ. lib. 1. cap. 9. num. 14.

Cum autem Doctor aliquis contrarius in doctrinis sibi est, vel videtur esse, imitandus est iuxta doctrinam posterius traditam, cum præsumatur illam attentius fuisse inspectam, & decursu studij illud authoris menti occurrisse, quod antea non se obtulerat & inconuenientia oriri ex prima doctrina, quæ iuxta secundam dirigitur. Gregor. Lopez in glossa 8 in fine in l. tit. 1. part. 4. Bolaños verb. *juicio*, num. 17. Si tamen prima doctrina conformior sit menti legentis, illam sequi fas erit non obstantè secunda. Nec mirum erit (quamvis maximè vitandum) oppositas doctrinas iuxta diuersas opiniones edoceri ab vno auctore, cum ipse posset concipere contrarios assensus opinatiuos ex oppositis principiis exortos, & modò iuxta vnã & postea iuxta aliam opinionem loqui, vt docet Garcia 2. tom. de benefic. part. 11. cap. 5. num. 365. plures adducens: quod efficere potest Doctor, siue assensus contrarij sint ex principiis intrinsecis probabilibus, siue vnus assensus sit ex principiis intrinsecis, & alius extrinsecis, vt asserit Vazquez 1. 2. tom. 1. disput. 62. num. 14. Azor tom. 1. lib. 2. cap. 19. Quis non mirabitur ius tanti Doctoris, Vazquez videlicet ingenij aciem? dixerat prius inter opiniones vnã dari tutiorem altera, sensu paulò post huius difficultatem, & qualiter sit intelligendum explicuit: proh dolor! quòd inimpetuit hic iniussus ab alijs Doctor vitam finierit, fortè nostra crimina à nobis absentiem fieri meruere iuxta illud Itaz 3. *Auferret à Hierusalem sapientem de archieclis & prudentem eloquij mystici.* Quam diligentissimus fuerit hic Doctor in resoluendis sacris Concilijs & Sanctorum voluminibus præsertim Augustinianis fatentur vniuersi. Quam etiam in tutandis sententijs ab ipso dictatis nervosas rationes adducat, inueniunt constabit: quàm in rebus moralibus iudicium prudentia exuberans fuerit consequens, eius scripta satis demonstrant. Denique qui huic Doctori parum affecti sunt, id enenire arbitror, quia illius opera non perpenderunt satis, in materia tamen sacramentorum dicunt omnes vnã dari opinionem tutiorem alia, quia ex illa forma, *Baptizo in nomine Patris, &c.* sit infallibiliter Sacramentum, non tamen ex illa, *In nomine Genitoris & Geniti, &c.*

Notandum deinde plures hominum tunc opinionem probabiliorẽ iudicare, quam pluribus Authoribus suffultam conspiciantur. At hoc sufficiens iudicium non est ad illum arbitrandum.

Quia si demus aliquam materiam tractasse tantum tres Doctores, aliam verò triginta, & ex illis tribus duo vni faueant opinioni, & vnus opposita, magis probabilis erit illa opinio duorum mente munita, quàm opinio, quæ sexdecim defensores præhabet in materia de qua triginta egerunt. Vnde non pluralitas absoluta metienda est, pro opinionis vbertiori probabilitate, sed respectiua iuxta numerum Doctorum agentium de illa re.

Deinde præmeditandum maximè non omnino sufficiens iudicium esse ad iudicandum magis non probabilem vnã opinionem quàm alteram, quòd illam videlicet plures sequantur Authores. Qua contingit, sæpè turbam Doctorum aliquando amplecti vnã opinionem absque delectu rationum, aut saltem non tam exactè rationibus ponderatis, contra quas deinde alius Doctor magnæ autoritatis opinionem aliquam mutare excogitaram in scholas introducere potest, vt diximus disput. 18. num. 7. vbi Authores retulimus. Quod confirmat vulgaris illa lex Iustinian. in l. 1. veri. *Sed neque ex multitudinẽ.* Cod. de veteri iure enucleando. Per hæc verba: *Sed neque ex multitudine auctorum, quod melius & æquius est iudicatore; cum possit vnus forsan & deterioris sententia, & multos & maiores aliqua in parte superare.* Et ibi glossa, & Deus Exod. 23. inquit: *Non sequeris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum acquiesces sententia.* Et Plato lib. 2. de legib. ait: *Non debet gubernator qua determinanda iudicio sunt, ab alio discere, & quasi obstupescens clamore multorum ferre sententiam.* Quam hercè veritatem optimè ostendit caput, *Niceda Synodus*, distinct. 82. vbi Pamentij sententia præposita fuit aliorum Concilij Patrum sententijs, vbi glossa verbo, *sententiam*, ait, *quòd sententia vnus potest alios trahere ad partem suam, ex cap. Cum sicut, de eo qui mitt. in possess. l. item si vnus, §. vltim. ff. de arbitr. Nauarrete en los discursos politicos, discurs. 40. folio 280. Quod egregiè satis docuit Seneca lib. de vita beata, cap. 1. in principio, dum dixit: *Nihil ergo magis præstandum est quàm ne peccorum vitia sequamur antecedentium gregem pergentes, non quo eundem est, sed quo iur.**

Aduertendum deinde non sufficere, ad iudicandum, quòd vnus Doctor talis, vel alterius sit opinionis, inspicere iudices librorum tantùm. Quia indices non tanta cura sunt ab Authoribus inspecti, fidentes non esse attendendum quid ipsi in illis doceant, sed in corpore libri, & sæpè incuria impressorum depingitur oppositum illius quod Author in libro docet. Tum quia Authores indices construunt sine ducendi legentes, vt perquirant in corpore libri, quod ab ipsis docetur, & non vt stant in illis, quibus tam exactè mens explicari non potest. Tum quia indices, nec licentia, nec approbatione imprimuntur, ob quod autoritatem tantam non habere, ac illud quod est in libro inclusum, meritò est arbitrandum. Poterit tamen amplectari opinio inuenta in indice, dum in eo conclusionis reddatur ratio, vt contingit in nostro.

Rursus præmeditandum, immeritò aliquos dolore commoueri & tristari, quòd tot reperiantur diuersæ sententiæ in rebus moralibus: potius in eo fulgere maximè prouidentiam Diuinam est arbitrandum. Nam ex opinionum varietate iugum Christi suauiter sustinetur, posset namque enenire

euenire plerisque hominum rebelles se proderent, si ad aliquid determinatè agendum, vel omittendum constringerentur, eo modo quo renitentur mandata naturalia Dei implere, quòd in illis de cretum iam sit determinatè & absque opinionum varietate, quid agere oporteat, vel minus: prouidentia ergo superna cautum est, unicam tantum viam operationum moralium non dari, sed rectam inueniri posse actionem, siue iuxta vnam, siue alteram opinionem operentur mortales: sicut & melius herclè est plures vias ad Matritum ducentes dari, quàm si vnica tantum reperiretur, nam vel eam nimis latam esse oporteret, aut per eam transeuntes impediri & cum molestia peragrate esset opus. Tum non solum molestiam inueniendam ita est notum constringendo homines unicam tantum opinionem in suis actionibus, siue omissionibus amplexari; verum pertimescendum valde esset, ex illis plures contra opinionem nauaturus operam, & consequenter peccaturos, potius quàm sibi placidam rem desinerent, vel à sibi exoso abstinerere retraherentur, hinc damno bonitas Diuina medens diuersa ingenia hominibus contulit, quibus diuersè inter se iudicia rerum ferrent, & se rectè operari arbitrentur. Deo namque nullum emolumentum accrescit quòd quis operetur iuxta vnam vel alteram opinionem, solum desideratè mandatum suum non infringi. Cum ergo iuxta opinionem probabilem operans, Dei præceptum non infringat, Dei non interest quidquam quòd iuxta vnam vel aliam opinionem operatio deducatur.

Vnde decipiuntur Doctores putantes securius se gerere dum id quod sub opinione versatur an sit peccatum, tale esse decernunt. Nam cum dubitent de veritate, non est maior ratio quare pro peccato quàm contra ipsum respondere constringantur. Imò cum Deus & homo sint quasi creditores, & ex eo quòd respondeant Doctores, peccatum ex tali opinione non enasci nihil detrimenti Deo superoritur, homini verò maxima comparetur vilitas, satius erit & Deo iucundius à peccato homines excusabiles reddi quàm ei obnoxios constitui, & porius ius competit homini vt sibi favorabiliter respondeatur, quàm Deo, cum vt dictum iam est, Deus non luctum nec damnum comparet, illud tamen nanciscatur homo. Quapropter, subtiliter satis Henricus in proemio summæ animaduertit, dicens: *Quòd errare cum Platone aut insigni theologo, dum lateat ignota veritas speculatiua, non nocet in praxi, in quo theologus differt à corporali medico, qui si morbi vim quamuis sine culpa ignoret, necis occasio esse solet: sed qui sapientium ac prudentum sententia probabiliter acquiescit, nullum patitur periculum conscientie. Deus enim ita nobis ignorantibus indulget, vt eam sententiam confirmet ad salutem, vt per medium spirituale sanet etiam vulnera que inculpabilis ignorantia ignota sunt.*

Possit forsitan aliquis excogitare fas esse cuique non solum Doctoris opinionem ratione probabiliter nitentem sectari, verum esse licitum factum Doctoris imitari, dum rectæ conscientie sit quoque Doctor ille. Nam cum præsumi nequeat sapientem hominem manifestè errare, nec tantam habere malitiam, quòd illicitum operetur: fieri videtur factum eius imitari posse. At hoc fieri non posse firmissimè censeo. Nam Doctor ille

causas occultas habere potest, quibus illi sit licitum operari, quòd alteri esset veritum, non præ-existentibus similibus causis. Tum quia etsi virtuosus sit ex passione, aut inaduertentia operari poterit illicitum: Quapropter cum fas sit iniurias patienti, illas referre potenti consilij causa, vel suscipiendi solatij, vt diximus disput. 1. num. 10. & an huiusmodi causæ adsint, occultum sit audienti narrationem iniuriam, æquum non esset ex facto Doctoris videlicet ex narratione illa, deducere licitum esse cuiuscunque alteri defectus proximi narrare, & sic de alijs quàm plurimis exemplis.

Interrogatio ab scrupuloso ad me facta fuit, quænam videlicet, posset haberi via secuta ad operandum iuxta opinionem probabilem relicta probabiliori: aiebat namque ille, quòd cum ceuferent plures non satis esse sectari minus probabilem opinionem, nihil certum, nec securum in conscientia haberi qualiter sit operandum, vel non. Cui pro remedio hac maxime notanda doctrina satisfacere, non ob id non tutum esse sequi opinionem probabilem relicta probabiliori, quòd, aliqui Doctores censeant adesse obligationem sectandi opinionem magis probabilem. Nam etò opinio detur, quòd sit operandum iuxta opinionem magis probabilem, adhuc huius opinionis Doctores fatentur, vel fateri coguntur, magis probabilem esse opinionem censentem licitum esse sequi opinionem probabilem relicta probabiliori, eò quòd plures Doctores illam tuerentur, vt vidimus disput. 42. num. 12. & expressis verbis fatetur Granado 1. 2. tract. 12. disput. 4. sect. 3. num. 24. & in exordio etiam ab oppositam opinionem habentibus sequitur, quando illis expedit, & vrgentiori ratione fulcitur. Nam cum ex opinionibus probabilibus nihil habeatur certum taliter, quòd pro vtraque opinioni formidè concipiatur, num sit licitum operari, vel non, iuxta quamcunque illarum suarum opinionum, ex eo quòd opus fiat iuxta probabilem relicta probabiliori, non eligitur via incerta seu certò mala ad operandum: cum ergo illa via incerta non sit, nec certò mala, sit eligentem illam non eligere ex eo viam iniquam ad operandum: quòd autem oppositæ opinionis via aliquantulum certior appareat, id solum esse verum, probabilibus rationibus apparebit, non certis & absque dubio: excessus verò ille maioris certitudinis considerabilis non est ad inducendum præceptum, vt diximus numero 1. Igitur cum probabilior opinio sit licitum esse amplexari opinionem probabilem relicta probabiliori, sit non restituentem, verbi gratia, ex opinione minus probabili, ex consequenti non restituere ex opinione probabiliori, eò quòd sciat ille non restituens, opinionem probabiliorè docere esse licitum amplexari minus probabilem opinionem docentem obligationem non interuenire tunc restituendi. Vnde cum detur opinio probabilior de opinione minus probabili, ille non restituens probabili & probabiliori opinione ducitur ad non restituendum, concurrente probabili ad deobligandum ab agenda restitutione, probabiliori verò ad excusandum, ne opinio probabilior censens esse restituendum, eligatur. Inter opinioniones verò æquè probabiles fas esse cuique quamcumque sectari, nullas vnquam dubitauit.

72.

## DISPUTATIO XLV.

An Religiosi militares alio nomine Commendatarij, decenter  
 accedant ad Sacramenta Pœnitentiæ & Eucharistiæ ense  
 & pugione accincti, vel an deponere debeant?

## SUMMARIUM.

Primum argumentum fauet partem negativam, numero 1.

Secundum argumentum pro eadem parte, num. 2.

Authoris iudicium, num. 3, 4, & 5.

Non solum Religiosi militares, verum & alij peccatum non committunt, licet accedant ad Pœnitentiæ & Eucharistiæ Sacramenta ense accincti, num. 6.

Ad primum argumentum respondetur, num. 7.

Ad secundum respondetur, num. 8.



ARS suaderet negativam. Qui accedit ad Sacramentum Pœnitentiæ, supplex & humilis accedere debet, tanquam reus ad iudicem: non igitur arma gestare accedentes decebit. Et si in foro politico, ubi negotia de rebus exterioribus aguntur, permissum non est negotiatoribus ad tribunal iudicium accedere ense accinctis, multo minus conveniens erit tribunali Dei armatos se sistere.

Si arma ad pœnitentiarum forum apportent fideles, periculum est, ne occidatur Sacerdos, si forte beneficium absolutionis denegeret: ob quod evitandum, consultius erit arma deponere.

## Authoris iudicium.

Religiosos militares decet ad Sacramentum Pœnitentiæ accedere accinctos ense & pugione: illi enim à cæteris Religiosis aliorum Ordinum non milita um in h b u disting. nunt: sicut Religio Franciscana distinctum habitum induit à Dominicana. At quemadmodum indecens esset Religiosos D. Dominici, Francisci, aut Augustini, &c. habitum suæ Religionis deponere, ut ad Sacramentum Pœnitentiæ fieret accessus; cap. vide, 20. q. 1. ita & Religiosis militaribus parum conveniens erit arma deponere in simili occasione, cum sint illis accincti tanquam habitu proprio Ordinis militaris, quo à cæteris non militaribus distinguntur. Et licet verum sit, quod armis accinctos incedere Religiosos militares sit in signum protestationis defendendæ Fidei; quæ ratio cessare videretur quando ad Sacramentum Pœnitentiæ accedunt, cum tunc non ad defendendam Fidem, sed ad confitendum sua peccata audeant, non tamen adhuc decet illos deponere habitum suæ Religionis, specialiter in receptione Sacramentorum, ubi Fides Christi maxime denotatur. Ad cuius defensionem significandam, Christiani Missæ assistentes simul arque Evangelium incipit e unciari, assurgunt; & aliquando viginti mos arma etiam assumendi: quod notavit rectè

Salmeton in prolog. Et quamvis calcaribus etiam neantur Religiosi militares dum habitum Religionis induunt, non tamen ea apponuntur in signum principale ad distinguendum habitum inter ipsos & cæteras Religiones, sed ut quid consequens ad maiorem commoditatem militiæ equestris, non verò pedestris, pedestres autem Sacramenta suscipiant. Neque item crux pectori affixa reputatur habitus principalis Religionum militarium in secularibus, sed solum est signum quo significatur, quod arma quæ à Religiosis militaribus portantur, gestantur ab eis non generali ratione quæ à cæteris hominibus, sed ex speciali voto ab eis emisso in Religione. Quod verò quædam crux sit rubra, alia vitidis; alia vnius formæ, alterius altera, est ad discernendas Religiones militares inter se. Et sic intelligendum est quod ait Moraeus in tratado del principio de la orden de la cavalleria de Santiago, lib. 2. num. 76. dum ait, quod substantialiter consistit habitus huius religionis in cruce pectori affixa, ac si diceret; Per illam cognoscitur substantialiter hanc religionem esse ab aliis distinctam, vnde illa crux cognitioque substantialis est, non constitutioni. Et præcipue in hac religione enses esse habitum substantialem constat, cum crux pectori militarium affixa, in forma ensis portetur; signum autem non propter se, sed propter signatum ponitur. Quapropter Archiepiscopus D. Rodericus l b. 7. cap. 7. sic est affatus: *Rubet ensis sanguine Arabum.* Quod stabilis Rades in Chronica huius Religionis, cap. 4.

Hinc deducitur, Religiosos militares maxime decenter accedere ad Eucharistiam suscipiendam ense armatos; & quidem multò decentius respectu huius Sacramenti, quàm aliorum. Est enim Eucharistia misterium Fidei, ut refertur in cap. *Cum Maribus, de celebrat. Missar.* & in forma consecrationis vini in illis verbis: *Hic est calix Sanguinis mei, novi & æterni Testamenti, mysterium Fidei.* Ad illos igitur, quibus ex professione incumbit Fidem defendere armis, eadem portare attinebit pro munere seu Sacramento quo mysterium Fidei representatur. Quapropter in Sicilia Regno ad Eucharistiam sumendam ense armatos militares equites accedere à confessario in illo Regno diu commorante didici.

Possunt etiam decenter arma gestare in receptione Sacramenti Confirmationis: illud enim cum detur ad corroborandum animum in Fide, maxime congruit robar illud per arma significari, ita ut iniquum corresponsdeant fortitudo interior, & exterior.

Deduco præterea nisi obstarat contraria consuetudo, posse accedere ad Sacramenta Eucharistiæ, Pœnitentiæ, & Confirmationis Fideles ense accinctos, etiam si non sint Religiosi militares; cum

cum in Sacramento Eucharistiae Fides maxime representetur, & in Confirmatione robur ad defensionem Fidei praestetur. Ad obligationem autem cuiuslibet Christiani spectat Fidem tueri ob protestationem in Baptismo factam: Religiosis vero militaribus praeter hanc obligationem incumbit, & alia specialis ex voto suae Religionis. Praedictae tamen consuetudini contrauenire, non accedere, scilicet, ad Sacramenta suscipienda laicos esse accinctos, puto nullum esse peccatum, imò nec irreuerentiam: si taliter accedant praehabita cognitione, non referre quidquam esse accinctos seu absque illo accedere. Et in locis mari vicinis omnes esse accinctos Sacramenta Eucharistiae & Pœnitentiae suscipere, mihi testatum est ab ipsis qui esse accincti illa Sacramenta susceperunt.

7. Ad primum argumentum responderetur, solum probare, Fideles qui non sint Religiosi militares, non accedere ad Sacramentum Pœnitentiae esse accinctos: nequaquam vero, quod Religiosi militares debeant deponere arma; cum eis induantur in sua Religione tanquam habitu proprio quo à cæteris distinguantur. Et quamuis Religiosis militaribus non sit permittum ad tribunalia politica accedere esse accinctos, eo fit, quod illa tribuna-

lia sua gerant negotia contentione inter partes, petendo, negando, replicando, contradicendo, quibus posset eis suboriri, & periculum occisionis imminere. At in foro pœnitentiae hæc non seruantur, nec more hominum contenditur, cum potius pœnitentes flexis genibus supplices iudicem deprecantur, ut beneficium absolutionis eis impertiatur; quod si non reportent, patienter ferunt, cogitantes suum negotium agi & non contrariæ partis, ut foro externo contingit, ubi quotiescumque alicui parti, quod petit, negatur, alteri confertur: negatam tamen absolutionem pœnitenti, eandem alteri non esse impertiendam noscit ipse pœnitens.

8. Ad secundum ex dictis in præcedenti patet, nullo modo imminere periculum occisionis Sacerdotis, licet negantis absolutionem pœnitenti; qui videt ideo denegari quod sibi non expediat. Si vero contingat aliquem tam malè sanum esse, ut aduersus negantem absolutionem irâ exardescat, cumque occidere deliberet, id posse quidem non minùs facile euenire assurgendo è loco pœnitentiae, & arma sumendo in loco quo fuerant reposita, quam si enssem non repositum, sed illo accinctus confiteretur: iudicet quisque.



## DISPUTATIO XLVI.

Num hominibus sit perfectius patienter falsa perferre testimonia, quam se excusare & defendere?

### SUMMARIUM.

Quam sit necessaria disputatio, num. 1.  
 Argumenta à parte affirmatiua, à numero 2. usque ad 5. inclusiue.  
 Quando scandalum esset exoriendum ex taciturnitate, exacta obligatio excusandi delicta; probatur rationibus, num. 6. 7. 8. & 9.  
 Quando scandalum oritur, non tenetur quis fateri (non loquimur sacramentaliter) crimen commissum occultum, num. 10.  
 Quando audientes crimina nequaquam scandalum sunt passuri, quia virtuosus sunt; vel ita auditis facinoribus affecti, ut nullatenus inducantur ad ea patranda, ex manifestantis delicta relatione, seu ex non excusatione; minimè committitur scandalum delicta proferendo, num. 11.  
 Auctoris iudicium, num. 12. & 13.  
 Obiectio aduersus Auctoris iudicium, numero 14.  
 Obiectio solutio, num. 15.  
 Ob vitanda graua tormenta fas est sibi falsum crimen imponere, num. 16.  
 Quod licet, quamuis iuramento confirmet falsam impositionem, num. 17.  
 Ob vitiationem leuis tortura nefas erit falsum crimen sibi imponere, ob quod esset morte plædendus, num. 18.  
 Delinquens poterit se licitè tradere puniendum iudici, num. 19.  
 Agens aliquid speciem mali habens ob fugiendam

dignitatem & honorem, iniquè operatur, numero 20.  
 Nefas non fuit quosdam Sanctos sua peccata scripta reliquisse, num. 21.  
 Cauendum est Confessario facultatem exhibere pœnitenti conclamandi sua peccata publicè, numero 22.  
 In Religionibus minùs consultum est culpas graues Religiosos publicè prolapare, num. 23.  
 Nec ad id poterunt lege constitutionis obligari, nec voto, num. 24. & 25.  
 Nec ad denunciandum proprias culpas in secreto superiori, poterunt obligari lege constitutionis, num. 26. & adducitur moe obseruatum in Societate Iesu, num. 27.  
 Possunt Religiosi obligari lege constitutionis, ut à certis persona denuntientur delicta, numero 28.  
 Defectus contra consilia excusare minùs perfectum est regulariter, num. 29. & 30.  
 Ad argumenta sit satis à num. 31. usque ad 34. inclusiue.



1. Non tantum præfens disputatio utilis est ob ea quæ in titulo insinuantur, verum ob plurima alia in illa contenta, ad varias materias spectantia (nihil tamen extra rem) scitu & animaduersione digna; lege attentè, & precipies.

2. Et quidem perfectius esse, defensionem criminis

his falsò impositi non intendere, indicat illud Matth. 5. & Luc. 6. *Benedicite maledicentibus uobis, & orate pro calumniatoribus uos.* Et, *Qui te percutit in maxillam unam, præbe illi & alteram.* Denique, *Ab eo qui auferit tibi uestimentum, etiam tunicam nolis prohibere.* At te defendens de defectu sibi imposito, minimè erit dicendus benedicere maledicentibus, nec orare pro calumniatoribus. Et quam ratione percutienti alteram præbet maxillam, qui de unius percussione satisfactionem seu defensionem intendit? Igitur offensus, ut hanc Christi doctrinam sequatur, opus erit offensæ sibi illatæ minimè procurare satisfactionem, sed tacendo, patienter sufferere offensionem: cum omnis Christi actio nostra sit instructio: cap. *Deus omnipotens*, 2. quæst. 1. gloss. magna in extrau. *Cum inter*, Ioan. XXI. *de verb. signif. Bult.* 2. part. sermon. 27.

3. Deinde Dauidem persequuti sunt inimici ipso restante Psalm. 37. *Et qui inquirebant mala mihi, loquuti sunt vanitates.* Ipse autem ait: *Ego autem tanquam surdus non audivam, & sicut mutus non aperiens os suum: & factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones.* Quasi diceret nostra vulgata lingua, ut explicat Cicerus Episcopus Altincensis: *Hæzimo sordo a todo, oïalo con paciencia, no ablanata mas que se cõtinuera mudo, baxana mi cabeça, y hazia que no cõlana ateno a las injurias que me dezian, en nada contradexia, ni replicaua.* Et huius silentij reddens rationem, ait: *Quoniam in te Domine speravi, tu exaudies me.* Domine Deus meus, Igitur perfectus quid erit in defensionem sui nihil respondere, sed remittere rem ad Deum dicentem ad Rom. 12. *Mihi vindictam, & ego retribuam.* Et Ezechiel. 9. & Deuterom. 32. *Mea est ultio, & ego retribuam.*

4. Vterius, Dñus Petrus Epist. 1. cap. 2. partem adhuc defensionem munit, & tuetur: *Qua enim est gratia (ait) si peccantes & colaphizati sufferitis? sed si benefacientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum.* In hoc enim vocati estis, quia & Christus passus pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuenit esse dolus in ore eius: qui cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur non comminabatur: iradebat autem iudicanti se iniuste. Igitur ut Christi uestigia sequamur, opus erit nosmetipsos tradere tanquam reos offendentibus, seu iudicantibus iniuste.

5. Deinceps discat à Christo perfectus Matt. 27. dicente: *Et cum accusaretur à Principibus Sacerdotum & senioribus, nihil respondit: Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Et non respondit ei ad ullum uerbum; ita ut miraretur Præfes uehementer.* Igitur perfectus erit, testimonium falsum patienti, neutiquam respondere.

6. Pro huius explicatione notandum, quod de defectibus contra præcepta falsò impositi alicui, ad præmittendam excusationem esse deuinctum, si scandalum esset exoriundum, uniuersis est compertum: cum quis teneatur à malo exemplo aliis præbendo cauere. Docet Nauar. lib. 2. *de restitut.* cap. 4. num. 11. 17. & 18. & D. Anton. 2. part. tit. 8. cap. 4. §. 3. fin. per hæc uerba: *si autem qui detrahitur, debet patienter ferre, non ideo moneri, uel ad detractiones de se factas detractionibus altera respondere directe: sed debet se excusare, &*

*innocentiam suam ostendere quantum potest: ne alij ex infamia exorta scandalizentur: alias tacendo male faceret.* Vnde August. *Qui fidens conscientia sua negligit suam famam, crudelis est.* Et constat ex cap. non sunt audiendi, 11. quæst. 3. *Lyra super Ioan. cap. 18. explicans illud Christi: Si malè loquutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, cur me cadis? dicens, præceptum siue consilium sufferendi iniurias non dari à Christo absoluere, ut docet Augustinus, sed magis secundum præparationem animi: quia homo debet animum habere paratum ad hoc faciendum, ubi uideret illud expedire ad honorem Dei, & utilitatem Ecclesie.* Imò aliquod expedit iniuriaribus respondere ad ipsorum & aliorum instructionem: sicut fecit Christus respondens cadenti faciem illius. Et aliquando factò resistere oportet, ne detur occasio malis peius agendi. Torres de iniuria, disput. 54. dub. 2. num. 2. *Lessius de iniuria*, lib. 2. cap. 24. num. 125. *Palma in camino spirituali*, lib. 2. cap. 14. S. Ignatius Societatis fundator in exercitiis spirituales, exam. cap. 4. §. 44. dicens: *Que donde a la su diuina magestad no le fuese ofensa alguna, ni al proximo impusado a peccato de seen pasar injurias.* Quæ uerba retulerat in exercitiis de las uenderas, in colloquio ibi, segundo en pasar, &c. B. Theresia de Iesus in camino de perfeccion, cap. 15. que trata del gran bien que ay en no disculparse, aunque se uean condenar sin culpa, ubi ait: *Como algunas vezes es licito disculparse y seria mal no hacer, no tengo discrecion o por mejor decir humildad para hacerlo quando conuene.* Docet Bañez 2. 2. quæstione 62. artic. 2. dubio 2. conclusionem 5. (qui suis scriptis illustrem religionem Dominicam non parum honorauit) dicens, quod sicut delinquit qui coram alijs facinus commisit, scandalum offerendo, & malum exemplum, ita multo magis scandalizat qui remittit restitutionem delicti sibi falsò impositi. Et addit, idem esse quantum attinet ad infamatum, non curate de famæ restitutione, & remittere illam expresse. In quibus enim casibus erit mortale remittere famam, erit etiam mortale non curate de famæ restitutione per media conuenientia, & ordinaria. Et licet in conclusionem 6. dicat prædictus Bañez, aliquando valde meritorem esse non curate de restitutione famæ, ut Christus sapius non curauit de infamia fallorum testimoniorum quæ aduersum se obiciebantur: quod & idem obseruauere aliqui Sancti; intelligendus est quando testimonio adeo constat falsa esse, ut celari à nemine possint, nec scandalum generale: tunc enim ipsa falsa impositio ita nota, testis est innocentiz. Et superflue defenditur uerbis quod re & factò esse defensionem constat. Et sic est intelligendus Vega 2. part. summ. cap. 8. casu 1. dicens, aliquando esse opus meritorem non se excusare de falsa criminis impositione, ad ædificationem aliorum. Quod idem de uerbo ad uerbum docuit Manuel Rodriguez 2. parte summ. capite 248. conclus. 3.

7. Docet etiam D. Thom. 2. 2. quæst. 72. artic. 3. ubi ait, quod sicut patientia necessaria est in his qua contra nos fiunt, ita etiam in his qua contra nos dicuntur. Præcepta autem patientiæ in his quæ contra nos fiunt, sunt in præparatione animi habenda; sicut Augustin. in lib. de sermone Domini in monte, exponit illud præceptum Domini, *Si quis percuiderit te in una maxilla, præbe ei & alteram.* ut scilicet homo sit paratus hoc facere, si opus fuerit,

fuerit, non tamen semper teneatur facere actum; quia nec ipse Dominus hoc fecit, sed cum suscepisset alapam, dixit: *Quid me cadis?* ut habetur Ioan. 18. Et ideo etiam circa verba contumeliosa tenet contra nos dicitur, est idem intelligendum: teneatur enim animum habere paratum ad contumelias tolerandas si expediens fuerit: quandoque tamen oportet ut contumeliam illatam repellamus, maxime propter duo. Primum propter bonum inferentis, ut eius auidacia reprimatur, & de cetero talia non attendet, iuxta illud Proverb. 26. *Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur*: id est, illius stultitiam declarando rationabiliter, & ex charitate, ut explicat ibi Lyran. Alio modo propter bonum multorum, quorum profectus impeditur ob contumeliam nobis illatam. Vnde Gregorius super Ezechiel. homil. 9. dicit: *Hi quorum vita in exemplo imitationis est posita, debent si possint detrahentium sibi verba compescere, ne eorum predicationem non audiant qui audire poterant, ut ita in pravis moribus remanentes, bene vivere contemnant.* Et idem D. Thom. in solut. ad primum, ait: *Debere aliquem moderatè reprimere audaciam conuulsantis propter officium charitatis, non propter cupiditatem priuati honoris.* Vnde dicitur Proverb. 26. *Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne ei similis efficiaris.* Quasi diceret, stultus est qui conuicta alteri obiicit, animo se supra id quod est iactandi. Cui respondere prædicto sine stultitia etiam erit. Vel ut optimè explicat Lyra ibi: *Non respondeas stulto iuxta stultitiam suam, id est, stultè eo modo quo ipse loquutus est.* Vnde illa præpositio iuxta, diuersimodè accipitur in primo versu atque in secundo: in secundo enim, *Non respondeas,* &c. accipitur aduerbialiter, ut idem sit, non respondere iuxta stultitiam alterius, atque stultè non respondere. In primo versu, *Responde stulto iuxta stultitiam suam,* non denotat modum respondendi, scilicet stultè, sed obiectum responsionis, taliter quòd id quod sit respondendum, ad stultitiam alterius sit, declarando illius ignorantiam, ne videlicet ex ignorantia erret, putans se scire necessaria ad rectam in tali, vel tali re operationem, vel ne elationem animi nanciscatur, existimando se sapientem esse. Quod sic explicatum postea inueni in Torres 2. 2. quæst. 72. art. 3. num. 3. Quam explicationem à 70. interpretibus acceptari inquit, & à Hieronymo & Pseudo-Cypriano. Docet etiam nostram conclusionem Aragon 2. 2. quæstione 62. tractatu de dominio, fol. 105. Salon 2. 2. quæstione 75. articulo 1. folio 1751. Syluester verbo, *contumelia*, sine. Raymund. in summ. tractatu 6. de vita & honestate Clericorum, folio 611.

8. Et constat ex dicto cap. *Non sunt audienda*, 11. quæstione 3. sumpto ex D. Augustino, libro de bono viduitatis, cap. 22. per hæc verba: *Non sunt audiendi, sine viri sancti, sine femina, quando reprehensa in aliquo negligentia sua, per quam fit, ut in malam veniant suspensionem, unde suam vitam longè abesse sciunt, dicunt, sibi coram Deo sufficere conscientiam; existimationem hominum non solum imprudenter, verum etiam crudeliter contemnentes, cum occidant animas aliorum (malo scilicet exemplo) sine blasphemantium viam Dei (quibus secundum suam suspensionem quasi turpia, qua casta est, displicet vita Sanctorum) sine etiam eum excusatione imitantium non quod vident, sed quod pu-*

*runt: ut si viderent aliquem soluere ieiunium iuxta de causa, ipsi idem faciant exemplo eorum; cum tamen ignorent causam quare ille faceret, & sic se excusant per alium.* Vi. explicat glossa, ibi: *Proinde quisquis à criminibus flagitiorum atque facinororum vitam suam custodit, sibi benefacit: quisquis autem etiam famam, in alios misericors est. Nobis enim necessaria est vita nostra, alijs fama nostra.* Vnde glossa casum ponendo, ait: *Quidam viri sancti, vel femina, cum infamarentur à quibusdam, non curabant, dicentes, solum conscientiam mundam sibi sufficere apud Deum: quæsitum fuit à D. Augustino, Virum bene dicerent: & respondit, quod non: quia conscientia nostra nobis est necessaria, alijs vera fama nostra.* Quod etiam constat ex cap. *Nolo*, 12. quæst. 1. vbi dicitur: *Dua res sunt conscientia, & fama; conscientia est necessaria sibi, fama proximo tuo. Qui confidens conscientia negligit famam suam, crudelis est.*

Tum quia à Deo præcipimur, vel saltem exhortamur Ecclesiast. 41. curam boni nominis habere. Et constat ex Paul. ad Corinth. 9. *Bonum est enim mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis euacuet.* Et omni temporalis commodo honor præferendus est, leg. *Julianus*, ff. *Si quis omiff. caus. testam.* Auendaño in tractatu de iniuria, num. 20. Et honor & vita æquiparantur, leg. *iuxta causa*, ff. *de manumiff. vindict.* leg. 2. titulo 24. parte 4. leg. *Sed iste quidem*, ff. *quod metus causa*, leg. *Ut vim*, ff. *de iustit. & iur.* ait propter defendendum honorem posse aggressorem occidi, ac si vellet eripere vitam: & multum laborare oportet pro conseruando honore. Hinc Poëta:

*Omnia si perdas, famam seruare memento:*

*Qua semel amissa, postea nullus eris.*

Et Baldus in l. 1. Cod. de Confess. idem in cap. *Veniens*, de testib. Discipul. sermone 42. & 63. Curare autem bonum nomen habere ideo exhortamur, vel præcipimur, quòd interueniente aliorum ruina, mediante scandalo, nostram bonam opinionem non deseramus; vel quòd opera à nobis facta eius conditionis sint, quòd eis malam opinionem non comparemus. At admissa accusatione falsa, cum proximorum scandalo & ruina de defectu culpabili contra Dei præceptum, nullatenus cura boni nominis haberetur. Quæ ratio vrgentiùs procederet in opinione Caretani 2. 2. quæst. 73. artic. 2. Pedraza in summ. Præcept. 8. §. 1. Armill. verb. *destratio*, §. 4. Maior in 4. distinctione 22. column. 5. Panormitan. & Felin cap. 1. de test. cognit. Lupus tractatu de Regno Nauarra; 3. parte, §. 2. & in repetit. tit. de donation. inter vir, & uxor. §. 7. numero 4. Paludanus in 4. distinctione 21. quæstione 2. articulo 3. conclusione 4. Socin. in repetit. super cap. *Ad audientiam*, de homicid. qui omnes censent hominem dominum minime esse suæ famæ, & honoris. Quod tamen falsum iudico, saltem quoad mortale quando fama alijs non est alligata, ut fama Patris, vel Prælati Religionis allegata est filiis, & subditis: nam veniale peccatum esse prodigalitatibus contra propriam charitatem putant satis probabiliter Sanchez de statu Religioso, lib. 6. cap. 18. numero 43. Sa verbo, *Dominus*, numero 4. (qui inuenitur fuit breuitatis, ob quod dignus est maxima laude, præterquam quod acutissimus etiam fuit, ut ipsius opiniones satis demonstrant.) Nauarr. lib. 2. de restitut. cap. 4. numero 14. & 15. (qui in restitutionis materia plures superauit, ne dicam omnes, &

Clericus hic author fuit, etiam Clerici scribere docē sciunt) Sot. lib. 5. de iustit. quaestione 10. articulo 2. versicul. *Celerrimum*, & lib 4. quaestione 2. articulo 3. & quaestione 6. de *legendo secreto*, membr. 1. conclusione 3. Nauarr. cap. 18. num. 28. Adian. in 4. quaestione de *restitutione fame*, quaest. 35. & quodlib. 1. pag. 17. Et videtur esse D. Thomae 2. 2. quaestione 73. articulo 4. ad primum. Co-  
narr. lib. 2. variarum, cap. 2. numero 8. Angles de *restitutione fame*, dub. 2. difficultate 2. & quaest. de *dominio*, articulo 2. conclus. 2. Lessius lib. 2. de *iustitia*, cap. 4. dub. 11. num. 59. Torres de *iustitia*, disput. 14. dub. 2. Nam si bona exteriora perpetam expendere vitium est prodigalitatē, multo magis bonum nomen & famam. Vel si gratis admittamus, nec veniale fore absque legitima causa suam prodigere famam, saltem quid imperfectum esse nullus vertet in dubium. Unde nisi causa ob quam prodigitur fama, magis placeat Deo, quam ipsamet non amissio honoris, dicendum erit quid imperfectius futurum non se excusare.

10. Hinc deducitur, non solum esse constrictum quempiam excusationem praemittere ad impositionem falsi criminis, quando esset exortundum scandalum, verum etiam commissum sit realiter, debere procurare vt occultum maneat: iuxta illud Ecclesiast. 19. *Si est tibi delictum, noli demerere*, (nec loquimur, quando iuridicē interrogaretur ad iudicē) docet Sa vrb. *infamare*, num. 1. Nam tunc ex taciturnitate quae censetur confessio virtualis perpetrati criminis, ruina seu malum exemplum aliis exoritur: & delinquens in possessione est boni nominis dum occultum perseverat delictum. Qua ratione communiter vniuersi Doctores restitutionis obligationem iniungunt detegenti labem occultam alicuius perpetrata. Et licet dicat se illud non parasse, à labem mendacij excusabitur æquiuocatione retenta, dicendo videlicet, non feci taliter quod modò teneat fateri.

11. At valde notandum, quod si derur casus quo audientes crimina nequiquam sint scandalum passuri, quia virtuosus sunt, vel aded auditis facinorosis affecti quod nullatenus inducantur ad ea perpetranda, ex non excusatione, seu ex manifestatis delicta relatione, peccato scandalī, minime delinquet non se excusans, imo quamuis planè delicta manifestet. Nam peccato scandalī non delinquere operantem iniquè coram aliis, quando vel virtuosus sunt, quod non timeatur lapsus, nec immutentur delinquentis exemplo, docet D. Thom. 2. 2. quaest. 43. artic. 5. Suarez tom. de *Fide*, tractat. de *scandalo*, sect. 4. numero 8. & constat ex Psalm. 118. *Pax multa diligentibus Deum non est illis scandalum*. Aut vitiosi, quod exinde non inducantur ad peccandum, sed ipsi sint parati delinquere etiam illo genere peccati quo alium peccare inuentur. Doctrina est Thomae Sanchez in summa, lib. 1. cap. 6. numero 7. Valent. 2. 2. disputatione 3. quaestione 18. punct. 2. col. 4. versic. *quo pacto sine dubio*. Bañez 2. 2. quaest. 43. art. 4. fin. Ledesma 1. tom. summa, tractat. 4. cap. 5. dub. 3. Azor tomo 2. lib. 12. cap. 16. quaest. 3. Vazquez 1. 2. disput. 102. cap. 3. fin. Nauarr. in summa, cap. 6. numero 19. & cap. 14. numero 28. & optimè in cap. *consideret*, §. *animaduertere*, numero 9. de *penitent.* distinct. 5. dicentis, fornicantem, aut vincam ingredientem causa furandū uas

coram eis qui ad furandum vel fornicandum ita parati erant, vel coram vitis aded probis, vt neutri ad id incitentur, quia illi facis incitati erant; hi autem prauo exemplo minime inducuntur, non peccare aliquo scandalī peccato, neque eam circumstantiam teneri fateri. Et contra verò quis publicè absque praedicta circumspectione peccans tenebitur eam circumstantiam scandalī fateri, ratione periculi, cui se incitandi alios suo prauo exemplo exponit; vt bene docent Bañez, Azor, & Petrus de Ledesma vbi proximè. Quae ratione à scandalī peccato excusantur plurimi, quod vel ipsi tam prauis moribus imbuti sunt, vt de ab illis praestando exemplo nihil curetur, nec inde argumentum sumatur ad liberius vitis vacandum: vel de eo curantes, ita ad peccandum faciles atque inclinari sint, vt non censeatur moralis eorum inductio. Igitur quando non se excusans de culpis falsò sibi impositis, id omitteret coram aded bonis, quod ad peccandum non inuitarentur, vel ita prauis, quod à se ipsis sint inducti, & parati peccare, nullum erit scelus, causa humiliationis seu mortificationis famam negligere, an verò sit imperfectio dicemus num. 3. Nam cum se infamare intrinsecè malum non sit, sed indifferens, vt admittunt communiter vniuersi Doctores, & Nauarr. lib. 2. de *restit.* cap. 4. num. 4. bono fine poterit honestari. Sicut licet crimen prodigalitatē sit absque rationabili causa aliis omnia bona sua temporalia erogare; sine tamen elemosynae, vel quod perfectius quis uiuat, prodigalitas minime erit arbitrandā, imò consilij Euangelicij insecutio, Christo respondente Matth. 19. inueni interroganti quid sibi esset faciendum ad vitam perfectè agendam: *Vade, & vende omnia quae habes, & da pauperibus*: & Luc. 14. *Sic ergo omnis ex vobis, qui non renouat omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus*, quoad perfectionem videlicet, vt explicat Maldonatus super illum locum, num. 11. (qui quantumcunque lauderetur, nunquam aequè laudari poterit) & Matth. dict. cap. 19. *Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam aeternam possidebit.*

### Authoris iudicium.

12. Quando aliis nullum esset exortundum scandalum se excusans à delictis falsò impositis sine defendendi Diuinum honorem, & tuendi virtutem, intendens in excusatione Diuinam potentiam laudari, & extolli, quod non permiserit criminis lapsus, perfectius se gerit, quam si taceat, & consentiat nota peccati aspergi. Est enim finis Diuinæ laudis, & turandi Diuinum honorem & virtutem perfectior, quam finis humiliationis & mortificationis oriundæ ex non excusatione, vt per se est manifestum: eo modo quo si aliquis falsò notaretur se alapam Regi impigisse, satius ageret excusationem praemittendo sine tuendi Regium honorem, quam si tacendo consentiret.

13. Quando autem in excusatione tantum intendit sui honoris & famae defensionem, perfectius quid erit bonum nomen negligere sine mortificationis ex vili æstimatione orto, quam se defendere,

dere & excusare. Amittere namque famam sine excusatione humilitatis, & ob Christi amorem, & intentione mortificationem & mala sustinendi, actus charitatis est & humilitatis. At se excusare ob commodum proprium, quamvis etiam sit charitatis actus, est tamen terminatus ad ipsam personam immediate, & non ad Christum sicut alius, qua ratione imperfectior est; docet D. Thom. 2. 2. quæst. 27. art. 8. Suarez tom. de Charitate, disput. 2. sect. 3. num. 3. fol. 701. Omittit, quòd præstita excusatione actus humilitatis forte non inveniretur, tradunt Navarr. lib. 2. de restitutione, cap. 4. num. 4. Socus lib. 5. de iustitia, quæst. 10. art. 2. colum. 7. & alij. Regulariter tamen perfectius est non excusare defectus, eo quòd communiter in executione intendatur magis propria existimationis defensio, quam Divini honoris laudatio & virtutis æstimatio: & ob id non excusatio est consulenda in praxi. Distinctio namque finis ob laudem Dei, & finis ob propriam defensionem, ad Metaphysicos id scientes discernere, potius attinet, quam ad cæteros homines: quod etiam notatur num. 28. in fine.

14. Dices, quòd inseparabilis sit iactura famæ accusati à iactura honoris Dei; & quòd estò sine mortificatione, & humiliationis licitum sit comparare sibi aliquam vilem æstimationem, mediis tamen quæ peccata non sint, nec illorum speciem habeant, verbi gratia, induendo se vilibus vestibus, dignitates sibi oblatas non acceptando, nisi eas acceptare, bono communi esset maximè utile. nam tunc interuenit obligatio illas acceptandi, diximus disput. 10. num. 29. seu aliis viis procurando opprobrium hominum, & abiectio- nem plebis videri, quod solum consulit Christus, iustitiam nos Luc. cap. 14. *primas accubitus*, hoc est honorum splendor non appetere. At mediis peccatis, seu speciem illorum habentibus vilem æstimacionem & mortificationem procurare intrinsecè malum apparet, quod nullo bono sine cohonestari possit. Nam sicut intrinsecè malum est peccare, ita intrinsecè malum videtur, vel saltem minus perfectum, data opera peccatum commississe admittere, non se excusando: nam eo ipso quòd crimen admisisse non se excusando quis fateretur, se Deum contempsisse ostendit; & ita honorem illius lædit qui dum non læserit, se læsisse indicat. Sicut Regem offenderet qui alapam impegit illi admittit: quam tamen nullo modo impiegit: & sanè excusationem præmittendo, se & Regis honorem defenderet, & tueretur. Et quidem videtur excellentioris virtutis actum esse, indicare se sollicitum in observandis præceptis, quam mortificationem assumere ex falsa impositione. Et sicut magis Deo placet nunquam ab homine offendi, quam post offensam illum mortificationem assumere: status namque innocentie magis arridet Deo, quam poenitentie post lapsum, vt docet D. Thom. 2. 2. quæst. 106. art. 2. & maius beneficium esse fateretur Zerola in *praxi poenitent.* fol. 27. sit perfectus esse se excusare à culpa non commissæ. Vt enim se habet vera culpa ad inducendam veram offensam, ita existimata culpa ad existimatum offensam, & illam non interuenisse præsumi, magis placeat Deo, quam se mortificare, eam per omissionem excusationis admittendo. Et sanè diuersissimum est, nouos honores non appetere, vel à iam adeptis mediis culpis veris, vel existimatis cadere. Primum

quidem licitum & perfectius est causa mortificationis, & imitationis ad Christum: at à iam adeptis cadere mediis culpis licet solum existimatis, minimè fas esse videtur, vt dictum est. Quod optimè explicuit D. Thom. 2. 2. quæst. 129. artic. 1. ad 5. inquit. *Quod illi qui contemnant honores hoc modo quòd pro eis adipiscendis nihil inconueniens faciunt, nec eos nimis appetiunt, laudabiles sunt. Si quis autem contemneret honores quòd non iuraret facere ea qua sunt digna honore, hoc vituperabile esset.*

Nec sequitur, torturam patientem grauem, non posse falsò sibi erimen imponere: quia tunc adest causa excusans, & æquiocatione retenta, mendacium excusatur, vt dicemus num. 16. & 17. Et etiam prodigalitas abest amittendi vitam & virtualis contemptus Dei nolentis obligare patientem ad diuini honoris defensionem cum tanto dolore. At mortificatio ex admissio crimine oriunda, causa legitima non est, utpote minus perfecta quam defensio honoris Dei, vt quis perfectius operetur mortificationem intendens comparare, quam honorem diuinum defendere. Unde licet absolute loquendo imponere sibi falsò delictum, intrinsecè malum non sit, cum id honestetur sine vitandi grauius tormenta: at imponere absque legitima causa intrinsecè malum est, & in specie prodigalitates & in specie vitij, de quo falsò quis est infamatus. Idem autem est imponere sibi aliquem falsò delictum nulla interueniente legitima causa, atque interueniente minus perfecta, & minus placente Deo, quam placeret defensio honoris tam Dei; quam accusari. Unde inseparabilis est iactura famæ accusati à iactura honoris Dei.

15. His tamen non obstantibus vis dirigitur argumenti: nam nos in conclusionibus tantum diximus, perfectius quid esse excusationem delictorum permittere, quando id esset intentum fine tutandi diuinum honorem, misericordiam, & potentiam: perfectius autem esse non se excusare ex fine tantum suam protegendam opinionem & famam. At obiectio non solum hæc inuertere intendit, verum quòd scelus sit non se excusare in omni euentu; eo quòd læsa fama accusati ob impurationem criminis, lædatur etiam diuinus honor: quod tamen non obstat: nam eo tantum modo quo in omni peccato ratio iniustitie, & inobedientie reperitur, reperitur etiam læsio diuini honoris generali quadam ratione, ad quem tuendum non extat specialis obligatio in commissione cuiuscumque criminis: sed ad non lædendum honorem Regium specialis intercedit obligatio iustitie vel obedientie, cum ex non præstita excusatione de crimine infligitur alapa, Regis honor denigraretur. Et quamuis aliquis delinqueret intendens vilem existimationem comparare ea agendo quæ peccata essent, vel speciem peccati haberent, reus criminis non erit permitte- tens suam opinionem maculati mediis peccatis: diffamante tantum excogitatis, à patiente vero, minimè datis. Tunc solum negatiue se habet, non defendens peccatum ab infamatore excogitatum, ad quòd non astringitur, cum sit dominus suæ famæ, & ad sit iusta causa non defendendi, ob mortificationem nempe, & humiliacionem, vt diximus n. 9. Et solum conuincit argumentum inseparabilem esse iacturam famæ accusati à iactura honoris Dei, generali quadam ratione

ad quem tuendum non extat tunc p̄ceptum. Huius autem honoris generalis defensionem non intendere ob exercitium virtutum, mortificationis videlicet, & humilitatis, in quibus etiam defenditur diuinus honor generalis, quatenus Deus in virtute mortificationis & humilitatis honoratur, quid perfectius est, quam si per-excusationem comparetur.

16. Hinc, ad vitanda graua tormenta excusabitur quispiam etiam à veniali labe, falsum sibi imponendo, licet ob illius confessionem esset morte plectendus: quia vita non est digna tanto dolore, & mendacium excusatur æquiuocatione in mente retenta, scilicet crimen commississe non re, sed solum, vt fateatur iudici ad euitanda tormenta. Hanc docet Lessius lib 2. de iustis. cap. 1. dubio 7. numero 4. licet solum à mortali excusetur: at par ratio currit ad excusandum etiam à veniali. Et non esse mortale docet Nauarr. lib. 2. de restitut. cap. 4. num. 21. Angel. verb. *de rallo*, numero 6. dicens, id licet fieri posse, ex quo excusat etiam à veniali Syluest. dict. verb. *de rallo*, quæst. 3. Toler. lib. 5. cap. 66. num. 7. Sor. lib. 5. de iustis. quæst. 10. art. 2. Vega 2. parte, cap. 8. casu 1. Sa verb. *infamare*, num. 1. Coriolanus de casibus reseruat. parte 2. num. 11. fol. 594. Antonius Ragucius in lucerna Parochorum, de restitut. quæstio 167. fol. 395. Et est multorum recentiorum. Fauet enim hæc opinio multis miseris, qui alioquin non solum corpore, sed etiam anima perirent confitendo crimina falsò metu tormentorum.

Et sanè si solum tormentum patiens à mortali, & non veniali excusaretur, parum fauorabilis hæc opinio misero esset, eo quòd tunc à confessario consuli minimè posset falsò delictum sibi imponere ob torturam fugiendam: nullo namque sine peccatum veniale committendum esse, suaderi, aut consuli potest, ex cap. *Super eo*, de vsuris. Vbi Alexand. I. I. ait, nec pro vita alterius mentiri licere, cap. *Si quis ad te*, 22. quæstione 2. cap. *Saceris*, de his quæ vi, & gloss. in capite *Si aliquid*, 21. quæstione 4. & in cap. *Quod ait*, distinctione 14. Nauarr. capite 14. numero 37. & cap. 27. numero 36. Couarruuias 2. parte de spons. cap. 3. §. 4. numero 3. & capite *Facias*, 22. quæstione 2. Vnde neutrquam assentior Soto lib. 5. de iustitia, quæstione 10. articulo 2. column. 8. in præfenti casu dicendi, nullatenus excusandum esse à mendacio veniali falsò sibi crimen imponentem ob vitandam torturam; sed solum in dubium vereri, an mendacium illud sit perniciosum, & mortale: at futurum esse mortale, vel nullum satius diceret. Nam cum mendacium illud circa materiam grauem versetur, vt pote circa mortem patientis torturam, dum ex illius confessione sit morte plectendus, vt supponimus, si falsa criminis impositio à mendacio veniali non excusaretur, neutrquam à mendacio mortali, excusatio intercedere potest. Vnde sibi contrarius est Sotus in 2. solutione, dicens, non teneri aliquem, cum tanto cruciatu vitam seruare, sed posse breuiorem sibimittere dari mortem, vt tam acerbam effugiat. At si labe veniali esset torturam patiens inquinandus, falsò sibi crimen imponens, cum ingenti cruciatu teneretur impositio-nem falsam cauere. Quapropter minus multo assentiendum est Molinæ tractatu 4. de iustitia, disputatione 37. numero 16. assentiendi esse cul-

pam lethalem, quam Soto iudicanti tantum fore leuem.

17. Quod etiam verum iudico, licet falsam sibi impositionem iuret: in quo discedo à Toledo lib. 5. cap. 66. numero 7. Cotiolano de casibus reseruat. fol. 594. Antonio Ragucio in lucerna Parochorum de restitut. quæstio 167. fol. 395. & à Soto supra dicente, neminem vertere in dubium posse esse mortale dum adierit iuramentum: & à Vega 2. parte, cap. 8. casu 1. Nam eadem causa quæ adest ad excusandum mendacium æquiuocatione retenta sufficit etiam ad excusandum iuramentum: vt docent Angelus verb. *iuramentum*, 5. numero 8. casu 9. Syluester dicto verbo, 4. quæstione 7. dicto 2. Nauar. cap. *Humana aures*, 22. quæstione 5. in quæstione 3. numero 6. fin. & in summ. cap. 12. numero 14. Azor. tomo 1. libro 11. capite 4. quæstio 5. regular. 3. versiculo *Primo quidem*, Valent. 2. disputatione 6. quæstione 7. puncto 4. columna antepenultima, & disputatione 5. quæstione 13. puncto 2. & tom. 4. disputatione 7. quæstione 13. punct. vltim. col. 2. Salon. 2. 2. quæstione 69. articulo 2. controuers. 11. in 4. ration. & in solut. ad primum, & quintum. Sanchez in summ. libro 3. capite 6. numero 15. Tolerus libr. 4. capite 21. numero 9. sibi contrarius vbi supra, Manuel de ordin. iudic. cap. 10. numero 4. & in 1. tom. summ. in 2. editione, cap. 191. num. 7. Philarch. de offic. Sacerd. tom. 1. parte 2. lib. 3. cap. 14. Suarez 2. tom. de Relig. lib. 3. cap. 10. num. 5. Lessius lib. 1. de iustitia, cap. 42. dub. 9. numero 40. Martin. del Rio de magia, lib. 6. cap. 1. sectione 2. prope finem, alios adducens. Et dicit esse probabilem Emanuel Sà verb. *iuramentum*, numero 6.

Nec obstat, quòd tunc etiam sequatur scandalum aliis: tunc enim scandalum esset acceptum & non datum, cum adsit iusta causa crimen sibi imponendi: quo casu potius permittitur alios scandalum pati, quam intenditur illud offerre: cum voluntas habeat obiectum in quo tendere possit præter scandalum, scilicet in tormentorum vitiationem. Sic iudex excusatur puniendo publicè delinquentes, præconiis clamore crimina eorum manifestando, cum tunc adsit legitima causa manifestandi improborum facinora, nempe æquè fieri punitionem notificando causam, seu delictum, quamuis sciret alios passuros esse scandalum.

18. At si tormenta leuia essent, mortiferum foret imponere sibi crimen falsum, ob quod esset morte afficiendus. Docet Sotus libro 5. de iustitia, quæstione 10. articulo 2. Lessius lib. 2. cap. 11. dubio 7. numero 35. Et est communis Doctorum: quia vnusquisque tenetur suam vitam tueri, etiam cum aliquo dolore; aliàs tunc reputaret sine causa occasionem sui interitus præbere.

19. Posse tamen delinquentem scias, cuius maneat peccatum occultum, se prodere iudici, vt in eo debitam exequatur punitionem, vt admittit Nauarr. lib. 2. de restitut. cap. 4. numero 20. Sanchez de statu Religioso, lib. 6. cap. 18. numero 43. Sa verb. *infamare*, numero 1. Layman 1. tom. tractat. 4. cap. 15. numero 11. Lessius lib. 2. cap. 9. dub. 6. numero 28. cum id fiat ob virtutem iustitiae, volendo potius in hoc munda peccati penam sustinere, quam in alio luendam seruare, sicut diximus numero 16.

tormenta graua effugere, legitimam esse causam excusantem quod quis absque peccato criminis falsi impositionem fateatur. Finis autem luendi in hac vita peccatum, præstantior est, quam graua tormenta euitare: igitur & fas erit se iudici tradere. At quod quis suum peccatum manifestet, ex quo aliis proueniat scandalum, eo solo sine quod vilipendatur, minimè licitum erit; quia finis intentus vilipendi, minus præponderat, quam effectus scandali sequutus. Imò si persona esset maximæ autoritatis, & reipublicæ utilis, quæ se prodens & tradens puniendam maximum pareret scandalum, occasionem aliis ad delinquendum offerens, neutiquam liceret se iudici tradere, etiam illo sine satisfaciendi in hac vita.

10. Vnde secundum se loquendo, illicitè acturum credo qui in cubiculum suum includeret sceminas impudicas vt illa infamia Episcopatus effugeret dignitatem, vt referunt de D. Ambrosio Paulinus in vita S. Ambrosij, Martin. Polonus in Damaso 1. Baton. tom. 4. annal. Christi, numero 4. Marquez in origine religionis S. Augustini, cap. 25. §. 7. Nunquam enim licitum est scandali actiui occasionem præbere sine fugiendi onus Episcopatus: quod non acceptance possit vitari. Quod si adhuc instare electores cerneret, potius consilium Dei esse quam hominum meditari deberet. Sic D. Augustinus in lib. *de bono viduitatù*, cap. 20. reprehendit quasdam sceminas, quæ cum velut sanctæ reputarentur in populo, moliebantur humilitatis prætextu sinistram de se susceptionem generare, vt viliùs æstimarentur, eò quod famam suam sine scandalo prodigere non poterant, vt refert Aragon 2. tractat. *de dominio*, folio 105. & nos latius diximus num. 8. Dixi secundum se nam eo facto non peccabit quis fortè ex ignorantia inuincibili, aut inaduertentia, tum ratio- neli boni, quo honores huius vitæ fugere procurat.

21. Sequitur deinde licitum fuisse quibusdam sanctis, vt D. Augustino, atque Anselmo scriptis sua peccata propalare. Nam cum eos extremum vitæ sanctè egisse constet, potius ad penitentiam exemplum, quam perditionis ducimur, ex cognitione suorum peccatorum. Hinc D. Ambrosius, vt refertur in Breuiar. die 7. Decembr. ad Theodosium Imperatorem ait: *Qui sequutus est Davidem errantem, sequere penitentiam*. At hominis cuius virtus nota non esset, crimina scripta manere licitum non esse ex dictis sequitur, cum inde scandalum oriretur.

22. Vnde deducitur maximè cauendum esse confessario facultatem exhibere penitentem conclamandi sua peccata publicè sine humilitatis & confusionis, aut excitandi in se maximum dolorem: nam timeri potest satis probabiliter scandalum, vt docet Suarez tomo *de Penitent.* disputatione 21. sect. 2. num. 8. Quod si morti proximus penitens prædicta intentione penitentia vellet sua facinora nota efficere, tolerabilius esset, eò quod tunc videntes publicationem, penitentem finire vitam cum maximo dolore peccatorum commissorum inspiciunt: & inde prodesset publicatio ad penitentia exemplum. Sic aliqui confessarij permittunt morte plectendis sua narrare facinora ad pedem patibuli. Præmeditandum tamen maximè est, num magis obesse, quam prodesset possit conclamatio, vt docuit Augusti-  
*Sanchez Selecta.*

nus in cap. *hoc videtur*, 22. quæst. 5. quia nemo tenetur propriam detegere turpitudinem, l. 2. §. *diuini*, ff. *de iure fisci*, cap. *si peccauerit*, 2. quæstione 1. cap. *noio*, 12. quæstione 1. Paz in prax. 1. tom. *de confessione*, num. 10. fol. 152. & dicimus num. 25. Quapropter iudico rarissimè esse æquius facultatem denuntiandi peccata præbere, quam negare.

23. Vterius infertur, mortem in aliquibus Religionibus obseruatum, quod scilicet defectus culpæ grauis ex facultate superioris denuntietur religiosis publicè, minùs consultum esse (si fortè talis mos sit, quem esse affirmat Nauarr. lib. 2. *de restitut.* cap. 4. numero 4. illum approbans (cum potius obesse quam prodesset illa manifestatio; docet D. Thom. 2. 2. quæstione 33. art. 7. ad 4. vbi ait, proclamationes quæ in capitulis religiosorum fiunt, in quibus aliqua delicta eorum occulta publicantur, licitas esse quando delicta sunt leuia, secus si delicta essent graua, quia ex eo oriri possent scandalum, Nec posse lege aliqua humana sanciri hominem, teneri sua publicè detegere delicta, docet expressè Suarez tom. *de Penitentia*, disputatione 21. sectione 2. numero 6. & Salas *de legibus*, disputatione 9. sect. 3. dubio 4. Imò & defectus naturæ narrandi facultatem præbere cauendum est Prælaro, quod quis videlicet manifestet se rusticum esse & humilis profapia; aut ex illegitimo matrimonio, vel ex impuro sanguine descendente, & huius generis alia. Tum quia feruor volentis manifestare poterit repescere deinceps, & maxima affici tristitia ob factam manifestationem, quæ causa sit accidia Religioso, seu animi deiectionis ad sequendas virtutes; aut impatientia, consideranti se ab aliis contempti. Tum quia Religiosus ille capax fortè erit tempore labente alicuius officij, aut dignitatis, cui maximè congruum fuisset, & fortè necessarium suos celasse defectus, ne contemptibilis fiat. Nam vt rectè aduertit Nauarr. libro 2. *de restitut.* capite 4. numero 18. se diffamans, ineptumque efficiens ad obtinendum, vel administrandum officium, vel bonum aliud temporale, ob quod damnificatur personæ quibus eius operat necessaria, peccatum mortale committit contra charitatem.

24. Nec ad defectus culpæ grauis enuntiandos publicè obligari queunt, lege aliqua constitutionis regulares, cum talis lex rationabilis non esset, continens intolerabilem errorem & onus, apriorque esset ad nocendum, quam ad iuuandum.

25. Nec voto se ad manifestandos publicè defectus culpæ grauis possunt deuinci Religiosi: esset namque talis promissio stulta, & displicens Deo, quæ magis obesse, quam prodesset possent.

26. Imò, nec lege aliqua humana sanciri poterit Religiosos manere oblatos ad manifestandos defectus culpæ grauis superiori in secreto extra Sacramentum Penitentia. Est enim contra ius naturæ, quod quis obligetur se reum prodere: vt tradit Sotus libro 4. *de iustitia*, quæstione 6. articulo 3. §. *Secundo præter damnata*, Vazquez 1. 2. tomo 2. disputatione 168. numero 40. Tolet. libro 4. capite 21. numero 9. de quo diximus numero 22. & docet Sà verbo. *præceptum*, numero 2. Salas *de legibus*, disputatione 15. sectione 2. numero 39. Rodriguez 2. tomo; quæst. regular. quæst. 18. artic. 3. Bñez 2. 2. quæstione 11. articulo 4. dubio 2. §. *Respondetur*

*ad hoc argumentum.* Basilius de Leon lib. 5. de matrimonio, cap. 34. numero 10. inquit rectè, non constrictum iri aliquem impedimentum matrimonij ex proprio peccato ortum cum sui infamia detegere, vt si Sacerdos ex diuersis fœminis filium & filiam suscepisset, qui impedimenti ignari velent contrahere, aut si mater ex filio suscepisset filiam, & postea pater & soror contraherent. Coglianus de casibus referuatis, part. 2. fol. 344. numero 5. Gerson 2. part. alphabet 34. Quid dicens non teneri teum se proderet dum delictum est occultum, & persona non est infamata, etiam si à superiori de delicto interrogetur, teneri tamen, si delictum sit publicum, & de illo interrogetur etiam absque infamia; in quo secundo sanè decipitur. Nec teneri aliquem se teum proderet, etiam ad liberandum innocentem, cui delictum à teo commissum imputatur, docet Antonius Ragucius in lucerna Parochorum de restitutione, quæstio 162. fol. 390. Toler. lib. 5. cap. 70. num. 4. nam teus tunc nequaquam concurrat posituè ad necem innocentis, sed tantum permissiuè, fas est autem cuiuscumque mortem alterius permittere, vt propriam vitet, Sa verb. Reus, numero 3. Nauarr. in summ. capite 15. numero 17. & indicare videntur Sor. lib. 4. de iniuriis, quæstione 6. articulo 3. §. Secundo præter damnata, Auila de censuris, 2. parte, cap. 5. dub. 3. conclusio 9. Gutierrez quæstion. Canon. cap. 11. numero 40. & dictus Nauarr. cap. Inter verba, conclusio 6. numero 306. sine. Nec tenebitur reus se manifestare, etiam si imposita esset excommunicatio nisi se proderet: Suarez de censuris, disput. 4. sect. 5. num. 4. Veja 2. part. casu 2. nec quòd sit executor suæ sententiæ in rebus aduersis, & maxime violentis, vt docet Suarez de legibus, lib. 5. cap. 10. numero 11. dicens, neminem obligari posse ad executionem propriam, sed illam debet facere superior per suos ministros in pœnis contra propriam vitam, vel inferentibus grauem dolorem, aut ignominiam, quia id inhumanum esset: idem docet Vazquez 1. 2. tomo 2. disputatione 173. numero 24. Imò nec teneri teum, etiam per sententiam damnatum, exequi pœnam in se, vel actionem aliquam exercere, qua illam exquatur, vel ad illam cooperetur, docent Couarr. lib. 1. variat. cap. 2. numero 10. & in 4. 2. parte, cap. 6. §. 8. numero 10. illat. 2. & numero 11. allegans alios Doctores.

Est itaque contra ius naturæ, quòd quis obligetur se teum proderet, quatumcunque lex sit edita sine capiendæ confusionis, siue humiliatiōnis. Sicut si Religiosus se obligasset ad sui verberationem immanem & crudelem, obligatio nulla esset, vt pote contra bene ordinatam inclinationem naturæ non se inhumaniter puniendi. Vt docent D. Thom. 2. 2. quæstione 88. artic. 2. ad tertium. Syluester verbo, votum, 1. quæst. 4. dicto 3. & verbo, votum, 2. quæst. 14. Sor. lib. 7. de iniuriis, quæstione 1. artic. 3. ad vltimum. Tabiena verbo, votum, 1. numero vltimo. Sanchez in summ. lib. 4. cap. 6. numero 4. eo quòd præceptum naturale seruandi vitam obliget ad remouenda media ducentia ad mortem, vel illius periculum. Quæ ratione votum de manifestandis culpis seclerò extra confessionem superiori etiam fortè esset nullum, licet fieret sine humiliatiōnis, & mortificationis: est enim medium illud maxime arduum. Vnde Isidorus in cap. In ma-

lis, 22. quæstione 4. In malis promissis rescinde fidem, in impi voto muta decretum. Refert Nauar. cap. 12. numero 25. Ioan. de Medina tractat. 4. de ieiun. super Cathusienfes, fol. 147. Sicut nec esset valida promissio verberationis crudelis, siue mortificationis carnis. Et sanè intolerabilius onus est sua delicta manifestare, quàm crudelem verberationem pati. Nam si hæc materia voti non est quòd contra salutem corporis promissio non acceptetur à Deo: sic promissio cuius adimpletio maxime difficilis est, & violenta, nec Deo placebit, ne anima periculo fractionis exposita incidens in illud, detrimentum patiat. Iudicet verò quisque, num nimis periculo frangendi votum sit expositus ille qui promississet sua denuntiare crimina superiori in in secreto? Vt enim optime aduertit Sorius lib. 7. de iniuriis, quæstione 1. artic. 3. cap. vltim. illa non est materia voti, quando ius naturæ reclamatur adimplete: at licet non reclamet natura quòd quis si velit sua manifestet nefaria, reclamatur tamen, quòd ad manifestandum sit obligatus. Non enim quilibet materia honesta est materia voti si maioris boni sit impeditiua: sicut est ducere vxorem honestum sit, votum ducendi validum non erit, quia eius oppositum magis placet Deo. Et ludendi honestè votum nequaquam valet, cum non ludere mortificationis ergo melius sit, & magis placeat Deo. Vnde licet denuntiatio criminum in secreto non sit materia mala, nec indifferens, est tamen maxime ardua quæ reducitur ad impossibile: & tale votum validum non esse censere aliqui viri docti quos consului: oppositum arbitrantibus aliis, quorum iudicium sequor, quia verosimilius, & si validum esse velit aliquis consentiat item leuem causam sufficere ad dispensationem, vel commutationem, cum aliis talis promissio difficilis merito sit, quòd adimpleatur.

Cui rationi nixus B. Ignatius insignis Religiosis, & admodum vtilis Ecclesiæ Dei, Societatis Iesv fundator, in constitutionibus hæcasserit in proœmio, & in regul. 40. summarij; & refert Alphons. Rodrig. 3. tom. del exercicio de perfeccion, tractat. 7. cap. 10. §. para que podamos. Por tanto cada uno con gran puridad en confession, o en secreto, como mas le pluguiere y se consolare, manifeste, enteramente toda su anima, sin celar cosa alguna en que aya ofendido al Señor de todos, despues de la vltima cuenta que dio de su conscientia: o a otros. os descubra los defectos que mas agravan su alma de de aquel tiempo. Et Pater Generalis Claudius Aquiuia, vt refert prædictus Rodriguez. §. vltimamente se ha de notar, in instructione pro visitatoribus edita, hæc ait: Quare vt non sunt cogendi nostri ad rationem conscientia reddendam extra confessionem, cum constituto id liberum permittat pro cuiuscumque consolatione: ita laudandi qui semotis his, qua ad confessionem propriæ spectant, qua in confessione superiori manifestare poterunt, extra confessionem ea reddunt, totasque seipsos patefaciunt, quo liberius, & absque vilo respectu superiores ad illorum directionem vri possint. Explicansque Alphonsus Rodriguez citato loco, cap. 11. in principio verba Patris Generalis, Qui semotis his, que ad confessionem propriæ spectant, &c. ait non esse mentem constitutionis obligare ad manifestationem culpæ extra confessionem, & addit: Quando la cosa fuisse tal que parece que no se

*atreue uno a dezirla fuera de la confesion entonces muy bien haze en guardarla para la confesion: y tales cosas como estas no solo no las ha de preguntar el superior, ni padre espiritual fuera de la confesion, pero ni ha de querer que el otro se las diga.*

Sed estò lege humana non possit cogi religiosus suas culpa graues denudare superiori in secreto extra Sacramentum Pœnitentiæ vt diximus, num. 26. Si tamen in aliqua religione huiusmodi lex extaret & ante professionem inuitata fuisset religiosus, ipseque profiteri vellet cum illa conditione cedens iuri suo, ad manifestandas culpas graues tunc constrictus esset. Nam ibi interuenit contractus seu pactum inter religionem, & religiosum quem religio admittere ad sui societatem nolit nisi sub illa conditione. Tenebitur ergo religiosus aut in illa professionem non emitte, aut sic profiteri qualiter à religione exigitur. Et tunc conditionem non seruans Regularis sub qua professus est, videlicet nolens culpas graues manifestare, delinquit contra votum quo promissit legem constitutionis seruare: quapropter ideam erit non seruate tunc constitutionis legem, atque infringere eorum, si videlicet directè promississet Deo culpas graues manifestas efficere; posse autem quempiam ad hoc ex voto deuinci diximus, num. 29. Et posse quemcumque obligari ex propria voluntate ad illud quod per superioris legem non posset, manifestum est. Nam per nullam legem ad profitendum in religione potest quis obligari, ex voto tamen ad id constringi religionem vouentem est plusquam notum. Fit ergo, quòd licet non interueniente religioso consensu non possit ligari aliqua lege humana ad manifestationem grauium culparum in secreto superiori extra Sacramentum pœnitentiæ, possit vtique ad illud constringi pœnitito à se consensu & sub illa conditione professionem mittente.

Nec obstat si dicas, quòd illi iuri manifestandi, scilicet se, in secreto superiori cedere non possunt religiosi, se ad manifestationem obligantes dum profitentur in Religione, quia aded inhumanum videtur aliquem esse obligatum ad prodicionem sui delicti, quòd voluntas humana illam inhumanitatem non possit auferre, sed vbi que & omni tempore vigeat, & detur locus pœnitentiæ quotiescumque quis de contracta obligatione pœnituerit. Nec est par ratio de obligatione propalandi peccato sacramentaliter, quia dum Christus instituerit pœnitentiæ Sacramentum vnicum remedium post baptismi lapsum, vt constat ex illo Ioan. 20. *Quorum remisistis peccata, erunt remissa; & quorum retinueritis, erunt retenta.* Et ex Tridentino sessione 14. cap. 6. Et homo lege charitatis teneatur salutem spiritualem querere; obligatur deinde eadem charitatis lege, & Christi pœcepto ad medium vnicum quo talis, spiritualis salus comparatur. Non, inquam, obstat hoc, quia etsi difficile nimis sit sui delicti notitiam superiori exhibere, est tamen possibile, & ad rectum finem ordinabile, videlicet ad mortificationem delinquentis, & ad ipsius conscientiam profectum. Cumque conuentio inter religionem, & religiosum sub illa conditione intercesserit, locus non erit pœnitentiæ de obligatione contracta, alias iniuria interrogaretur religioni & deterioris inueniretur conditionis quam esset conditio religiosi, si ipse à contracta obligatione recedere posset quan-

do veller, perseuerantè ex parte religionis obligatione exhibenti religioso necessaria Quod fit manifestum ex eo quòd religiosus possit obligari proprio consensu, quòd à tertia persona sua delicta pœtermissa correctione fraterna denunciantur, vt num. sequenti dicemus. Nec difficultius quid est, aut inhumanius quòd proprio consensu obligationem seu legem imponat sibi aliquis, manifestandi videlicet in secreto superiori defectus graues, quàm quòd illi manifestentur à tertia persona. Imò difficultius videtur, quia timeri potest à tertia persona culpam vltra sui meritum seu qualitatem extolli, non sic quando manifestatur ab ipsomet delinquente.

Possit tamen religiosus se obligare lege suæ Religionis, quòd peccata occulta à tertia persona denunciantur secreto superiori; & huic iuri, quòd videlicet secum ordo fraternæ correctionis pœmittatur, cedere: vt docet Suarius tom. de Fide, tract. de correctione frater. disput. 8. sect. 6. num. 12. & 17. Qualiter cessisse refertur Religiosos Societatis Iesv, vt notat Alphons. Rodriguez in lib. de exercicio de perfectione, tom. 3. tractat. 8. cap. 6. Valent. 2. 2. quæst. 10. punct. 5. Bañez 2. 2. quæst. 33. art. 8. dub. 2. in solutio 1. confirmatio. 7. argumenti. Sanchez de statum religioso, lib. 6. cap. 18. num. 48. & 43. Cantarel. in pœceptis decalog. lib. 2. cap. 69. num. 211. Tort. de fide spe, & charit. quæst. 33. art. 7. dub. 4. in fin. qui tamen tom. de iust. disput. 44. dub. 2. num. 17. dicit, huiusmodi renuntiationem non obligare subditos taliter, vt peccent si postea non consentiant denuntiationi, quia solùm per modum consilij proponitur regula à superioribus. Possit autem denuntiationem fieri non pœmissa correctione secreta, docet pro viribus Arevalo de correct. frater. à fol. 53. Nam cum lex à Christo edita Matth. 18. de correctione prius faciendâ inter delinquentem, & cognoscentem facinus, sit lata in fauorem crimen committentis, talis fauoris cessationem potest pœmittere, & pœuilegium renuntiare. Pœterea inhumanitatem haud pœ se fert, quòd à tertia persona delicta denunciantur; imò ad illud sufferendum se obligare conducit maximè ad virtutis custodiam; & imputet sibi delinquens quòd illius crimen manifestetur, cum aded incautè deliquerit, vt testis sui criminis inueniatur. Vnde constitutio Societatis Iesv circa manifestationem culpæ; solùm intelligitur de culpa quæ ab alio fuerit notata, non de illa quæ à delinquente sub secreto fuit commissa alteri: vt refert Alphons. Rodrig. tom. 3. tract. 8. cap. 6. ferre in fin. fuisse declaratum in Congrat. 6. generali Societatis Iesv decreto 49. can. 10. & 11. & decreto 37. can. 6.

Ex dictis inferitur, perfectius quid esse se excusare & defendere de defectibus contra consilia falsò impositis, quando malum exemplum exoritur aliis hominibus perfectis ex fractione consiliorum ab aliquo perpetrata. Et famam etiam in obseruatione consiliorum tueri curandum est. Pœterea quia estò scandalum non exoriat, magis tamen placet Deo me indicare memet sollicitum in obseruandis consiliis, sine exaltandi Diuinam protectionem, & gratias ob id referendi, inducendique alios, vt pariter Deo referant; quàm ex admisis falsis impositionibus circa illos fractionem mortificationem assumere. Est sanè actus excellentioris virtutis curare consilia implere, quàm se mortificare: ille enim

28.

29.

ad charitatem pertinet, & ad alias virtutes circa quas dantur consilia, vt inuise in infirmos ad misericordiam, erogare eleemosynam in communibus necessitatibus ad pietatem: & sic de aliis virtutibus. Mortificatio verò, aut ad nullam virtutem specialem pertinet, sed ad illas in quibus actibus mortificatio sumitur, vt bi gratia, mortificationem concedendi ad abstinentiam, vt orificatio non vtendi rebus splendidis ad humilitatem, &c. Vel solum ad iustitiam vindictiuam, seu penitentiam pertinebit. Ex auxilio autem præstito ad perfectiorem virtutem exercendam maior laus est Deo auxilianti debita, & obligatio ad maiores gratias illi referendas extat. At si tantum intendatur propriae famæ defensio, perfectius erit non se excusare. Et sanè in praxi rarissime contingit illam Metaphysicam reperiri de distinctione finis ob laudem Dei & defensionem, seu appreciationem virtutis, & finis ob propriae famæ defensionem. Quapropter communiter consulendum est non se excusare, potius quàm defensionem præmittere: quia in defensione regulariter magis incenditur propriae existimationis defensio, quàm Diuinam misericordiam extolli, vt notauimus num. 10. fine.

30. De defectibus etiam indifferentibus, qui nec culpa sunt, nec contra consilium, sed solum inculpabiliter eveniunt contra gustum, & inclinationem alterius, non se excusare perfectius quid erit, patienter & æquo animo sufferendo. Quapropter Religioso cui imputatur vas fregisse, vinum vel parum falsi condimentis applicuisse, perfectius erit non se excusare, patienter portando impositionem; ad humiliationem, & patientiæ exercitium, ad imitationem Christi, non comminantis cum patere, vt constat ex Epist. 1. Petr. cap. 1. Nisi tales defectus pluries inponerentur, quòd occasionem offerret aliis ex taciturnitate suspicandi voluntariè esse socordem, & desidem, contemptorièque monitionis à superiore præstita: tunc perfectius esset excusationem præmittere ob malum exemplum aliorum vitandum.

31. Ad primum argumentum responderetur, posse opinè concessi se excusare de culpis falsò imputatis, sine extollendi Diuinam misericordiam: imò solum sine defendendi proprium honorem, & benedicere maledicentibus, hoc, non inde sumere occasionem malum eis imprecandi, sed reddita excusatione, ad Dei tribunal causam remittere, & orare ne absque penitentia falsi criminis impositi finiant vitam. Percussa enim vna maxilla, aliam feriendam reddere, non contrarium est exceptioni falsi criminis impositionis: imò vt acutè explicat Lyra super Ioan. cap. 18. declarans illud Christi respondentis faciem illius cadentem: *Si malè loquutus sum, testimoniam perhibe de malo; si autem bene, quid me caedis?* aliquando expedit iniuriantibus respondere ad ipsorum, & aliorum instructionem, sicut fecit tunc Christus: quia notabatur sic respondisse, quasi notans seu exprobrans Pontificem de stulta interrogatione: qua responsione Christus honorem Pontificis extititatus, vt constat ex Cypriano in cap. Dominus noster, 93. distinct. & in cap. Si quis super his, 2. quest. 7. & aliquando etiam expedit factò resistere, ne deret occasio malis malè agendi, vt diximus num. 6. & 7. Sensus igitur illius sententiæ, *Qui te percussit in maxilla vna, prabe illi & alteram,*

vt optimè explicuit Maldonatus Matth. 5. num. 39. Suarez de fide, vbi de bello, disput. 13. sect. 1. numero 4. est primum, vt vindictam non queramus auctoritate propria exequendam, sed potius alteram maxillam re ipsa vertamus, id est, alteram accipiamus iniuriam, præsertim quando vna non est defensio alterius, potius quàm acceptam vl-ciscamur: vt fecerunt sanctus Christophorus, & Eulogius Archiepiscopus Toletanus: de quo vndecimo die Martij refertur historia in hac diocesi Toletana officium eius recitando. Quo sanè modo intelligendus est Diuus Paulus ad Romanos 12. *Non vos ipsos defendentes, sed date locum iræ:* id est, non vl-ciscens iniuste, vt explicat Nauar. 3. tomo de penitentia, disput. 5. capite Contrarium, numero 12. Cornel. à Lapide super illud, cap. 12. versiculo 19. allegans Chrysostomum, & Tertullianum, Suarez tom. de Fide, tract. de bello, disputatione 13. num. 4. Lorca 2. 2. questione 40. art. 1. num. 12. Præterea vt animo parati simus ad remittendum de iure nostro, quandoque id charitas & Dei gloria videbitur postulare: hæc ex præcepto tenemur exequi. Vnde idem est dicere: *Si quis te percusserit in maxilla vna, prabe illi & alteram.* Prabe, id est, esto paratus prabere potius, quàm acceptam iniuriam propria auctoritate vl-cisci. Quod etiam explicuit prædictus Suarez vbi suprà, & Lorca. Salon. 2. 2. q. 72. art. 3. fol. 1723. Ex consilio autem satius erit, vt quamuis neque charitas, nec Dei gloria à nobis exigat, mortificationis tamen nostræ causa ad verbum hæc omnia faciamus, non quidem irritantes aduersarium ad inferendam iniuriam, seu iniurias, vel inducentes; sed nos ipsos paratos ostendentes ad excipiendam dum alius intulerit. Vel, vt explicat Lyra super Matth. cap. 5. à Christo præcipitur, vel consulumur, paratos fore excipere secundum iniuriam, quando ob resistantiam primæ maius scandalum seu malum esset oriundum.

Ad secundum dicendum, inquirentes Dauidi mala, falsè loquutus vanitates, non tamen falsò culpas imposuisse: vel estò imposuissent, tacuisse Regem ob mortificationem, propriam existimationem eligentem potius amittere, quàm conseruare præstita excusatione: quod perfectius esse diximus num. 13.

Ad tertium dicimus, Diuum Petrum solum exhortari nos pati patienter iniurias, non tamen ex eo præstita excusatione rationabiliter, patientia amittitur. Vnde argumentum non conuincit, quia diceremus in omni euentu fore perfectius excusationem præmittere.

Ad quartum, quotiens innocentia alicuius adeo nota est, vt celari nequeat nisi malitiosè excipienti, opus non est ad falsò impositas culpas respondere. Sic enim accidit Christo ducto ad Pilatum ob falsa testimonia. Vnde Pontifici interroganti Iesum de discipulis suis, illiusque doctrina, Ioan. cap. 18. respondit: *Ego palam loquutus sum mundo, ego semper docui in Synagoga, & in Templo, quo omnes Iudei conueniunt, & in occulto loquutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus sim ipsis: Ecce hi sciunt que diximus ego.* At dum notatur quis de culpa, quam commisisse certò non constat, & ex taciturnitate esset oriundum scandalum, perfectius est respondere, imò præceptum, vt diximus num. 6. Vnde Christus alapam impingenti respondit, vt diximus num. 31. Et Phariseis conclamantibus

tibus illum dæmonium habere, dixit Joann. 8. *Ego dæmonium non habeo: sed, honorifico Patrem meum.* Et dicentibus ipsis, Samaritanum etiam esse, tacuit: quia Samaritanum esse crimen minime erat, & in alio sensu significat custodem, ut Gregor. in Homil. 18. *Super Evangelia:* fuisse tamen, dæmonium habere, hoc est, cum illo iniisse pactum eo modo quo dicere solebant, Joann. 8. *In Beelzebub Principe dæmoniorum eijcitis dæmonia.* Vel dæmonium habere dixerunt, ut significarent moribus dæmonum esse imbutum: sicut so-

let vulgus appellare hominem nequissima vitæ dæmonem. De quo videndus Maldonat. super Ioan. cap. 8. n. 144. Quia igitur Christus Magistri munus gerebat, oportuit ad obiectiones respondere, ne ex taciturnitate suam doctrinam minus veram esse, vel à Dæmone, virtualiter consentiret. Ille verò cui docendi munus non incumbit, sui contemptum admittere potest sine humiliationis: & perfectius erit non se excusare, quando ex præstita excusatione finis solum curandi propriam existimationem esset intentus.



## DISPUTATIO XLVII.

### Seu potius charitativa instructio ad Parochos circa residentiam, administrationem Sacramentorum, & aliorum munerum obligationem.

#### S U M M A R I U M.

- Parochus gerit personam Iudicis, Pastoris & Medici, num. 1.*
- Parochus tenetur per semetipsum Sacramenta administrare, num. 2.*
- Parochus non dicitur verè & iuxta Concilij mentem ob solam habitationem in loco beneficij residere, nisi per seipsum Sacramenta administret, num. 3.*
- Parochus non acquirit fructus beneficij nisi per seipsum ministret Sacramenta, num. 4.*
- Parochus tenetur per seipsum ministrare Sacramenta qua ex aequitate potest, nec satisfaciæ per substitutum, num. 5.*
- Parochus tenetur ex iustitia audire confessiones quotidianas quas ex aequitate potest, num. 6. & 7.*
- Parochus non ministrans per seipsum Sacramenta, lucrum spirituale amittit, num. 8.*
- Parochus non audiens confessiones quotidianas Parochianorum, quas ex aequitate potest, peccat contra iustitiam commutativam, Religionem, & poenitentiam, num. 9. & 10.*
- Parochus ministrans Sacramenta agere & molestè, exhibet Parochianis occasionem non postulandi toties quoties vellent, & consequenter muneri suo non satisfacit, num. 11. & 12.*
- Parochus tenetur Vicecuratum præditum scientia & probatis moribus eligere coadiutorem, num. 13. 14. 15. & 16.*
- Parochus tenetur auaritiam fugere, num. 17.*
- Parochus tenetur gratis sepelire defunctos pauperes, num. 18.*
- Parochus tenetur ceremonias sui muneris rectè scire, num. 19.*
- Parochus tenetur promissum Sacrificium absque mora adimplere, familiaritatem nimiam cum parochianis vitare, & nimium garrientes ex Ecclesia abigere, num. 20. 21. & 22.*
- Parochus tenetur discordias inter Parochianos componere, num. 23.*
- Parochus tenetur non extorquere oblationem uberiorem pro funerè quam defuncti heredes offerre volunt, num. 24. & 25.*

*Que dicta sunt de Parochis, ad Episcopos etiam tendere intelligi, num. 26.*



**P**ERSONAM gerit Parochus pastoris, ex illo Christi Ioan. capite 21. *Pasce oves meas:* Ducis etiam representat, cap. *Cleros*, 21. distinct. cap. *Præcipimus*, 12. quæst. 1. Medicum item esse negabit nemo, cap. *Sacerdos*, 3. quæst. 7. gloss. in cap. *Conuertimini*, de poenitent. distinct. 1. Iudex denique est, dum soluit & ligat, secundum illud, *Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis.* Matth. 16. *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* Ioan. X X. cap. *Quis dubitet*, 96. dist. 8. & ex rituali Romano Pauli V. de *Sacram. Poenitent.* fol. 53. §. 1. Zerol. in *prax. poenitent.* fol. 294. Martin. del Rio de *magia*, lib. 6. cap. 1. in princip. Coriol. de *casib. referu.* part. 1. sect. 2. fol. 136.

Sacramenta ministrare per temetipsum tuo gregi prius omnium teneris Paroche: at si non resideas, hoc præstare nequibus. Consultè verba Concil. Trident. sess. 7. cap. 3. *Inferiora beneficia Ecclesiastica præsertim curam animarum habentia personis dignis & habilibus, & qua in loco residere, ac per seipsum curam ipsam exercere valeant, iuxta constitutionem Alexandri III. in Lateranensi, qua incipit, Quia nonnulli: & aliam Gregory X. in generali Lugdunensi Concilio qua incipit, Licet Canon, editam conferantur. Aliter autem facta collatio, siue provisio omnino irritetur, & Ordinarius collator penitus Constitutionis Concilij generalis, qua incipit, Græce nimis, se noverit incursum.* Et constat item ex Card. declaratione ad ducta à Farin. super Concil. decif. 9. *Item consuetudo congregatio Concilij cogenda esse curatos ad subeunda per seipsum, & non per substitutos ea munia ad qua tenentur: tolerandos autem, ut per substitutum suppleant in illis tantum casibus quibus expressis verbis Canonum, Decretorum, & Concilij permissum est eis, ut per Vicarios coadiutores, vel substitutos possint officio suo fungi.* In sess. verò 23. cap. 1. per hæc verba: *Cum præcepto Divino mandatum sit omnibus*

1.

2.

omnibus quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his Sacrificium offerre, verbique Divini predicatione, Sacramentorum administratione, ac honorum omnium operum exemplo pascere, pauperum, aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, & in cetera munia pastoralia incumbere: que omnia nequaquam ab his prestari, & impleri possunt, qui gregi suo non inuigilant, neque assident, sed mercenariorum more deserunt: Sacrosancta Synodus eos admonet, & hortatur, ut Divinorum preceptorum memores factique forma gregis in iudicio & veritate pascant, & regant, Nec vero ea que de residentia sancte & utiliter iam ante sub sel. record. Paulo III. sancita fuerunt, in sensu à Sacrosancta Synodi mente alienos trabantur, ac si vigore illum decreti quinquaginta mensibus continuis abesse liceat, illis inbarendo, declarat Sacrosancta Synodus, omnes Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, ac Cathedralibus Ecclesiis quibuscumque, quocumque nomine & titulo prefatos: etiamsi sancta Romana Ecclesia Cardinales sint, obligari ad personalem in sua Ecclesia, vel diocesi residentiam, ubi iniuncto sibi officio desungi teneantur, neque abesse posse, nisi ex causis, & modis infra scriptis. Si quis autem, quod vix nunquam eveniant, contra huius decreti dispositionem abfuerit: statuit Sacrosancta Synodus præter alias pœnas adversus non residentes sub Paulo III. impositas, & innovatas, ac mortali peccati reatum quem incurrit: cum pro rata temporis absentia fructus suos non facere, nec tuta conscientia alia etiam declaratione non secuta, illos sibi detinere posse, sed teneri, aut ipso cessante superiorem Ecclesiasticum illos fabricæ Ecclesiæ, aut pauperibus loci erogare, prohibita quocumque conventionis, vel compositionis, que pro fructibus malè perceptis appellatur. Ex qua etiam prædicti fructus in totam, aut pro parte ei remitterentur, non habitantibus quibuscumque privilegijs, etiam Collegijs, aut fabricæ concessis. Eadem omnino etiam quoad culpam & amissionem fructuum, & pœnas de Curatis inferioribus, & alijs quibuscumque qui beneficium aliquod Ecclesiasticum, curam animarum habens, obtinent, Sacrosancta Synodus declarat, & decernit.

Hæc qualiter in sess. illa 7. cap. 3. collationem beneficij cutati factam indigno per seipsum non valenti curam exercere, irritandam statuit. Nonne cœcutire diceretur Parochus haud administrans per seipsum Sacramenta, & minime Concilio se aduersari putans? Legat quæso, cap. *Ex tirpanda*, §. *Qui verò*, de præbend. Nec sufficit de ministris providere idoneis & sufficientibus; id enim displicet Concilio, & maxime ubi industria personæ ad id muneris electa est, argumento text. in l. *Inter artifices*, 21. ff. de *solucionib.* cap. *Is cui*, de offic. deleg. & rectè notavit Cordub. lib. 1. quæstion. quæst. 19. ferè in princip. §. *Minor verò præfati discursus*, Possevin. de offic. curat. cap. 1. de residentia, num. 8.

Iterum lege, & perlege cap. illud 1. sess. 23. & videbis Paroche tibi iniunctam obligationem per temetipsum ministrandi Sacramenta, pro quibus tuis Sacrificium offerendi, pauperum, & miserabilium personarum curam paternam gerendi. Et in tuo beneficio residendi Divino & naturali ad hæc tenetis præcepto; ubi enim Concilium, rebus non egemus: at adducamus si fortè plures desiderat. Docet Caietan. 2. 2. quæst. 158. artic. 5. Sotus lib. 10. de *iustitia*, quæst. 3. per tot. & in Apo-

log. contra *Catarin.* cap. 1. Castro de *iustia hæretic.* punis. libro 3. cap. 4. Couare. lib. 3. *variar.* cap. 13. Ledesm. de *stat. Episcop.* cap. 3. fol. 28. col. 2. Felin. in cap. *Cum omnes*, de constit. num. 33. dicens, nulla consuetudine posse Parochum iuvari ad non in suo residendum beneficio. Petr. de Sor. tract. *De cura animar.* lect. 5. §. *Hoc itaque constituitur*, malè asserens Pastores absentantes ad restitutionem fructuum non esse obligatos: quod iam post Trident. sess. 23. cap. 1. iustineri nequaquam potest. Graff. tom. 1. consil. consil. vnic. de *Cleric. non residentib.* lib. 3. num. 14. Manlius de *iustia*. lib. 2. cap. 34. dub. 29. in princip. Melius Rodrig. 2. tomo summ. cap. 33. Reginald. lib. 20. prax. num. 68. & lib. 30. tract. 3. à num. 54. Ioann. de la Cruz de *stat. Relig.* lib. 2. cap. 1. dub. 2. Gonzalez ad regul. 8. Cancellariæ gloss. 41. numero 9. Barbof. in *remissionibus ad Concil.* ad cap. 1. sess. 23. alios adducens. Vega in summ. 1. part. cap. 36. casu 19. Azor 2. tomo lib. 7. cap. 4. quæstio 1. Vazquez tom. opusc. de *benefic.* §. 2. de *residentia Beneficiorum*, artic. 1. num. 123. Francisc. Torrens. in tract. *speciali de hac re*. Miranda Archiepiscopus. Toletan. in opuscul. de *resident.* & colligitur ex Gabriele in 4. distinct. 15. quæst. 8. artic. 3. dubio 2. & ex Adriano in 4. in materia de *restitut.* quæst. de *pluralitat. benefic.* quæ incipit. *Quia in præmissis*, S. Thom. quodlib. 9. artic. 15. & 2. 2. quæstione 158. artic. 5. Garcia 1. tom. de *benefic.* 3. part. cap. 2. numero 16. Valent. tom. 3. disput. 19. quæst. 3. punct. 5. Grisal. in decision. cathol. verbo *Episcopus*, Nauarr. in summa cap. 25. numero 121. Varg. de *Episcop.* iurisdic. axiom. 12. Ferret. consil. 3. 2. à numero 14. Salzed. in pract. cap. 52. lit. A. Azeued. in l. 27. tit. 3. lib. 1. recopilat. num. 8. Galleg. de *Parochi obligat. tempore pestis*, 1. parte, dispensatione 1. à num. 46. Cenedo in collectan. 30. ad 6. numero 2. Possevin. de offic. Curat. cap. 1. numero 1. Viualdus in append. *Candelabr.* cap. 9. num. 6. & 7. Zecus de *casib. referend.* casu 5. & tit. de *benefic.* numero 6. & 7. & de *munere Episcopali*, cap. 5. numero 3. Vega in el *espejo de Curas*, cap. 17. Bellarm. de officio *Principis Christiani*, controuers. 3. folio 5. Sa verbo *residentia*, numero 1. Margarita Confessorum, folio 272. Barth. Carranza tract. de *resident. Episcop.* cap. 2. folio 14. Ludouic. de S. Ioan. 1. part. summ. tract. de officio *Divino*, part. 3. difficultate 1. folio 61. Ioann. de Friburgo in summ. Confessor. lib. 1. tit. 7. quæst. 26. folio 17. Ant. Fernand. en la *instruc. de Confess.* docum. 3. num. 50. Malder. tract. 9. cap. 2. dub. 19. Salas de *legib.* disputat. 15. sectione 2. num. 28. Torr. de *instit.* disput. 41. dub. 3. à num. 3. Albert. Truzius de *perfecto Clerico*, cap. 4. Zuallos in communibus contra communes, quæst. 585. Et circa residentiam Curatorum extat constitutio Pij V. in Bullatio, 64. in ordine. Vide cap. *Quæ annis*, de regul. iur. in 6. vbi Gregor. *Non potest esse pastoris excusatio, si lupus oves comedit & pastor nescit*. Item pastor tenetur de omni custodia, l. *Qui mercedem*, ff. *locat.* Vnde sanctissimè constitutum est in Synodo Toletana edita à Sereniss. Infante Ferdinando de Austria Cardinale & Toletano administratore, & gubernante Doctore Alvaro de Villegas anno 1622. parochos per semetipfos strictos reddi Sacramenta ministrare. folio 35. *Otro si exortamos y mandamos a los Curas y a sus tenientes que residen en sus beneficios los firman por sus propias personas y administran los santos Sacramentos sin embargo que tengan tenientes. Pues solo son para que los ayuden, y no para que los excusen,*

consen, y que los visitadores tengan cuenta con esto y embien relacion de las personas que ansí no lo cumplieren, y cassinguen a los Curas que en esto fueren negligentes y remijos.

3. Nec residere dicitur Parochus verè, & ad Concilij mentem ob solam habitationem in loco beneficij, vt notauit Graff. tom. 1. consilior. consil. vnic. de Cleric. non residentibus, num. 2. nisi ad id residat, vt per se ipsam Sacramenta administret Cordub. lib. quæstion. quæst. 19. fol. 179. & fol. 182. per hæc verba: Tandem nota, quod residere est officium summi personaliter exercere, & non solum in suo Episcopatu esse presentem (idem de Parocho) & nihil ferè sui numeris facere, sed in re-creationibus, & alijs profanis occupari, reliqua suo substituto committendo. Gofred. relatus à Syluestro, verb. residentia, num. 2. definiens, residentiam esse personalem solutionem proprii officij in proprio beneficio. Quod idem tenet Syluest. Vivald. in append. ad 2. part. candelabr. cap. 9. num. 10. Manuel Rodriguez 2. tom. summ. cap. 9. numero 1. Sanchez de matrimonio, lib. 3. disput. 13. numero 11. Vazquez tom. opuscul. opusc. de beneficijs, cap. 4. §. 2. dub. 1. in fin. artic. 1. & artic. 2. numero 181. expressis verbis nostram sustinet conclusionem Ledesm. de statu Episcop. cap. 3. fol. 28. col. 2. S. Anron. 3. part. tit. 15. cap. 2. §. 18. Armill. verb. beneficium, num. 68. Durant. de ritibus Eccles. lib. 4. cap. 22. num. 8. Possuin. de offic. Curat. cap. 1. num. 11. Sa verb. residentia, num. 1. Residere igitur cum effectu accipiendum est, vt Garcia 1. tom. de beneficijs, 2. part. cap. 2. numero 52. Graff lib. 2. decis. cap. 97. Zecus de munere Episcop. cap. 5. num. 1. Et constat ex declaratione 21. Sanctæ Congregationis Cardinalium super cap. 1. Concil. sess. 23. à Garcia adducta vbi proximè, numero 179. huius tenoris: Congregatio Concilij censuit Rectores Parochialium debere residere in domo ipsarum Parochialium: quod si Parochiales domos non habent, tunc in alia domo, qua sit intra limites Parochie, aut saltem ita vicina Parochiali Ecclesia, vt inde commodè possint per seipsos ei inservire. Quam etiam refert Zerol. in praxi Episcop. 1. part. vers. Parochus, §. 4. Parochus residens, & non inserviens, aut se in Ecclesia præsentem constituens ad inferendum, si Parochiani cum administrare Sacramenta, præsertim confessionis postulent, non tam verè Parochus, aut Pastor, quàm mercenarius meritò quibit appellari, vel pastoris simulacrum: qua ratione meritò in cap. inter corporalia, de translatione Episcop. dicitur illam Ecclesiam viduam esse, quæ licet Episcopum habeat (& idem est de parochia) inutilem tamen perhibetur habere: quis autem inutilior, quàm qui Ecclesiæ suæ non deseruit? Nonne terminus residere, à re, & sedeo derivationem sumit? vt idem sit residere, quod rei exequendum sedere. Vnde Martinus in summ. de Cleric non residentibus, adductus ab Hostiense eodem titul. §. 2. definit, residere esse idem quod deseruire. Et docet nostram conclusionem Barr. Carranca tractat. de residentia Episcoporum, cap. 2. fol. 14. Ludouicus de San Iuan tractat. de officio diuino, artic. 13. fol. 611. Azor 2. tom. lib. 7. cap. 3. Lessius lib. 2. cap. 34. dub. 29. Reginald. lib. 3. tractat. 3. num. 6. Soto lib. 10. de iustitia, quæst. 3. artic. 1. Layman lib. 4. titul. 2. cap. 6. Bonacina disput. 3. dub. 2. punct. 2. Veja 4. part. casu 28. versic. Ad id. Et docet auctor cuiusdam discursus traditi Sereniss. Infanti Sanchez Seleta.

Cardinali ann. 19. intendens probare non tui conscientia posse beneficia aut præbendas conferri illis qui per seipsos inservire non intendunt, quando personalem efflagitant residentiam, sed animo imponendi super illas pensiones aut permutandi accipiunt, quod an verum sit, modò non decernimus.

4. Quapropter censeo, fructus nequaquam acquiri Parocho non ministranti, quantumvis materialiter residenti. Sic Graff. lib. 5. decisio. cap. 97. num. 57. Cordub. lib. 1. quæstion. quæst. 19. ferè in fin. fol. 182. Hostiens. in summa, tit. de Clericis non residentibus, §. 1. quæst. 27. Astenf. lib. 6. tit. 34. Syluest. verb. residentia, in principio, & numero 6. Couar. lib. 3. variaram, cap. 13. num. 13. qui licet temperare sententiam videatur, re tamen vera nobiscum sentit. Aragon. 2. 2. quæstione 63. art. 2. §. sed pro explanatione huius difficultatis, Ludouicus de San Iuan tractat. de officio diuino, artic. 13. fol. 611. Quicquid in contrarium allegetur. Gabr. in 4. distinct. 15. quæst. 8. artic. 2. conclus. 2. qui tamen id non dicit, & dicat, Garcia tom. 1. de benef. 2. part. cap. 2. numero 53. (quem certè contraire nolim, quia amicus; sed magis amica veritas) ductus, quod pœnæ extendæ non sint, & Concilium solum dicat amittendos fructus non residendi, seu absentandi: quem sequitur Ledesma de statu Religioso, cap. 3. fol. 28. col. 2. sibi non constans, dum dicat, mentem Concilij esse, illum non residere, qui per se ipsum Sacramenta non ministrat. Si enim non residere pro eodem accipit Concilium quod non seruire, vt admittit hic Auctor, & pœna sit imposita non residenti, fiet, ad restitutionem fructuum teneri si non ministrat.

Sed quam ratione præsens; & quisnam magis absens, quàm qui ministerio alicui exercendo velut absens se habet? Parùm herclè Parochianis, imò nihil prodest Parochi præsentia ministerio destituta, cum potius offendat, vt rectè notauit Sotus lib. 10. de iustitia, quæst. 3. artic. 1. ante argument. solution. Graff. tom. 1. Consilior. lib. 3. consil. vnic. de Clericis non residentibus; num. 7. & idem sit inutiliter adesse, quod abesse, quod etiam docet Barr. Carranca tractat. de residentia Episcoporum, cap. 3. fol. 23. Nec amissio fructuum non ministrantis, vel non residentis, vt vult Garcia (apud nos tamen idem reputatur) pro pœna debet haberi, quæ cum ad ipsius executionem sententia iudicis minimè sit requisita, potius non lucratio dicitur, vt constat ex illis verbis Concilij sessione 23. cap. 1. Pro rata temporis absentia fructus suos non facere, nec tuta conscientia, alia etiam declaratione non secuta illos sibi desinere posse, sed teneri aut ipso cessante per superiorem Ecclesiasticum, illos fabrica Ecclesiæ, aut pauperibus loci erogare, prohibita quacumque conuentione, vel compositione, qua pro fructibus malè perceptis appellatur, ex qua etiam predicti fructus in totum aut pro parte ei remitterentur, non obstantibus quibuscumque priuilegijs, &c. Cum igitur beneficium detur propter officium, vt in cap. Cum secundum Apostolum, de præbend. cap. fin. de rescript. in 6. Tolet. lib. 5. cap. 76. non acquirere illius fructus haud seruientem, pœna nullo modo est, sed conditio, vt ait Graff. lib. 2. decisio. cap. 97. num. 56. Rodriguez tom. 2. quæstion. Regul. quæst. 44. artic. 4. §. Et primo dicendum est, seu conuentionis naturalis adimpletio, non accipiendi sibi neutriquam

quam debirum; sicut operarium sui vicini non colentem vineam, & ob id stipendium quod alij non recipientem, pœnam minimè incurrisse dicitur. Labefacta est ergo prima ratio Garcia, secundam verò æqualis momenti iudico: ait enim, quòd sicut Parochus malè suum munus administrans fructus efficeret suos, ita & nullo modo ministrans residens tamen. Equidem si malè ministrat, id est non sanctè sibi, & non Parochianis damnum dat: mentem enim Concilij quoad substantiam exequitur, sicut & Ecclesiæ; Missam audiens ob vanam gloriam. At non administrans, Concilio aduersatur: nam Parochianos suo iure defraudat: vnde iusticiam commutatiuam læsam isti dubitabit nemo, cum recipere tunc beneficium non quidem propter officium, sed propter propriam suam temporalem vtilitatem & lucrum.

Præterea esse admittamus cum Garcia, ex præcepto proeuniente à Concilio, solum teneri parochum se rigorosè & corporaliter absentantem à loco beneficii restituere fructus: at ex iure naturali restituere tenebitur, si non ministrat, licet in loco beneficii maneat, cum beneficium & illius fructus dentur propter officium ex pacto & conventionione. Qui igitur officium non adimplet, fructibus & mercede indignus est; cum enim ibi reperiat contractus *Do, vt facias*, inter parochum & parochianos, seu inter Episcopum conferentem beneficium & beneficiatum, id est, *do fructum vt facias* ministeria beneficii, iure ipso contractus, fructus neutiquam parochus efficit suos, si munia non adimpleat. Vnde licet solum se corporaliter à loco beneficii absentibus obligationem restitutionis iniungat Concilium, non est quia non putet eandem incurere obligationem neutiquam inferentes licet præsentem sint in loco beneficii, sed quia non præsumit mansurum parochum in loco beneficii, & non administratur m.

Næ parochis proderit, vt ab onere peccati & restitutionis liberentur, aliquibus saltem inferius ministerijs, aliquibus vè Sacramentis ministrandis incumbere, nisi maior pars, aut saltem æquivalens per ipsosmet exerceatur, veluti illa quæ à quolibet vicecurato administratur. Vt ergo vnicui verbo comprehendam, nota, illis Sacramentis ministrandis operam dare debent, quæ ex æquitate ministrari ab eis possint, vt notavit Vazquez tom. *de Pœnitent.* quæst. 93, artic. 3, dubio 6. in fin. vel ad minus se præsentem in Ecclesia debet constituere Parochus, vt parochiani si velint, ipsum eligant Sacramentorum administratorem, præsertim confessionis. Non tamen tenebuntur Parochi noctu administrare, communiter loquendo: sufficit enim id muneris exequatur Vicecuratus: vt docet Posssevinus *de officio Curator.* capite 1. numero 10. nisi nominatim & instante ipsomet Parochus desideraretur, vt dictum est suprâ.

Per duos tamen menses continuos, siue discretos poterit licitè Parochus nullius ministrandi Sacramenti muneri incumbere, dum tamen Vicecuratum idoneum qui id agere possit, designet. Nam vt ex Trident. *sess.* 13. capite 1. constat, per duos menses abesse potest parochus à loco beneficii: igitur à fortiori vel saltem pariter, abesse poterit à seruitio; esse in loco beneficii maneat, causa tamen adesse debet vt à ministerio cesseret à

labore scilicet vacare, animum recreare, amicos visitare commodius, vires novas resumere ad deinceps laborandum, nec ad vacandum à ministerio per illos duos menses licentia ab Episcopo desideratur: tum quia ex mente aliquorum solum exigitur à Concilio ad veram absentiam à loco beneficii ob rationem dictam num. 4. tum quia nec etiam ad veram absentiam per illos duos menses ex mente plurium postulatur, vt docent Salzed. in pract. cap. 52. lit. C. Quintanadue. lib. 4. num. 86. Cened. collect. 30. ad 6. num. 3. Zerol. verb. *primatio*, §. 4. dub. 3. & verb. *Parochus*, §. 2. Lopez 1. tom. cap. 148. Rodrig. summa 2. tom. cap. 36. fine, & in explicatione Bullæ compositionis num. 8. Conrad. quæst. 317. Sa verb. *residencia*, num. 7. & verb. *Episcopus*, num. 19. Vega in *espejo de curas*, cap. 18. *Zecus de casibus reservatis*, casu 3. vertic. *sed quia in Trident.* licet contrarium doceat Garcia 1. tom. *de beneficijs*, part. 3. cap. 2. num. 22. cum alijs.

Vnde teneris etiam tu Parochus, non solum ex charitate & misericordia spirituali, sed & ex iustitia ratione tui officij confessiones quotidianas excipere, quas quidem possis ex æquitate: obligaris enim neminem tuorum Parochianorum à profectu spirituali arcere, non tantum impedimentum non apponendo, sed etiam opem neutiquam negando. Nec præterea solum teneris necessitati succurrere, verum & vtilitatem & commodum ac profectum tui gregis procurare. Est autem contra euidentem tuam ouium vtilitatem & bonum eas pastu spirituali, quem è Sacramentis recipere, defraudari. Sic Adrian. quæst. 5. *de Confess.* dub. 8. fol. 89. pag. 1. Sor. in 4. distinct. 18. quæst. 4. art. 2. Nauar. in cap. *placuit*, de pœnitentia, distinct. 6. à num. 152. & in summa cap. 25. num. 131. Suarez tom. *de Pœnitent.* disput. 32. sect. 1. num. 4. Vazquez tom. *de Pœnitentia*, quæst. 93. art. 3. dub. 6. Sa verb. *Parochus*, num. 4. & verb. *Confessor*, num. 14. vel 15. Vivald. *de confession.* num. 22. Carbo *de præceptis Eccles.* cap. 11. *de confession.* Valent. tom. 4. disput. 7. quæst. 10. punct. 3. Petrus Hurtado de pœnitent. disput. 10. difficult. 20. Fagundez 3. præcept. lib. 3. cap. 3. numero 4. Ochagan, loquendo de Sacramento Eucharistiæ, tract. 3. *de Eucharist.* quæst. 4. num. 18. Posssevin. *de officio curat.* cap. 5. num. 7. Reginald. 2. tomo lib. 20. num. 68. Toler. lib. 5. cap. 5. num. 7. in fine. Manuel Rodrig. 1. part. summ. cap. 63. num. 1. Angles de floribus *de confess.* dub. 3. fol. 294. Ioseph. *de ortu parochi*, in speculo paroch. cap. 5. num. 13. Filiucius tom. 1. tract. 7. cap. 12. num. 352. & tract. 4. cap. 9. num. 266. Coriolanus *de casibus reservatis*, part. 1. sect. 1. num. 2. fol. 62. Azor tom. 1. cap. 16. quæst. 10. in med. Grass. tom. 1. consilior. lib. 3. consilio vnicui de Cleric. non resident. num. 6. Galleg. tract. *de obligatione Paroch. tempore pestis*, 2. part. num. 23. 25. & 26. & 31. dum ait, Parochum, non solum locasse Ecclesiæ operas suas necessarias, sine quibus grex saluati non posset, sed etiam vitales. Henriquez lib. 1. cap. 4. num. 4. & cap. 17. num. 5. *de Sacrament. in genere*, qui postea limitat, & contrahit ad tempus Iubilæi, & festorum insignium. Quam tamen limitationem solum intelligo veram, quando Parochus per semetipsum non posset audire confessiones, quibus temporibus teneretur providere de ministris, qui eas exciperent, vt ait Vazquez tom. *de Pœnitent.* quæstione 93. artic. 3. dub. 6. in fin. qui videtur obligare

gare Parochum omni tempore providere de ministris : cuius tamen doctrinam limitamus , & restringimus ad tempus solum Iubilæi , & solemni-um festiuitatum. Tēner Petr. de Soto *Institut. Sacerdot. tract. de offic. Pastor.* pagina vltima, qui dicit, boni Pastoris esse curare, ne confessio, ne-ve communicio alicui, vel indigenti, vel petenti desit, cum eodem modo loquatur de illo qui indiget aut petat ; & certum sit, quod sicut non ministrans egenti peccabit, ita etiam si non ministret petenti.

7. Hinc inferas, prohi dolor ! quàm malè aliqui Parochi se gerant, Sacramenta nunquam, aut serè nunquam ministrantes, & suarum ouium curam mercenariis committentes : qui cum vt plurimum Sacerdotes inopes & egentes sint, timeri non imprudenter poterit, potius rationem habituros querendi ab ouibus victum, quàm curam medendi infirmitatibus animæ, complacere eis studentes quando respuendæ, & reprehensionis gladio sunt feriendæ. Nec scio qua cæcitate ducti Parochi hæc non aduertant tam clara & quasi cæcis nota. Fortè laborem & onus effugiunt ; quod tamen non ita agrè portandum à Parochianis, si cum onere etiam lucro carere velent Parochi, ex regula iuris 55, in 6. *Qui sentit onus, sentire debet & commodum ; & è contra.* Nec consuetudine tutari se valebunt, quam appellent porius corruptelam, & sui muneris desertionem : cum sint iure diuino & naturali stricti suas pasce-re oues per semetipso, vt supra diximus. Dicent ne aduersus ius naturale præualere consuetudinem ? Absit : eorum enim error maximus esset, quæ Tridentino teste nota sunt *sess. 7. cap. 3. & sess. 23. vt supra dictum.* Salas *de legibus, disput. 13. sect. 1. num. 6. & disput. 5. sect. 1. numero 32.* Treuino *in praxi examinatorum, fol. 33.* Rodobaldus *tract. de gabellis, pagina 18. num. 64. & pagina 29. num. 106. & pagina 98. num. 70.* Et consuetudinem non præualere aduersus ius Diuinum docet Baldus l. 2. cap. *de usuris*, & id docetur in capite ad *Audientiam, cap. venerabilis*, cap. final. & ibi Doctores *de consuetudine*, Basilius de Leon lib. 8. de *matrim. cap. 5. num. 2.*

Sed & aliud notandum venit. Sepeliendis defunctis nunquam aliqui Parochi, aut saltem rarissimè intersunt. Audiui huic muneri nolle satisfacere, quasi grauitatem illorum diminuat, & dignitatem dedecet. O stultitia, si sic res habet ! Quanam quæso ratione damnum existimationi obuenerit quibus, vbi quis muneri suo inuigilat, præsertim aded pio & misericordis, quale est mortuos sepelire, orationibus propriis, & non alienis illos inuare ? Parochianos certè huius culpæ & defectus reos iudico, dum querelas suas iudici non offerant. Si verd excipiant, iudices hæc videre, & tacere, vincor & succumbo : vnde à cælo remedium postulare non desinamus.

8. Amittunt deinde Parochi spirituale lucrum muniis suis non assistent. Minimè obsecro, aut habendum minimi augmentum gratiæ, quod acquiritent ex qualibet Sacramentorum administratione ? Ex defuncti humanitate, & ex pauperis consolatione ? Honorando omnia sua præsentia & canendo Missam maiorem saltem Domini- cis diebus ? In hoc desides sunt, & negligentes. Aduertant, & fortè hæc placebunt, cum Petro de Soto *Institut. Sacerdot. tract. de officio Pastor. serè in fine.*

Sanchez *Solutio.*

Præterea obseruandum Parochum non audientem confessiones Parochianorum quotidianas, quas ex æquitate potest peccare aduersus iustitiam commutatiam in ordine ad Parochianos ; & delinquere contra religionem, dum omittit actum religiosum ad quem tenetur, & potest exercere. Sicut Episcopus, si tenetur ex iustitia elemosynas erogare, vt docet Caietan. 2. 2. quæstione 158: art. 7. Nauarr. *de redditibus Ecclesiast.* quæstione 2. numero 9. refert Sarmiento *de redditibus*, capite 5. & colligitur ex capite *Mos est*, & ex capite *de redditibus*, 12. quæstione 2. & refert plures Vazquez opusc. *de redditibus Ecclesiast.* cap. 1. §. 3. num. 24. & omittit, contra iustitiam & misericordiam committit. Notanter dixi, si tenetur ex iustitia : sunt enim plures Doctores, censentes solo vinculo charitatis teneri. Ledesma 2. parte summæ, tractat. *de misericord.* quæstione 22. Sotus lib. 10. *de iustitia*, quæstione 4. art. 4. Vazquez Opusc. *de redditibus Ecclesiast.* cap. 1. num. 17. & 39. Bañez 2. 2. quæstione 32. artic. 6. dub. vlt. conclus. 6. quos sequor. Nam Episcopus verè sit dominus fructuum omnium quos percipit : qui ergo dominus est alicuius rei, non tenetur ex iustitia alteri tradere, sed solum ex charitate si sit in extrema vel graui necessitate, aut ex gratitudine. Præterea non videmus Summum Pontificem restituere pauperibus illud quod Episcopus constrictus fuerat illis erogare : teneretur tamen restituere, si Episcopus ex iustitia obnoxius fuisset bona illius dispensare.

Peccaret vltèrius Parochus contra virtutem castitatis, verbi gratia : Si Parochianus quis id eo veller confiteri, quod se oppressum maximè videat carnalibus stimulis, cum periculo præstandi consensum tentationi. Nam tenetur ex officio, lapsus suarum ouium impedire ; quod non exequens, reus erit admissi criminis. Sicut esset item reus iudex impudicitiz, concubinaribus non resistens. Habet enim castitatis virtus ius petendi à iudice opem & auxilium vt vitium contra eam per illum exul fiat : qui ad hoc se obligauit vt virtutibus vniuersis faueret, & vitia remoueret contraria. Hurtado *de matrimonio* disput. 10. difficult. 11. numero 49. & ob id arbitratur correctionem fraternam esse actum illius virtutis contra quam futurum est peccatum, quod correctione ipsa impedire conatur. Quod verum esse reor si secundariò pertineat, primariò namque ad misericordiam attinet, vt docet D. Thom. 2. 2. quæst. 32. art. 1. Peccaret, inquam, contra castitatem tunc iudex non effectiue, hoc est per actum incontinentiz, sed obiectiue, hoc est, quia non seruatur suum ius castitatis, non obstans ab aliis violari ; sicut dæmon inducens hominem ad fornicationis scelus, non effectiue impudicus est, cum carnis sit expertus ; sed effectiue, quia ius castitatis illæsum non iri conatur, vt docent Doctores 1. parte, quæst. 63. artic. 2. cum D. Thom. : & absque dubio qui consulit fornicationem, contra castitatem delinquit non per actum incontinentiz à se commissum, sed quia ius castitatis violari contendit.

Nec Parochus minus peccaret contra virtutem penitentiz, cuius actum exteriorem impedit. At si nec semel etiam in anno confessiones vellet excipere, aut confessarij copiam exhibere ( quod euenire quasi incredibile est ) peccaret contra iustitiam, religionem, & penitentiz virtutem.

Contra denique præceptum diuinum de confitendo semel in anno, vel contra Ecclesiasticum, vt voluit alij, quod minus verum iudico. Diuini namque est præceptum illud; nec Ecclesia nouum iniungit, sed solum determinat tempus quo diuinum obliget. Ita docent Magist. in 4. distinctione 16. & 17. vbi D. Thom. quæst. 3. art. 1. Ricard. art. quæst. 1. Palud. quæst. 2. art. 1. Durand. quæstione 8. Scotus & Gabr. quæstione 1. Adrian. quæstione 2. de confess. Medin. C. de confess. quæst. 2. Sor. distinct. 18. quæst. 1. artic. 1. Canus Relect. de Penitent. part. 5. Petrus de Sor. lect. 1. 2. & 3. de Confess. Videndus etiam D. Thom. 3. part. quæst. 90. art. 1. Suarez tom. 4. de Penitent. dicta quæstione 90. art. 1. Suarez tom. 4. de Penitent. disput. 35. lect. 1. Sayr. de Sacrament. in genere, lib. 1. cap. 2. quæst. 1. artic. 2. Egidius de Sacrament. tom. 1. quæst. 66. num. 140. Reginald. lib. 28. num. 49.

10. Solum tamen venialiter peccat Parochus si semel aut iterum nollet audire confessiones (nulla excusante causa quæ valde tenuis sufficeret pro vna aut alia vice) nisi subditus aliqua graui tentatione, aut difficultate premeretur; vel quia longum & laboriosum iter ingreditur, vel quia tempus est Iubilij. In his enim & similibus euenibus peccat grauius Pastor refugiens Sacramenti ministerio vacare: sic Suarez disput. 32. lect. 1. At si subditus tempore inopportuno, hora scilicet prandij, aut somni, veller peccata sua confiteri; aut quando potius expediat Parocho agere alia negotia talis qualis momenti, vt notatur Nauarr. & Sotus supra allegati, non tenebitur confessionem audire.

11. Pæc etiam non satisfaciet Pastor ministrando Sacramenta, si adeo moleste & zgre administret, vt occasionem tribuat suis ouibus non petendi deinceps Sacramenta toties, quoties petuissent amota difficultate exhibendi. Officium enim Pastoris non solum est pastum ouibus non subtrahere, verum & ducere ad illum. Similiter & Parochi munus debet esse Parochianos exhortari ad spirituale pastum recipiendum; quamuis non teneatur ad hoc ita exhortari, vt alijs res sit mortalis, vt notauit Vazquez tom. de Penitent. quæstione 93. art. 3. dub. 6. numero 3. Et minus satisfaciet, si non solum ad pastum non deducat, sed & subtrahat, molestiam in administrando indicans. Reginald. 1. tom. prax. lib. 10. num. 68. Possesio de off. curat. cap. 5. num. 8.

12. Nec suo muneri dat satis alterius confessarij comam exhibendo, qui Parochianorum excipiat confessiones, cum videat & sciat eos nequaquam alium confessarium, sed proprium Parochum adire solum velle; habent enim parochiani ius ad obligandum Parochum per seipsum, & non per alium administrare Sacramenta, quæ possit ex æquitate. Semper enim hac restrictione loquimur, cum illum & non mercenarium decimis suis alant, & sustentent; eique, & nullo modo mercenario animarum cura commissa sit. Et licet forte mercenarius magis idoneus sit proprio pastore, & vtilior subditorum animabus, si huiusmodi vtilitati cedere velint Parochiani, minime tamen ab obligatione per semetipsam administrandi proprium Parochus liber erit. Sicut conducens operarium ad vineam suam, obligare & stringere poterit eum ad exercitiu operis, quamuis alium se diligentem substituat: & sibi impu-

ret dominus vineæ, quod minoris vtilitatis electionem fecerit. Vnde eleganter satis docuit Garcia tom. 1. de benef. 3. part. cap. 2. num. 174. quod adiutor curatus omnia explere non tenebitur, sed ex parte: Coadiunare enim dicitur, dum inter proprium Parochum & illius coadiutorem onus sit diuidendum.

13. Nec huic doctrinæ obest Vazquez tom. de Penitentia, quæstione 93. articulo 3. dubio 6. numero 4. qui cum asseruisset teneri Parochum audire subditum quoties ille voluerit confiteri, postea limitat, vt Parochus non teneatur, modò sit alius cui possit committere confessionem illam; nec enim (inquit) Parochus per se teneatur excipere omnium confessiones, nec quoties subditus velit, nec tempore adhuc præcepti. Huc vsque Vazquez. Vidi virum doctum à me consultum super hac disputatione, dictis verbis ex Vazquez deducere strictè me loquurum fuisse in præsentis numero. At immeritò iudicasse quisquæ facile cognosceret. Minime assero ego teneri Parochum semper per seipsum audire subditum toties quoties velit in quo certè comitem Vazquez habeo, sed teneri per seipsum audire subditum vt plurimum, si cognoscat alium adire nolle confessarium. Nec suum munus adimplere Parochos ferè nunquam audientes confessiones, exhibentes tamen confessarios qui illas excipiant.

14. Vnde ex iam dictis colligitur, iniquè agere Parochum, (si credi fas sit aliquem ita acturum, imponendo confessarios in Parochia sua auscultare confessiones, quando per seipsum, aut non possit, aut nolit omnes excipere; & multò iniquius, si confessarios ex deuotione & zelo animatum volentes ministrare, nulla postulata ob laborem à Parocho elemosyna, idem ipse reiciat. Et erit præterea reus omnium peccatorum, quæ continuantur ob non permissam confessionem; consequenturque iuste apud Deum animæ illæ quibus fuit causa defraudationis alicuius gloriæ, quam alijs acquisiuisent ex gratia Sacramenti. Abominabile est hoc; & superflue forte aduerto: quis enim id acturus esset absque spiritui dæmonis, cuius folius proprium est animarum salutem perturbare & impedire?

15. Cures ergo multo studio Paroche Vicecuratos tibi adiutores scientiis & probatis moribus conspicuos eligere; alijs causam damni inde sequuri te fore, num aliquis dubitabit? Nec qui inferiori emolumento stipendietur, erit vocandus, sed qui maiori sufficientia fuerit præditus, licet maius exigat stipendium.

16. Clericorum tuæ Ecclesiæ crebrò inferuentium mores persequeris; virtuti deditis faue, & tales honora; vitiosos abige; necessitatibus enim oppressi fortè in melius vitam commutabunt; patrias incolent proprias, nec in oppidis maioribus tot absque necessitate Clerici inuenientur.

17. Menti aduersaris Concilij, iudicans te absque seruitio residere: noueris penam non residenti-bus vsque ad priuationem beneficiorum extendi, sess. 23. capite 1. & sessione 6. capite 2. & capite Diluim, distinctione 81. & cap. Si qui Episcopi, 1. quæstione 1. §. Ecce cum honoris. Inferas ergo Paroche, ferè nunquam ministrans. Non semper ouis ordinaria erit, veniet aliquando leo.

Cupiditatem radicem omnium malorum esse minime ignores, id est, auaritiam, teste D. Paul. 1. ad Timoth.

Timoth. vlt. dicente : *Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in temptationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inuadunt, & nociva, qua mergunt homines in interitum & perditionem: radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à Fide, & insinuerunt se doloribus multis.* Illud itaque malum tu prodis dum sepe-  
 pelire mortuos non vis, nisi emolumenta perceperis, vel faltem pignora tecum habueris, vt colligitur ex capite fin. *de pass.* prohibitumque fuit à Bernado de Rojas Episcopo Pompel. in Synodo habita & edita anno 1590. in tit. *de celebrat. Missar.* Et tibi obstat Trident. *sess.* 22. decreto *de obseruandis & euitandis in celebratione Missæ.* Cuius verba referam infra num. 24. Scandalum ex hoc Patoche generas, laicos detractores inuenies; sat tibi sit post laborem mercedem recipere, licet labores ob recuperandam: commune enim hoc est laborantibus omnibus. Num quia piissimis incumbis officiis, exemptum te putas à pientissimis stipendij recuperatione? Nec dicas, quòd Vicecuratus id agit, non tu, qui ferè nunquam inuenieris: impedire enim teneris: scrutare diligenter, & vide D. Thom. 2. 2. quæst. 62. art. 7. adducentem versum illum quo comprehenduntur omnes qui ob causam damni dati restituere tenentur.

*Consilium, consensus palpo, recursus, Participans, mutus, non obitans, non manifestans.*

Et ibi Aragon, Bañ. 2. Salon, Vazquez, opuscul. *de restit.* reperies facile in indicibus, verbo non obfistere, doctrinam Molinæ, Nauaræ, & Lessij vide Ioseph. *de oris patochi*, in speculo patochorum, cap. 1. num. 26.

18. Si aurem defunctus pauper sit, noscas tibi non licere pretium exigere: quòd si tibi onus videatur, subit idem etiam corporalis medicus, aduocatus, & alij: potius ergo tu qui munere superas; Nec fidas hoc in totum à Vicecurato agendum: iste enim quia pauper, strictius fortè pauperem & viduam premet: per temetipsum si feceris, exemplum dabis; nec iussisse sat esse putes, quia nullus superiorum exemplo iustus efficacior. Vide Petrum de Soto instit. Sacerdot. *de bonis Ecclesiæ, & filiorum vsu*, lect. 3. non longè à fine, vbi agit de auaritia clericorum, Vazquez 1. 2. tom. 1. disput. 136. cap. 2. explicans illum locum Pauli 1. ad Timoth. vlt. & D. Thomam Comment. illius loci, & Adam, Cornel. à Lapide, & Dominus Lucæ 18. comparauit diuitias spinis quæ suffocant sementem. Vide etiam Medin. Zumel. 1. 2. quæst. 84. art. 2.

Excusatus nequaquam ibis si ob curam & sollicitudinem de alienis ouibus, proprias deseras: à prædicatione externa abstineto, propriam incolle Patochiam, confessionibus incumbere, hoc tuum munus esse scito; alienis verò prædicare, improprimum.

Negotiis Ecclesiæ si te addixeris, relicto animarum, nihil agis: consule Concilium *sess.* 23. cap. 1. quale primum sit, ostendit.

19. Cæremonias si fortè ignoras, addisce: ad id enim obligaris ex Trident. *sess.* 22. in decreto *de obseruandis & euitandis in celebratione Missæ*, commemorante illud Hieremias 48. cap. *Maledictus qui facit opus Domini negligenter, & ex Rubrica Missalis in fin. de defectibus circa Missam occurrentibus.* Item in Bulla Missal. præcipit summus Pontifex non fore aliquid fas, addere vel de-

trahere de ritibus & cæremoniis Missæ. Anton. de Literatis in summa, part. 6. cap. 5. num. 5. Nauar. in summa. cap. 25. num. 83. vers. 18. vide Palat. in 4. distinct. 13. disput. 3. ante 3. conclus. 5. *ex istis conclusionibus tribus*, dicens, obligari Sacerdotes sub mortalis crimine ad seruandum cæremonias. Si autem cæremonias non ignoraueris, alios inuitas: ex æquitate enim, & zelo cultu id debes: erubescere qualibus celebrentur Missæ, & diuina officia tuà in Ecclesia, nec dedigneris horum magister haberi, ab Ecclesia cæremoniæ instituta sunt. Sed dices, literatos plures earum ferè semper ignaros: fateor sanè, & doleo.

Abstinet quod altaria immunda sint, magis purificatoria, maxime corporalia. Quod præcipitur cap. *Relinqui nolumus*, de custodia Eucharistiæ. *Præcipimus quoque ut oratoria, vasa, corporalia, & vestimenta prædicta munda & nitida conferuentur. Nihil enim videtur absurdum in sacris sordes negligere qua dedecere etiam in prophana.* Quod crimen valde intolerabile appellat Caietan. verb. *Missæ celebratio.* Vialdus §. *de preparat. ad Eucharistiæ*, num. 12. & 13. & tanquam vnum ex defectibus Missæ ponit rubrica corporalia munda non esse rubrica 10. *si corporalia non sint munda.* Mortale crimen arbitratur hoc summ. confessorum à Dominico Beltran edita fol. 146. sed hoc rigidum. Ab immundis in mensa quidem abhorres, & eadem cultui admittes diuino? aranearum telis cernis Ecclesiam coopertam; pudcat tam vilibus adornari sacra. Vide Concil. Trident. *sess.* 22. cap. 5. & *sess.* 7. Can. 13. & *sess.* 23. Can. 5. & *sess.* 24. Can. 11. & *sess.* 22. cap. 1. Balduin. lun. super oper. Controuers. Bellarmin. part. 2. lib. 4. cap. 8. *de Cærem. Missæ*, Reginald. lib. 29. num. 159. in princip. *Egid. de Sacrament.* quæst. 69. num. 99. & quæst. 71. num. 3. Ledesm. in sum. part. 1. tract. *de Baptismo*, cap. 12. conclus. vltima in fin. & iterum Reginald. lib. 26. num. 10. & 18. *de Custodia Eucharistiæ*, cap. 2.

Pitantiarum pro dicendis Missis noli auidus esse, diuitias (dato quòd congregare velis) alia licita querito via: abque mora promissionis sacrificium adimple: defunctum si in purgatorio detinueris, aut viuum ab impetratione desiderate rei, culpæ reus eris. Vide cap. *qui oblationes*, cum sequentibus 13. quæst. 2. Vbi appellantur defunctorum necatores, retinentes illorum oblationes, & à fortiori Missas, & probatur ex capite *ne quisquam*, capite *Ioannes*, cap. *1111*, de testament. & notatur à Couarruua, aliisque interpretibus dictorum textuum. Videndus D. Thom. quodlib. 6. art. 13. Nauar. in summa cap. 25. num. 65. Vega 2. part. summa. cap. 114. cas. 8. Lopez 1. part. instruct. cap. 54. Nauar. *de restit.* lib. 3. cap. 4. num. 133. vers. *Sed de executoribus*, Rodrig. 1. part. summa. cap. 133. num. 8. fin. D. Anton. 3. part. tit. 33. cap. 2. §. 5. Carrillo in explicatione *Bullæ defunct.* 2. part. cap. 16. Graff. decil. lib. 1. cap. 36. num. 17. & seqq. Arnul. Tabien. Rosel. Syluest. verb. *executor*, verb. *testator*, & verb. *hæres*. Et generalius vide Bellarmin. Valuerd. & Lensenl. in suis tractatib. *de Purgatorio.* Castro aduersus hæreses, verb. *Purgatorium.* Petr. de Soto. *de instruct. Sacerd.* lect. 1. *de Purgat.* Theodor. Pelstan. *de Purgat.* Cordub. lib. 1. quæst. quæst. 9. *de indulgent.* Valent. tom. 4. disput. 11. *de locis seu receptaculis animar.* quæst. 1. punct. 1. Nicol. Diaz *en el tratado del juyzio final*, cap. 6. §. 2. Suarez tom. 4. disput. 45. sect. 1. in princip. iterum

20.

Manuel Rodrig. tom. 3. quæstion. regul. quæst. 44. articulo 1. *Ægid. de Sacrament. tom. 2. disputa- tione 11. Anton. de Literat. in summ. 1. part. ca- pite 42.*

21. Nimirum cum Parochianis familiaritatem deui- ta; homo es, defectus habebis, quos minus con- uersando celabis; loca suspecta velut horrida fu- ge, rusticus nec austerus sis. Vide Pet. de Soto in- sisti. *Sacerd. de offic. pastor. ferè in fine, §. Exem- plum etiam, & Henricus lib. 3. de poenitent. cap. 17. num. 4. & §. qui breuitate dicendi omnes alios DD. excelluit; adducendi plures allegationes ipse dedit principium Theologis, opinionum electio- ne autorum nulli codere debebat. Plurima noua suscitauit, & denique patrem esse Thomæ San- chez inrensiōne dicendi eius scripta satis demon- strant.*

22. Abige nimium garrientes, & inhonestiūs in Ec- clesia loquentes, et si potentes, auimosos ello- tibeat licet vultus, suffer pro Deo. Vide Trident. sess. 22. in decreto reform. Matienf. in gloss. rub. tit. num. 147. lib. 5. *Nona recopilat. Cened. Colle- ctan. 22. num. 1. fin.*

23. Discordias inter tuos filios spirituales nequa- quam permittas, compone velociter, instā, ob- fectā, argue, & fructum cito videbis. Petr. de Soto insisti. *Sacerdot. tractat. de officio Pastoris, §. Secundum verò requisitum ad officium Pastoris.*

24. Aliud insuper minimè silendum occurrit? Mo- riens quis sex Clericos ad processionem fune- brem expetiuit, Vicecuratus tuos plures adire permitit; opus certè hoc hæredibus, voluntas etiam defuncti refragatur; moneas itaque, aut eures ultra petitos non ire, aliās restituere tene- beris. Vide dicta num. 16. & authores ibi addu- ctos, & constat ex cap. fin. de iniur. *Qui causam damni dat: (sive posituè operando, sive non ob- sistendo dum tenetur ex iusticia) damnum dare vi- detur, & l. Si seruus, 2. §. Si ex plastro, & l. Qui occidit, §. In hac. ff. ad leg. Aquil. & cap. Quæstum, de poenit. & remiss.*

25. An ignoras Vicecuratos à defuncti hæredibus extorquere pro funere oblationem vberiore, quam ipsi fortè vellent offerre? Voluntarium est hoc, vi quidem nullo modo exigendum: vt Tri- dent. sess. 22. in decreto de obseruandis, & cuitandis in celebratione Missæ. Ibi: *Decernit sancta Syno- dus, vt Ordinarij locorum Episcopi ea omnia prohibe-*

*re, acque è medio tollere sedulo curent, quæ vel auaritia, vel irruentia induxit. In primis quod ad auaritiam pertinet, cuiusvis generis mercedum conditiones, pacta, nec non importunas, aut illiberates, elemosyna- rum exactiones potius quàm postulationes, aliæque hu- iusmodi, quæ à simoniaca labo, vel certè turpi quaestio non longè absunt, omnino prohibeant. Obloquuntur tibi, o Parochæ, laici, cupiditatem cane peius & angue odisse memento.*

26. Quæ dicta sunt de Parochis, comparando sin- gula singulis, vrgentiori ratione Episcopos, pre- mtere, nullus dubitabit: Proh dolor! arbitrantur aliqui se Christi Vicarium agere posse & Cæsaris. Nimis distans esse pastorem ouium & patrem ani- marum, & sedere iudicem causarum ciuiliū nullus ighorat. Neminem posse duobus dominis seruire Christus est testatus, Matth. 6. Nec remi- niscuntur quid Christus Lucæ 12. in huiusmodi negotio egerit, cum fratres de familia etciscunda repellit. *Quis inquit homo me constituit iudicem, ane diuisorem super vos? Ac si diceret, me vos de his nugis iudicem facitis, me inquam quem Pater misit mundi Saluatorem? Me qui veni quætere & sal- uum facere quod perierat? Me partitorem cele- stium bonorum? Me inquam dispensatorem bo- norum spiritualium & æternorum petitis diuiso- rem bonorum temporalium & carnalium? Cum enim strictius sit spirituale matrimonium quàm carnale, vt dicitur in cap. Inter, cap. Quanto, cap. Li- cet, de translatio. Episcop. & qui carnaliter contra- xerunt, nimis ægrè ferrent diu absentes esse à pro- priis vxoribus, molestius sanè oportebit portare pastores abesse à propriis Ecclesiis ob extranea- rum rerum peragenda negotia. Vnde Hugo Car- din. super 2. Paralip. cap. 35. acutè animaduertit ministros templi Salomonis nec etiam per breue spatium à sanctuario discedere fuisse aulos, ita vt nec in puncto discederent, à ministerio, de quo Mar- quez in *Gubernador Christiano, lib. 1. cap. 20. Emit- tat Christus lucem Cæsari, vt velit excludere à suis aulis prætoriiis & tribunalibus Ecclesiasticos ministros, & tractent fabrilis fabri. Congruunt ad hæc aurea Rebuffi verba, de dispen. de non resid. n. 5. Quidam ex nostris Prelati terruerunt nos, qui in vi- ta populum sibi commissum non vident, nec quidem instruum. Quid ergo faciunt? curas secularium princi- pum & aliarum cum terrenis sunt, assumunt contra sta- tutum Concilij Carthaginenses.**



## DISPUTATIO XLVIII.

Num Regulares semel examinati possint in eadem diœcesi ab eodem Episcopo, vel saltem à successore iterum examinari?

## SUMMARIUM.

*Ad resolutionem dubij non est utendum Cardinalium declarationibus, quia contraria inter se reperuntur, num. 1.*

*In quo sensu procedat questio? num. 2. & 3.*

*Facultatè predicandi, & auscultandi confessiones*

*competit iure ordinario Pœnitenti, Episcopi, & Parochis; Regularibus verò ex delegatione, nu- mero 4.*

*Regulares iuxta antiquum ius cum sola presentatione coram Episcopi poterant excipere confessiones, nu- mero 5. Et notantur aliqua animaduersione digna usque ad num. 9. inclusiue.*

*Modo ex iure Concilij Tridentini necessaria est examinatio ad auscultandas confessiones, numero 10.*  
*In quo consistat nervus difficultatis, num. 11.*  
*Qua via possent regulares excipere confessiones, una tantum examinatione interveniente, num. 12. 13. 14. & 15.*  
*Autoris iudicium, num. 16.*  
*Vnicam tantum approbationem sufficere contendunt Regulares, num. 17.*  
*Qua ratio impugnatur, num. 18.*  
*Concessa licentia ad confessiones non expirat morte Episcopi, nisi reuocetur, num. 19.*  
*Quam male scilicet Regulares ex Clement. Dudum, de sepultur. illorum approbationem esse perpetuam, sive presentationem, numero 19. & 20.*  
*Autores adducti pro sententia Regularium infirmo nituntur fundamento, numero 21. 22. & 23.*  
*Aliud est posse Episcopum vocare ad examen confessarios, aliud posse renocare licentiam illorum, qui idonei reperti fuerit, num. 24.*  
*Non equiparantur Regulares cum Parochis, quod scilicet utroqueque approbatio sit perpetua, numero 25.*  
*Respondetur quibusdam rationibus adductis pro regularibus, num. 26. usque ad 30. inclusivè.*  
*Quod possit serenissimus Infans Cardinalis Archiepiscopus Toletanus constringere ad novum examen Regulares, num. 31.*  
*Cum Regulares metuant uti suis præteritis privilegijs, iudicium non leve sumitur invalida esse, numero 32. & 33.*  
*Superiores Regularium impediunt subditos examinari cupidos, videntur aliquantulum profectum animarum impedire, num. 34.*  
*Ingenue fatentur plures ex Regularibus convenienter ipsos requisitos esse ad novam examinationem: modum autem requisitionis improbant, numero 35.*  
*Quod cupiant Regulares semetipsos designari examinatores pro suis subditis, aequitati consonum esse non videtur, num. 36. 37. & 38.*  
*Renocatio licentia ad confessiones quamvis scripto generalis fuerit, revera tamen aliquos merito eximit, num. 39. & 40.*  
*Aliud inconueniens adductum à Regularibus in sui iuris defensionem inane esse declaratur, numero 41.*  
*Ad novam examinationem publicandam ductus etiam fuit serenissimus Infans consilio aliquorum Regularium, num. 42.*  
*Possibilitas mandati ostenditur, num. 43.*  
*Alia inconuenientia deducta à Regularibus refelluntur, num. 44. 45. & 46.*  
*Tenetur in conscientia quilibet Episcopus pro viribus consentire iterum examinare quoscumque confessarios, si rationaliter iudicet id expedire, num. 47. & 48.*  
*Quando argumenta eruditorum facile dissolvuntur, cognoscitur reperiri defectum in causa assumpta; cum ille oriri non possit ex insufficientia Doctorum, num. 49.*  
*Quæ dicta sunt de Regularibus Penitentia, locum etiam habent in Regularibus militariibus, numero 50.*  
*Alia adducuntur scitu digna, numero 51. 52. & 53.*

**N** primis ad resolutionem huius controuersie nobis vtendum non est Cardinalium declarationibus: nam cum pro vtraque parte adducantur, cui sit danda fides, certò contate non potest: & non magis vni quàm alteri erit quis constructus stare: vt docet Suarius tom. de Penitent. disput. 28. sect. 6. num. 10. & refert Salas de legibus, disput. 1. sect. 9. num. 51. in 2. argumento. Potrà namque in hac difficultate oppositas inter se declarationes adduci ex dicendis contabit. Igitur Zerola in praxi Episcop. verbo, Confessores, vers. secundò, & in praxi Penitent. cap. 16. quæst. 1. §. 5. prope med Barboza in remissionibus ad Consil. sect. 23. de reformat. cap. 15. numero 6. Declarationem Cardinalium adducunt, videlicet, quòd Fratres mendicantes neque etiam per successorem Episcopum possint iterum examinari. Quæ huius est tenoris: *Fratres mendicantes semel examinati, & idonei reperti pro confessionibus audiendis, non debent iterum ab eodem Ordinario, neque etiam per successorem examinari.* E contra Rodriguez 1. tom. quæstion. Regul. quæst. 59. art. 4. Quarant. in Bullario, verb. Confessor. Confess. in summario tit. 17. cap. 1. Farinac. (sive alios qui Fatinacij nomine declarationes ad Concilium edidit) sect. 23. de reformat. cap. 15. Declarationem Cardinalium referunt, nempe quòd Regulares à successore Episcopo possint de nouo examinari. Quæ huius est tenoris: *Congregatio Concilij censuit, Regulares ad audiendas in civitate, & diocesi secularium confessiones semel ab Episcopo praxio examine approbatos, iterum ab eodem Episcopo non esse examinandos: ceterum à successore posse iterum examinari iuxta Constitutionem sanctæ memoriæ Pij V. dat. 8. Idus Augusti Pontificatus sui Anno 6. quæ à Fel. rec. Gregor. XIII. non est renocata per reductionem privilegiorum Regularium ad terminos Concilij Tridentini.* Et aliam huius tenoris refert Piafeci in praxi Episcop. 2. part. cap. 2. art. 1. fin. Omitto, quòd quantam auctoritatem habeant Cardinalium Declarationes, Doctores disceptant, asserentibus quibusdam vim legis communis habere, vt Garcia in proœm. 1. tom. de benefic. Rodriguez 1. tom. quæst. Regul. quæst. 11. art. 2. Salas de legibus, illa disput. 2. sect. 9. num. 53. & disput. 21. sect. 12. corol. 6. Miranda in director. 2. tom. quæst. 26. art. 11. Zerol. in praxi Episcop. verb. Auctoritas, & art. 11. dicitur Henricquez lib. 7. de indulgent. cap. 19. num. 4. (quod ego verissimum puto, dummodo declarationes promulgatæ sint sufficienter, vt docet Coriolanus de castibus reservat. fol. 104. num. 5. Ochagaui tractat. 2. de confess. num. 12. & Salas de legibus, disputat. 2. sect. 9. & disput. 21. sect. 12. contra Garciam, Rodriguez & Truifio in praxi examinatorum, fol. 281.) Opinantibus alijs tantum continere auctoritatem Doctorum grauium, vim autem obligandi non inducere: sicut in quacumque alia doctrina seu resolutione non imbibitur præceptum illam sequendi, cui fauere satis videretur Sanchez lib. 8. de matrimonio, disput. 2. numero 10. Ledesina 1. part. summ. de Sacramento Penitentia, cap. 13. diff. 7. fol. 230. & docet Salas supra, qui aut sibi contrarius est, vel hanc opinionem, vt probabilem amplectitur, & disput. 10. sectione 9. regula 9. & disputatione 12. sectione 1 numero 8. Qui eidem patrocinari refert sapientissimum Suarium.

Cum igitur inter Doctores ventiletur cui declarationi sit adhaerendum, quando, oppositae circa eandem rem feruntur, & est vnicam tantum esset probata, non omnes fateantur illi ut legi esse parendum: vel quamvis illi ut legi obediendum arbitrentur, quando decisio consultatione Pontificis praemissa fuit edita, ut docet Trivisio in *praxi examinatorum*, fol. 264. & 270. §. *Omnia interpretationis*, (& foris in hoc solum sensu loquuntur Auctores qui censent tanquam leges esse habendas) nolunt tamen credere Pontificis auctoritatem tunc interuenisse. His autem quomodo satisfacimus? Fui ergo iure optimo huius dubij resolutionem non sumendam esse ex traditis circa hoc declarationibus, sed ex argumentis & Doctorem auctoritatibus; & maxime diuendo fundamentum, oppositum censentium, quo conuulsa reliquas partes sui aedificij ruere necesse est.

Nec quaestio procedit de Regularibus beneficiis curia obtinentibus, etiam ad notum amouibilia. Nam examinati hi constinguntur ab Episcopo in cuius tempore deputantur, quantumcumque in eadem diocesi ab aliis Episcopis essent examinari: ut constat ex Trident. sess. 23, cap. 11. De quo Rodriguez 99. regul. tom. 1. quaest. 36. art. 4. & de his Regularibus officium Parochorum exequentibus iudicandum est in omnibus, sicut de ceteris Parochis secularibus, iuxta dicenda disput. 30. docet Pauorm. in cap. fin. num. 11. §. *si vero de foro competenti*. Conarr. in pract. cap. 11. num. 5. Rota in vna Saluanti. decisio. 736. num. 2. part. 1. diuerso. Seraphin. in vna Burgeni decisio. 1058. num. 4. Sarapia tract. de *inuisibilitate adiutorum*, quaest. 22. num. 9. Videndus Maur. Anton. *variar. resolut.* lib. 1. resolut. 112. caso 50. prope finem. Campanil. rubrica 12. cap. 13. num. 51. ceteris Emanuelalem, quod edita constitutione Concilij, videlicet quod siater beneficiatus possit corrigi per Episcopum, id in dubium vertat, & negatiue respondeat: quem tamen immediare excusat, cum loquatur tantum Rodriguez de Ordinibus Militaribus habentibus quali Episcopalem iurisdictionem. Non tamen examinandus est Regularis per viam concursus, ut Gonzalez in regul. 8. Cancellar. gloss. 6. num. 162. affirmans ita fuisse declaratum per Dominos Cardinales. Doctet Campan. rubric. 12. cap. 13. num. 56. Gartia 2. tom. de *ben.* parte 9. cap. 2. à num. 197. adducens Cardinalium declarationes. Rodriguez in *collect. priuileg. regular.* Bulla 22. Sixti V. pag. 1173. Burbos. in *remiss. ad Concil.* sess. 24. cap. 18. num. 7. fol. mihi 129.

Nec disputatio procedit de Regularibus audientibus confessiones aliorum Regularium Nam ut dicimus disputatione sequenti, num. 2. ad illorum excipiendas confessiones opus non est examinari ab Ordinario, sed solum à suo Praelato, Abbate scilicet, vel Priore, &c. Tantum procedit difficultas, an Regulares possint auscultare confessiones secularium, vnicam tantum examinatione praemissa, taliter quod ad nouum examen compelli non possint.

Praeterea certum est. facultatem praedicandi verbum Dei, & confessiones excipiendi, de iure ordinatio Pontifici, Episcopis, & Parochis conuenire: ut constat ex gloss. in Clem. *Dudum, de sepult.* Tolet. lib. 3. cap. 13. num. 4. Suarez tom. de *penitent.* disput. 21. sect. 2. num. 6. Campanil. rubr.

12. cap. 13. num. 57. Palac. in 4. distinct. 17. quaest. 6. mihi fol. 260. Henriquez lib. 6. cap. 7. num. 1. Sor. in 4. distinct. 18. quaest. 4. art. 4. Gabriel distinctione 17. quaest. 2. art. 1. Medina tract. 2. de *confess.* quaest. 33. in 2. parte illius. Vazquez tom. de *penitent.* quaest. 93. art. 2. dub. 1. num. 2. Chapiuile de *casib. reservat.* in examine confessoriorum qui habetur in fine libri, fol. 381. Extravag. *super Cathedram.* Cum enim illi Pastores ordinarij sint, ad eos attinebit proprias agnoscere oues, iuxta illud Christi Ioan. 10. *Ego sum Pastor bonus & cognosco oues meas*, &c. Et infra: *Bonus Pastor animam suam ponit pro ouibus suis.* Ex priuilegio autem, seu ob delegationem Regularibus & aliis Sacerdotibus competit aliquando ius confessiones auscultandi. Huiusmodi verò priuilegium, vel potest concedi Regularibus personaliter, ut videlicet possint ipsi confessionibus incumbere etiam penitentium non habentium Bullam Cruciatam, vel aliud priuilegium: aut potest concedi penitentibus, ut scilicet possint ipsi Regulares in confessorios eligere (sive alios Sacerdotes) qualiter ex priuilegio Bullae Cruciatae omnibus illam recipientibus conceditur facultas eligendi confessorium, dummodo sit ex approbatis ab Ordinario.

Iuxta antiquum igitur ius traditum per Clempen. *Dudum, de sepultur.* & Extravag. *Super Cathedram* (quae eiusdem tenoris est cum Clementina) priuilegium habebant Regulares ex Ordine Praedicatorum, & Minorum, audiendi confessiones penitentium non habentium priuilegium eligendi confessorios, dum ipsi superiores Religionum subditos sibi Fratres in confessorios eligerent, & praesentes eos constituerent coram Episcopo, in cuius territorio erat munus confessionis celebrandum. Vnde ex dictis decretis non erat opus Regularibus examinari, sed tantum praesentari. Quod priuilegium extendi iam ad ceteras Religiones etiam Monachales, contendunt plures.

Nec verum est, quod aliqui arbitrantur, ut Palac. in 4. distinct. 17. quaestione 6. fol. 260. Henriquez lib. 6. cap. 6. num. 4. Llam. 1. parte, cap. 7. fol. 72. Villalobos tract. 9. difficult. 55. num. 3. adducens Felinum cap. 1. de *rescriptione*, num. 12. & Nauarr. consil. 83. de *regular.* lib. 3. (quem inuenire non potui, bene tamen Felinum, sed Felinum potius nostram sententiam declarat, & sustinet; cuius verba postea adducemus) Ioann. de la Cruz lib. 2. dub. 1. cap. 6. de *statu Religioso*, quod videlicet cum non Mendicantes solum ob participationem ex Mendicantibus praetendant habere priuilegium non comparandi iterum examinationi, minores vires habeant ad suum praetensum ius protegendum, quam Religiones Mendicantes: de quibus expressa mentio fit in iure, quod videlicet sola praesentatione facta coram Episcopo, facultatem habeant auscultandi confessiones: ut constat ex Clement. illa *Dudum*, & Extravag. *Super Cathedram*, in quibus de duabus Religionibus Mendicantibus, nempe SS. Dominici & Francisci fit sermo, & Extravag. *Frequentes, de indic.* vbi dicta facultas conceditur aliis duabus Mendicantibus, videlicet S. Augustini, & Carmelitani Ordinis. Huiusque reddunt rationem, nam cum Concil. Trident. sess. 25. capite 15. de *reformat.* dicat, nullum, nec etiam Regularem posse excipere confessiones, nisi sit approbatus ab Ordinario,

*Non obstantibus quibuscumque privilegijs*, inquit præfati DD. quod videlicet Mendicantes, per illam clausulam, *Non obstantibus quibuscumque privilegijs*, non comprehenduntur: eo quod habeant priuilegium in corpore iuris inclulum, cui per generalem reuocationem priuilegiorum non derogatur: quia priuilegium in corpore iuris comprehensum non tam iam est priuilegium, quam ius ordinarium, sicut quodlibet aliud, quod in iure decernitur, vt testantur communiter Iurispræfati, in quo comprobando nolo immorari. Opus igitur esset, aiunt, vt priuilegia in iure comprehensa reuocarentur, fieri expressam mentionem illorum. Nam per clausulam, *Non obstantibus quibuscumque privilegijs*; derogata non intelliguntur, cum naturam priuilegiorum non concineant. At alia priuilegia quæ inclusa non sunt in iure, cum solum obtineant vim, & naturam priuilegij, vt reuocata esse denotetur, fat est, clausulam reuocatoriam omnium priuilegiorum apponi.

Non, inquam, hoc verum est: vnde nec Ordines non Mendicantes, neque Mendicantes iam ab examine eximuntur. Quia modò ex iure nouo Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 15. nullum Regularem qui ab Episcopo non sit approbatus, posse audire sæcularium confessiones, decernitur. Quapropter Regularis siue habeat priuilegium personale ad confessiones auscultandas, siue pœnitens habeat ad eligendum confessorium, nequaquam poterit confessiones audire, non præmissa Episcopi approbatione etiam iniuste denegata. In quo consentiunt vniuersi DD. præter Nauarr. in summ. capite 27. numero 264. qui capitur valde à cæteris, vt dicemus infra: & Henriquez lib. 6. cap. 6. numero 4. in comment. litt. M. adducens Palac. in 4. distinct. 17. quæst. 6. qui tamen in alio sensu loquitur, vt intuenti constabit.

7. Vnde vis decreti conciliaris consistit quod vniuersalem negatiuam ponat dicentis, *nullum, nec etiam regularem posse confessiones audire, nisi sit approbatus ab Ordinario*; & nouam legem adtentans ad legem contentam in Clement. & Extrauagant. Quandocumque autem noua lex conditur, addens aliquid supra antiquam, iuxta nouam erit operandum; nec opus est mentionem aliquam fieri reuocationis antiquæ, vt docet Truuium in præxi examinatorum, fol. 181. leg. *Non est nouum*, 26. leg. *Ideoque*, vbi Dionysius Gorifredus & Cumanus lib. 1. comment. cap. 8. colum. 6. ff. de legibus, Sarauia de iurisdictione adiunctorum, quæst. 18. num. 20. Paz in præct. annot. 5. de aduocat. num. 26. 27. 29. 34. Bolanos in curia, verb. *iuysio*, num. 17. Granado de legibus, fol. 305. numero 8. Saris namque ex superadditione intelligitur antiquam iam non esse obseruandam. Et quamuis lex generalis posterior non intelligatur regulariter derogare legi speciali priori, id tamen fallit quando contractum constat ex legis generalis intentione, vt bene aduertit Saneius de statu Religioso, lib. 5. cap. 4. num. 19. & sic est interpretandus Cifuentes in l. 3. Tauri, quæst. 9. & 12. At intentionem Concilij fuisse omnes confessorios etiam Regulares examinationi esse subiectos ad vitandos errores committi solitos ob imperitiam confessoriorum, nemini in dubio veritatis: & id ex verbis Concilij constat, cum expressè dicat omnes etiam Regulares examinandos fore ad

*Sanchez Selecta.*

auscultandas confessiones. Vnde Concilium solum ad maiorem abundantiam; & ad exprimendam magis suam intentionem obligandi omnes Regulares ad examinationem vel alias ad comparandam approbationem ab Episcopo, addit illam particulam, *quibuscumque privilegijs & consuetudine etiam immortali non obstantibus*. Et etiam illam addit ad deroganda priuilegia particularia, vt dicemus num. 10. Quæ clausula etiam si non esset addita, satis intelligeretur cessare antiquas dispositiones iuris contrarias staturo per Concilium.

8. Clausula verò, *Non obstanti consuetudine etiam immemoriali*, ad id potuit addi, vt scilicet nunquam per consuetudinem futuram legi Concilij videretur posse contradici: vt in simili docent Anton. 1. parte, tit. 16. §. 6. cap. vnico, 501. lib. 1. de iustitia, quæstione 7. art. 2. ex parte etiam consentiunt Angel. verb. *consuetudo*, num. 9. Syluest. eod. tit. quæst. 6. Gregor. Lopez in l. 3. glossa 6. tit. 2. part. 1. Vel etiam addita fuit ad maiorem cautelam non permittendi vsum & consuetudinem contrariam: vt in simili docet Nauarrus in comment. de spolijs Clericorum, §. 15. numero 8. Vazquez 1. 2. tom. 2. disput. 177. cap. 8. num. 73. Suarez de legibus, lib. 7. cap. 7. nam. 6. Sanchez lib. 7. de matrimonio, disput. 4. num. 13. & 14. Docet optime Felinus nostram sententiam, cap. 1. de rescript. numero 12. (videlicet quod ad derogandum priuilegium inclusum in corpore iuris, opus non sit de illo fieri expressam mentionem, quando lex editur omnino contraria illi priuilegio.) Vbi postquam dixerat, quod quando Lex vel Princeps ponit clausulam derogantem simpliciter priuilegijs, non intelligi in dubio de insertis in iure: Glossa in Authent. *Qua in pronincia*, in versic. *illic*, Cod. *ubi de crimin. agi oport.* (quam ibi extollit Bartol. in 2. opposit. & Bald. versic. 3.) dicens etiam cautelam esse quod priuilegiatus super immunitate faciat eam inseri in statutis, inferius subdit: *Bene fateor quod si clausula, non obstantibus privilegijs, apponeretur in priuilegio, & priuilegium per se absque dicta clausula esset sufficiens ad tollenda priuilegia inserta, prout communiter est, cerè tunc illa clausula ad cautelam apposita non faceret quod etiam inserta non essent sublata: quia ex quo etiam sine illa clausula essent sublata, non debet ipsa clausula indulta ad augmentum, operari diminutionem, leg. legata inuulter, ff. de leg. 1. & sic nocere, non autem prodesse. Sed quacumque dicta sunt, loquuntur vbi clausula derogatoria ponitur in materia non apta per se ipsam tollere priuilegia: quia tunc operatur quod tollit non inserta, non autem inserta, nisi de eis dicatur: sic intellige hunc quodiuanum & subtilem punctum, quem non reperi declaratum ab aliquo.* Hactenus Felinus. Si igitur vnum priuilegium potest tollere aliud, quamuis insertum in iure, à fortiori lex noua antiquam auferret. Quod etiam expressè docet Abbas super cap. 1. de rescript. numero 13. dicens tunc vnam legem derogare alteri, sine clausula *non obstante*, quando loquitur posterior lex in eodem casu, vel quando vtraque loquitur generaliter. At in casu nostræ disputationis lex Concilij loquitur de regularibus auscultaturis confessiones: & de eisdem etiam regularibus excepturis confessiones loquitur Clemens. Dudum, & Extrauag. *Super caibedram, & Frequentes*,

Xx

Vnde

9. Vnde vt derogetur priuilegio incluso in iure per aliquam legem nouam, opus non est quòd in lege noua fiat mentio reuocationis priuilegij, nec specialiter, nec generaliter. Sed cum lex per legem oppositam derogetur nulla facta mentione legis antiquæ: quæ derogatur, sed solum ipsa constitutione noua veteri contraria: sic etiam & priuilegium inclusum in iure, cum non tam habeat naturam priuilegij, quàm iuris, seu legis, per constitutionem nouam derogabitur illi contrariam; quamuis in noua nulla fiat mentio reuocationis priuilegij, nec specialiter, nec generaliter. E contra uero ad derogandum priuilegium, quod non est in iure, opus est quòd in noua lege apponatur illa clausula, *Non obstantibus quibuscumque priuilegijs*, vt constat ex cap. 1. *de rescript.* & cap. 1. *de consuet.* in 6. & cap. *Cum ordinem, de rescript.* & docet Vazquez 1. 2. tom. 2. disputatione 177. numero 72. Qui id arbitratur de consuetudinibus: quia cum consuetudines particulates in facto consistant, possunt ab ipso legislatore probabiliter ignorari. Lege autem vniuersali lata, non censetur Legislatorem voluisse reuocare ea quæ ignorauit. Quæ ratio etiam respectu priuilegiorum applicari possit, & applicat Suarez *de legibus*, lib. 8. cap. 39. num. 2. & cap. 14. num. 8. Sed tamen uerior ratio est, quòd cum priuilegium sit exemptio à lege, non præsumitur Legislatorem uelle suam exemptionem factam à lege non ualere ex eo quòd condant legem contrariam, nisi exprimat eius intentionem esse, omnes exemptiones à lege factas irritare. Nec etiam vnum Legislatorem est credendum uelle irritas reddere exemptiones ab alijs Legislatoribus concessas, nisi id expressè enunnetur, cum credendum sit, potius vnum alterius auctoritatem & facta uelle conseruare, quàm destruire. Et quia par commodum est omnibus Legislatõibus, quòd uidelicet exemptiones ab vno concessæ ab alijs non reuocentur, nisi adueniente noua causa, & quòd tunc etiam reuocationis expressa mentio fiat.

10. Ex quibus deduco, quòd nisi in cap. *Illo*, 15. sessione 23. Concil. Trident. non esset inserta clausula, *Non obstantibus quibuscumque priuilegijs*, possent regulares non Mendicantes auscultare confessiones etiam absque approbatione per Episcopum, si ad id haberent priuilegia: cum probatum iam sit, quòd priuilegia particularia per leges vniuersalium nullatenus abrogentur. Mendicantes uero quamuis per Clement. *Dudum*, & Extrauagant. *Super Cathedralam*, habeant priuilegium, quòd uidelicet absque examine per Episcopum cum sola presentatione excipiant confessiones, non poterunt tamen sine examinatione per Episcopum illas auscultare, quandoquidem per Concilium illi priuilegio incerto in iure derogetur satis per illam vniuersalem, *Neminem* uidelicet, *nec etiam Regularem possi audire confessiones sine approbatione per Ordinarium*. Et sic vt abrogata maneat Clementin. & Extrauag. opus non erat Concilio addere clausulam, *Non obstantibus priuilegijs*. Vnde quando communiter dicitur à Doctoribus, amplius requiri ad deroganda priuilegia in iure inserta quàm non inclusa, intelligendum solum est quando ex vi clausulæ, *Non obstantibus quibuscumque priuilegijs*, intenderetur priuilegijs in iure insertis derogationem fieri, tunc sanè talis clau-

sula sufficiens non est ad deroganda priuilegia inclusa in iure, bene tamen non inclusa. At quando non ex vi illius clausulæ, sed ex constitutione legis contrariæ, priuilegium in iure insertum reuocatur, facilius derogantur priuilegia inserta in iure, quàm non inserta, cum ad non inclusa deroganda opus sit clausula, *Non obstantibus priuilegijs*: at ad derogandum inserta illa non sit necessaria.

Imò quamuis aliqui Regulares adepti fuissent priuilegium post Concilium excipiendi confessiones absque præmissa examinatione per Ordinarium, vel tantum vnica, non ob id ualere sine examine per Concilium decreto illas audire, nisi in priuilegio expressè facta fuisset mentio Concilij. Nam cum gesta per Concilia, matura consideratione decerni credantur, illis non derogatur, nisi fiat expressa mentio, vt docet Sanchez lib. 3. *de matrimonio*, disput. 26. num. 7. plures texus & DD. adducens, Basil. de Leon lib. 5. *de matrimonio*, cap. 15. num. 2. Gambarupta *de casibus reseruatis*, cap. 3. propè fin. fol. 51. plures quoque referens.

Neruis igitur difficultatis in eo tantum consistit, num sufficiat Regularibus ad excipiendas penitentium confessiones, semel approbatas fuisse ab Episcopo vel iure queat Episcopus approbationem reuocare: & Regulares sine constructi, vel confessiones non excipere, vel examen subire.

Duplici tamen via ad nouam examinationem non esse deuinctos Regulares, poterunt se tutari: aut quia sententiam sibi ipsis uisam probabilem sequuntur, uidelicet quòd approbatus ab vno Episcopo possit in vniuersa Ecclesia absque noua approbatione confessiones audire (quos patronos hæc habet opinio, retulimus disput. 44. num. 1.) Igitur poterant dicere, nisi sua interesse in hac Tolertana dicecesi exigere nouam approbationem, dum approbati sint in alijs, præsertim quando approbationes aliorum dicecesium non essent reuocata.

13. Verum hanc non eligere viam Regulares mihi persuado, quòd videam frequenter examinationi subici illos, qui de nouo uenientes ad aliquam dicecesim, in ea nullam habebant approbationem. Signum igitur est nouum examen idè non refugere, quia arbitrentur sufficiens esse, quòd in alijs dicecesibus subierint. Tum quia quamuis iuxta illam opinionem approbatus ab vno Episcopo possit vbique audire confessiones habentium Bullam, plures tamen ex Doctoribus illius opinionis nolunt admittere posse excipi confessiones non habentium Bullam. Igitur ne Regulares impediti sint non habentes Bullam Cruciatam penitentes recipere, approbationem student accipere à dicecesano, in cuius territorio ministratur penitentia. Tum quia illam opinionem non audent sequi, uidelicet quòd ab habentibus Bullam possint fieri confessiones cum approbatione cuiuslibet Episcopi; putantes in periculum annullandi confessiones se incidere, si illa uentur opinione, quæ à parte rei poterit esse falsa, quòd herclè metidò metuunt, vt diximus disputatione 44. numero 1. 10. 13. & 14. Quamuis plures Doctores ibi adducti numero 3. id timendum non esse putent, eo quòd in illis rebus, quæ à iurisdictione Pontificis pendent, gesta ualere quoties ex opinione

nione probabili sunt arbitrentur. Attinet enim ad honorem Ecclesie, inquit, tunc conferri à Pontifice iurisdictionem; ne acta ex opinione probabili irrita reddantur: vbi etiam retulimus discrimen inter veritatem rei physice, & moralis, constituentes veritatem rei physice in indiuisibili: quæ si non attingatur à parte rei, quantumuis agens operetur ex opinione probabili, gestum ab eo irritum erit. Ideo autem veritatem rei physice in indiuisibili consistere dicunt, quòd eius, videlicet essentia consistat in conformatione intellectus ad rem existentem.

Quandocumque igitur intellectus aliud iudicat quam res se habeat à parte rei, veritas materialis & physica non reperitur; quamuis formalis possit inueniri, si ignoret intellectus rei disconuenientiam cum ipso. At veritas rei moralis in indiuisibili non consistit, aiunt, eo quòd eius essentia non constituratur in conformatione intellectus ad rem existentem: sed in operatione conformi recto iudicio practico. Rectè autem practicè operatur quilibet qui ex opinione aliorum probabili agit. Cùm igitur contingat duos in sententiis practicè probabilibus oppositos esse, practicè rectè operari vtrumque liquet; & consequenter tam vnum quam alium veritatem moralem attingere. Ex quo fieri deducunt illam in indiuisibili non consistere; aliàs solùm vnus eam attingeret. Porò veritatem rei physice in conformatione intellectus ad rem existentem consistere, docet D. Thomas 1. part. quæst. 16. artic. 2. & ibi Molina, Vazquez disput. 72. cap. 1. numero 2. Buz. 2. Zumel, Ioan. Gonzalez, Machin. Thom. Plus, Valent. Arrubal in dicta quæst. 16. Suarez 1. part. lib. 1. cap. 7. num. 8. & latius 1. tom. metaphysic. disput. 8. sect. 7. Nec huius loci est examinare, an veritas physica formaliter consistat in conformatione conceptus obiectiui cum re ipsa, vt est extra intellectum: vt sentiunt Vazquez, Durandus & alij: vel an in conformatione conceptus formalis, vt vult Caietan. in d. quæst. 16. art. 2. quem alij sequuntur. At quòd inane sit hoc fundamentum, resoluimus illa disput. 44. num. 10. 13. & 14.

14. Solùm igitur contendunt Regulares in vna diocesi semel examinati, in eadem non posse constringi, nec etiam à successore Episcopo ad nouam comparandam medio examine approbationem; eo quòd licet ex constitutione Pij V. edita anno 1571. octauo Idus Augusti, compellantur Regulares ad examinationem à successore Episcopo exequendam, talis constitutio reuocata iam sit à Gregor. XIII. anno 1572. Kalend. Martij, decernente standum esse dispositioni iuris communis, & sacri Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 15. circa confessarium regularium etiam Mendicantium approbationem. Cùm igitur (inquit Regulares) ex dispositione Clementine *Dudum*, examen ab ipsis non exigatur ad audiendas confessiones, sed tantùm presentatio coram Episcopo, vt diximus num. 51. sit, solùm ad id compelli posse ex dispositione Trident. sess. illa 23. cap. 15. exigente approbationem ab Episcopo fiendam. Porò huiusmodi conditionem sufficientissimè saluari, si præcedat vnica examinatio in quacumque diocesi, contendunt. Tum quia verba Concilij rigorosè & cum omni proprietate verificantur: ait enim Concilium, quòd nullus etiam Regularis qui approbatus non sit ab Epi-

Sanchez Selecta.

scopis, possit confessiones secularium admittere. At vnica tantùm examinatione interueniente iam audient Regulares absque Episcopi approbatione confessiones. Fit ergo, noua examinatione non egere regulares, vt verba Concilij verificentur. Quæ tamen ratio nullius sanè ponderis est: nam inde fieret, Sacerdotem secularem semel examinatum non posse compelli nouum examen subire; & posse aulcitate confessiones, etiam reuocata approbatione, habentium Bullam Cruciatam; vel aliud priuilegium ad eligendum confessarium ab Episcopis approbatum. Cùm etiam tunc rigorosè verificetur eligi approbatum ab Ordinario: quòd tamen concedere Regulares abnuunt. Quam verò constituent differentiam Regulares inter seipos, & Sacerdotes seculares, dicemus num. 18. & 20. vbi solutio ipsorum reselleretur.

Cùm igitur anceps videatur Regularibus Concilij sensus contendentibus saluari cum omni proprietate illius verba, si vnica tantùm examinatio interueniat; alijs verò oppositum tenentibus; recurrere opus esset ad Cardinalium declarationes, qui videlicet nobis explicent an vnica solùm approbatio Regularibus sufficiat ex mente Concilij ad audiendas semper confessiones; vel an quilibet Episcopus de nouo examinare possit à se nunquam approbatos; quamuis ab antecessore idonei essent reputati. Sed quia iam diximus contrarias referri declarationes circa hoc, huiusmodi medio non est nobis vtendum ad huius dubij resolutionem.

### Authoris iudicium.

16. Episcopus de nouo adueniens in propriam diocesim, ius habet compellendi Regulares ad examen pro prædicationibus & confessionibus, tam non Mendicantes, quam Mendicantes, quantumuis ab antecessore sint examinati. Nam ex constitutione Gregorij XIII. supra lata, constat vniuersa priuilegia Regularium circa excipiendas confessiones reducenda esse ad terminos iuris communis, & Tridentini, vt etiam fatentur Authores quarumdam disputationum pro parte Regularium oblatarum Regiæ Maiestati Philippi IV. contententium, quòd à Serenissimo Infante Cardinale non possint compelli ad nouam examinationem. Sed ex nullo iure, neque etiam ex Tridentino habent Regulares, quòd vnica tantùm examinatio illis sufficiat ad excipiendas confessiones. Fit ergo posse ab Episcopo compelli ad alias examinationes. Porò quòd ex iure non habeant, vnica tantùm examinationem sufficere, ostenditur; quia in toto iuris corpore non reperitur aliud decretum quo possit iuari prætextum ius regularium, nisi Clementina *Dudum, de sepulchris*, à Clemente V. edita, & Extrauagans *Super Cathedram*, ibidem, super commun. à Bonifacio VIII. & Extrauagans *Frequenter*, inter communes, à Ioanne XXI. eademmet priuilegia concedente Fratribus Eremitarum S. Augustini, & Carmelitarum Ordinum, quæ continentur in Clementina *Dudum, & Extrauag. Super Cathedram*, & Extrauag. *inter cunctas, de priuilegijs*, à Benedicto XI. At extrauag. hæc *Inter cunctas*, reuocata iam est per Clement. *Dudum, & consequen-*

ter nihil ad rem iam conducit. Solum Clement. *Datum*, & *Extravagans Super Cathedram*, ( in quibus idemmet decernitur ) & *Extravagans Frequentes*, non sunt reuocatae ab aliquo decreto, quod contineatur in corpore iuris.

Sed quod nec his Clementinis se iurari queant Regulares, liquet: quia iam sunt reuocatae per Trident. sess. 23. cap. 15. vbi traditur noua forma ad hoc quod valide possint Regulares confessiones auscultare. Igitur illa forma Concilij necessaria seruanda est, quicquid etiam aliud antea esset constitutum per Clementin. & Extravag. Porro Clementin. & Extravagans solum exigebant praesentationem Regularium coram Episcopo fieri, nullam de examine mentionem facientes, vt inuenti illas manifestum fiet. Et docet Suarez tom. de *penitentia*, disputatione 28. sectione 6. numero 14. in Concilio vero Tridentinum examen requirit, dicens nullum etiam Regularem posse confessiones secularium audire, nisi praecedat Episcopi approbatio. Addit igitur aliquid consilium ad id quod decretum erat in Clementin. & Extravag. Sed quotiescumque aliqua lex noua plura agenda praecipit quam antiquior ( quae latae erant circa eandem rem ) non implebitur superioris mandatum, si iuxta legem pristinam fiat actus, noua neglecta. Igitur lex noua dicitur reuocare antiquam, vel quia omnino aufert quod in lege vetustiori erat decretum, vel quia ad illam aliquid addit, vt constat ex leg. *Non est nouum*, & leg. *Sed et posteriores*, ff. de legibus, & cap. 1. de *constitut.* in 6. de consecrat. distinct. 1. cap. *Vasa*, cap. 1. de *cognat. spiritali*, & 13. quaestione 1. cap. *Victoria voluntas*, cap. *Cum Maribus*, de *celebrat. Missarum*, §. *Ceterum*, gloss. in dicto cap. 1. de *constitut.* in 6. & in cap. *Eos vero*, distinct. 50. At Concilium examinationem necessarium exigit, vt etiam Regulares valide queant confessiones excipere. Ergo Clementin. & Extravagans, quae tantum praesentationem postulabant, cessant saltem in hoc sensu, quod ad illas aliquid superadditum sit. Et reuocatas esse per Concilium dictas constitutiones constanter asserit Suarez tom. de *penitentia*, disputatione 28. sectione 6. ( carpens valde Navarrae dicentem cap. 27. numero 264. per Concilium non esse reuocatas. ) Quamuis verius mihi videatur, non posse proprie dici reuocatas, sed ad illas esse aliquid superadditum: vt bene animaduertit Vazquez tom. de *penitentia*, quaestione 93. artic. 3. dubio 3. numero 2. & 3. At de vocibus est contendere, num sit dicendum esse reuocatas, vel non.

Praeterea sess. 5. cap. 2. a Concilio praecipitur minus praedicationis non posse Regulares exercere in suorum Ordinum Ecclesiis, nisi praehabita examinatione a suis superioribus, & praesentatione coram Episcopo: In Ecclesiis vero quae suorum Ordinum non sunt, ultra licentiam suorum superiorum etiam Episcopi habere debent. De quo Reginald. in *praxi*, lib. 19. numero 118. & 123. Rodriguez tom. 3. *quaestio. regular.* articulo 1. quaestione 32. cum sequentibus. Ioan. de la Cruz de *statu Religioso*, lib. 1. cap. 7. Barbof. in *remiss. ad Concil.* dict. sess. 5. cap. 2. adducens aliquas Cardinalium declarationes.

Non negant contractum consentes approbationem fore necessariam ab Episcopo, sed tantum vnicam *sufficere* contendunt in quacum-

que noua diocesi: quia videlicet approbatio formalis, vt ita dicam, in qualibet diocesi saluatur, si eam habeat quis in illo Episcopatu. Quod vero a quocumque Episcopo illius diocesis succedente habeatur, solum erit materialem habere approbationem in illa diocesi. Semper enim verificatur manere eandem diocesim, quamuis vnus alteri succedat Episcopus; sicut idem Regnum, licet vnus post alium succedat Rex: vt constat ex leg. *Proponebatur*, de iudic. De quo Aristotel. 3. politic. cap. 2. Igitur Regularis qui in aliqua diocesi aliquando est approbatus, non dicitur auscultare confessiones absque approbatione in illa diocesi: quamuis non dicatur habere approbationem in illa materialiter, succedente nouo Episcopo, a quo approbationem non sit adeptus.

Verum praefatum effugium nullius est roboris. Tum quia inde sequeretur Sacerdotes seculares non posse compelli ad nouum examen, vt diximus supra num. 14. in fin. cum ipsi etiam semel approbati formalem habeant approbationem in diocesi, quamuis non materialem; & sic ab habentibus Bullam possent admittere confessiones. Tum quia quamuis mortuo Episcopo maneat materialiter eadem diocesis, formaliter est diuersa, & diuersum tribunal: ob quod tradunt Doctores mandata specialia emorui Episcopi cessare. Syluest. verb. *mandatum*, quaest. 3. Menoch. de *arbitr.* lib. 1. quaest. 69. num. 4. allegans Decium. Cordub. super regur D. Francisci. cap. 10. quaest. 3. punct. 1. part. 3. referens Hugonem. Sancius lib. 8. de *matrimonio*, dispur. 28. num. 47. Quamuis non expirant mandata per modum constitutionis & legis edita; cum de natura legis sit esse perpetuam, nisi expresse reuocetur, leg. *Cum eorum*, Cod. de *sement. et interloc.* leg. *Arriani*, Cod. de *haeret.* Antonin. capite *Irrefragibili*, §. *Ceterum*, num. 15. de *offic. Ordin.* & ibi Abb. num. 1. Decius cap. *Relatum*, in noua editione, num. 28. de *offic. delegat.* Felin. cap. *Licet vndique*, num. 1. eodem tit. Rosel. verb. *delegatus*, num. 10. Syluest. verb. *delegatus*, quaest. 7. num. 7. Sanc. lib. 8. de *matrim.* dipl. 28. num. 2.

Vnde de nouo adueniens Episcopus poterit licentias & approbationes a praedecessore concessas reuocare: sicut vnus Legislator potest alterius leges, nisi a supremo Legislatore impediatur. At neque summus Pontifex, neque Concilium prohibent approbationes semel datas non posse reuocari. Fit ergo relinqui in eo, quod ex natura habent; videlicet quod tanquam leges & acta praedecessoris reuocabilia sint a succedente. Nam si habet Episcopus succedens potestatem irritandi leges a praedecessore conditas; quamuis ex natura legi competat perpetuitas: negandum erit habere facultatem Episcopum successorem reuocandi licentias ab alio concessas? Docent hanc opinionem Suarez tom. de *penitent.* dispur. 28. sect. 8. in fin. vbi inquirens, an approbatio semel concessa possit reuocari, adducendo doctrinam aliquorum id admittentium in Sacerdotibus saecularibus, & non in regularibus ob eorum priuilegia, tandem illam reuocat; inquiens de tali priuilegio non sibi constare. Et alia cum ipse sentiat, vt vidimus numero 16. Clement. *datum*, & Extravagant. *super Cathedram*, non loqui de approbatione per examen, sed tantum de praesentatione, sit ex mente huius Do-

toris approbationes Regularium esse reuocabiles, cum nec ex privilegio, nec ex iure communi irrevocatio obtrineatur: quia si privilegium haberent iam ostendissent, docet Ledesm. 1. part. summ. cap. 13. §. *A esta duda se responde*, fol. mihi 269. aliàs 240. Coriolanus *de casibus reservatis*, parte 1. sectione 2. artic. 3. fol. 147. numero 11. art. 3. qui est sibi contrarius art. 8. fol. 163. Miranda *in director*. tom. 1. questione 45. artic. 7. Reginald. lib. 1. prax. cap. 16. numero 201. quamvis malè asserat ideo posse Episcopum successorem examinare Regulares semel approbatos, quia ex constitutione Pij V. edita anno 1571. id concessum est: in quo decipitur, cum illa constitutio reuocata iam sit per Gregor. XIII. Sed fortè ductus fuit Reginaldus & aliqui infra adducendi, quòd existimarent constitutionem Pij V. non esse reuocatam per Gregor. XIII. quia id declaratum vidère per Cardinalium Congregationem, quæ allata fuit à nobis numero 1. ex Rodriguez referente in 1. tomo *quest. regular.* quæst. 59. art. 4.

Sed notato quid declarent domini Cardinales: inquitur enim constitutionem Pij V. dicentis posse Episcopum successorem examinare Regulares semel approbatos, non reuocari à Gregorio XIII. ex eo quòd illam constitutionem reduxerit ad terminos Concilij Tridentini, non quòd constitutio reuocata non sit, quia reuocatam esse constabit legenti constitutionem Gregor. XIII. ab illis verbis: *Postremo, &c.* & docet Quaranta verb. *Concilium Tridentinum*, Palac. in 4. distinctione 17. fol. mihi 258. Sed in eo sensu declarat reuocatam non esse, quia quo ad effectum manet, ex eo quòd fuit reducta ad terminos Concilij tanquam si non esset reuocata. Nam in Concilio habetur, nullum regularem posse audire confessiones absque approbatione ab Episcopo: & cum non restringat, quod vnica tantum sufficiat, relinquit approbationem suæ naturæ, quæ reuocabilis est, vt diximus numero 18. Igitur non dicunt Domini Cardinales absolute constitutionem Pij V. non esse reuocatam per Gregor. XIII. sed non esse reuocatam ex eo quòd illam reduxerit ad terminos Concilij: quasi dicant, quoad effectum examinandi Regulares semel approbatos, idem est constitutionem Pij V. reductam esse ad terminos Concilij, ac si non esset reuocata, quia ex vi Concilij declaramus Regulares posse iterum examinari, quamvis ex vi constitutionis Pij V. examinare iterum non possent Episcopi, quia reuocata iam est per Gregorium XIII. Solum igitur legitima ratio est quam tradidimus, videlicet quòd de natura rei gestæ ab vno superiore sit, quòd possit à succedente irritari; sicut de natura legis est, quòd ab alio Legislatore possit reuocari (licet ex sui natura habeat perpetuitatem) nisi supremus Legislator id vetet.

Docent posse successores Episcopos examinare Regulares, *Egid. de Sacramentis*, disputatione 8. dubio 7. numero 57. Maure 3. parte summæ, capite 19. §. 8. numero 5. Cañed. in summ. tractatu *de Sacrament. Penitent.* capite 7. in fine, in gloss. folio mihi 218. Vgolini *de potestate* [Episcop.] capite 20. numero 3. & 4. folio 171. eodem ducti fundamento quo Reginaldus. Sa verb. *Confessor.* numero 4. Villalobos tractatu 9. difficultate 53. numero 7. Qui solum excipit Regu-

lares sancti Dominici & Francisci, eo quòd ex Clement. *Dudum*, illorum approbatio sit perpetua: quod tamen falsum est, vt diximus numero 16. Docet Zerola *in praxi penitent.* questione 2. numero 2. 3. 4. & 5. Portel. suo tractat. *de dubijs regular.* verbo *Confessor regularis*, & verbo *presentatio*, numero 1. Quaranta verb. *Confessor*, folio 195. Ioan. de la Cruz *de statu Religioso*, libro 2. capite 6. conclusione 3. dubio 3. probabiliorè reputans nostram sententiam ex quadam declaratione tempore Sixti V. habita, quæ post Gregorium XIII. fuit edita: quamvis probabile censet oppositum, ex falso videlicet fundamento, quòd videlicet in Clementin. *Dudum*, perpetuam esse Regularium approbationem ostendatur. Docet rem nostram sententiam Campalinus rubr. 12. capite 13. num. 62. & 70.

Notanter dixi posse Episcopum successorem licentias & approbationes à prædecessore concessas reuocare. Nam quando ex privilegio Bullæ eligitur confessarius, ipse tunc non eget licentia Episcopi ad confessiones; ea enim datur à Pontifice in privilegio Bullæ: sed tantum approbatione opus habet: vt docet Vazquius tom. *de penitentia*, questione 93. art. 3. dub. Henriquez lib. 3. *de penitentia*, cap. 6. & 13. & lib. 7. *de indulg.* cap. 12. sine. Suarez tom. *de penitent.* disput. 28. sect. 8. Ad auscultandum verò confessiones non habentium Bullam, aut aliud privilegium, licentia Episcopi conferens iurisdictionem, necessaria est.

Sed advertendum licentiam ad confessiones non cessare sola morte concedentis, nisi expressè reuocetur: quia omnia iura decernentia potestatem iurisdictionis delegatæ perire morte delegantis te quidem integra, agunt de potestate contentiosa, qualis non est hæc; sed gratia facta, & non facienda: vt benè Sancius lib. 8. *de matrimonio*. disputatione 28. numero 49. & 72. Vazquez *de penit.* quæst. 93. art. 3. dubio 5. num. 2. & 3. Nauarr. cap. *placuit*, de penitentia, dist. 6. num. 161. Ioan. de la Cruz *de stat. Relig.* lib. 2. cap. 3. dub. 1. conclus. 3. Suar. tom. *de penit.* disp. 28. sect. 8. num. 2. Ochagau. tract. 3. *de Confess.* questione 36. num. 13. Henriquez lib. 6. cap. 6. numero 7. Garcia 1. tom. *de benefic.* parte 6. cap. 2. num. 316. Ioseph. *de ortu parochi*, cap. 3. numero 3. in speculo parochorum, *Salas de legib.* disput. 20. sect. 17. in fine, Antonius Ragucius in lucerna Parochorum. *de absolution.* quæstio 130. fol. 345. Imò non sufficeret licentiam reuocari nisi publicè legatur edictum, aut certo nuntio, aut alia simili via intrometur reuocatio; quamvis etiam aliunde cognoscatur: vt advertit Sancius lib. 3. *de matrimonio*. disput. 26. Ochagau. vbi supra. Reginald. lib. 1. cap. 16. num. 200.

At, inquit, oppositum sentientes, approbationes Sacerdotum secularium posse reuocari à successore Episcopo; imò & ab eodem ex causa præsumpta rationabiliter: quòd videlicet scientia confessoriorum sit petempta ob consummationem temporis ex quo non fuere examinati. Regulares verò ad id non posse compelli, quia ex morte illorum approbatio irrevocabilis sit. Decipiunt sane arbitranter Regularium approbationes esse irrevocabiles: quia Clementin. *Dudum*, & *Exitauag. super Cathedram*, & *Inter cunctas*, & *Frequentes*, de iudic. in quibus conuincti

19.

20.

approbationem esse irrevocabilem, inquit ipsi, nullum verbum de approbatione medio examine acquirenda continent, sed tantum de presentatione habenda coram Episcopo tradunt formam. Ignor ex dictis decretis colligi non poterit approbationem semel comparatam medio examine, futuram esse perpetuam in Regularibus, sed tantum ad summum inferri videbatur, presentationem semel factam esse irrevocabilem, nec posse successorem Episcopum compellere Regulares semel presentatos coram antecessore, ad reiterandam presentationem. Unde illis concedo (gratis tamen) quod si esset possibile novum examen per à Regularibus absque nova presentatione coram Episcopo, tenerentur ipsi examen subire, & presentationem possent reculare.

21.

Ve ùm nec etiam ex illis decretis deduci presentationem Regularium esse perpetuam convincitur: nam ibi præcipitur quod Regulares teneantur se presentare coram Episcopis in quorum territorii Sacramentum penitentiae fuerit celebrandum. At successor Episcopus diversus est à prædecessore, illique incumbit onus pascendi suas oves: igitur & cognoscendi pastores regentes & pascentes. Ius ergo habet Episcopus cogendi Regulares ut coram ipso se presentent ad minus semel. Par namque est Regularem teneri se presentare coram Episcopo in d. cæssi ad quam advenit de novo, atque presentem se constituere coram novo Episcopo in eadem diocesi in qua coram alio antea fuerat presentatus. Nam esse novos Episcopos in diversis diocesisibus, vel in eadem quid materiale est, & accidentarium, ut bene advertit Egidius de Sacrament. disputat. 8. dub. 7. num. 57. Omitto, quod cum ratione defendendi honestum Episcopis præcipiatur in illis decretis constructos esse Regulares se presentare coram illis non minus iusta querela posset institui ab Episcopo succedente in eadem diocesi quod coram se remanere Regulares presentari, quam esset illa quæ causaretur si in diversa diocesi Episcopus minus gesseret, ubi nunquam Regulares essent presentati.

22.

Vnde miror valde Sorum in 4. distinctione 18. quæst. 4. art. 3. col. 6. Henriquez lib. 6. cap. 6. num. 6. Vazquez tomo de Penitent. quæst. 93. art. 3. dub. 5. Ledesma 1. parte summ. cap. 3. post decimum dubium, § *La primera dificultad*, fol. 240. Veg. in summ. 1. parte cap. 62. casu 4. & 17. Ovand. in 4. dist. n. 17. proposit. 24. & 25. Vivald. 1. part. de absolut. fol. 121. Ludovic. Lopez 2. part. cap. 2. de Claus. Ioan. de la Cruz de *statu Religioso*, lib. 2. cap. 6. conclus. 4. fol. 157. Villalobos, in summ. 1. tract. 9. d. ff. ult. § 3. Llamas in summ. 1. part. cap. 7. fol. 70. Ludovic. de San Ioan. 1. part. summ. tract. de Penitent. quæst. 9. art. 1. dub. 2. & 3. fol. 511. Sa verb. *predicare*, num. 7. loquentem de examinatione ad prædicandum. Coriolanum de *casibus reservat.* 1. parte sect. 2. art. 8. fol. 165. & art. 3. fol. 147. Chapiaville de *casibus reservatis*, quæst. 2. difficult. 1. fol. 11. afferentes, approbationes & presentationes Regularium esse perpetuas ex dictis decretis Clemens. Dudum, & Extranaug. super *Cathedram*, & *Inter censuras*, sumentes plures ex his DD. pro eodem approbationem per examen & presentationem; cum tamen divisißima sint, & tantum de presentatione loquatur illa decreta, ut inveni liquebit, & fatetur Suarius, ut diximus supra num. 16. & 18.

Nec obstat, quod dicat Clementin. *Quod si forte iam dicti Pralati (videlicet Episcopi) quemquam ex dictis Fratribus presentatus eisdem ad huiusmodi officium nollent habere, vel non ducerent admittendum, eo amoto vel subtracto loco ipsius similiter eisdem presentandus Pralati possit & debeat alium subrogari.* Ex quibus verbis colligitur Clementinam non loquam fuisse de presentatione nuda, sed associata cum examine, eo quod repellere fas non esset Episcopo Regularem, quem insufficientem esse per præmissum examen non liqueret. Quo argumento convictus est Sorus in 4. distinct. 18. quæst. 4. art. 3. § *quo ergo*, fol. mihi 865. ut doceret in dict. Clem. ad examen constringi Regulares. Non inquam obstat hoc; nam non tantum ob scientiæ imperitiã posset repelli à munere confessionis Regularis, sed etiam ob motum pravitatem. Tum quia etiam posset Episcopo esse nota ignorantia Regularis presentati; ad ipsumque admittendum tunc opus non esset examinatione. Unde immeritò convictus est Sorus prædicto argumento. Omitto, quod Clement. illi superadium sit per Concil. Trident. nullum videlicet confessarium nec etiam Regularem posse audire confessiones absque examinatione, ut iam probavimus num. 16.

Cum igitur fateantur Regulares posse secularium approbationes revocari etiam ab eodem Episcopo causa ialtem iusta interveniente, quod videlicet suspicetur Episcopus scientiam diminutam esse in confessariis ob lapsum temporis; quare etiam idem renuunt concedere, cum ipsismet posse idem agi in quibus quoque scientia exenuari potest? Cum aliis ipsi nullo iure antiquo possint iuari, ut probatum est num. 16. & solum dispositioni Tridentini sit standum, ut decrevit Gregorius XIII in constitut. quæ incipit: *In tanta rerum mole*. Par igitur ratio procedit in regularibus, atque in Sacerdotibus secularibus. si attendatur ad Concilium, ad quod solum est respiciendum. Posse autem Episcopum ex causa legitima licentiam etiam à se semel concessam revocare, turba Doctorum absque discrimine fatetur, & docent Doctores infra adducendi, & Antonius Ragucius in Lucerna Parochorum de *absolutione*, quæsito 130. fol. 346.

23.

Imò non interveniente causa posse licentias revocari reor; quia illas concedere est quid merè gratuitum, semper pendens à voluntate concedentis quoad conservationem nec alio modo tradi ab Ordinariis est credendum; & sub tali onere, & cum tacita conditione accipiunt licentias Sacerdotes prænominari: ut docet Suarius tomo de penitentia, disput. 28. sect. 7. in fin. hoc tandem resoluens: quamvis in anteceditis immediate oppositum asseruisse videatur. Qui licet in Regularibus hæc locum non habere dicat propter constitutionem Pij V. quæ tamen iam revocata est per Gregorium XIII. eius limitatio admittenda non est. Vazquez tomo de penitentia, quæst. 93. art. 3. dub. 5. num. 2. & 5. Reginald. lib. 1. cap. 16. num. 200. bene animadvertens cum Suario num. 3. illius disput. 28. approbationem ex sui natura non esse immutabilem, cum habeat fundamentum variabile, videlicet scientiam, & bonos mores, quæ mutari possunt; aut quia prima approbatio errore potuit comparari. Hurtado de penitent. disput. 10. difficult. 19. Ochagania tractat. 2. de confess. quæst. 40. num. 7. quicquid in oppositum afferat

afferat Henriquez lib. 6. cap. 6. num. 6. plures referens. Ludonicus de san Ioan. 1. parte summ. quaestione 9. art. 2. difficult. 6. fol. 5. 13. qui quamuis loquatur de Episcopo successore, eadem militat ratio de eodem Episcopo qui semel approbavit. Quamuis etiam fateat leuitatis nota afficiendum esse Episcopum, si illicet ac concessit licentias, easdem reuocaret. Intempestiua enim reuocatio non inepte diceretur, leg. *Abione*, §. *Labeo*, vbi gloss. versiculo *De hoc*, Digestis *Pro socio*.

34. Aduertendum tamen valde est, aliud esse, posse Episcopum de nouo examinare; aliud quodd possit reuocare licentias illorum qui idonei reperi fuerunt. Quamuis igitur admittamus non posse absque causa hoc secundum, eod quodd videtur ius confessatorum acquisitum ledere, cum aliis ipsi idonei per examen reperiantur; poterit tamen de nouo ad examen vocare, vt ignaros repellat, & peritos continuare officium permittat. Et hoc maximè considerandum est; quia plures hallucinantur, putantes idem esse, non posse Episcopum idoneos inuentos reprobare, & non posse illos examinare vt certior fiat num sint idonei. Qua ratione satis æquum esset aliquoties Parochos examinare. Plures namque ex illis illicet ac beneficium obtinent, desides reddunt in conseruandis literis; & ideo ob bonum commune expediens esset illos examinare. Quæ autem circa hoc difficultates offerri possunt, iam soluta ibunt ex dicendis disput. 50. vbi disceptatur, Num Episcopi possint parochos examinare.

25. Nec obstat in dictis Extrauag. & Clement. tradi Regularibus tantam facultatem quanta conceditur Parochis, ibi: *Per huiusmodi autem concessionem nequaquam intendimus personam seu Fratrum ipsi ipsi ad id salubris deputatio potestatem in hoc impendere amplioem, quam in eo Curatis, vel Parochialibus Sacerdotibus est à iure concessa*. Tum quia non dicitur dari tanta facultas Regularibus quanta Parochis; sed solum non dari maiorem, quam Parochis; nihil determinanti, an detur tanta: solum enim vt certum supponunt illa decreta, non dari maiorem. Tum quia quamuis decernerent tradi tantam, intantum minimè conuinceretur. Nam ex hoc non inferitur, non posse reuocari approbationem semel concessam Regularibus, sicut nec Parochis: non (inquam) colligitur hoc, sed tantum quodd Regulares ex vi dictæ Clementinæ & Extrauag. non possint absoluerè à casibus Episcopis reseruatis, à quibus non valent Parochi, & à quibus Parochi possunt absoluerè, queant etiam Regulares: vt docent Ioan. Andr. Zab. Lau. Pan. Stephan. Ioan. Mol. & Zenze. Archid. adducti à Syluest. verb. *Confessor*, 2. num. 5. & constat ex Clement. *Religiosi*, de *Præuileg*. 6. quibus etiam, in fine, ex Clement. *Dudum*, versic. *per huiusmodi*, Ludonicus de san Ioan. 1. parte summ. quaest. 9. art. 4. dub. 3. fol. 521. Chapiauile de casibus reseruatis, quaest. 2. difficult. 6. fol. 35. & 36. qui aliquas declarationes Cardinalium adducit. Antonius Ragucius in lucerna parochorum, de *absolutione*, quaestio 101. fol. 312. Laurentius de Peirinis de *Religioso subdito*, quaest. 1. de obedientia fol. 232. Qui etiam ad censuras id extendit, vt ille si reseruata existant Episcopo, absolui nequeant à Regularibus, & videri potest Sorbo in *compendio præuilegiarum*, verb. *Absolutio quoad Fratres & seculares*, in fine. Floronus 1. part. de casibus reseruatis, cap. 1. §. 2. num. 6. fine & cap. 4.

§. 7. num. 18. Miranda tom. 1. manualis quaest. 46. Quamuis Syluest. oppositum doceat, eo quodd si Regulares non possent absoluerè à casibus per Episcopum reseruatis per beneplacitum, constitutionem, aut consuetudinem, vacua maneret Clementina *Dudum*, cum possent Episcopi omnia peccata reseruare, & sic nulli inuenirentur poenitentes, quorum possent Regulares auscultare confessiones: ipse tamen Syluest. explicat Clement. *Religiosi*, vbi statuitur non posse Regulares absoluerè à casibus Episcopis reseruatis, quodd solum loquatur de peccatis Episcopis reseruatis in iure; aut quando habuerint excommunicationem annexam: quodd sequitur Henriquez lib. 6. cap. 6. num. 5. plures referens. Bonifac. in dicto vers. *per huiusmodi*, Clement. *Dudum*, à numer. 6. Panorm. in cap. fin. *Ne Clerici vel monachi*, Felin. in cap. *perpendimus*, de sentent. excommunic. Angel. Tabien. Armil. verb. *Confessor*. Viuald. de *absolutione*, num. 16. in fin. & num. 44. Martin. del Rio de *magia*, lib. 6. cap. 1. sect. 3. ante finem, Rodrig. in explicat. Bullæ §. 9. num. 131. & 145. & 1. tomo *quaest. Regul.* quaest. 61. articulo 2. Vega in summ. 1. parte cap. 6. casu 44. Ledesin. de *Sacram. Poenitent.* cap. 13. in fin. Sorbus in Compen. adductus à García. 1. tom. de *beneficijs*, parte 3. cap. 2. num. 304. Veja part. 4. casu 37. §. *Et quamuis*, Ludonicus de san Ioan. 1. parte summ. quaest. 9. art. 4. difficult. 1. fol. 521. Filiucius tom. 1. tract. 15. cap. 10. num. 231. Quibus tamen non assentior: nam omnia peccata reseruati incredibile est, & Clement. *Religiosi*, absoluerè dicit non posse Regulares à casibus Episcopis reseruatis absoluerè, non distinguens inter reseruatos in iure, vel ex beneplacito. Docet gloss. verb. *concessa*, in dicta Clement. *Dudum*, & ibi Monach. Inol. Cardinal. Anchar. Panormitan. in cap. *Dei qui*, num. 5. de *poenitentia & remission.* Albert. Trocius de *vero & perfecto Clerico*, lib. 2. cap. 26. num. 13. Nauar. cap. 27. num. 263. & 264. aliàs 266. Ledesma. 2. part. 4. quaest. 7. art. 5. dub. 7. Philarch. de *offic. Sacerdos*. 2. part. lib. 2. cap. 25. Graff. lib. 1. cap. 13. num. 57. Lopez instruct. 2. tom. part. 2. cap. 2. Chapiauile de *casibus reseruatis*, fol. 36. Suarez tom. de *Poenitens.* disput. 3. sect. 2. num. 2. García 1. tom. de *benefic.* part. 3. cap. 2. num. 303. A quibus ergo Parochi non valent absoluerè, nec etiam Regulares quibunt. Et verè cum timore suam est protestatus sententiam Syluester, cum dicat posse turo quemuis illam sequi, quando Episcopi vel illorum Vicarij sunt insolentes, & duri in concedendo licentiam ad absoluerendum à casibus sibi reseruatis, ex auaritia, vel æmulatione, vel alia iniusta causa, vt dixerat verbo *Absolutio*, 1. §. 4. in fin. Et turam non esse Syluestri opinionem docet Campanil. rubr. 12. cap. 13. num. 63. Sor. in 4. distinct. 18. quaest. 4. art. 3. vers. *Qui ergo*. Et in hoc tantum pares sunt & æquiparantur Regulares cum Parochis, vt optime Suarius tom. de *poenitentia*, disput. 30. sect. 2. in fin. non tamen in reuocatione approbationis. Equum namque erat, vt à Parochis approbationes non reuocarentur secluso delicto: cum eo ipso, quodd Parochi maneant, Parochiani habeant ius petendi ab eis Sacramentum Poenitentia: & possint merito Episcopo dicere, aut amouendum Parochum à Parochia, aut non priuandum approbatione, cum absque ea ferè inutilis sit. At Regulares cum Parochi non sint, ius fideles non habent postulandi ab eis Poenitentia Sacramentum.

Ex quo non erit inconueniens remoueri ex illis approbationem.

Et non esse in omnibus pares Regulares cum Parochis, sic manifestum: cum hi vices suas aliis possint committere in ordine ad confessionem, nequaquam tamen Regulares, vt aduertit Angel. verbo *Confessor*, 3. num. 26. allegans Cardin. Syluest. *Confessor*, 2. num. 4. Deinde Regulares omnes de diocesi solùm intra diocesim possunt admittere ad Pœnitentiæ Sacramentum: Parochi verò solùm suos Parochianos absoluerè possunt etiam extra diocesim existentes: quia in his quæ sunt sine strepitu iudicij & sub silentio, nullius iudicij territorium, leg. 2. ff. *De offic. Proconsul.* & facit quod notat Panormitan. in capite *Cum contingat*, de foro compet. & ita docet Cardinal.

26. Nec obstat argumentum adductum num. 14. quòd videlicet Concilium tantùm exigat, approbationem debere præmitti, & quòd saluati videantur propriè verba illius, vnicui tantum approbatione interueniente. Quod, inquam, non obstat: iam enim diximus num. 18. potestatem Legislatoris seu successoris superioris ex sui natura ad id se extendere, quòd leges & acta ab aliis Legislatoribus seu Superioribus lata possit reuocare. Vnde cum Trident. non restringat posse successorem Episcopum licentias ab alio concessas reuocare; id tamen poterit iuxta naturam Legislatoris, & noui gubernatoris saxe diocesis. Et quamuis verba Concilij verificentur strictè & propriè ob solam vnam examinationem, illud verum erit quando approbatio non fuerit reuocata à successore Episcopo: quando autem irrita sit, nulla manet approbatio, sed solùm fuit. Vnde auscultans Confessiones reuocata approbatione, non dicent illas excipere approbans, sed qui fuit olim approbatus. Sicut qui beneficium parochiale habuit, non poterit confessionibus incumbere; cum non verificetur quòd Parochiam habeat, sed solùm quòd habuerit. Concilium verò beneficium actu Parochiale exigat: vt docet Suarius tom. de *Pœnitentia*, disput. 28. sect. 7. num. 8. in fin. & sect. 4. num. 2. & 10. expressus. Reginaldus lib. 1. *Prax.* cap. 16. num. 190. Henriquez lib. 6. cap. 6. num. 3. Campanil. Rubr. 12. cap. 13. num. 55. Manuel Rodrig. in additio. ad Bull. §. 5. numero 4. contra Villalob. in sum. tract. 9. difficult. 55. num. 5. & Arholled. in *pract. Sacram.* notab. 3. littera B. probabile censens posse auscultare confessiones qui habuit beneficium curatum quamuis actu non habeat, postea tamen subdit, illam opinionem nequaquam posse in praxi obseruari ob periculum irritandi Sacramenti. Sed quid sentiendum sit de hoc, iam satis diximus disputatione 44. numero 1. 13. & 14.

27. Nec obstat dicere, quòd si secundùm ius commune Regulares non habeant approbationem perpetuam, nec presentationem, vt probatum est num. 14. & 15. ad quid Gregor. III. reduxit constitutionem Pij V. ad terminos iuris communis & Concilij Tridentini? Satis enim fuisse redaxisse ad terminos Concilij. Non, inquam, obstat: nam cum Concilium ad confessiones tantum exposcat approbationem ab Episcopo, si iam solum ad terminos Concilij esset reducta constitutio Pij V. posset merito arbitrari quilibet Regularis ei opus non esse ad audiendas confessiones, à suis Præfatis licentiam quoque efflagitare. Vt

igitur huiusmodi suspensionem amoueret Gregorius XIII. decreuit licentias confessionum reducendas esse ad terminos Concilij & iuris communis: vbi iuxta Clementin. *Dudum*, & Extrauag. *Super Cathedrali*, & *Inser cunctas*, licentia habenda à Præfatis Religionum desideratur, quam non petere & habere crimen esset inobedientiz; licet confessiones essent validæ ex sola approbatione Episcopi ( nisi per statum Religionis approbatarum à Papa aliter esset decretum, vt refert Rodrig. 1. tom. 99. regul. quæst. 60. art. 1. Miranda 1. tom. manualis 9. 45. art. 12. Laurentius de Peirinis infra vocandus.) Nam cum ad excipiendas validè confessiones sit edita iam lex per Concilium sess. 23. cap. 15. decernente condiciones requisitas, quicumque eas impleuerit, capacitatem consequetur ad validè absolueudum. Quandoquidem ergò in Concilio solum petatur approbatio ab Ordinario, Regularis ab illo approbatus habilis erit ad confessiones validè excipiendas. Item cum Sacerdos Regularis potestatem habeat Ordinis, nec illi deficiat ad audiendas validè confessiones nisi potestas iurisdictionis; illam autem possit transferre Episcopus respectu sui gregis: sit omnia requisita habere Regularem approbatum ab Episcopo ad excipiendas confessiones secularium, etiam contradicente proprio Præfate: vt bene Villalob. tract. 9. difficult. 50. num. 3. Valerius in *differentijs inter virumque forum*, verb. *Confessor Sacramentalis*, differentia 2. num. 2. Angel. de *Confess.* art. 8. difficult. 8. fol. 290. Laurentius de Peirinis de *Relig. subdit.* quæst. 1. de *obedientia*, cap. 21. concl. 2. Miranda tom. 1. *manualis præl.* quæst. 45. art. 12. conclus. 2. Graff. 1. parte summ. cap. 13. num. 88. sibi contrarius 1. tom. conf. lib. 5. conf. 1. num. 10. Sotus 4. sentent. distinct. 18. art. 3. ante fin. Et valere absolutionem quando expressus consensus Præfati Regularis non adesset, cum expressus dissensus abesset; docet Campanil. Rubr. 12. cap. 13. num. 58. allegans Conradum in *resolutione casuum*, 1. parte, cap. 66. & 2. parte, cap. 68. & iste Confessum, vt refert ipse Campanil. Verum quamuis expressus esset dissensus, arbitrator valere Sacramentum propter adductas rationes: ob quod desero Ludouic. Lopez 1. par. cap. 26. vers. *Rursus*, Paludan. in 4. distinct. 17. quæst. 4. art. 3. num. 16. Nauarr. cap. 4. num. 2. id non admittentes, quando esset expressus dissensus, bene tamen quando non adesset expressus consensus. Quod etiam docet Henriquez lib. 6. cap. 6. num. 6. qui videri potest in Commento, vbi plura adducit. Ob quod minimè assentiendum reor Ludouico de S. Ioan. in summ. 1. part. tract. de *pœnitentia*, quæst. 6. art. 3. dub. 7. fol. 457. cessenti ex prohibitione Præfati reddi nullas confessiones: id prohibenti ex Clement. *Dudum*, quæ neuiquam fauet. Vnde ipse infra quæst. 9. art. 3. dub. 2. fol. 517. sibi aduersatur, docens futuras esse validas confessiones contra Prælatorum voluntatem admissas. Et à fortiori validæ ibunt confessiones peccatorum venialium, aut mortalium iam confessorum, cum ad horum peccatorum confessionem excipiendam nullam requiri approbationem sit vniuersis notum, vt bene notauit Laurentius de Peirinis de *Religioso subdit.* quæst. 1. de *obedientia*, cap. 21. Aduertens crimen mortale fore talium auscultare confessiones, si sub mortali à superiore iussu iret, eas non excipi, veniale verò, si sub veniali præceptum extaret. Idemque docent Medina C.

de confessione, quæst. 34. §. si quæras, Nauarr. in summa capite 4. numero 6. Reginaldus in prax. lib. 12. num. 196.

28. Nec colligitur ex nostra sententia inferri frustranea fore Regularium priuilegia, si ab Episcopo possent approbationes illorum reuocari, eo quod in illius potestate esset semper quando uellet, efficere quod Regulares non exciperent confessiones, approbationes, uidelicet, eorum reuocando, eo quod parum referat quod tunc priuilegium solum indirectè reuocaretur. Nam si uerè Regulares absque Episcopi approbatione incumbere confessionibus non ualent, potestas ad illas auscultandas auferretur te ipsa reuocata approbatione: & par damnum sentit Regularis ex reuocatione indirecta priuilegij, siue directa. At hoc non sequitur ex nostra sententia, nam Regularium priuilegium non solum conceditur ad auscultandas Confessiones; sed etiam ad absolueudum à casibus seruatis Episcopis, quamuis poenitentes Bulla non fruuntur, supposito tamen semper, quod approbatio Episcopi interueniat, ex plurimum, ut uidimus num. 25. Et item priuilegium traditur ad commutanda uota (tribus tamen semper exceptis, uidelicet castitatis, religionis, & uitamarini) imò & ad dispensanda in personis Bulla carentibus etiam exita confessionem. Præterea posse Regulares S. Benedicti dispensare in omnibus censuris seruatis Episcopis, refert Rodriguez in explicatione Bullæ, §. 10. mihi num. 135. Et Regulares S. Francisci ualere dispensare in omnibus uotis, in quibus possunt Episcopi, excepto peregrinationis duarum dierum num. 140. ubi alia plura priuilegia Religionibus concessa refert. Quæ omnia etsi cessent reuocata approbatione, non propterea iudicandum est priuilegium esse inane: quia non præsumit Pontifex quando donat priuilegiū sub onere approbationis habende ab Episcopo etiam successore, ipsummet Episcopum approbationem reuocaturum pro solo suo nutu, sed quando id necessarium fore iudicauerit ad quietem suæ conscientie stimulatæ suspitione uehementi plures esse in sua diocesi confessarios ignaros. At in hoc casu etiam uelle Pontificem licentias reuocari & remoueri confessarios imperitos, nemo prudens dubitabit: cum illi tradita sit potestas in ædificationem, & non in destructionem animarum. Omitto, quod iugum examinandi Confessarios non tam suaue sit, quod suspicari quis possit assumendum esse ab Episcopis pro solo suo nutu, & ex abrupto, siue ob solam emulationem ad Regulares, qualiter ipsi aliquando arbitrantur.

29. Imo quamuis pro solo suo nutu reuocet approbationes Episcopus; quod posse facere diximus num. 23. frustranea non debent iudicari priuilegia: sicut nec priuilegium Bullæ inane dicitur quoad clausulam eligendi confessarium, eo quod possit Episcopus pro suo nutu licentias secularium Sacerdotum reuocare: sed solum sequitur alia priuilegia non aded esse absoluta ac forent, si independenter ab Ordinarij approbatione fuissent concessa. Frustraneum enim priuilegium tunc solum dicitur, quando non absolute, nec etiam posita conditione in ipso petita potest aliquid operari. At priuilegium regularium existente approbatione Episcopi ad plura se extendit, quæ non posset Regularis efficere deficiente priuilegio.

Sanchez Selecta.

Nec inferitur, ideo non posse Episcopum reuocare approbationes Regularium, quia in originali Bullæ Cruciatæ asseratur posse eligi in confessarios Regulares semel approbatos, ut uidetur constare ex clausula allata à Doctoribus disputationum oblatarum Philippo IIII. pro Regularibus (in lite inter serenissimum infantem Cardinalem & Regulares circa petitionem noui examinis ad audiendas confessiones) quæ huius est tenoris (quem in originali uidi:) *Conceditur ut possint eligere Confessorem secularem, uel cuiuscumque Ordinis, etiam Mendicantium Regularium ex ijs qui ab Ordinario, & quoad Regulares semel tantum approbati fuerint. Quod intelligi necesse est, quamuis approbatio reuocata sit; aliàs pari priuilegio fruenterent Sacerdotes seculares cum Regularibus, cum illi etiam possint eligi semel approbati, & nondum reuocata approbatione. Quo argumento conuictus est Vazquez tom. de poenitentia, quæst. 43. art. 3. dub. 5. num. 3. ut assereret approbationem Regularium irreuocabilem esse ab Episcopis. Imò cum ipse arbitretur, ut uidimus num. 22. Regularium approbationem esse irreuocabilem ex iure communi, addit consequenter non dari in Bulla nouum priuilegium, dum dicitur, quod semel approbati Regulares possint eligi in confessarios, sed solum uelle Pontificem declarare id quod ex iure licitum erat, & propterea expressit in priuilegio obseruandum. Docent etiam in Bulla dari priuilegium irreuocationis, Ledesma 1. part. summ. tract. de Poenitentia, cap. 13. circa fin. conclusione 1. §. La primera dificultad es, & §. A esta duda. Rodriguez in exposit. Bullæ, §. 9. num. 31. & in addition. ad §. 9. num. 2. Gomez in explicatione Bullæ, clausul. 8. num. 10. §. in qua questione. Vivald. 1. parte, de absolut. fol. 122. & se uidisse Cardinalium declarationem circa hoc, refert. Quam etiam adducit Rodriguez tom. 1. qq. regul. quæst. 95. Ochagania tract. 2. de Confess. quæst. 40. §. Quæret aliquis. Henriquez lib. 7. de indulgent. cap. 12. §. 4. Non, inquam, inferitur ex hoc, Episcopum non posse approbationes Regularium reuocare. Nam cum Bulla sit illa quæ lingua uulgari traducta duobus argenteis comparatur, signata uidelicet chirographo Commissarij Generalis Cruciatæ, illis tantum priuilegijs poterit uti accipiens illam, quæ ibi continentur, ex clausula: *Por quanto vos N. distes de limosna dos reales de plata por esta Bulla, gozeis de todas las gracias, y priuilegio, contenidas en ella. Igitur quantumcumque in Latino originali continetur priuilegium aliud, si tamen illud non includatur in Bulla traducta, nihil proderit suscipienti eam. Habet enim Commissarius Generalis facultatem traducendi, & interpretandi Bullam originale: cuius declarationis esse standum aduertit Henriquez lib. 7. cap. 29. num. 3. Rodriguez in explicatione Bullæ, §. 9. Omitto, quod priuilegium illud eligendi confessarium semel approbatum non est priuilegium Regularium, sed poenitentium Bullam suscipientium. Ex quo colligere ad summum solum possent aduersarij, Regularem semel approbatum audite confessiones ualere habentium Bullam: at respectu non habentium, unicum approbationem minimè sufficere, si sit reuocata. Vnde fit, saltem debere fateri Regulares, posse Episcopum reuocare approbationes, quas habent ad audiendas confessiones non habentium Bullam.**

Hinc deducitur, optimè posse serenissimum

Y y

Infan

Infantem Cardinalem Administratorem perpetuum huius Toletanæ diocesis reuocare approbationes Regularium ab Antecessore factas, & compellere ad nouum examen, dato, quod ipsi Regulares uelint confessiones aufcultare. De quo uelut modo contentio, proponentibus Regularibus non posse ad id se contrungi ob sua priuilegia: & ad eum statum res deuenit, ut non audire confessiones de facto elegerint Regulares, eod quod maximè tenentur examinari.

32. At sane uehemens iudicium est, Regulares esse maximè dubios de valore suorum priuilegiorum quoad hoc, & formidare iuxta ea operari. Nam si ualida esse arbitrantur, & tuto illis ui posse, quamam ratione succumbunt ordinationi, uidelicet quod aut iterum examinentur, aut à confessionis munere desistant? Aliudne sit circa Sacerdotes seculares, quam illos compellere ad nouam examinationem, uel ad officij cessationem? Cur igitur cessant Regulares à confessionibus? hoc enim uerè uinci est, & non uincere. Satis quidem effect ipsi sua priuilegia tutari, si ualida esse existimant; & contra quamcunque ordinationem confessiones aufcultare absque nouo examine.

Imò ad ius suum illatum seruandum sub peccato restrictos esse Regulares (dato quod uerè læti se sint rati) iudico: cum id ipsum ius seu priuilegium excipiunt confessiones absque successione examine non sit persona, sed communitatis, cui renuntiare non potest: ut constat ex cap. *Si diligenti*, de foro compet. & in cap. *Placuit ei* 2. quæst. 11. & in cap. *Coniungit*, 1. de sentent. excommunic. & cap. *Cum tempore*, de arbitria. Et consentiunt uniuersi DD. eod quod priuilegium concessum communitati non reputetur uicè fauor pro successoribus, sed ius acquisibile, cui cedere non possunt primi priuilegiati in damnum successorum. Triadunt Didacus Perez, lib. 3. tit. 1. l. 2. pag. 467. Rodriguez 1. tom. 99. Regul. quæst. 36. artic. 10. Zerol. in *praxi Episcop.* 1. parte, §. *exemptio*, uel sicul. 6. Fuscus de *uistat.* lib. 2. cap. 20. num. 21. & dicitur Rodriguez in *addit. ad Bul* §. 9. num. 43. Henriquez lib. 7. cap. 25. num. 1. referens alios Suarez lib. 4. *defens. fid. ad Regem Angliæ.* cap. 31. Cenedo in *praxi.* quæst. 26. num. 9. referens Viuald. de *absolution.* num. 49. quem ingenite non potui, in edit. 1. anno 1602. docet in terminis Ludouicus de san Iuan. 1. parte summ. quæstion. 9. art. 2. dub. 7. fol. 515. Et generale est prælatum qui potuit quære Ecclesiæ & non quæsiuit, teneri ad interessè argumento textus in l. *Quidquid*. C. de *arbitr. iur.* Rebuffus in compendio alien. num. 31. & 32. Mandos. de *signatura gratiæ*, tit. de exemptione ab Episcopo, §. *Amplio etic.* Sarauia de iurisdictione adiuutorum, quæst. 27. num. 10. similiter ergo in nostro casu.

Et namque ratione qua Episcopus ius suum conseruare tenetur, & nullas præeminencias officio annexas nullas facere; pari modo Regulares ius suum, & præeminencias seruari suis successoribus tenebuntur. Cum igitur nou audiant confessionibus vacare Regulares, signum est priuilegiis nullis ad id inuari.

33. Et quamuis Regulares ob continuationem ministerij confessiones absque nouo examine, uel seculares penitentes ob intentatam confessionem excommunicarentur, nullo modo ligarentur, cum ius suum seruent, & opinionem sapien-

tibus uisam probabilem sequantur, cum certum sit quod quando quis operatur iuxta opinionem probabilem, non delinquat. Vbi autem non est crimem lethale; excommunicatio saltem maior non habet locum, ut bene Sancius lib. 9. de *matrimonio*, disput. 3. 2. num. 29. Suar. tom. de *Censur.* disput. 18. sect. 3. num. 1. Auila de *Censur.* 2. parte, cap. 5. disput. 1. dub. 2. conclus. 1. & 2. Et consentiunt ferè uniuersi Doctores. Neque scandalum etiam passuum exortundum ferre possent Regulares præsertim uniuersos totius diocesis doctos reputet; nec ipsos acturos contra censuras ligantes sibi persuadeat. Vnde igitur scandalum? non apud doctos seculares, probè noscentes quod operantes iuxta opinionem probabilem censuris nequaquam ligentur; ut docet Vazquez tractat. de *excommunic.* dub. 11. num. 13. Sicut nec uinceretur non restituens ductus opinione à restitutione liberante: ligaretur tamen in casu quo à iudice superiori condemnatus esset ad restitutionem: ut rectè aduertit Auila de *censur.* 2. part. cap. 6. disputat. 1. dub. 2. conclus. 2. quia tunc iudex habet ius ad determinandam vnam, uel alteram partem. Et in hoc casu verificatur propriè dictum diui Gregorij dicentis, excommunicationem iustam uel iniustam esse timendam. Quod idem docet Sancius in summ. lib. 2. cap. 10. num. 57. Sot. in 4. distinct. 2. quæst. 1. art. 3. ante 2. conclus. Sayr. de *censur.* tom. 1. lib. 4. cap. 1. num. 21. Nec etiam scandalum esset apud vulgum, qui solùm sententias Doctorum sequitur. Solùm ergo timor aliquis timeri posset. Sed quid hoc, dum ex propria defensione oriatur? Omitto, quod solùm quando dubium uersatur circa factum, v. g. quando quis dubitat, an clericum percussit, timenda est excommunicatio: ut tradunt Azor tom. 1. lib. 2. cap. 19. quæst. 10. in fin. & quæst. 11. Sayr. *Clauis Regiæ*, lib. 1. cap. 13. n. 23. & 24. Non uerò quando est dubium circa ius, uidelicet cum uersaretur Doctorum opinio, an in iure sit excommunicatio illum casum completens, & quando ius est dubium, non posse iudicare excommunicationem, uidetur colligi ex eo quod illa ex iure procedat tanquam ex causa statuentem illam incurri. Vnde si ius est dubium, nequit suum effectum determinatè producere. Item cum lex non obliget ante sufficientem promulgationem, & ius dubium non censetur sufficienter promulgatum, fit non obligare. Et in dubio iuris non ligare censuram, docent Syluest. verbo *excommunicatio*, 2. num. 1. casu 15. Cordub. lib. 1. quæstion. quæst. 43. Paludan. in 4. distinct. 18. quæst. 1. art. 3. conclus. 1. Vazquez tract. de *excommunication.* dub. 11. num. 2. Bene aduertens, quod ut sententia excommunicationis nulla sit, sufficiat ita à sapientibus iudicari, nec requirit vulgum sic sentite; sed tantum opus esse, nullitatem uulgo manifestari à sapientibus. Imò nec etiam in dubio facti, siue iuris incurri excommunicationem, docet Sancius in summ. lib. 1. cap. 10. num. 56. & tom. de *statu Religioso*, lib. 6. cap. 3. num. 27. Quod non in dubio iuris, ob rationes proximè dictas, quod nec etiam dubio facti, probat ex eo quod semper sit melior conditio possidentis.

Nec scio, quam iuste se gerant Regularium superiores vetantes suos subditos examinari. Plurimi namque hoc non refugiant, cupientes omnino pro animarum zelo confessionibus operam dare

date. Contra charitatem igitur erit examen impedire. Ius enim eorum non defenditur impediendo Regulares examinari; sed in eo quòd confessiones auscultent quamuis non examinentur. Consultus ergo esset subditos liberos relinquit, vt quietiusque vellent, examen subirent: qui vero non, vel à confessionibus desisterent, vel privilegiis propriis viuentes penitentes reciperent.

35. Plurima tamen pars Regularium ingenuè fatetur, serenissimum Infantem Cardinalem iniquè nullo modo postulare ipsorum examen, palàm perspicuus defectus plurimos ab imperitiis committi: ac modam postulationis damnat. Quo verò iure, nescio, vrbaniatne & modestia deficit, vbi monito præcedit licentiarum suspensionem? & vbi suspenditur actus per spacium temporis, sine adducendi Regulares suauiter ad præsentum examen?

36. Sed vellent Regulares quòd in vnaquaque Religione proprii examinatores deputarentur ex ipsismet. At ex hoc clarum esse non quidem Episcopum, sed ipsos Regulares examinatores constitui, quis non videat? Prælati certè ad examinandum suos subditos tenentur, vt constat ex Clement. Dudum, de sepult. & Extravag. Super Cathedram, eodem rit. Nec monitione Episcopi egere debebant ad examen exequendum. Igitur Regulares coarctare Episcopum quòd non alios quam se ipsos deputet examinatores, æquum non est: nec ex opposito conqueri merito poterunt.

36. Neque item iustè verentur Regulares publicandam iri imperitiam examinandorum si extranei examinatores eligantur: ex hoc enim notam leuitatis illis inurunt. Tum quia si examinatores Regulares iustè essent suo munere functuri, imperitos sanè reprobare erunt constricti. Ex tunc autem quod examinari à confessionibus excipendis abstinere, satis illorum imperitia nota fieret.

37. At dicent, examen sæcularium Sacerdotum ad ipsos Regulares, tanquam ad examinatores remitti. Eadem igitur ratione contendent eligi examinatores suorum Regularium. Sed faciliè diluitur. Nam illud quod voluntarium est, potest fieri sic vel aliter absque alicuius iniuria. Omitto, quòd ex præmissis examine à Regularibus factò nulla maior certitudo potest capi ab Episcopo, quam si planè non examinentur Regulares. Quia cum Episcopus sciat, nullum Regularem posse audire confessiones, nisi præmissis examine à superioribus suis, posset iudicare omnes approbandos esse, qui modò existunt à superioribus approbari. Quòd si aliquos reprobarent, non ex iure Episcopi, sed ex proprio religionis iure fieret. Tenentur enim (vt diximus) superiores officio inhabiles reprobare,

38. Et verè beneficium non leue sit Religionibus examinatores extraneos deputari: excusantur enim inter illos molestæ preces, inimicitia, & alia ipsis nota.

39. Nec obest generaliter suspendisse serenissimum Infantem licentias: quia licet scripto generalis erat suspensio, factò tamen non fuit; cum ultra trecentos Religiosos approbatos ad confessiones refectauerit.

40. Neque item iustè conqueruntur Religiosi illam nempe examinationem factam fuisse absque

*Sánchez, Selecta.*

plena rei notitia, an videlicet essent sufficientes vel non, qui approbati remanescunt: sed solùm ad fortunam & casum: inde colligentes quòd non pauci ex approbatis sint multò minùs sufficientes, quam illi qui ad examen fuere constricti. Iniusta, inquam, est querela. Nam quilibet vir prudens cogitare posset, Definidores, Lectores, Visitatores, Priores, Magistros, & aliquos notos Prædicatores esse sufficientes: & hos omnes exemptos, & tanquam approbatos habuit Serenissimus Cardinalis. An ne ipse existimare poterat huiusmodi officia tradi hominibus indoctis? Magis sanè ex tali iudicio iniuriarentur Regulares. Quòd si inter illos nominatos nonnulli inhabiles reperiantur, non tam culpa fuit Serenissimi Cardinalis illos nominare tanquam sufficientes, quam ipsorum Prælatorum consentientiū illos muneri confessionis incumbere absque debita sufficientia. Tenentur equidem Superiores religionum personas dignas, & scientia præditas eligere præsentandas coram Episcopo ad confessiones, vt constat ex illa Clement. Dudum, de sepult. vbi sic dicitur: *Ac deinde presati Magistri, Priores, Prouinciales & Ministri Ordinum prædicatorum, eligere studeant personas sufficientes, idoneas, vita probatas, discretas, modestas atque peritas ad tam salubre ministerium & officium exequendum, quas sic ab ipsis electas præferent; vel faciant presentari Prælati, vt de eorum licentia, gratia, & beneplacito in ciuitatibus, & diocessibus eorandem huiusmodi persona sic electa confessiones, sibi volentium confiteri audiant, imponant penitentias salutaris & beneficium absolutionis in posterum impendant.* Ecce constrictos esse Prælatos insufficientes personas non præsentare Episcopis ad consequendum confitendi munus. Quòd item decretum est à Bonifacio VIII. in Extravagant. Super Cathedram. Et à Benedicto XI. in Extravagant. Inter cunctas. Et ex charitate saltem impedire tenentur, ne personæ ineptæ & minùs sufficientes, confessiones auscultent, ob vitanda damna, & errores potentes ex imperitiis enasci. Quòd si fortè aliqui Magistri non mansere exempti ab examine, fortassis fuit obliuio ob tantam negotiorum molem.

41. Et inane est verè inconueniens à Regularibus inuentum, & adductum in memoriali, siue disputatione oblata Regi in iuris sui defensionem: videlicet, si examinentur, ob ipsam examinationem exponi periculo examinatores, approbati indignos & reprobandi dignos; eo quòd plures qui insufficientes sunt, audaciores & animosiores in respondendo aliquando reperiantur; qui quasi fausfacientes interrogacionibus approbati euaderent: E contra verò alij docti propter modestiam (y correddad, ita dicunt) non promptè respondentes absque approbatione abirent. Inane equidem est. Si enim qui insufficientes sunt, interrogacionibus satisfaciunt & promptè, meritò pro illo actu (si aliàs examinatores illos non agnoscant) magis sufficientes iudicabuntur, quam alij qui minùs promptè respondent. Tum quia periculum errandi in his qui sufficientes sunt, & è contra fors satisfaciendi ex fortuna, aut ordinato discursu in his qui existunt minùs sufficientes, in quacumque examinatione reperitur. Et inde probant nunquam fore examinandos Regulares, imò nec sæculares Sacerdotes. Tum quia nemo examinatorum ad solam promptitudinem

respondendi attendet, sed ad laborem datum studijs, qui ex responsionibus colligitur; & ad iudicium prudentiæ, & rectum discursum: vt aduentu Henricus lib. 6. cap. 32. Omitto, quòd difficile creditur sit, responsuros sæpe promptius ignorantes, quàm sapientes. Et iniuria non leuis sit examinatoribus, si de illis quis suspicetur, malè affectos fore in Regulares: graue namque crimen iniustitiæ committerent, dignos reprobando; & operantur contra charitatem debitam fidelibus auferendo ministros penitentia, qui illorum confessiones excipere possent.

42. Nec à se solo motus processit Serenissimus Infans Cardinalis, licentias Regularium reuocans: ductus namque fuit ab aliquibus Religiosis grauius & prudentibus, qui zelo salutis animarum pleni id esse maximè necessarium asseruerunt, palam perspicientes defectus & errores à pluribus imperitijs regularibus in confessionibus nimium admissos. Nec minus pauci erant inhabiles Sacerdotes seculares, vt fatemur at ob id etiam examinandi, vt de facto fieri videmus.

43. Præterea impossibile non est mandatum Serenissimi Infantis circa examen Regularium ad executionem de facto deduci (vt obijciunt Regulares) ex eo quòd tam numerosa plebs qualis est ista Curia Martii, paucis confessariis minimè esset contenta. Nam si ipsi examinationi faciendæ non resisterent, & statim ad edicti publicationem examinari inciperent, plurimi iam reperirentur examinati in fine termini; quem prorogaret Serenissimus Infans, si opus esse conspiceret. Tum quia plures examinatores ad id deputarentur. Tum quia plus quàm trecenti Regulares approbati à Serenissimo Infante remanserunt: & plus quàm alij trecenti seculares Sacerdotes ad minus approbationem habebant tempore quo publicatum fuit edictum; qui omnes pro paruo tempore aliorum defectum possent supplere. Tum etiam, quia ad Regulares non attinet hunc defectum (vt ipsi arbitrantur) per resistentiam ad examen impedire; sed ad summum per monitionem.

44. Nec alius momenti est, ex acceptatione huius mandati sumptuosam occasionem cæteros Episcopos reuocandi licentias. Nam si id esse necessarium, vel magis vtile putent, quare iudicandum est inconuenienter reuocationem fieri? Et verè si Regulares prompti extitissent examinationi quoties saltem à successore Episcopo præcipereut fieri, dissentio nulla esset; nam tota nascitur ex resistentia. Experti iam sunt ipsi sæpius noua præcepta subire & ordinationes in electione cuiuslibet noui Prouincialis: & tam durum iugum illius videtur esse in creatione noui Episcopi nouam examinationem subire? Quòd si præcepta à suis provincialibus iniuncta non recusant, quia illorum superiores sunt, agrè ferentes ab Episcopis cogi ad examen qui id non potest; non iam ad inconueniens ab ipsis adductum est recurrentum, videlicet, quòd ingens onus esset à quocumque Episcopo compelli: sed tantum ad id, quod nisi à suo superiore non possint obligari.

45. Et similiter nullius momenti est dicere, fore necessarium vitare scandalum fidelium, qui Sacramenta frequentare desinerent, si alijs quàm

solitis confessariis subiicerentur. Scandalum enim propriè illud est, quo quis ex suo verbo, vel facto alium inducit ad peccatum, vt docet D. Thomas 2. 2. questione 43. articulo 1. & ibi interpretes ac vniuersi Summissæ verbo, *scandalum*. Et nos plura de scandalo diximus disputatione 46. à numero 6. & numero 11. At ex eo quòd Serenissimus Infans Cardinalis vti velit iure suo Regulares examinando, minimè à Sacramentorum frequentatione auocat fideles: liberum est enim illis quærere Confessarios approbatos, quòd si nolint, sibi impudent, aut suis Confessariis recusantibus examinari.

46. Quòd si alij Episcopi intentantes examinationem Regularium illam non sunt consecuti, minimè euenit ex eo, quòd ius non haberent, sed quia non semper proprium ius illæsum seruatur, præsertim quando iis à potentibus sustinetur. Omitto, quòd aliqui Episcopi ex nominatis in disputatione tradita ab ipsismet Regularibus Maiestati Philippi IV. in fauorem eorum, consequuti sunt intentum, & de facto examinarunt Regulares. Ad me verò hæc ostendere non attinet, sed ad Serenissimum Infantem in sui iuris defensionem.

47. Et cum probatum iam sit, habere Episcopum ius examinandi Regulares semel approbatos, idque in fauorem successorum Episcoporum: fit teneri eum in conscientia, pro vitibus conari illud ius illæsum seruare, eisdem rationibus quibus numero 32. diximus esse restrictos Regulares (ex suppositione, quòd reuera ius suum lædi arbitrentur) non cessare à confessionibus, sed adhuc, licet non iterum examinatos illas audire. Quòd si Episcopus iudicet opinionem Regularium contententium non posse cogi se ad nouum examen, esse probabilem, poterit turo à tali compulsionem cessare; nec tunc successores iustæ querelæ causam habebunt; cum id omiserit Episcopus ex sibi viso probabili iure Regularium, & consequenter ex legitima causa. Eadem itidem ratione Regulares duci poterunt ad subiiciendum se examinationi, si fortè arbitrentur Episcopi opinionem esse etiam probabilem, & ius verisimile habere ad examinis coactionem.

Fateor tamen me Regularium opinionem non putare probabilem ex principijs intrinsicis, cum nec ex iure communi, nec ex Tridentino ab examine excusentur; neque id conuinci possit Cardinalium declarationibus pro illa opinione adductis; quæ nec in forma authentica adducuntur, & alia ex diametro oppositæ referantur, vt vidimus numero 1. Si verò habent aliud nouum priuilegium post Concilium, ostendant illud: vsque modò non est ostensum in disputationibus illorum. Ex principijs tamen extrinsecis, id est, ob authoritatem Doctorum propugnantium, turo illam sequi possent Regulares, si alijs haberent probabile fundamentum in Clementina & Extrauag. vt attentius considerantibus liquidò satis patebit. Quamuis plures etiam negent, posse aliquem adhærere opinioni aliorum quam censet esse falsam, contra propriam suam, vt diximus latè disputatione 41. numero 7. licet fundamentum opinionis, quam putat falsam, sit probabile, & non euidenter falsum.

48. Moneo nihilominus, quòd quamuis opposita

ita sententia plures habeat Authores, quia tamen omnes illi in iustissimo nituntur fundamento, videlicet quod ex iure communi irrevocabilis sit Regularium approbatio, quod iam est confirmatum numero 16. 17. & 18. sit iudicandam esse illam opinionem tanquam non habentem pro se aliquem patronum. Et quia minoris ponderis sunt censendi plures Authores malè sano nixi fundamento pro aliqua opinione, quam vnus pro alia, qui vero fundamento fulcitur. Et vt bene aduenit Cened. quæst. practic. quæstione 8. numero 3. maior fides adhibenda est Doctore ex professo disputandi aliquam materiam, quam pluribus obiter illam attingentibus. Abb. in cap. *Bona*, cl. secundo, numero 30. versic. *Sed mihi plura placet*, de postul. Prælator. Marc. Anton. Cotrat. Aymon. Crauet. Paris. adducti ab ipso Cenedo.

49. Et sanè nostra sententia, & ius Serenissimi Infantis Cardinalis ad examinandos Regulares fortius & magis manifestum declaratur, postquam ipsi in defensionem sui iuris tres disputationes (quas vidi) aut plures in lucem edidèrunt. Cum enim Authores illarum graues sint, eruditi, & docti, & credatur etiam doctiores ex Regularibus ad illarum disputationem robur adiuuasse suis studiis & doctrinis, sit, si res esset capax legitimæ defensionis, & vera, nullum, quantumuis doctum, potentem fore illorum argumentis planè satisfacere: sed verò cum faciliè diluantur, argumentum est ex defectu veritatis materię quam assumunt Regulares probandam, prouenire; non verò Authorem qui de longè maioribus, si vera essent, posset convincere.

50. Hactenus quæ dicta sunt, locum etiam habent respectu Sacerdotum Ordinum Militarium; ipsi enim cum verè & presèntè Regulares sint (vt dicemus disputatione sequenti, numero 9.) ad examen subeundum erunt constricti ob determinationem Concilij Tridentini, nisi ad non comparandum examinationi per Episcopum implenda habeant speciale priuilegium adeptum post Concilium: quod si sint consecuti, ostendere opus erit.

51. Ex dictis tora hac disputatione infertur, omnino improbabilem esse sententiam illorum qui censent posse Parochum concedere facultatem simplicii Sacerdoti ad excipiendos suorum Parochianorum confessiones. Quicquid in contrarium plusquam falsò dicant Ledesm. 1. tom. summe, de sacramento *Pœnitentię*, cap. 12. immediate ad quinam conclusionem, folio mihi 223. & Ludouicus de San Ioan in summa, quæstione 7. articulo 2. de *Pœnitentiã*, difficultate 12. fol. 450. de verbo ad verbum transcribens quæ dicta fuèrunt à Ledesma. Horum autem Doctorum friuolum fundamentum satis solum manet ex dictis numero 16. & sequentibus. Et tantò magis eorum opinio fugienda est, quatenus iniquant illam esse opposita probabiliorum in iure, & posse satis tutò sequi, ipsam tamen sectari, (licet daremus illis gratis aequaliter esse probabilem) esset contra charitatem & iustitiam, vt diximus disputatione 44. numero 13. & 14. ob periculum irritandi Sacramentum inficis pœnitente: quod animaduertere debuissent præfati Doctores, & exinde tam amplam facultatem prædicta opinione vtendi non præstitissent.

52. Nec consequenter loquuntur prædicti Doctores, si ex propria sententia loquantur, inquieres, posse Episcopum punire confessarios ex sola Parochi licentia excipientes confessiones, eo quòd opinio Episcopi etiam probabilis sit. At vt diximus disputatione 44. numero 27. nullus est dignus pœna nisi ob culpam, leg. *Si priuatur*, ff. *Ad legem Aquiliam*, cap. *Satis peruersum*, distinctione 56. cap. *Inuentum*, 16. quæstione 7. & cap. *Gesta*, distinctione 74. Cum ergo fateantur ipsi, non peccatorem simpliciter Sacerdotem absoluentem illa opinione nixum, sit nec etiam dignum pœna reddi. Et quamuis aliquando etiam puniatur aliquis ob causam, licet non interueniat culpa, vt dicitur in regula iuris in 6. 23. *Sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus*: & sic bigamus aut deformis, vel leprosus Sacros Ordines suscipere prohibetur: at in hoc casu causa à culpa separari non potest, vt diximus illa disputatione 44. dicto numero 27. Vnde si non inuenitur culpa, nec causa ad puniendum inrecedet. Quod optimè confirmat Vazquez 1. 2. tomo 1. disputatione 64. numero 13. vbi ait, quòd si causa vtriusque Regis litigiosa sit & vtrinque probabilis, non poterit vnus Princeps in alterum bellum mouere, etiam si ei videatur ius suum, quod habet ad Regnum probabilius, eo quòd bellum est actus iustitię punitiue infligentis pœnam, & punientis rebelles: nemo autem censi debet dignus pœna & rebellis, si propter opinionem suam probabilem qua credit ius aliquod ad Regnum sibi competere, non sinat alium Principem propria sua auctoritate Regnum illud occupare propter oppositam opinionem debellantem. Quæ ratio ad propositum efficax est, quamuis, quatenus inquit Vazquez bellum esse actum iustitię punitiue semper, ab illo discedam, vt dixi disputatione 44. numero 58. Solùm namque bellum aggressiuum iustitię punitiue induere naturam, non tamen defensionium iuris proprii ibi statuimus.

53. Nec diximus ex propria sententia disputatione 43. numero 34. posse iudicem torquere reum renitentem fateri delictum semiprobatum, imò oppositum semper censemus. Sed tamen, quia iudex est cognoscat reum non constrictum esse fateri, adhuc cognoscit simul adesse aliquorum opinionem docentem posse torquere, & posse punire actionem quæ ex opinione iudicis est delictum, quamuis ex opinione rei minimè sit scelus, torquere posse iuxta aliorum opinionem retulimus. At hanc opinionem veram non esse contendimus. Quia falsò asseritur posse puniri actionem quæ solùm sit peccatum ex opinione iudicis, si aliàs illi constet peccatum non esse, pro vt sit à reo, aliàs puniretur reus per se propter peccatum à iudice excogitatum, & non propter scelus commissum ab ipsomet reo: quod iniquissimum esset. Quod satis confirmatur ex dictis, disputatione 33. numero 34. vbi resoluimus teneri confessarium absolvere pœnitentem, quamuis nolit cessare ab eo quod iuxta ipsius confessarii opinionem est peccatum, dum crimen non sit iuxta ipsius pœnitentis opinionem: & huius rationem reddimus, quia cum cognoscat confessarius minimè delinquere pœnitentem in eo quod agit, vel non agit, dignus non est pœna illa, videlicet negatione absolutionis: quæ sanè

ratio pariter in nostro casu procedit, quod scilicet puniri non possit ab Episcopo qui iuxta opinionem probabilem absolvit, cum nec eum tunc delinquit, sicut nec poenitens confessario non pariendo. Nec minoris momenti est iurisdictio fori interioris quam exterioris, ut in interiori facultatem non habeat confessarius puniendi poenitentem denegatione absolutionis; habeat tamen Episcopus respectu confessarii iuxta opinionem probabilem absolvendi.

At dices, plura posse fieri in foro exteriori quae in foro interiori locum non habent, & ob id Episcopo erit licitum in foro exteriori confessarium illum punire, quamvis simul cognoscat eum non admisisse culpam confessiones iuxta probabilem opinionem excipiendo. Opus omnino esse hoc explicare iudicavi semper, ob id ex dicendis constabit quid ad hoc sit respondendum.

## AN FORVM INTERIVS & exterius semper debeant eodem modo iudicare?

### S V M M A R I V M.

*Authoris iudicium, num. 54.*

*Per accidens seu per errorem discordat aliquando forum exterius ab interiori, num. 55.*

*Decipiuntur plures Doctores putantes legem praescriptionis non conferre ius in foro conscientiae ad retinendam rem praescriptam, num. 56.*

*Peccat pristinus dominus auferens rem qua olim erat sua, ab eo qui eam legitime praescripsit, numero 57.*

*Legitime praescribens non tenetur eam restituere, quamvis postea cerio fiat, alienam fuisse, numero 58.*

*Praescriptio rigorosa & propria est per quam confertur ius dominij praescribenti. Praescriptio impropria est per quam solum denegatur actio repetendi illam in foro externo. Hoc bene notetur ad intelligentiam materiae de praescriptionibus, numero 59.*

*Quando per legem aliquam decernitur, quod iudex non cogat solvere debitum, quod debitor tenebatur solvere in foro conscientiae, forum exterius non debet iurare forum internum, nec propterea discordat ab illo, num. 60.*

*E contra poterit aliquando iudex cogere ad restitutionem agenda, quamvis in foro animae nulla restituendi obligatio intercedat, num. 61.*

*Nec propterea erit arbitrarium discordare forum exterius ab interiori proprie loquendo, numero 62.*

*Adducitur huius doctrina exemplum, numero 63.*

*Ante sententiam laetam à iudice ad plura non tenetur quis in foro conscientiae ad quae agenda, vel omittenda erit obligatus in utroque foro post laetam sententiam, num. 64.*

*Est lex pure poenalis ad solam poenam subeundam obliget. & non ad incurrendam culpam: tamen ex suppositione, quod instigatur à iudice, aderit obligatio in foro conscientiae eam poenam acceptandi, num. 65.*



VIA plures tam Iurisperiti quam Theologi dum alicui difficultati satisfacere non valent, ad differentiam inter forum interius & exterius, tanquam ad asylum seu ad legem *Non omnium*. ff. *De legibus*, confugiunt: operae pretium fuit mihi visum, quid in hoc sentiendum sit explicare.

### Authoris iudicium.

EX natura rei non ad distinctam rem agenda obligare potest forum exterius, quam interius obligaret. Et ad idem quod in foro animae interuenit obligatio agendi, premere debet forum externum ut fiat: nam exterius forum constitutum à Deo & à Republica non est ad novas obligationes hominibus inducendas, sed solum ad cogendum implere ea quae secundum conscientiam eis erat debitum efficere. Oportuit namque potestatem coactivam in Republica dari quae rebelles hominum conscientias compesceret ad id agenda ad quod rationis dictamine efficere constricti erant. Unde si homines operarentur quae in foro interiori agere tenentur, foro exteriori seu iudicum tribunalibus opus non esset. Sic quando forum exterius rei veritatem cognoscit, non aliter debet iudicare quam forum interius, ita ut non possit cogere hominem efficere illud, quod ex intimo foro operari constrictus minime erat.

Quapropter dum iudex cognoscit aliquem in foro interiori constrictum non esse rem restituere, ad illius restitutionem obligare seu cogere non poterit, aliis forum exterius discordaret ab interiori cognita veritate, quod iniquissimum esset. E contra cognoscens iudex esse obligatum illum in foro conscientiae rem domino reddere, an ad illius restitutionem inplementationem cogere possit, secundo loco examinabitur.

Discordat tamen aliquando forum exterius ab interiori per accidens seu per errorem; quia videlicet non satis probetur, obligationem, verbi gratia restituendi interuenire in foro interiori, & tunc sane iudex ad restitutionis inplementationem non premit, ne discordet à foro interiori. Porro forum exterius & interius semper eodem modo debere iudicare cognita veritate, & quod solum unum ab altero deuiat, quando exterius forum in falsa praesumptione fundatur seu in errore, docent optime Couarr. in cap. *Cum esses*, num. 7. de *testamentis*, Sotus lib. 4. de *iustitia*, quaest. 5. art. 3. verficulo *Quarto arguitur*, Ledesma 2. parte 4. quaest. 18. art. 1. dub. 12. fol. 127. Vazquez 1.2. tom. 1. disputat. 66. cap. 1. num. 3. Suarez de *confessio*, disput. 40. sect. 5. num. 16. Garcia 2. tomo de *beneficijs*, part. 9. cap. 1. num. 10. Nauarr. lib. 3. de *restitutione*, cap. 4. num. 121. Baldus *Authentic. Ingressi*, num. 49. *Codice de sacrosanctis Ecclesijs*, Sairus *Clauis Regia*, lib. 1. cap. 13. num. 24. Salas 1. 2. quaest. 21. tract. 8. disputatione vnica, sect. 18. num. 166. & sect. 16. num. 171. & sect. 25; num. 226. Sanchez lib. 1. de *matrimonio*, disput. 5. num. 20. ad medium & in summ. lib. 1. cap. 10. num. 11. §. *Tertia quia*, & lib. 2. cap. 23. num. 40. in fine. Layman tom. 1. folio 81. num. 8.

Ex quibus deducitur, decipi plures Doctores Iurisperitos, & theologos arbitantes praescriptionis

nis legem solum obligare in foro exteriori, & non interiori. Nec animadvertunt, præscribentem aliquam rem bona fide, non solum non cogendam fore à iudice illam restituere, verum nec in conscientia foro constrictum esse illam pristino domino reddere; habet namque Respublica potestatem auferendi dominum rerum ab vno, & ex causa transferendi in alterum, propter publicam pacem, vt scilicet contentiones, & lites cessent; vt bene docet Sarmiento in selectis cap. 10. Vazquez 1. 2. tom. 2. disput. 177. numero 65. Lessius lib. 2. dub. 17. num. 50. & 51. Couarr. ad regulam, *possessor*, parte 3. §. 2. num. 3. qui plures refert; Sorus lib. 4. *de iustitia*, quæst. 5. art. 4. Basil. de Leon lib. 6. *de matrim.* cap. 5. num. 3. & passim Doctores.

57. Ex quo subinfertur, peccatum contra iustitiam pristinam dominum auferentem rem, quæ olim sua erat, ab eo qui illam præscripsit bona fide, vt tetigimus disputatione antecedenti, numero 56. Quandoquidem probatum iam sit, præscriptionis legem in foro conscientia dominum transferte in bona fide præscribentem.

58. Adeoque verum est præscriptionem legitimam in foro conscientia conferre retinendi rem præscriptam; quod si post præscriptionem completam superueniat mala fides, adhuc rem non est constrictus restituere qui illam præscripsit, docet Couarr. lib. 1. *variarum*, cap. 3. num. 14. Glossa in cap. *vigilanti*, de *prescriptione*. & glossa item in regula *Possessor*, in 6. alia in cap. 1. 14. quæst. 6. alia in capite *si virgo*, 34. quæst. 2. alia in cap. 1. *de concessione præbende*, & probatur ex capite *ueniens*, de *prescriptionibus*, ibi: *Quia si consummata erat quando ab Alexandro Papa priuilegium impetrauit, iuri præscriptionis renuntiare videtur.* Docet D. Thomas quod lib. 12. art. 21. Imola in cap. final. num. 30. *de prescript.* Traquellus in tractat. *cessante causa*, limitatione 11. num. 16. Menochius *de recuperatione possessionis*, remedio 16. num. 17. Castro de lege pœnali lib. 1. cap. 5. Sorus lib. 4. *de iustitia*, quæst. 5. art. 4. conclusio 2. vers. *Et ratio est*, & quæst. 7. art. col. 3. §. *Quo fit*, Lessius *de iustitia*, lib. 2. cap. 6. dub. 17. num. 50. & sequentibus, Valerus de differentiis inter vtrumque forum, verb. *Prescriptio*, different. 6. Quidquid in contrarium doceant Bart. Ant. de Butr. Ioann. Andr. & summa Rosella, quos refert Couar. in regula *Possessor*, 3. part. §. 2. num. 1. Idem docet Alciat. in l. 3. *C. famil. hercisæ*. & alij absolute docentes, teneri ad restitutionem præscribentem, si post superueniat certitudo rem alienam esse. Et addit etiam teneri nisi intercesserit negligentia domini in re sua inquirenda, docent Adrian. in 4. quæst. 2. *de prescriptione*. Medina C. *de restitutione*, quæst. 18. Nullo tamen modo fauet huic sententia Gabriel in 4. distinct. 15. quæst. 14. artic. 1. in fine, quamuis Lessius supra allegatus dicat quod videatur Gabriel esse huius sententia. Vnde leges præscriptionis non statuta sunt in pœnam negligentia dominorum, sed vt bonum publicum, vt scilicet dominia rerum incerta non sint multo tempore, & ne lites bene infinita suboriantur, de quo Lessius supra.

Aduertendum tamen valde est, quod præscriptio alia est propria, & rigorosa, & est illa quæ à iure Cæsareo & Canonico approbatur, quæ non solum in foro externo, verum in interiori con-

ferret ius, vt iam dictum est, dum intercedat bona fides in præscribente. Alia est impropria, quæ potius negatio actionis repetendi coram iudice appellatur, quæ habetur quando aliqua lex statuit intra certum terminum repetendam rem esse coram iudice à vero domino: quod si non repetatur, denegatur actio repetendi, quantumcumque sit notum iudici malam fidem habuisse creditorem in non soluendo. Quæ sanè præscriptio impropria non tribuit ius in foro conscientia ad rem sibi retinendam, sed semper durabit obligatio eam reddendi vero domino. Et in hoc sensu intelligendus est Valerus de differentiis inter vtrumque forum, verbo *prescriptio*, different. 6. num. 3. dum ait, quod præscriptiones quæ sunt vel iuris ciuilibus sacri Canonibus non consentiunt, vel legum particularium regnorum, vel statutorum ciuitatum, quibus statuitur, ne post aliquot annorum decursus debitum peti possit, non conferunt ius in antiquo foro ad rem sibi retinendam. Quod si Valerus intelligat solum ex lego in iure communi contenta posse introduci præscriptionem propriam, nec habere vim inducendi præscriptionem legem alicuius regni particularis, aut ciuitatis, falsum asserit. Nam id quod ius commune statuit pro omnibus prouinciis, potest quicumque Rex in suo regno pro illius pace & bono stabilitate, nec minor intercedit obligatio in foro conscientia parandi legibus iuris communis, quam obtemperandi legibus iustis particularis regni vel ciuitatis, imò ius commune id statuit, quod videlicet quicumque Rex in suo regno, vel Gubernator in sua ciuitate leges condat, quibus tranquillitas conseruetur: dum ergo bona fides in præscribente intercedat, poterit Rex in suo regno, & in sua ciuitate legem præscriptionis propriae & rigorosae condere, quod videlicet transacto certo termino res maneant apud possidentem & illam efficiat suam in foro conscientia. Bona tamen fides, cum ex iure naturali debita sit, vt præscribens & possidens rem, eam efficiat suam, suppleri nequaquam poterit per ius positium. Vt ergo cognoscatur quando lex confert dominium rei præscriptæ, & consequenter ius in conscientia foro, vel quando denegat tantum actionem repetendi, verbis ipsius legis constare debet. Quando igitur in lege solum dicitur non petentem sibi debitum intra certum terminum, non posse transacto termino illud repetere, actio repetitionis coram iudice denegatur tantum, nec ob id obligatio naturalis restituendi rem alienam vero domino demittitur, vt ex leg. 9. lib. 4. Recopilat. titul. 15. de famolis, pharmacopolis, & aliis officialibus non petentibus intra triennium debitum illis salarium, &c. per hæc verba. *Mandamos que los que ouieren uinido con qualesquier personas deitos nuestros Reynos, sean obligados a pedir lo que pretendieren que se les quedare deuenido del salario y acostamiento que tuuieren de sus señores, o otro qualesquier seruicio que les ayen hecho, dentro de tres años, después que fueren despedidos de los tales señores; y que passados aquellos, no lo puedan mas pedir, excepto si mostraren auerlo pedido dentro de los dichos tres años a los dichos sus señores, y ellos no se lo ayen pagado, ni satisfecho. Y esto mismo mandamos que se entienda, y entienda a los boticarios y joyeros, y otros oficiales mecanicos, y a los esfecieros, confiteros, y otras personas que tienen tienda de cosas de comer, los quales passados*

tres años, no puedan pedir lo que huieren dado de su tienda, ni las hechuras que huieren hecho. Quod idem decretum fuit per Philippum II. in comitiis habitis Martii anno 1567. per. 39. Quod idem decretum est per cap. 82. Curiarum Martii 1579. & 1580. in salariis aduocatorum, procuratorum, & sollicitorum, de quo Azeb. super dictam legem de *famulú*, num. 39. & 50. Et quamuis disput. 43. num. 56. dixerimus, huiusmodi legem de salario famulorum loquentem, esse rigorosam præscriptionem & conferre ius in foro conscientie dominis bona fide præscribentibus, id diximus tunc cum Lessio probabili ratione ducti. Modo tamen cum hæc materia de præscriptionibus à me esset maiori studio elaborata, comperi hanc legem solum actionem reperendi denegare famulis, in nihilo attingentem conscientias dominorum. Quapropter quodcumque domino constitutum fuerit se non soluisse salarium, aut debitum medicinarum, aut aliis officialibus debita, in animæ foro constitutus erit illa soluere, quantumcumque bona fides per triennium durauerit. Per principia verò extrinseca ductus, hoc est, ob auctoritatem Lessij & Azebedi lib. 4. Recopilation. titulo 15. leg. 9. num. 4. posse tunc dominum bona fide præscribentem non soluere salarium, nec alia debita, de quibus illa lex 9. loquitur, arbitror. ¶ Quando autem legis verba expressè dominum præscribentem acquiri decernunt, tunc in foro conscientie non teneri restituere rem bona fide præscribentem, est quoque manifestum. Quod constat ex l. 1. de *vsucapio*. vbi sic dicitur. *Bono publico vsucapio inuadenda est, ne scilicet quarundam rerum diu & ferè semper incerta dominia essent, &c.* Et ex leg. 3. eod. tituli, ibi: *Usucapio est adiectio domini per continuationem possessionis temporis lege definiti.* Adiectio, inquam, id est acquisitio, vt ibi explicat gloss. vsucapionem autem idem esse, quòd præscriptio, fatentur omnes, & explicat glossa in dicta illa leg. 3. & summatio legis 9. eodem titulo de *Usucapio*. vbi sic dicitur. *Res que non sunt in commercio nostro, non possunt vsucapi, vel præscribi*: quod etiam patet ex titulo legis 10. & legis 13. & legis 31. & legis 37. Idem ergo est vsucapio, quòd præscriptio, præter hoc, quòd illa est, circa rem mobilem, præscriptio verò circa immobilem, vt Codice de *longi temporis præscriptione*. leg. 2. Et liquet quoque ex iure Canon. cap. *Sanctorum*, de præscript. vbi dicitur. *Sanctorum Patrum sanctiones statuentes confirmauerunt, & nos irrefragabiliter confirmamus, vt omnes possessiones ad singulas Prouincias nostrorum fratrum pertinentes, à quibus per triginta annos possessæ sunt quietè & sincerè, absque Synodali proclamatione, perpetuò teneantur.* Signum ergo est, in foro conscientie tradidi dominium intendi per Pontifices, cum perpetuò teneri decernant, quod namque in foro animæ restitui deberetur, non posset perpetuò detineri. Et constat ex capite *Ad aures nostras*, eodem titulo, quatenus dicitur, quòd quadragenalis præscriptio omnem prorsus actionem excludit. Omnem, inquam, tam in foro exteriori, quam interiori.

Nec obstat cap. 1. de *præscriptio*. vbi dicitur, quòd si aliquis Episcopus aliquem locum ad Catholicam vnitatem conuerterit, si per triennium tenuerit locum illum, nemine ipsum repetente, de cætero non reperatur ab eo, vbi solum actio repetendi videtur denegari, & tamen dominium

loci Episcopo illum conuertenti transferretur. Sed tamen non obstat. Tum, quia dicere possumus, in illo capite tantum denegari actionem repetendi coram iudice, & in foro conscientie obligationem interuenire restituendi locum alteri Episcopo. Tum, quia licet in foro conscientie non interueniat obligatio restituendi, id prouenit, quia æquissimum est, quòd Summus Pastor priuet beneficio illum qui oues sibi commissas non pascit, & alteri pascenti illas tradat: quæ ratio non procedit in famulo non petente salarium intra triennium & domino non soluente.

Quando verò per legem aliquam esset decretum, quòd videlicet iudex non cogat soluere illud, quod in animæ foro debitum est, tunc forum exterius non inuabit forum internum, nec propterea ab illo discordabit, vt infra explicabitur, v. g. qui amittit aliquam quantitatem in ludo ad creditum, constitutum esse in foro conscientie restituere censent plures, cuius opinionis fundamenta adducit Alcocer del *juego*, cap. 30. fol. 166. quamuis ipse oppositam sequatur, vt probabilior fol. 172. at si huiusmodi quantitas repetetur coram iudice, tantum abest teneri ipsum iubere reddendam lucrantem, quòd potius oppositum imperare sit constitutus, vt constat ex lege 8. Recopilat. lib. 8. tit. 7. ibi: *T mandamos que ninguna persona de qualquier estado y calidad que sea pueda jugar ni juegue a credito, ni a fiado, y si jugaren a credito, o fiado, mandamos a las nuestras justicias, que no condenen ni executen en las tales personas ni en sus bienes, ni en los de sus fiadores lo que ansi denvieren de los dichos juegos a credito, o a fiado, &c.* Similiter per testamentum minus solemne in opinione satis probabilis habet ius legatario in foro conscientie ad rem legatam, & tamen si reperatur coram iudice, tenebitur non applicare illam legatario, vt resolimus num. 56. Porò iudicem in prædictis casibus non posse cogere ad restitutionem præstandam constat. Tum, quia dissensio Doctorum reperitur, num in conscientie foro testamentum minus solemne ius ad rem legatam conferat, & an ludo amissa ad creditum restitutioni obnoxia sint. Tum, quia ob publicam bonum oportuit actiones exterius repetendi coram iudice impedire in prædictis & similibus casibus, ne fraudes in testamentis gignerentur, & ne ludentibus occasio prodigendi bona ad ludum pararetur, spe exante posse ad creditum lucrata repeti in tribunalibus. Ob similem causam, publici scilicet boni, denegatur ementibus actio repetendi, quando non vltra dimidium iusti pretij res esset vendita, quamuis emptor ad restitutionem teneatur de iniusto pretio extra controuersiam. Hecle si actio repetendi quodcumque iniustum pretium in emptionibus daretur, passim lites suborirentur: oportuit ergo limitem signare. Et marito licere impune occidere adulteros in fragranti delicto inuentos in foro exteriori, non in conscientie, est decretum ex leg. *Mario quoque*; ff. de *adulterijs*, leg. *Castitatis*, lege *Gracchus*, C. eodem & in §. *Si quando*, in *Authentic. vt nulli iud. collat. 9.* & per leges regni Castellæ, lege 13. tit. 17. part. 7 & copiosius lege 2. tit. 15. lib. 8. Ordin. Iulius, §. *homicidium*, vers. *dixi etiam*, & sequentibus: in foro verò animæ maritum peccare concors est omnium sententia, vnò vel alio excepto, vt refert Valerius de *differentijs inter vtrumque forum*, verbo *Adulterium*, different. 1. num. 2.

num. 2. & 5. Et filius spuris & aliis ex damnato coitu gentis non debentur alimenta in foro exteriori, bene tamen in foro conscientie: de quo Valerius verbo *alimenta*, different. 1. numer. 1. & 2. Quia denegati illa in foro exteriori est pluribus legibus sancitum, ut ibi Valerius. At in animo foro deberi est quoque per leues stabilitum, cum filiorum educatio iure naturæ sit debita, *l. iura sanguinis*, ff. de regul. iuris. Quapropter optime Greg. Lopez part. 1. tit. 1. l. 2. verb. *a sus hyor*, ait nullo pacto aut consuetudine posse filiorum educationem tolli: Et licet filius dissipet partem sibi ad alimenta assignatam, pater constructus erit illum educare, ut Baldus l. 1. ff. de *Inst. & Inve*, §. *In naturale*.

61. E contra etiam poterit iudex cogere ad restitutionem agendam, quamvis in foro conscientie nulla restituendi obligatio intercederet. Quod solum agere fas erit iudici, quando expressa lege id agere teneri fuerit sancitum, verbi gratia, qui ludo prohibito alearum scilicet aliquid lucratur, possit illud in conscientia retinere; docent Adrian. in 4. quæst. 11. de *restitutione*, quæ est de Adria. & incipit, *Quia in superioribus*, Medin. de *restitutione*, quæst. 22. Maior in 4. distinct. 15. quæst. 13. Gabriel quæst. 13. art. 1. & 2. Sorus de *iustitia*, lib. 4. quæst. 5. art. 2. Castro lib. 2. de lege pœnali cap. 2. conclus. 1. corollar. 3. Couarr. regul. *Peccatum*, parte 2. §. 4. à num. 1. Nauarr. capite 20. à num. 178. & 19. Angelus verbo *Ludus*, num. 3. Molin. tom. 2. disput. 513. Caietan. in summ. verb. *Ludus*, & 2. 2. quæst. 168. art. 3. & quæst. 32. art. 7. ad 2. vbi Aragon. & Bañez, Lessius 2. de *iustitia*, cap. 26. dob. 6. Rebellus de *obligationibus*, parte 2. lib. 22. quæst. 2. Sa verb. *Ludus*, num. 6. Ledesma 2. parte 4. quæst. 18. art. 4. Morla in emporio part. 1. tit. 7. quæst. 2. num. 1. & 4. Tolet. lib. 5. cap. 27. Azor tom. 3. lib. 5. cap. 24. Valent. 2. 2. disput. 5. quæst. 6. pond. 5. quæstioncula 8. Angles quæst. de *ludi restitutione*, in principio, Ledesma 2. parte, summ. tract. 31. cap. 2. Vega 1. parte, respons. casu 61. Medin. 1. parte, summ. cap. 14. §. 29. Alcocer de *Ludo*, cap. 22. Conrad. in summ. quæst. 196. Lopez 2. parte instruct. cap. 33. Salas de *contractibus*, tract. de *Ludo*, dub. 5. num. 2. Suarez 2. 2. de *bello*, disput. 13. sect. 7. num. 22. At si reperatur coram iudice quantitas ludo prohibito acquisita, iudex tenetur cogere lucrantem ad illius restitutionem, si que solum explicant præallegati Doctores, leg. *Alearum*, Codice de *rel. & sumpt. fun.* quod scilicet post iudicis condemnationem teneatur victor reddere acquisita per ludum prohibitum.

62. Nec propterea erit arbitrandum discordare forum interius ab exteriori propriè loquendo, sed solum datur in dictis casibus actio repetendi coram iudice in pœnam seu in odium ludi, ut sic homines compescantur à ludi vetiti exercitio: pœna autem in foro conscientie sustinenda est quoties à iudice iuste infligitur. Cumque ludens ludo vetito crimen committat, reus inde pœnæ afficitur, hæcque reddendi scilicet quantitatem ludo acquisitam, decrevit ius ludentem punire. Unde dum iudex cogit reddere quod acquisitum est per ludum, non propterea premit, quia lucrator in foro conscientie reddere esset onerosius,

sed ab his abstrahens, punit ludentem pœna restitutionis præstandæ. Dum autem dicimus non posse iudicem cogere ad aliquid agendum, quod alter in foro interiori efficere non tenebatur, id intelligendum est, quando cogeretur, nulla interveniente culpa actionis omittæ, nec alia ante actionem omittam præsupposita. Sic confessarius obligare poterit aliquando pœnitentem restituere id quod accepit contra legem prohibentem: verbi gratia, si pro occasione hominis paranda centum accepisset, aut iudex pro iniusta ferenda sententia, non tamen restituere præcipit; quia rei acceptæ dominium non fuerit translatum in occisorem seu iudicem, sed in pœnam seu satisfactionem sacramentalem, eo modo quo posset iniungere elemosynas, aut alia pia opera, ut docet optime Molina 1. tomo de *iustitia*, disput. 88. num. 1. qui magister magistrorum est, cum eius scripta tam in disputationibus scholasticis, quam ad mores attinentibus lucem absconditis rebus emiserint.

Eodem modo contrahens cum minore, vel Ecclesia, & eos lædens, transacto quadriennio ad petendam restitutionem læsionis concessio, non poterit obligari à iudice ad læsionis restitutionem, nisi illa fuisset enormis: ed quod lege taliter sic sancitum ob communem pacem tuendam. Ita notant Doctores præcipuè Abb. in cap. 1. num. 12. de *in integrum restit.* & in cap. *Cum causam*, de emptio. Decius consil. 36. num. 9. & illam dicit esse communem læsionem consil. 55. num. 2. Couarr. lib. 1. *variar.* cap. 3. num. 14. Costa in leg. *Gallus*, §. *Et quid si sanium*, num. 75. & 8. ff. de *liber. & posthum.* In foro verò conscientie ad resarciendum damnus interdicat obligatio: quod etiam docet Valerius de differentiis inter vtrumque forum, verb. *prescriptio*, differentia 5. num. 1. & 2.

Deinde ante laram sententiam à iudice ad plura non teneri aliquem in foro conscientie, id quæ agenda, vel omittenda erit obligatus in vtroque foro post laram sententiam, admittunt communiter Doctores. Sic iudicem accipientem aliqua dona à colligantibus contra aliquam legem prohibentem receptionem munerum, non tamen inhabilem reddentem iudicem ad ea retinenda, non teneri illa restituere ante laram sententiam, docent Molina 1. tomo de *iustitia*, disput. 88. num. 12. Vazq. opus. de *restit.* cap. 7. dub. 6. num. 59. & 60. & sic de aliis plurimis exemplis. Non tamen propterea discordat forum interius ab externo, ut immediate explicabitur.

Rursus aliquos falli quoque deducitur, putantes leges pure pœnales in solo foro exteriori obligare, nequaquam tamen in interiori. Minimè aduerentes quod est lex pure pœnalis ad solam pœnam subeundam obliget, & non ad incurrendam culpam, (quod verum esse modò supponimus cum Vazq. 1. 2. tom. 2. disp. 159. numero 6. & 11.) tamen ex suppositione, quod infligatur à iudice, aderit obligatio in foro conscientie eam pœnam acceptandi, dum manifestè non constet illam irrationabilem esse. Quapropter tunc non obligat forum exterius acceptare pœnam, quam in interiori non teneatur reus acceptare post laram sententiam. Quo fit, minimè in hoc casu discordare forum exterius ab interiori.

## DISPUTATIO XLIX.

An Regulares indigeant Episcopi approbatione, ut validè possint excipere aliorum Regularium confessiones?

## SUMMARIUM.

In quo sensu disceptetur controuersia, num. 1.

**A**uthoris iudicium, num. 2. & 3.

Regularium opus est licentia sui Prælati ad validè excipiend. confessiones suorum Regularium, numero 4. & 5.

Regularis habens Bullam Cruciatam poterit adire Confessarium secularem, vel regularem non approbatum per Episcopum, si tamen impeditus non sit adire præcepto Superioris, numero 6. 7. & 8.

Sacerdos Ordinum Militarium in communi, & sub clausura viuentes, auscultare possunt confessiones aliorum sui Ordinis Regularium etiam monialium absque approbatione Episcopi, numero 9.

Et idem dicendum est de equitibus sancti Ioannis, num. 20.

Et idem de equitibus Ordinum Militarium S. Iacobi, Alcantara, & Calatrava qui possunt eligere Confessarium non approbatum ab Episcopo, numero 11. & 12.

Et idem dicendum de equitibus Christi & Ania in Lusitania, & S. Stephani in Etruria, numero 13.

Fœmina Beata SS. Francisci & Dominici in communi, & sub clausula viuentes eligere possunt Confessarium non approbatum ab Episcopo, numero 14. & 15.

Fœmina Beata dictorum Sanctorum qua solemniter non proficiunt, eligere non possunt Confessarium qui non sit approbatus ab Episcopo, numero 16.

**N**ON iam disputamus cuius Episcopi approbatio sit necessaria; an videlicet sit postulanda ab Episcopo penitentis, vel confessarij, aut loci in quo ministratur Sacramentum, vel cuiuscumque confusè, siue sit hic aut ille. Hæc namque controuersia diuersissima est à nostra, & de illa diximus disputatione 44. Sed tantùm lis procedit, num sit necessaria aliqua Episcopi approbatio, ut Regularis possit aliorum Regularium auscultare confessiones.

*Authoris iudicium.*

**N**Vllo modo opus esse Regulari Episcopi approbatione ad excipiendas aliorum Regularium confessiones siue virorum, vel fœminarum arbitror. Nam Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 15. solum ad audiendas secularium confessiones, etiam Sacerdotum, exposcit Episcopi approbationem in quocumque confessario etiam Regulari. Ibi: *Quamuis Presbyteri in sua*

ordinatione à peccatis absoluedi potestatem accipiant, decernit tamen sancta Synodus, nullum etiam Regularem posse confessiones secularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneum iudicentur. Igitur Regularis qui secularium non auscultat confessiones, approbatione per Episcopum non egebit: docent Suarius tomo de Penitentia, disputatione 28. sectione 4. num. 4. Campanil. rubric. 21. cap. 13. numero 58. Nauarr. cap. 4. num. 7. & cap. Placuit, num. 43. in 3. tomo, Henriquez lib. 6. cap. 6. num. 3. & cap. 13. num. 1. in commen. littera K. & numero 9. Egid. de Sacrament. disputatione 8. dubio 7. numero 48. Reginald. lib. 1. num. 41. Vazquez tomo de Penitent. quæst. 93. artic. 3. dub. 3. numero 5. Vega 1. part. summ. cap. 62. casu 2. §. Nota para aqui. Angles De confession. ministr. diffie. 4. dub. 1. conclus. 6. fol. 292. Sa verbo, Confessor, numero 6. Ochagavia de Sacrament. tractat. 2. quæst. 37. numero 4. Grassis tom. 1. lib. 6. consil. 1. num. 14. & in summ. lib. 3. cap. 3. num. 107. Ouand. in 4. distinct. 17. proposit. 21. §. Ad has dicitur, Villalob. 1. tom. summ. tractat. 9. difficultate 55. numero 1. & difficultate 49. numero 10. Ledesma 1. parte, tractatu 13. difficultate 4. & difficultate 11. Vivald. de absolue. numero 22. mihi folio 123. & de confession. numero 6. conclusionem 5. Quaranta verb. Confessor, qui quamuis expressè non agat de præsentis difficultate, remittit Lectorem ad Authores de ea agentes, quorum aliquos iam adduximus. Bonacina de Sacrament. disputatione 5. questione 7. numero 25. Moure in summ. cap. 9. §. 8. numero 7. Ioan. de la Cruz de statu Religioso, lib. 2. dubio 1. cap. 6. & in summ. de sacrament. Penitent. dub. 8. conclusionem 2. folio 198. Gambaruta de casibus reseruat. folio 217. numero 1. Ioseph. de ordi. Parochi, in speculo Parochorum, cap. 10. num. 8. Coriolanus de casibus reseruat. part. 1. sect. 3. art. 16. fol. 393. Antonius Ragucius in lucerna Parochorum, de absolue. quæsto 120. folio 334. Harrado de Penitent. disputatione 10. difficultate 16.

Vnde quamuis Episcopus prohiberet Regularem alicquem ob iuuentem auscultare confessiones monialium proprii Ordinis, validè tamen & licitè absoluet, si ad id licentiam obtinuerit à suo Prælate superiore, ut docet Henriquez lib. 6. cap. 6. numero 9. At si fortè periculo alicui se exponeret ex illa auscultatione, peccaret auscultando, illo videlicet peccato in quod labi timeret, verbi gratia, contra castitatem, si ex confessione fœminæ periculum ruendi in carnalia probabiliter metuat.

Licet autem Regularis approbatione per Episcopum non egeat ad validè excipiendas confessiones aliorum Regularium, nihilominus tamen

men omnino necessaria est Prælatorum licentia; Nam cum actus absolutionis sit iurisdictionis exercitium, debet illa tradi à valente concedere, vt constat ex capite *Omnis vtriusque sexus*, de pœnitent. & remis. Superior verò prælatus cui commissa est subditorum Regularium cura & suarum regimen ouium, potestatem solus habebit committendi illas aliis pastoribus seu confessoribus; & consequenter dum eas non commiserit, iurisdictione in illas carebunt confessarij.

5. Ex quo deducitur, Regularem approbatum à suo superiore ad excipiendas aliorum Regularium confessiones, solùm debere intelligi respectu aliorum Regularium viuorum, vel monialium sui Ordinis: vt docet Rodriguez in *explicitatione*. Bull. §. 9. dub. 7. num. 13. in fine. Reginald. lib. 1. num. 41. Nam huiusmodi Regulares sunt oues illius superioris, non verò Regulares alterius Ordinis.

6. Si tamen Regularis habeat Bullam Cruciatam qua traditur facultas eligendi quemcumque confessorium, & aliàs non sit præcepto superioris sui Ordinis impeditus eligere, poterit adire confessorium Regularem approbatum solùm per eius superiorem, quamuis non obtineat approbationem per Episcopum. Nam licet in Bulla exprimitur, vtentem illa debere eligere confessorium approbatum ab Ordinario, intelligi oportet iuxta formam traditam in Tridentino sess. 23. cap. 15. quòd videlicet nullus, nec etiam Regularis possit recipere confessiones secularium, imò nec Sacerdotum nisi præmissa per Episcopum approbatione. Vnde ad secularium solummodò confessiones excipiendas approbationem per Episcopum præmittendam desiderat Concilium; non quidem ad Regulatum, vt diximus num. 2. Iuxta tenorem igitur Concilij loquetur Bulla exposcens ab Ordinario approbationem, videlicet ab Episcopo, quando confessiones auscultandæ sint secularium: quando verò Regularium, relinquuntur dispositioni iuris communis, dicentis, Ordinarium Regularium esse sui Ordinis superiorem. Docet Rodriguez in *explicitatione*. Bullæ, §. 9. dub. 6. in fine, & in summ. tom. 1. cap. 60. num. 6. Ledesma 1. parte, tract. 13. difficult. 11. paulò ante finem. Bonacin. de *Sacramentis*, disput. 5. quæst. 7. num. 25. Laurentius de Peirinis de *Religioso subdito*. quæst. 1. de obedientia, cap. 21. conclus. 6. Grassi 1. parte decisio. lib. 3. cap. 5. num. 107. & lib. 1. de *arbitrarijs confessoriorum*, cap. 14. num. 6. Meure in summa cap. 9. §. 8. num. 7. Nauarr. cap. 4. num. 2. Angles quæst. de *confessorijs*, art. 8. difficul. 2. dub. 4. fol. 296. Valerus de *differentijs inter vtrunque forum*, verb. *Absolutio*, different. 1. in fine. Quamuis Henriquez lib. 6. cap. 6. num. 9. & de *indulgentijs*, cap. 12. §. 4. versic. *Si verò Regularis*, contrarium sentiat, quem sibi metipsi dicto lib. cap. 13. num. 1. aduersari putat Rodericus supra. Sed explicari potest, quòd in primo loco loquatur de Regulari qui absque licentia sui superioris eligeret confessorium non approbatum ab Episcopo; & hoc non posse ait: in secundo verò loquatur de Regulari eligente confessorium virtute Bullæ habita licentia à suo superiore: & tunc verum est non opus fore confessorium esse approbatum ab Episcopo, cum sufficiat approbatum esse à Prælato Religionis. At hoc asserere solùm extra propositum illius capite 13. esset: vnde Rodericus non immeritò arbitrari potuit sibi ipsi aduersari Henricum,

Sanchez Selecta.

7. Nec solùm Regularis non approbatus ab Episcopo, poterit alterius Regularis auscultare confessionem, verùm & Sacerdos secularis quamuis non approbatus per Episcopum, habilis erit ad confessionem Regularis viri, vel scemina excipiendam, quidquid in contrarium minus rectè dicat Coriolanus de *casibus reservatis*, part. 1. sect. 3. art. 16. num. 2. fol. 394. Nam Concilium, vt vidimus num. 2. solùm decernit, nullum Sacerdotem, nec etiam Regularem posse excipere confessiones secularium absque approbatione per Episcopum obtenta. Ergo tantùm inducit obligationem, quòd Sacerdos secularis absque approbatione Episcopi non audiat secularium confessiones; bene igitur poterit sine approbatione eiusdem Regularium audire confessiones. Docet Vazquez tom. de *Pœnitentia*, quæst. 93. art. 3. dub. 3. numero 5. Ochagau. tract. 2. quæst. 37. num. 4. Bonacin. de *Sacramentis*, disputat. 5. quæstione 7. numero 25. Chapiuile de *casibus reservatis*, quæstione 2. difficultate 4. folio 21. Nauarr. in *Enchirid.* capite 4. num. 7.

8. Vnde si alicui Regulari à superiore concederetur licentia eligendi sibi confessorium quem vellet in itinere, posset quidem tunc eligere Sacerdotem secularem non approbatum ab Episcopo. Testatur Henriq. lib. 6. cap. 13. num. 1. Suar. tom. de *Pœnitentia*, disput. 28. sect. 4. num. 5. Laurentius de Peirinis de *Religioso subdito*, quæst. 1. de obedientia, cap. 12. conclus. 7. Nauarr. cap. 4. num. 7. Roderig. tom. qq. regular. quæst. 62. casu 2. Vinaldus tract. de *absolutione*, num. 22. Reginald. lib. 1. prax. num. 176. & lib. 8. num. 36. Sa verb. *Confessor*, numero 6. Ochag. tract. 2. quæst. 38. num. 4. Quand. in 3. distinct. 17. proposit. 21. §. ad hoc dicitur, Vazquez infra allegandus. Dum tamen Sacerdos electus sit aliàs idoneus. At si illiteratus esset omnino, confessio foret inualida, vt pote facta incapaci naturaliter; docet Vazquez tomo de *pœnit.* q. 93. art. 3. dub. 3. num. 5. & art. 2. dub. 5. num. 4. & dub. 2. vbi latè probat confessionem factam pœnitens ignoranti, esse nullam. Quòd etiam tradit Syluester verbo *confessio*, 1. quæst. 3. num. 3. Ricard. in 4. distinct. 17. art. 2. quæst. 8. ad Cordub. in summa, quæst. 9. Adrian. in 4. quæst. 4. de *confess.* circa fin. Medina quæst. de *Confessione iteranda ob defectum confessoris*, Gabriel in 4. distinct. 17. quæst. 1. artic. 3. dub. 2. Nauarr. cap. 9. num. 12. Imò facta confessio planè ignato confessorio in articulo mortis, etiam erit nulla: vt Vazquius illo dub. 2. num. 3. (quem sequitur Ochagau. tract. 2. quæst. 38. num. 4.) bene docet contra Syluestrum, quem sequi videtur Nauarrus cap. 4. numero 13. Cum incapacitas naturalis non suppleatur per necessitatem illius articuli. Si verò non esset in toto ignatus, valida quidem foret confessio, sed obligaretur pœnitens postea confiteri peccata illa, quorum ignorantiam habeat confessorius; sicut quando recitentur aliqua peccata ob periculum fractionis sigilli, adest præceptum illa manifestandi postea confessorio non reuelaturo.

9. Ex dictis inferitur, posse Clericos Ordinum Militarium sub clausura viuentes, absque approbatione Episcopi auscultare confessiones aliorum virorum sub eadem clausura viuentium, siue etiam monialium; quia illi verè Religiosi sunt, & illorum professio est solemnis, vt conueniunt vniuersi, & Sorus in 4. distinct. 17. quæstione 1. articulo 4. versiculo *Hinc su neuum*. Sanchez

cius lib. 2. de matrimonio, disputatione 18. numero 7.

Facultatem etiam habere eligendi confessarium non approbatum ab Episcopo Sacerdotes Ordinum Militarium S. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauz, &c. qui in communitate & sub clausura viuunt, etiam reor iuxta dicta num. 7. nam hi verè sunt religiosi, vt docet Sair. in *Clau Regia*, lib. 6. cap. 9. num. 10. quod & tenere debent Doctores allegandi numero sequenti. Imò Priores de Vellez & Merida habere iurisdictionem approbandi confessarios pro secularibus, docet Ledesma 1. parte, titulo 13. difficultate 5. Ioan. de la Cruz in *summ. de sacrament. Penitent.* dubio 6. conclusione 3. fol. 197. & dubio 8. conclusione 4. dicto folio.

19. Item & Equites S. Ioannis confiteri possunt confessario regulari, siue seculari non approbato per Episcopum: nam verè Religiosi sunt, vt docent Nauarr. libro 3. consil. titulo *De conuers. conuincit.* in 1. editione, consil. 1. in secunda verò consil. 1. Cordub. in *summ.* quaestione 178. in fine. Henric. lib. 11. cap. 8. numero 6. Bobadilla in *sua politica*, lib. 2. cap. 19. numero 11. Loppez 2. parte instruct. *de matrimonio*, cap. 48. ad quartum. Ledesma de *matrimonio*, quaestione 61. articulo 2. ad quartum, Barbof. ff. *solut. matrimo.* rubrica 2. parte, numero 82. Sanctus 1. 2. de *matrimonio* disputatione 18. numero 8. & de *statu Religioso*, libro 7. cap. 29. numero 105. Oterus in *quæst. 1.* parte, quaestione 10. Sa verbo *Religio*, numero 41. Rodriguez 1. tomo *summ.* 2. editione, capite 239. numero 2. & in *Bulla* §. 9. numero 132. & quaestionum regular. tomo 3. quaestione 1. articulo 7. Sair. in *Clau Regia*, libro 6. capite 9, numero 10. Vega libro 6. *summ.* cap. 17. Garcia 1. tomo de *breuif. iur.* parte 1. cap. 4. numero 3. Azebed. leg. 14. titulo 5. lib. 3. numero 1. & leg. 9. titulo 18. libro 9. Recopilat. Mota in tractatu de *confirmat. Ordinis S. Iacobi*, libro 2. capite 2. §. 28. numero 5. Azor libro 13. capite 6. quæst. 4. Aragon 2. 2. quaestione 88. articulo 11. corol. 1. Et ob id per illorum professionem dissoluitur matrimonium ratum, vt docent prædicti Doctores, contra Sotum in 4. distinctione 27. quaestione 1. articulo 4. & Michaëlem Madin. de *Sacrament. hominum continentia*, libro 5. cap. 36. & Sarm. in *defens.* libro de *reduciibus*, 1. parte, mon. §. 6. numero 1. non dissolui arbitantes: quod alia securiori via tutari non poterunt, nisi afferant, Milites S. Ioannis verè & propriè Religiosos non esse. Strictè autem ipsos non esse Religiosos, sed largè, docent Mand. regul. 3. Cancellar. quaestione 12. numero 1. Abbas in *tubric. de regular.* in 4. qui reiciendi sunt.

21. Et probabile etiam reor, S. Iacobi Alcantaræ, & Calatrauz Sacerdotes posse audire aliorum militum suorum Ordinum confessiones absque approbatione Episcopi, & se subicere ad consistendum Sacerdoti seculari non approbato per Episcopum: quia hos milites etiam probabile est esse præse Religiosos: vt docent Covartu. in 4. decret. 2. parte, cap. 3. §. 1. numero 18. Sanctus in *summ.* libro 3. cap. 16. numero 11. & de *statu Religioso*, libro 7. cap. 29. numero 105. & Ioan. Ramirez in tractatu de *fundatione Ordinis S. Iacobi* cap. 1. folio 18. num. 20. qui refert alios, & numero 13. folio 14. inquit, non posse sine temeritatis nota negari milites laicos Ordinis S. Iaco-

bi post factam professionem esse Religiosos, eo quod id Innocentius III. declarauerit. Papa verò in approbatione Religionis errare non potest. Nauarr. libro de *reduciibus*, quaestione 1. numero 95. & quaestione 3. numero 29. & 30. & in *Apolog.* mon. §. 5. & libro 3. consilior. titulo de *regular.* in 1. editione, toto consil. 23. in 2. toto consilio 10. Fortun. Garcia in quodam consilio pro militia S. Iacobi 2. parte, versiculo *Præterea*. Oterus in quaestione 1. parte, quaestione 10. numero 10. Manuel. quaestione regular. tomo 1. quaestione 1. artic. 8. Gregor. Lopez in glossa vltima, tit. 7. part. 1. Menchaca de *contrauers. illustr.* lib. 3. cap. 105. à num. 48. & de *successionum creatione*, lib. 3. §. 30. à num. 303. Salced. in *prælic. Regul.* §. 21. Ayala in *compendio y declaracion de la Orden de Santiago*, per totum, & specialiter cap. 1. & 2. Belluga in *speculo Princip.* cap. 1. rubr. 7. num. 7. Auendaño de *exequend. mandat.* 2. parte, cap. 26. num. 11. Vega in *summ.* 1. parte, cap. 85. casu 147. & 2. parte, cap. 129. casu 86. & in *espejo de Curas*, cap. 12. num. 37. Latissimè Mota dicto contractu, libro 2. per totum, id comprobans plurimus Bullis Summorum Pontificum, & cap. 2. §. 29. adducit responsa plurium Theologorum & Iurisperitorum, qui scripto idem responderunt, Michael à Medin. suprâ, qui scilicet putat matrimonium rari militum Ordinum militarium non dissolui per ingressum illorum in Religionem, non tamen ob id arbitrator haud esse veras Religiones, sed quod illorum viuendi ratio, quemadmodum nec sacrorum Clericorum cum matrimonio non pugnet. Vnde quamuis in illis Religionibus emittatur professio, non idcirco impossibilitantur cum vxoribus vitam agere professi, sicut redduntur impotentes proficente in aliis Religionibus penitentia. Et laicos Ordinum militarium esse verè religiosos verba Bullæ cruciaræ ostendunt, ibi: *T puedan libremente, y a su albedrío comer cosas de leche.* & statim subdit: *T en este indulto de comer buenos y cosas de leche a su albedrío, no se comprehenden los Patriarcas, Primados, Arçobispos, Obispos, ni otros Prelados inferiores, ni qualquier personas regulares, ni de las seculares los clerigos Presbyteros, empero si oassen de estos nombrados los que fueren de 60. años, y todos los caualleros de las Ordenes militares, que los vnos y los otros podran comer buenos y cosas de leche a su albedrío.* Cùm igitur Pontifex inter nominatos comprehendat equites militares, & ipsi non appellentur clerici seculares Presbyteri, nec Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, Episcopi, sit comprehendi sub nomine personarum regularium, vt bene notat Ramirez fol. 18. num. 20.

12. Hos tamen Ordinum militarium equites non esse in rigore religiosos, docent Molin. de *iustitia*, 1. tom. tractat. 2. disputatione 141. Valent. 3. tom. disputatione 10. quaestione 4. puncto 2. Sair. in *Clau Regia*, lib. 6. numero 10. cap. 9. alios referens, Alcocer de *Ludo*, cap. 39. Manuel 2. tom. *summ.* cap. 95. num. 8. Azor lib. 13. cap. 3. quaestione 2. Nauarr. lib. 3. consil. 508. & 509. Aragon 2. 2. quæst. 88. artic. 11. corol. 1. Lopez 2. tom. parte 2. cap. 48. Sot. de *iustitia*, lib. 7. quaestione 5. artic. 3. & in 4. distinct. 27. quaestione 1. artic. 4. Burgos de Paz consil. 17. num. 2. & 3. Sarmiento de *reduciibus*, 4. parte, cap. 1. num. 13. & in *defens.* 1. parte, mon. §. 5. & 56. Molina de *primogen.* lib. 1. cap. 13. numero 98. Azebed. in l. 14. titulo 5. libro 3. Recopil.

copil. numero 3. Iuan. Gutierrez practica libro 2. quaestione 11. numero 2. Lafatte de decima vend. capite 19. numero 92. Gironda de Gabel. 7. parte numero 47. & alij, Garcia de beneficijs, 1. tom. 1. parte, capite 4. numero 21. probabiliter reputans largè solum esse Religiosos. Et videtur esse sententia D. Thom. 2. 2. quaest. 186. art. 4. ad 3. vbi docet, illos viuendi modos secundum quos homines matrimonio videntur, non esse simpliciter & absolute loquendo Religiones, sed secundum quid, in quantum videlicet in aliquo participant ea, quae ad statum Religionis pertinent.

13. Et verè Religiosos esse Equites Christi, & Auis in Lusitania, & Montefra in Aragonia, & S. Stephani in magno Ducatu Florentiae, & Sanctorum Mauritiij & Lazari probabiliter arbitror; cum hi etiam milites professionem trium votorum in manibus Praelatorum emittant non aliter ac milites S. Iacobi, Alcantarae, Calatranae, praeter equites S. Stephani qui votum castitatis, obedientiae & charitatis emittunt, & non paupertatis, vt ex Bulla Pij IIII. ad fundationem concessa anno 1560. Cosmo de Medicis Florentiae magno Duci constat, quam ego vidi. Et Sanctorum Mauritiij & Lazari qui loco paupertatis, hospitalitatis erga leprosos votum emittunt. Et idem iudico de quibuslibet alijs Religionibus militaribus tria vota emittentibus in manibus Praelari, & à sede Apostolica approbatis. Vnde omnes hi confiteri valebunt sua peccata alijs Regularibus sui Ordinis non approbatis ab Episcopo; & etiam alijs Sacerdotibus saecularibus, similiter ab Episcopo non approbatis, vt diximus num. 7.

14. Deinde arbitror Beatas S. Francisci, quae in communi viuunt & proficiuntur, posse se subicere ad consistendum coram Fratre eiusdem Ordinis, siue alio Sacerdote saeculari, idem tamen, vt diximus num. 8. quamuis non approbato ab Episcopo. Quia huiusmodi foeminae Beatae verè Religiosae sunt, vt declarauit Sixtus Quintus, Et esse verè Religiosas docet Ang. matrim. 4. num. 18. Sancius lib. 2. de matrim. disp. 18. num. 4. Rodrig. 3. tom. infra art. 1.

15. Et idem dicendum est de foeminis Beatis sancti Dominici sub clausura viuentibus (& si quae sunt aliae eiusdem qualitatis.) Nam haec etiam Religiosae sunt, vt docet Sorus 7. de iustitia, quaestione 5. artic. 3. ante argumentorum solutionem.

Rodriguez 3. tom. quaestionum regular. quaest. 72. art. 2.

16. Quae tamen non procedunt respectu aliarum Beatarum sancti Dominici, & quorundam virorum tertij Ordinis sancti Francisci qui solemniter non profitentur, sed votis simplicibus se obligant: hi enim in rigore Religiosi non sunt, vt docent Abbas cap. Ex parte, ei segundo, num. 13. De conuersion. coningat. Angel. matrim. 4. num. 18. Lancelot. instit. iur. Canon. lib. 2. titulo De sponsal. verbo Religionem. Victor. in summ. de matrim. num. 256. Sorus in 4. distinct. 27. quaest. 1. art. 4. verticulo, Hinc fit neutrum. Ledesma 2. parte 4. quaest. 63. art. 3. in fine. Sancius lib. 2. de matrim. disputatione 18. num. 4. & de statu Religioso, lib. 6. cap. 8. num. 6. Nisi alias huiusmodi professiones simplices sint approbatae à Summo Pontifice, & in numero Religionum recepra: tunc enim ille status tanquam Religiosus esse habendus, cum Religio ex voto simplici possit constare, vt patet in Societate Iesv, vbi verè Religiosi sunt, qui biennio vota simplicia emittunt: vt declarauit Gregorius XIII. in Extrauagant. constitut. Ascendente Domino, numero 37. edita anno 1584. quam refert Vazquez 1. 2. tom. 2. disput. 165. num. 17. & num. 93. Sancius lib. 2. de matrim. disput. 18. num. 6. & de statu Religioso, lib. 6. cap. 8. num. 6. Henriquez lib. 11. cap. 8. num. 7. Lessius lib. 2. cap. 41. num. 8. & constat ex Concilio Tridentino sess. 25. cap. 16. vbi appellatur Religio Clericorum Societatis Iesu. Azor 1. tom. lib. 13. cap. 7. colum. 1302. Rodriguez 1. tom. quaestione 56. art. 1. & 2. tomo, quaest. 47. art. 16. Ioan. de la Cruz de statu Religioso, lib. 1. cap. 2. conclusione 5. Perus. decision. 77. Valent. tomo 3. disput. 10. quaest. 4. punct. 5. folio mihi 2092. Garcia 2. tomo, de beneficijs, parte 7. capite 10. numero 74. Suarez 2. tomo, de Religion. tractatu 6. lib. 1. cap. 19. n. 19. Ribadencyra cap. 15. 17. & 19.

Post haec scripta editum est S. Domini nostri Gregorij PP. X. V. decretum, quo decernit confessarios monialium non aliter posse eorum confessiones excipere nisi approbati sint ab Episcopo dioecelano: à quo decreto pro parte regularium habentium monasteria monialium sibi subiecta supplicatum est, & credo hactenus non esse executioni mandatum; decretum verò huius est tenoris:



S. D. N.

# D. GREGOR. PAPÆ XV.

## CONSTITVTIO

*De exemptorum priuilegijs circa animarum curam, & Sacramentorum administrationem, Sanctimonialium Monasteria, & Prædicationem Verbi Dei.*

GREGORIVS EPISCOPVS, SERVVS  
seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

17.

**N** SCRVTABILI Dei providentia Vniuersalis Ecclesiæ regimini, meritis licet imparibus, prædidentes, pastoralis nostræ sollicitudinis partes esse dignoscimus, in eam curam præcipuè incumbere, ut à dignis, & probatis tantum Sacerdotibus sanctè administrantur Ecclesiastica Sacramenta, atque ut virginum Deo sacrarum Monasteria diligentissimè custodiantur, & viri assumantur idonei ad prædicationis officium salubriter exequendum. Sanè Tridentinæ Synodi decretis prouidè cautum est, nullum Presbyterum, etiam Regularem, posse confessiones secularium, etiam Sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium habeat, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat. Necnon ut in monasterijs, seu domibus virorum, seu mulierum, quibus imminet animarum cura personarum secularium, præter eas, quæ sunt de illorum Monasteriorum, seu locorum familia personæ tam regulares, quàm seculares eiusmodi curam exercentes, subsint immediatè in ijs, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, iurisdictioni, Visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius Diocesi sunt sita. Itemque ut Episcopi vniuersi sub obtestatione Divini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ in omnibus Monasterijs sibi subiectis Ordinaria, in alijs verò Sedis Apostolicæ auctoritate clausuram Sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter restitui, & ubi inniolata est, conseruari maximè procurent: inobedientes, atque contradictores per censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas, quacumque appellatione postposita, compescentes: Atque ut Regulares in Ecclesijs suorum Ordinum prædicare volentes, se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, in Ecclesijs verò, quæ suorum Ordinum non sunt, nullo modo prædicare possint sine Episcopi licentia: contradicente autem Episcopo, nulli, etiam in suorum Ordinum Ecclesijs, prædicare præsumant. Verùm quia experientia compertum est, Ecclesiastici regiminis rationes postulare, ut decretis eiusmodi aliquid adiungatur: matura deliberatione nostra, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, hac generali, ac perpetuò valitura constitutione decernimus, statuimus, & declaramus, ut deinceps tam Regulares, quàm seculares quomodolibet exempti, siue animarum curam personarum secularium Monasterijs, seu domibus regularibus, aut quibusvis alijs Ecclesijs, vel beneficijs siue regularibus, siue secularibus incumbentem exercent, siue aliàs Ecclesiastica Sacramenta:

aut

*aut vnum ex illis ministrent prauia Episcopi licentia, & approbatione, siue quoquomodo in dicta cura exercitio, aut in eorundem Sacramentorum, vel alicuius ex illis administratione de facto absque ulla auctoritate se ingerant in his, qua eiusmodi curam, seu administrationem concernunt, omnimoda iurisdictioni, visitationi, & correctioni Diocesani Episcopi, tanquam Sedis Apostolicae delegati, plenè in omnibus subiiciantur. Ad hanc tam regulares, quam seculares huiusmodi nullis priuilegijs, aut exemptionibus tueri se possint, quominus, si deliquerint circa personas intra septa degentes, aut circa clausuram, vel circa bonorum administrationem Monasteriorum Monialium, etiam regularibus subiectarum, ab Episcopo loci, similiter tanquam ad hoc Sedis Apostolicae delegato, quoties, & quando opus fuerit, puniri, & corrigi valeant. Confessores verò siue regulares, siue seculares, quomodocumque exempti, tam ordinarij, quam extraordinarij ad confessiones Monialium, etiam regularibus subiectarum, audiendas nullatenus deputari valeant, nisi prius ab Episcopo diocesano idonei iudicentur, & approbationem, qua gratis concedatur, obtineant. Sed & administrantes bona ad eiusmodi Monasteria Sanctimonialium, vt praefertur, etiam regularibus subiectarum, pertinentia, siue regulares extiterint, siue seculares, quomodolibet exempti, Episcopo loci, adhibitis etiam Superioribus regularibus, singulis annis rationes administrationis, gratis tamen exigendas, reddere teneantur, ad idque iurà remedijs cogi, & compelli queant. Liceatque Episcopo, ex rationabili causa Superiores regulares admonere, vt eiusmodi Confessores, atque Administratores amoueant: ijsque Superioribus id facere detrectantibus, aut negligentibus, habeat Episcopus facultatem praedictos Confessores, & administratores amouendi quoties, & quando opus esse iudicauerit. Ac similiter possit Episcopus, vnà cum Superioribus regularibus, quarumcumque Abbatissarum, Priorissarum, Praefectarum, vel Praepositarum eorundem Monasteriorum, quocumque nomine appellentur, electionibus per se, vel per alium interesse, ac praesidere: absque ulla tamen ipsorum Monasteriorum impensa. Ac demum habeat Episcopus, tanquam dictae Sedis delegatus, auctoritatem coercendi, ac puniendi quoscumque exemptos tam seculares, quam regulares, qui in alienis Ecclesijs, aut qua suorum Ordinum non sunt, absque Episcopi licentia, & in Ecclesijs suis, aut suorum Ordinum, non petita illius benedictione, aut ipso contradicente, praedicare praesumpserint. Ita vt Episcopi in suprascriptis casibus, & in praenominatas personas, in praemissis omnibus, & singulis, aut circa ea quoquo modo delinquentes, quoties, & quando opus fuerit, etiam extra visitationem, per censuras Ecclesiasticas, aliasque poenas, vti eiusdem Sedis delegati, procedere, omnemque iurisdictionem exercere liberè, & licitè valeant. Decernentes sic per quoscumque Iudices quauis auctoritate fungentes, etiam Sacri Palatii auditores, necnon Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet, quauis, aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiiri debere. Irritum quoque, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis in fauorem quarumcumque personarum, atque Ordinum tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Militarium, etiam sancti Ioannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, ac cuiusvis alterius instituti, etiam necessariò, & in individuo exprimendi, Monasteriorum, Conuentuum, Capitulorum, Ecclesiarum, & aliorum quorumcumque tam secularium, quam regularium locorum, necnon illorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, vel consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indulgijs, & priuilegijs, etiam in corpore iuris clausis, aut ex causa, & titulo oneroso, vel in limine foundationis concessis, etiam Mari Magno, seu Bulla aurea, aut alijs nuncupatis. Conseruatorum deputationibus, eorumque atque alijs inhibitionibus, quibus Episcopi deferre minimè teneantur,*

Et quibusvis alijs, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatorijs, alijsque efficacioribus, et insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis, etiam Motu proprio, et ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, aut alijs quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, et iteratis vicibus approbatis, et innouatis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, et formis, specialis, et indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu queuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nibilo penitus omisso, et forma in illis tradita obseruata, inseri forent, presentibus pro expressis habentes, quibus quoad ea, qua eisdem presentibus aduersantur, illis alijs in suo robore permansuris, specialiter et expresse derogamus, caterisque contrarijs quibuscumque. Ceterum quia difficile foret presentes litteras ad singula quaque loca deferri, ut ea tamen omnibus innotescant, mandamus illas ad Valuas Lateranensis, et Principis Apostolorum de Vrbe Basilicarum, atque Cancellaria Apostolica, et in acie Campi Florae publicari, et inibi affigi, et per aliquod temporis spacium dimitti, eisque detrahis, earum exempla eo in loco relinqui. Ac volumus, ut earundem presentium litterarum transumptis, etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, et sigillo Praelati, seu Persona in dignitate Ecclesiastica constituta munitis, in iudicio, et extra illud, vbi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, que ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum Statuti, declarationis, decretorum, derogationis, mandati, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicae, M. DC. XXII. Nonis Februarij, Pontificatus nostri Anno secundo.

V. Dat. S. de Vrfinis.

*Registrata in Secretaria Brevium,*

Romae, ex Typogr. R. Camerae Apost. 1623.

**I**N nomine Domini, Amen. Anno à Natiuitate Domini nostri Iesu Christi, M. DC. XXIII. Indictione sexta, die vero octaua mensis Februarij, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Gregorij diuina prouidentia Papae X V. anno secundo, retrospectae litterae Apostolicae affixae & publicatae fuerunt ad Valuas Basilicarum S. Ioannis Lateranens. Principis Apostolorum de Vrbe, ac Cancellariae Apostolicae, & in acie Campi Florae, dimissis ibidem earundem litterarum originalibus appensis per aliquod temporis spacium & exinde remotis, deinde dimissis earundem litterarum copiis affixis, ut motis est, per nos Cosmum Modium, & Alexandrum de Rocchis, Sanctissimi Domini nostri Papae Cursores,

OCTAVIUS SPADA Magist. Curfor.

Felix Lucius Persicus Curia Caus. Camerae Apost. Not.

Locus sigilli.

## DISPUTATIO L.

Num Episcopi iam parochos possint aliquoties examinare?

## S V M M A R I V M.

*Parochorum iurisdiclio est ordinaria, num. 1.**Aliud est posse Episcopum Parochorum licentias reuocare, aliud posse Parochos examinare, numero 2.**In quo consistat pondus questionis, n. 2.**Parochis illiteratis potest coadiutor deputari, num. 4. 5. & 6.**Ex mente Concilij Tridentini, precepto constringuntur Episcopi illiteratis Parochis coadiutores deputare, num. 7.**Dolendum Episcopos non deputantes Parochis illiteratis coadiutores, & concubinarios Parochos non punientes, num. 8. & 9.**Termonendi sunt Parochi concubinarij, vt possint beneficij priuari, num. 16.**Anthoris iudicium, num. 11.**Rationibus probatur à num. 12. vsque ad 15.**Communiter quando Parochus declaratur esse illiteratus, incapax redditur ad confessiones audiendas, non ad alia sacramenta administranda, num. 16.**Nec excusatur Parochus à residentia, quamuis habeat coadiutorem, n. 17.**Obiectio aduersus Anthoris iudicium, n. 18.**Eius solutio, n. 19. & 20.**Alia aduersum, n. 21. 22. & 23.*

**N** primis certum est, Parochorum iurisdictionem circa suos Parochianos ordinariam esse, vt diximus disput. 48. num. 4. vbi Authores & rationes retulimus.

**S**ecundò maxima animaduersione dignum est, tanquam basis ad dubij resolutionem, aliud esse inquirere, possint Parochos Episcopus examinare, & aliud, an idoneos inuentos queat reprobare. Hoc secundum non posse manifestum reor, quia exercitium muneris Parochorum à iure conceditur, à quo sanè priuari non poterunt, nisi ab eo qui sit supra ius, qualis non est Episcopus, sed tantum Pontifex Maximus. In quo sensu arbitror loquutos fuisse Hentiquez lib. 6. capite 6. num. 6. Ochagau. tract. 2. de Confessione, quæst. 40. num. 7. Vazquez tom. de penitent. quæst. 93. art. 3. dub. 5. num. 1. dicens, se non dubitare, non posse Episcopum reuocare Parochorum approbationem, quia eam habent à iure. Posset tamen propter ignorantiam, aut propter delicta suspendi ab officio, aut ei coadiutor aliquis designari. Et à fortiori hanc partem sustinebunt qui censent ceteros confessarios idoneos non posse ab Episcopo reprobari, hoc est, ab eis iurisdictionem auferri, quam tenet Suarez tomo de penitent. disput. 28. sect. 8. num. 7. & sibi videri probabile ait, talem reuocationem sine causa fore nullam, quamuis formidet contrariam partem omnino refellere, dicens, rationes pro sua sententia adductas non esse adeò euidentis, quin relinquunt rem

*Sanchez Selecta.*

aliquo modo dubiam, & ob id non esse contemnendam reuocationem, sed timendam, cum ex illa pendeat valor sacramenti. Quæ tamen ratio momenti alicuius non est apud aliquos, vt retulimus disput. 44. num. 2. & 3. eo quòd inquam, tunc dari iurisdictionem à Pontifice, quando aliquis ex opinione probabili absoluit, vt latè diximus illa disput. 44. num. 2. & 3. vbi plures Doctores retulimus, quos comitatur ipse Suarez censens illud probabile esse. At horum Doctorum sententiam ibi impugnauimus num. 10. 13. & 14. Vnde meritò Suarez hic dicit, timendum fore sequi opinionem quamuis probabilem, quoties ex illa potest pendere valor sacramenti. Quod idem dixerat illa disput. 28. sect. 7. num. 7. in fine, referens opiniones, an approbatus ab vno Ordinario possit vbique excipere confessiones, vbi postquam resoluit posse confessarium approbatum in vna diocesi, auscultare confessiones in alia, videlicet habentium Bullam Cruciatam, siue aliud priuilegium ad eligendum confessarium, ait denique, quòd quamuis valde probabilem propositam hanc opinionem existimet, tamen quia res est gravis, & ex ea potest pendere valor sacramenti, consuleret semper in praxi sequi opinionem securiorem.

Difficultas igitur procedit, num Episcopus possit iam Parochos examinare, vt videlicet certior fiat qui sint sufficientes, vel non. Et in primis certum est, posse Episcopum vnum, vel aliorum Parochum examinare, quando defectus scientiæ adeo notus esset, quòd vel nullatenus posset celari, vel errores admissi à Parocho id ostenderent: tunc enim cum errores, vel fama publica se gerant tanquam accusatores in Parochum, ius habet Episcopus vocandi illum ad suum tribunal, & confessionem iuridicam ab eo excipiendo (hoc est, per examinationem) scientiæ quantitatem mensurandi, quam si minus sufficientem quàm oportet habere Parochum inuenierit, poterit abque dubio, vel ab officio suspendere, aut illi coadiutorem designare. Vt constat ex Trident. sess. 21. cap. 6. per hæc verba: *Quia illiterati, & imperiti Parochialium Ecclesiarum Rectores sacris minus apti sunt Officijs, & propter eorum vita turpitudinem potius destruunt, quam edificant: Episcopi etiam tanquam Apostolica Sedis delegati, eisdem illiteratis & imperitijs, si alius honesta vita sint, coadiutores, aut Vicarios pro tempore deputare, partemque fructuum eisdem pro sufficienti videntia assignare, vel aliter providere possint, quacumque appellatione & exemptione remota, Eos vero qui turpiter & scandalose viuunt, postquam premuni fuerint coercant, ac castigent. Et si adhuc incorrigibiles in sua nequitia perseverent, eos beneficijs iuxta sacrorum Canonum constitutiones, exemptione & appellatione quacumque remota, priuandi facultatem habeant.*

Et ex dicto decreto, Rota in vna Detursen. Archipresbyteratus 16. Nouembris 1594. coram

A 22 domino

domino Peña resoluit, deputationem coadiutoris factam ab Ordinario vigore istius decreti non esse attentatam, etiamsi sit executata post appellationem interpositam, à sententia eius qui iudicialiter processit.

5. Per quod tamen decretum tolli appellationem quoad effectum suspensuum, sed non deuolutiuum, colligitur ex dicta decisione dicente, non iudicandum appellationem esse attentatam quamuis sit executata post appellationem interpositam. Quibus verbis ostenditur, appellationem posse interponi, hoc est, posse causam deuolui ad superiorem: quia tamen resoluit decisio, non esse iudicandam attentatam deputationem coadiutoris, factam etiam post interpositam appellationem, perspicuum est consequi tolli appellationem quoad effectum suspensuum, sed non deuolutiuum. De his duobus effectibus appellationis sunt iura in capite *Ad reprimendum*, versiculo, *Conquestus*, de offic. ordinar. cap. *Si à iudice*, de appel. in 6. & in cap. *Per illas*, de sentent. excommunic.

6. Poterit igitur interponi appellatio ad Metropolitanum, non obstante, quod procedat Episcopus tanquam Apostolicæ Sedis Legatus, nisi quando procederet contra exemptum vt Delegatus, quia tunc esset ad Sedem Apostolicam interponenda, vt bene docet Garcia 1. tomo, *de beneficijs*, 4. part. cap. 5. à num. 7.

7. Nec solum Concilij decretum permissionem continet, ex eo videlicet, quod dicat, posse Episcopum deputate coadiutorem illiteratis Parochis, sed præceptum sub mortali obligans, iuxta text. capite *Illiteratus*, 27. distinctione, & cap. *Nisi cum prudens*, de renuntiat. Nam cum de iure Diuino naturali incumbat Episcopis pabulum spirituale suis ouibus ministrare, & ad id dignos & sufficientes ministros coadiutores habere, sic restrictos esse ipsos Episcopos eodem naturali iure insufficientes repellere, ne fame perire oues sit opus; iuxta illud Thren. 4. *Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis*; vel veneno pro saluati cibo contingat illos cibare. Vnde Concilium dicens, posse Episcopos illiteratis Parochis coadiutorem deputare, solum exprimit quid iuris naturalis obligatione competat illis: & ob id forte per verba præceptum sonantia non est loquutum, eò quod superfluum videretur & indecotum, Episcopos positiuo constringi præcepto in illis ad quæ natura ius ducit deuinctos. Solum igitur Concilium intendit, Episcopos posse illiteratis Parochis deputato coadiutores, vt videlicet executio deputationis per appellationem interpositam non impediatur, qua interueniente nisi alias id deceterum fuisset, impediretur.

8. Vt ergo Episcopis non deputantibus illiteratis Parochis coadiutores: dolendum sanè aliquos nolentes palam suum gregem per Parochos illiteratos regi, errores sæpe committi ab ipsis, & tamen minime curantes ministros sufficientia præditos defectus Parochorum supplere: arbitrantur enim ipsi suo muniti satis dedisse, parochos illiteratos siue concubinaros pro paruo tempore incarcerando & pecuniaria pœna mulctando, nec animaduertunt tunc illos non puniri iuxta formam & dispositionem Concilij. Et experientia præterea compertum est, huiusmodi pecuniarias pœnas non solum emendationem delicti non inducere, verum aniam exhibere concubinariis in-

ferdescendi, qui culpam carnalem pecuniis redimere non existimant. Vt bene aduertit Segura de Aualos in *directorio iudicum Ecclesiasticis fori*, & Garcia 1. tomo, *de benef.* parte 11. cap. 10. num. 188. Aduertens itidem, nota auaritiæ inuri Iudices potius crumenam quam delinquentem punientes: quam fugere maximè illos oportere nemo negabit prudens. Et facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi, cap. *Vt Clericorum*, de vita & honest. cap. *Est iniustus*, in fin. 2. 3. quæst. 4.

9. Nec scio quo iuuentur iure Episcopi non priuantes beneficiis concubinaros ter monitos. Si namque pietate mouentur, quare charitas erga Parochianos inferior erit? Nonne æquius est pati fontem quam innocentem? Si verò querelam vnius priuandi Parochi meruunt, quamam ratione æquo ferunt animo quæ à Parochianis tam iuste sumitur? Vereantur igitur sanguinem Abelis clamantem, & iustam postulantem vindictam, non tam iam in Parochum illiteratum, vel concubinarium, aut vtrumque simul habentem (proh dolores!) quam in Episcopum illum non priuantem, aut coadiutorem non deputantem ad minus, quando illiteratus fuerit Parochus & aliàs honestæ vitæ, vt decreto Concilij constat. Et concubinaros beneficiis non priuantes Episcopi in contemptum constitutionis priu. in ordine Bullarij 5. incidunt, monentis & præcipientis in virtute sanctæ Obedientiæ, quod statuta à Concilio contra concubinaros tam Clericos quam laicos, districtè faciant obseruari, reddituri Deo rationem, si id omiserint, Gutt. *quæst. Caro*, lib. 2. cap. 7. numero 68. Garcia 2. tomo, parte 11. capite 10. num. 87.

10. Ter autem monendos esse Clericos concubinaros, vt suis beneficiis priuari queant, constat ex Trident. sess. 25. *de reformatione*, cap. 15. cap. *Sicut*, & cap. *Si autem*, de cohabite. Cleric. vbi Doctores, & Saphil. dicto titulo *De varijs modis vacationis*, §. *Quando quis veniat priuandus beneficio*, num. 4. Belua *de benef.* 3. parte, quæst. 3. num. 7. alias 16. Coras. 3. part. cap. vlt. numer. 28. Mand. tit. *de priuat. verb. Concubinarium*, Garcia 2. tomo, *de benef.* part. 11. cap. 10. num. 182. De qua priuationis pœna agunt Bern. Diaz in pract. cap. 73. lnl. *Clar. §. Fornicatio*, num. 9. verb. *Clericus autem concubinarium*, Guido Pap. decil. 558. Zabarella consil. 55. & 132. vers. *Item præsuppono*. Tuschus liter. M. conclus. 357. Ludouicus à Sarauia tract. *de iurisdictione adiutorum*, quæst. 16. num. 14. videndus Grilenzonius consil. 19. Otero. part. 3. disput. Fatim. 4. part. quæst. 136. & part. 1. consil. 38. 78. & 85. Ruzius part. 1. decil. 76. Hiero. *de monte varij Iuris*, quæst. 18. num. 48. Hamad. leg. 32. gloss. 5. num. 6. titulo 5. parte 1. & leg. 43. gloss. 2. num. 3. tit. 6. part. 1. Perez leg. 2. verb. *Quæritamen potest*, tit. 3. lib. 1. Ordin. Matienç. leg. 6. glossa 2. à n. 23. tit. 8. lib. 5. nouæ Recopil. Menoch. *de arbit.* cap. 41. Rebuf. *de concord.* tit. *de publ. concub.* verb. *Prima ergo pœna*. Zerol. in *praxi Episcop.* part. 1. verb. *concubinarij*, §. 3. pagina 60. Comito. lib. 51. quæst. 57. Reginald. in *prax.* lib. 30. tract. 3. n. 154. Valasc. tom. 1. *allegat.* 34. numer. 7. Ledesma parte 2. summ. tract. 27. cap. 18. & dictus Garcia 2. tomo, *de benef.* part. 11. cap. 10. num. 158. qui plures refert. Quæ tamen pœna priuationis beneficij non procedit in simplici incontinentia absque qualitate concubinarus, vt constat ex declarat. adduct. à Garcia illo cap. 10. num. 186. Huiusmodi

verò monitionem non debere fieri in genere, id est per edictum, sed in specie, nominata persona rectè aduertit Ludouicus à Sarauia tract. *de iurisdictione adiutorum*, quæst. 16. num. 12. siquæ per Cardinales fuisse declaratum testatur Fatinae, dict. sess. 25. cap. 14. & Marcill. lib. 4. tit. 15. cap. 1.

### *Authoris iudicium.*

11. **R**edacta igitur est vniuersa difficultas an valeat Episcopus vocare ad examen omnes parochos generaliter, quamuis nulla præcedat infamia impetitæ ipsorum. Quod tamen, posse non dubito: nam ideo diximus disputat. 28. num. 24. posse Episcopum vocare ad examen confessarios tam sæculares quam Regulares, vt videlicet experietur, an sufficientes sint vel non, quia fundamentum sufficientiæ mutabile & variabile est, qualis est scientia & boni mores, & quia leges seu facta ab vno Legislatore seu superiore potest successerit derogare, nisi superius ius aut Legislator obsit. Propter eandem igitur rationem fas erit illi vocare ad examen Parochos vniuersos, vt ei per experientiam innoscat, an illorum scientia sit extenuata & boni mores mutati, cum Parochi nullo possint inuari iure, aut exemptione magis quam cæteri confessarij.

12. Nec minoris esse momenti visitare Parochos in externis, quam internis neminem credo in dubium reuocare; at habet Episcopus ius visitandi annis singulis ( vt ex Concil. Trident. sess. 21. cap. 8. constat ) Parochorum vitam & mores: quare igitur impeditus erit illorum scientiam perquirere? Poterò nisi examinentur Parochi, non posse verba Concilij plenè saluari reor. Ait enim Concilium debere Episcopum visitare beneficia curata, & prospicere, an cura animarum rectè exerceatur: de quo Fatinaeus super dictum cap. at nisi prævio examine non posse prospicere, num rectè minùsve exerceatur animarum cura, certum arbitror. Nam animarum cura non præcipuè sita est in eo quòd Parochus sacramenta petentibus ministrat, sed etiam in eo quòd rectè. Vnde quamuis Parochiani non conuerantur sibi non ministrari sacramenta, possent hi conueri si minùs rectè quam expedit, ministrantur. At nisi perquiratur Parochorum scientia, sciri nequam poterit, num rectè ministrantur sacramenta, vel non, præcipuè Pœnitentiæ. Igitur vt mens, & Concilij verba verificentur, contendenti teneri Episcopos explorare, an animarum cura rectè exerceantur, vel non, opus esse videtur Parochorum scientiam per examen mensurari. Et licet defectus & errores in confessione admissi, cum occulti sint à pœnitentibus non cogniti, quædam locum non præsent, non ob id minori remedio digni sunt habendi quam externa quæ palam suum defectum ostendunt.

Poterò quamuis à principio collationis Parochialis beneficij scientia Parochorum fuerit nota, decursu temporis diminui potest, & sicut singulis annis vult Concilium Parochos visitari, & Episcopus singulis annis de ipsorum vita & moribus inquirat; non obstante quòd antecedente anno reprehensione aliquid dignum non inuenerit, ex ductus ratione, quòd possit euenire præsentis anno, quòd in præterito defuit, eadem itidem ratione esse valdè consonum videtur scientiam Pa-

*Sanchez Selecta.*

rochi perquirere. Imò ad id esse restrictum Episcopum sunt rari aliqui docti quos consulti. Vnde hac ductus ratione D. Andreas Pacheco Episcopus Segouienf. & nunc meritissimè Inquisitor Generalis, Parochos examinauit. Idem egit D. Ioan. Manuel Episcopus Siguntinus, & D. Castillo Episcopus Calagurritanus his temporibus.

13. Nec video quamam ratione singulis annis parochos examinare non expediat Episcopis, si verba Concilij iuxta illorum proprietatem sint accipienda, vel saltem biennio. Cum enim teneatur Episcopus totam suam diocesim ad minus biennio visitare, vt ex Concilio Tridentino, sess. 24. cap. 3. & præcipuum visitationis munus magisque necessarium sit curare sacramenta rectè administrari, sit, saltem biennio scientiam parochorum experiendam fore medio examine, vt inde notitiam possit sumere Episcopus de recta vel non recta sacramentorum administratione, nisi aliàs Episcopos sit certus posituè omnes suæ diocesis parochos sapientes esse, & scientiam tempore accepti beneficij comparatam extenuatam non esse: quod tamen difficillimum erit cognoscere sine examine in pluribus.

14. Nec excusabuntur Episcopi examen omit- tentes, per non usum: ille enim conferre ius non valet præscriptionis aut consuetudinis parochis: ex actu enim negatiuo, seu ex non usu non inducitur consuetudo, cum sit communis actuum repetitio, cap. *consuetudo*, 1. distinctione, cap. *ita nos*, 25. quæst. 2. vt disput. 26. num. 16. nisi habeat tacitum actum contra dispositionem iuris vt non deferendo tonsuram, Abb. in cap. *Ioann*, num. 9. de clericis coniugatis. Poterò non usum non posse inducere consuetudinem docet Vazquez. 1. 2. tom. 2. disput. 177. cap. 6. num. 54. cum Burgen. in l. 1. Tauri num. 164. bene aduertens, consuetudinem introduci non posse ex non usu, quando casus videlicet non occurrit. Garcia 2. tom. *de benef.* Nam cum consuetudo introducat moribus vrentium, hoc est usu, per non usum qui nihil est, introduci non potest, cumque consuetudo legitime debeat esse introducta vt legem abrogare valeat, consequitur, per non vsum nullam legem abrogari posse. Et nec etiam ius præscriptionis posse acquirere Parochos, quòd videlicet non examinentur, constat etiam. Nam vt primè aduertit Vazquez supra num. 8. consuetudo & præscriptio solùm differunt sicut commune & speciale, quatenus omnis præscriptio est consuetudo, non verò omnis consuetudo est præscriptio: nam hæc est consuetudo quædam ex usu orta (speciem aliquam certam, vt circa locum aliquem determinatum, vel circa personam determinatam, vel circa vtrumque simul. Consuetudo verò circa facta hominum solùm versatur: vnde si per non vsum comparari nequit consuetudo fauens parochis quoad non examinationem, eadem itidem ratione nec præscriptio quæ idem est cum consuetudine & tantum discriminantur tanquam superiores & inferiores.

15. Similiter se excusari minime quibunt Episcopi ex eo, quòd omitentes examen, Doctorum probabilem sequantur sententiam; nam nullum vsque modo inueni ex pluribus, dicentem non posse Episcopum parochos examinare, sed tantum decernunt non valere illorum approbationem reuocare generaliter. At iam diximus num. 1. longè

diuersum esse posse Episcopum ad examen parochos vacare, vel fas fore approbationes reuocare ante examen; hoc non posse admissum, eo quod de iure parochorum approbatio habeatur tanquam quid annexum ad parochi munus, quod à iure confertur media electione Episcopi: semel autem collarum pendet in conseruari solum à iure siue à Pontifice qui est supra ius. Vnde licet Episcopos possit præcipere ceteros confessarios ad examinationem venire, aut à confessionibus cessare, id non poterit parochis, sed tantum censuris vel aliis pœnis aut pecuniariis multis constringere ad examen, cum ante examinationem in ipsius potestate non sit approbationem seu iurisdictionem parochorum auferre vel suspendere, animaduersa verò iam per examinationem impetrata, naturali iure constringunt Episcopi insufficientes parochos repellere, & tunc propriè non auferit Episcopus iurisdictionem, sed præmissa declaratione insufficientiæ, ius & Pontifex reuocationi assistunt immediatè, à quo cum pendeat solum quoad conseruationem, sic & quoad destructionem.

16. Non tamen illiteratus parochus cui deputatur coadiutor sic ab Episcopo denunciatus per sententiam incapax propterea redditur ad omnia parochi munia, sed tantum ad illa quæ ad sui exercitationem, scientiam, & literaturam prærequirunt, vt ad audiendas confessiones. Vnde ad matrimonio assistendum inhabilis non redditur, vt docet Sanctius lib. 3. de matrimonio, disputat. 21. numer. 11. & 12. Basilius de Leon, lib. 5. de matrimonio, cap. 18. numer. 13. cum ad id solum vt fide dignus testis desideretur à Concilio, sess. 24. cap. 1. de reformat. cuius personam quilibet quantumuis rudis gerere poterit. Quod si aded ingens sit parochi infirmitas, quod baptisina, extremam Vnctionem, Eucharistiam infirmis ministrare ignoret, & id declaret Episcopus, carebit illicò Parochus iurisdictione etiam ad hæc ministranda Sacramenta; quæ si ministrat, poterit puniri tanquam alieni manetis susceptor. Vnde notanter sacra Tridentina Synodus, cap. illo 6. sessionis 22. coadiutorem deputari præcipit: coadiutor verò non dicitur qui vniuersum parochiæ onus sustinendam accipit, sed qui partem qua proptius beneficiatus à labore releuetur. Vnde ex mente Concilij coadiutorem deputantis, aliquid agendum à proprio Parocho consentit.

17. Et ob id à residentia Parochus illiteratus & cui deputatus fuit coadiutor, non excusatur, cum ipse in aliquorum sacramentorum administratione iuuare coadiutorem sit constrictus, & rebus externis Ecclesiæ tanquam ministrator assistere. Quod docet Garcia 1. tom. de benefic. 4. part. cap. 5. num. 8.

18. Calumniari tamen contendit quis nostram conclusionem. Nam Parochus medio examine adquisiuit ius, quod videlicet declaretur tanquam idoneus ad munus Parochiale absolutè & non limitatè pro aliquo videlicet tempore: igitur ius habet iustitiæ, quod semper reputetur habilis, dum ex indicij sufficientibus oppositum non confiterit, ex regula Doctorum, *Nemo presumitur malus, nisi probetur contrarium*, delumpta ex cap. Dudum, de præsumpt. & ex cap. vnico, de seruitio. & ex leg. Seruos, ff. de manumiss. testamento, & ex leg. Quoties, 2. ff. De his que in testamento deleantur, & cap. Inter dilectos, de fide instru-

ment. Et quia quem primò approbauit reprobare non potest, ff. De adult. leg. Si vxor, §. vltim. Cod. de testibus, leg. Si quis testibus, & de adult. edicto, leg. Quod si noluit, §. Infestum, de quo Oldradus consil. 18. & ex regula iuris, *Dubia in meliorem partem sunt interpretanda*. Sicut enim iudicium valde temerarium esset, suspicari de aliquo absque indicij, deperditis affectum esse moribus; & magis temerarium, si aliquando opera virtutis fuisset executus, vt bene Lessius lib. 2. cap. 29. dubio 4. numero 34. Eodem sanè modo temerarium iudicium erit suspicari de Parocho semel reputato idoneo, posse iam incidisse in imperitiam, & ob id opus esse examinatione; iniuria namque fit ei ex illa suspicione concepta, quod videlicet exequitur forè suum munus indebitè. Et sicut lethale crimen est, iudicem condemnare aliquem ob solam suspensionem ex leuibus exortam indicij, vt fatentur vniuersi & bene Lessius lib. 2. cap. 29. dub. 2. num. 8. Sic itidem crimen erit Parochorum semel probatum absolutè idoneum, condemnari ad examen. Quæ rationes pariter militant in quocumque confessario semel approbato, cui etiam inferri iniuria videtur, si ad nouum examen accedere compellatur, quando indicia nulla præcesserint de illius insufficientia.

Huiusmodi tamen argumentum adeo magnificè quidam doctus, quem consului, quod se illo conuinci fateretur & iniuriam irrogare Parochis & quibuscumque aliis confessariis semel approbatis Episcopum denuò examinandi arbitrabatur. Quod tamen non vrgit: nam vt bene aduertit Dignus Thomas 2. 2. quæst. 60. artic. 4. ad tertium, & ibi Gaeteranus, Lessius libro illo 2. c. 26. dub. 4. numer. 42. Valent. tom. 2. quæst. 4. disput. 5. punct. 4. mihi fol. 1022. Margarita Confessorum, fol. 20. quando agitur de vitando damno, vel de adhibendo remedio, suspensiones & dubia sunt in deteriorem partem accipienda, non quidem iudicando, verbi gratia, approximare nobis futem, vel improbum, vel habendum pro tali, sed iudicando ita exterius cauendum, & sibi illique consulendum, ac si dubia esset eius hominis approximantis probitas.

Hoc modo dum accipimus ignorum hominem in ardes nostras, vel cum ipso iter agimus, ira cauere rebus nostris, ac si dubia esset eius probitas, nullo tamen modo illum habemus pro improbo de facto, sed solum possibile esse improbum, vel futem esse qui nobis nocere possit iudicamus. Quæ ratione ducti diximus disputat. 2. numero 5. non delinquere matrem includentem filiam in cubiculum dum sola maeret, ne videlicet aliquid inhonestum eueniat: ob quam etiam rationem superiores ob indicia quædam dubia, vel suspensionem obiurgant subditos, pœnitentias imponunt, aliqua remedia illis corrigentes adhibent, tanquam si ipsos malos putent, quamuis illos malos esse de facto non arbitrentur, sed illorum intentionem excusent: licet hi cauere debeant, ne, vel modum exerceant, vel illos aliis suspectos reddant, vel de illorum virtute diffidere videantur, vt bene animaduertit Lessius lib. 2. cap. 29. dub. 4. num. 42. Eodem itidem modo poterit Episcopus suspicari de parochis, non quod reuera insufficientes sint, sed exterius ita agendum esse cum illis ac si dubia positivè esset illorum pericia, illos videlicet examinando: sicut, vt diximus, fas est mihi

mihî itineranti cum ignoto socio, me & omnia mea tunc constituere & alia agere erga ipsum, ac si esset illius dubia probitas, eo quod Episcopus in illa suspitione agat de evitando damno parenti euenite parochianis ex imperitia parochi, & de adhibendo remedio: unde Episcopi non tam suspitionem quam cautio erit dicenda. Ex eo verò quod superiores cauti sint & seduli in vitandis damnis & remediis adhibendis, non poterunt conqueri iuste subditi, sicut nec iustam querelam haberent causam Regulares, quod illorum superior noctu cellulas inuisat sine cognoscendi, num constitutiones & regulas obseruentur ab ipsis, vel non, Torres de iustitia, disput. 4. dub. 3. num. 16. & tom. de fide, disput. 89. dub. 5. Lotca 2. 2. disput. 45. n. 11. & 12. Bañez 2. 2. quæstion. 33. artic. 3. dub. 2. conclusionem 3. ob id Christus Matthæi 10. dicit. *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbe*, quasi dicat: Insidias illorum qui vobis poterunt aduersari, fugite, & ab illis, caute exteriori, intentione tamen simplicitatem columbe imitami, id est, estote candidi & sinceri.

Quapropter argumentum solum conuincit non posse Episcopum absque iniuria parochorum suspicari nullis præmissis iudiciis, reuera esse omnes vel aliquos ignatos, ac ex suspitione ita gerere cum illis oportere, ac si esset dubia eorum sufficientia, iniuriosum nequaquam est: nam quoties occurrunt, simul esse prospiciendum pro alio & pro se, & bono proprio mederi non possit si consulatur alieno, iniuria nulla committitur non consulendo bono alieno, vt bono proprio prospiciatur: ac Episcopus examinans parochos bono proprio & communi consulit, abstinens verò ab examine, bono particulari parochorum. Unde regul. *Nemo presumitur malus nisi probetur contrarium*, accipienda est, quod nemo videlicet præsumatur esse reuera malus de facto, nisi probetur, non verò quod ob cautionem non possit agi cum illo exteriori ac si esset malus, interiori tamen & secundum effectum non habendo illum tanquam improbum, vt bene aduertit Lessius lib. 2. cap. 29. dub. 4. numer. 40. Et quamvis iudex non possit damnare vllum absque sufficientibus iudiciis, aliàs iniuriam grauem irrogaret reo, poterit tamen Episcopus parochos examinare, quia inde non condemnantur parochi, sed præcauetur futurum damnum: ac reum condemnans iudex non tam præcauet damnum futurum, quam crimen præteritum punit. Tantumque abest cautionem de suspicato malo peccatum fore habendam, quam potius pars prudentiæ sit & virtus ab aliis distincta, vt optime docet D. Thom. 2. 2. quæst. 70. artic. 8. & ibi Caietan. bene aduertens quod actus ieiunandi propter castitatem quando oportet, eget cautione, vt homo euitet ire ad socios tales qui inuitent ad soluendum ieiunium; extendique cautionem animaduertit D. Thom. non solum ad impedienda mala manifesta, sed etiam occulta, quæ cum mala sint, speciem tamen continent mali, ideòque incautos appellamus qui incidunt in quoduis horum, vt bene notauit Caietan. Ad circumspeditionemque attinet intentus suspicari quænam mala euenire nobis queant, vt ait D. Thom. 2. 2. quæst. 70. art. 7. Quapropter incircumspectos dicimus, qui non vident circumquaque, incautos verò qui licet circumspiciant omnia, non tamen student, vt vitent mala quæ præuident, quod rectè satis fuit animaduersum à

Caietano in fine artic. 8.

Nec postquam adquisiuit parochus seriel approbationem, ius habet iustitiæ, quod iterum non examinetur, cum examen in fauorem boni communis sit necessarium, cui cedere debet parochus, quamuis cum incommodo boni proprii, sed tantum habet ius iustitiæ quod non impediatur eius iurisdicção, si eum idoneum esse constiterit Episcopo. Quo etiam sit ceteros confessarios examini comparantes & idoneos inuentos non posse facultate auscultandi confessiones priuari, quia supposita idoneitate ius habet iustitiæ ad continuandum confessionis munus. Nam eo ipso quod ad examen admittuntur, inter Episcopum & ipsos pactum virtuale intercedit: conferendi videlicet facultatem ad confessiones si idonei inueniantur, aliàs confessarij labore examinis nolent subire, & exoptarent potius non admitti ad examinationem, quam post illam reici, idoneitate inuenta, cum semper turpius eiciatur hospes quam non admittatur, vt constat ex cap. *Quando*, de iureiurando.

Quod si facultas ad excipiendas confessiones denegetur confessariis per examen repertis idoneis, quamuis in eo iniuria grauis irrogetur, negatio facultatis valida erit, & consequenter illi valide absolueri nequebunt, quia ab Episcopo iurisdictionem neutiquam accipiunt, nolente eam impertiri, nec à iure aut Pontifice (qui solet aliquando iurisdictionem impendere, quando ea iniuste ab inferiori iudice denegatur.) Nam nullum habetur expressum ius quo id caueatur, nec ex episcopica potest deduci tunc tradit à summo Pontifice. Nam conferre, vel non, facultatem ad confessiones, competit iure ordinatio Episcopis; quod euertere non vult Pontifex ob hominum commune, quamuis aliquando intercedat iniuria alicuius in particulari.

Unde minus bene Suarez tom. de Penitentia, disput. 28. sect. 8. n. 7. asserit probabile esse, renouationem licentiæ factam sine causa esse nullam, & consequenter à confessariis non tolli iurisdictionem. Nam vt probauimus non à iure, nec à Pontifice, nec ab Episcopo in illo euentu impartitur, quamuis censeat ipse Suarez rem esse dubiam & timendam, vt diximus num. 2.

Et longè minus verisimile est, quod quidam doctus quem consului asseruit, videlicet confessarios non comparentes examinationi, peccate grauius, si confessiones excipiant, ac valide absolueri, quia in potestate Episcopi non sit ab illis iurisdictionem auferre, nisi per examen, insufficientià cognita, priuentur. Quod quidem falsum est: nam posse Episcopum ob iustam causam licentias confessariorum renouare, nullus ambigit iustam esse causam renouationes resistentiam ad examen, pariter certum est.

Dictum hæcenus est de visitatione ab Episcopo habenda erga scientiam & mores Parochorum: modò desiderare posset meritò quis, quid erga visitationem capitulorum Ecclesiarum Cathedralium & aliarum Ecclesiarum maiorem agendum esset ab Episcopo, quæue praxis seruanda. Quia tamen de praxi aliqui egerunt Doctores, nullus tamen, quem viderim, egerit ex professo, id quod maxime opus erat, videlicet, *An per proprias personas teneantur Episcopi capitula Cathedralium visitare, vel possint visitandi munus committere ateri? Visum fuit mihi valde necessarium,*

rium, huiusmodi rem non obiter vt alijs, sed exactè examine.

**AN EPISCOPI TENEANTUR** visitare Capitula Ecclesiarum Cathedralium per proprias personas, vel visitationem possint committere suis Vicariis?

**SUMMARIUM.**

*Suadetur teneri Episcopum visitare capitula per propriam personam, n. 1.*

*Proponitur responsio aliquorum & refellitur, numer. 2. & 3.*

*Eufasio aliorum diruitur, à num. 4. vsque ad 10. inclusive.*

*Effugium aliorum adducitur & impugnatur, num. 11. 12. & 13.*

*Qualiter sentiant alij, & eorum Doctrina enersio, num. 14. & 15.*

*Explicatio adducta ab aliquibus ad caput 4. sessionis 6. Concilij Tridentini de visitatione capitulorum loquentes adducitur & rejicitur, numer. 16. & 17.*

*Declarationibus Cardinalium se tutari conantur capitulares, quod videlicet Episcopus per propriam personam constrictus sit capitula visitare, num. 18. & 19.*

*Authoris iudicium, num. 20.*

*Confirmatio Authoris iudicium pluribus exemplis deductis ex Concilio Tridentino à n. 21. vsque ad 26. inclusive.*

*Contendant aduersarij prædicta exempla euertere, numer. 27.*

*Illorum doctrina confusio, numero 28. 29. 30. & 31.*

*Alia maxime aduertenda impugnatio adducitur contra aduersarios, num. 32. & 33.*

*Coadministrator huius Tolerans diocesis debet concurrere simul in spiritualibus cum serenif. Infante Cardinale, num. 34. & 35.*

*Nisi concordet sint in mandatis rerum spiritualium, serenif. Infans, & Coadministrator, mandata non tenebunt, num. 36.*

*De iure legitima ætas in Episcopis ad regimen rerum spiritualium debet esse triginta annorum expletorum. Fnde serenif. Infans Cardinalis, vt ante illam ætatem gubernet in spiritualibus, opus illi erit facultatem adipisci à Sum. Pontifice, numero 37.*

*Argumentum ergens adducitur, quod iurisdictio in spiritualibus non sit concessa à Sum. Pontifice serenissimo Infanti in tantæ teneræ ætatis, num. 38.*

*Licet daremus constrictos esse Episcopos per proprias personas capitula visitare, hoc intelligendum erit, nisi ipsi sint legitime impediti, num. 39.*



**APITVLVM** non posse visitari à Vicario solum, sed interesse debere personaliter Episcopum, probatur ex Concilio Tridentino, sessione 6. cap. 4. de reformatione, cuius hæc sunt verba: *Capitula Cathedralium, & aliorum*

*maiorum Ecclesiarum illorumque persona nullis exemptionibus, consuetudinibus, sententijs, iramentis, concordijs, qua tantum suos obligent auctores, non etiam successores, tueri se possint quominus à suis Episcopis, & alijs maioribus Prelatis per se ipsos solos, vel illis quibus sibi videbitur adiunctis iuxta Canonicas sanctiones, toties quoties opus fuerit, visitari, corrigi, & emendari etiam auctoritate Apostolica possint & valeant. Vis igitur iuris capituli in illis verbis sita esse videtur. Quominus à suis Episcopis, & alijs maioribus Prelatis per se ipsos solos Capitula visitari valeant. Si namque Concilium ab Episcopis, & solis, & per se ipsos visitationis munus agendum decernit, nullum dubitationi locum relinqui conspicitur, posse visitationi incumbere alium qui non sit Episcopus, & qui non personaliter non interfit siue solus ipse visitationem exequi velit, vel secum coadiutores adsciscat, qui secum illam petagant. Igitur cum Vicarius Episcopus non sit, v. g. Tolerans (nam et si alterius diocesis Præful esset, nihil interficeret) facultate visitandi Capitulum nequaquam potitur.*

Nec momenti esse deprehenditur aliquorum responsio, videlicet Vicarium iurisdictione Episcopum esse, quamvis non dignitate, & illud sufficere vt menti Concilij sit satis, ob idque vnum & idem constituere tribunal. cap. *Non putamus*. de consuet. in 6. cap. *Romana*, de appell. eodem lib. l. 2. C. *de officio eius qui vicem alterius gerit*, Couart. in præct. cap. 4. num. 4. Roland. à Valle consil. 86. num. 33. volum. 1. Sbrozius de vicario Episcopi, lib. 2. quæst. 57. Et nomine Episcopi ceteri inclusum eius vicarium probat cap. 2. *de officio ordinarij*, in 6. Glossa verb. *Per Episcopos*, in cap. *vnico de capell. monachorum*, in 6. Archidiaconus in cap. *Reatina*, 63. distinet. vel *si casu, de foro compet.* Et ex eo à vicario ad Episcopum non dari appellationem est apud vniuersos receptum (vno vel alio tenente:) inuat Decius in cap. *Dilecti*, el 3. num. 4. extra de appellation. Paz in praxi tom. 2. præfud. 3. numer. 3. Marquesanus de commission. vtriusque signaturæ 1. part. cap. 6. numer. 67. *Narbona de appellatione à vicario ad Episcopum*, fol. 22. num. 9. Cum enim visitandi munus & actio iurisdictionalia Episcopi sequatur, & non Pontificalia, iurisdictione Episcopali pollentem, visitationem posse explere erit notum.

Voluntariè nimis & absque fundamento traditur responsio. Nam Concilium quociens de Episcopis mentionem gerit, præfatæ iurisdictionis non meminit: quamam ergo ratione credendum hinc taliter dimissile? Præterea licet Vicarius Generalis Episcopi iurisdictione Episcopus sit, cum ordinata fruatur potestate sicut ipsemet Episcopus, & vnum constituat tribunal, de quo ad eundem Episcopum non datur appellatio, tamen nunquam Concilium consentit appellatione Episcopi Vicarium denotari, sed vnum appellans Episcopum, alterum Vicarium, quæ ab vnoquoque sint agenda, decernit: vt constat sess. 15. cap. 1. de reformat. vbi decernit, quod in causis visitationis, vel correctionis, seu habitatis vel inhabilitatis, non criminalibus, ab Episcopo, seu illius in spiritualibus Vicario Generali ante definitiuam sententiam ab interlocutoria vel alio quocumque grauamine non appellentur. Et iterum subdit, quod nec Episcopus seu Vicarius appellationi huiusmodi

di, tanquam frivola, deferre teneatur. Et in cap. 2. & 3. eiusdem sess. Episcopus à Vicario Generali distinguit, & in cap. 4. quid Episcopus, & quid eius Vicarius circa depositionem, & degradationem delinquentium clericorum agere oporteat, statuit: & sess. 25. cap. 6. statuit, quòd dum extra visitationem procedit Episcopus contra aliquem de Capitulo, cum ipso vel cum eius Vicario duo ex Capitulo adiungantur, ad formandum processum. In Ecclesiis verò non exemptis opus non esse adiunctis, qui cum Episcopo aut eius Vicario concurrant. Et sess. 24. cap. 18. decernit examinari debere ab Episcopo, siue eo impedito, ab eius Vicario Generali omnes qui ad consequendum beneficium curam animarum habent fuerint descripti. Et sess. 24. cap. 6. stabilis, in quibuscumque casibus occultis etiam Sedi Apostolicæ referatis posse Episcopos per seipso, aut Vicarium absolvere. Et postea subdit, in hæresis criminæ Episcopis tantum non eorum Vicariis id esse permissum. Et sess. 25. cap. 16. renuntiationem esse nullam factam à Religioso, nisi cum licentia Episcopi siue eius Vicarii fiat intra duos menses proximos ante professionem, statuit. Et dicta sessione cap. 17. explorandam esse puellæ voluntatem ante professionem per Episcopum, vel eius Vicarium. De quo videndus Azor 1. tom. lib. 12. cap. 18. Ecce Concilium in præfatis locis (an adsint alia in Concilio inuenire non potui) Episcopum à Vicario Generali secernere; & quæ vni, quænam alij agenda competant, statuit. Non ergo ex mente Concilij credendum erit appellatione Episcopi illum venire qui iurisdictione Episcopi potitur, si dignitate Episcopali careat.

4. Nec suffragatur aliis euasio distinguens duplex genus Ecclesiarum. Vnum illarum quæ exemptæ erant ab Episcopi visitatione per adeptum ad id privilegium, vel per consuetudinem, sententias, concordias, vel iuramentum inter Episcopum & Capitulum emissum, quo Episcopus constringebatur non visitare illud, visitabatur tamen ab Ecclesiæ Decano, vel alia dignitate designata ad id muneris agendum. Aliud Ecclesiarum genus adebat, earum videlicet quæ exemptæ non erant à visitatione Episcopi, sed illi subdebantur ex iuris communis dispositione. Inquit igitur, Concilium in dict. cap. 4. tantum loquutum fuisse de Ecclesiis exemptis, & illas visitandas fore ab Episcopo per propriam personam, siue solus eligat visitationi incumbere, siue cum adiunctis sibi visis interesse discernat, & quoad has Ecclesias solum modum seruandum in visitatione præscriptum fuisse: illum verò qui seruandus esset in visitatione Ecclesiarum non exemptarum, & quæ ante Concilium subditæ existebant visitationi Episcopi iuxta dispositionem communis iuris, non inno-uasse, sed antiquæ dispositioni iuris reliquisse. Cum verò de iure possint Episcopi ea quæ sibi competunt ex iurisdictione alius delegare, inferunt posse quoque per alium visitationem celebrare in Tolerana, verbi gratia, Ecclesia quæ exempta non est.

5. At prædictum effugium veritate vacuum esse, non grauior ostendere. Nam si tantum in Ecclesiis exemptis stabilis Concilium propriam personam Episcopi visitationi interesse, vel id statuitur tanquam onus, vel tanquam fauor dictarum Ecclesiarum exemptarum: tanquam onus constituit æquum non erat, iustam namque quere-

læ ansam arripere possent exemptæ Ecclesiæ, quòd eis potius, quàm nõ exemptis intolerabilius iugum iniungeretur. Nec in fauorem esse decretum constat, cum iridem non exemptæ Ecclesiæ iustè satis conquerebantur se fauore quo non exemptæ afficiuntur, priuati: cum enim ipsa Episcopi visitationi subditæ semper extiterint, maiori fauore dignæ ab Episcopo impetendæ, quàm non exemptæ erant iudicanda.

6. Hæcque confirmatio maiores vires imprimit impugnationi. Duo intendit stabilire Concilium in prædicto capite 4. Primum scilicet qualis sit seruandus modus in Cathedralium visitatione. Secundum irritas & nullas reddere omnes exemptiones, sententias, consuetudines, concordias, & iuramenta à prædicto modo seruando in visitatione deviantia. Quatenus igitur Concilium primum intendit, omnes Ecclesias Cathedrales, & alias Ecclesias maiores videlicet Collegiatas comprehendit, decernens scilicet omnes Ecclesias Cathedrales & alias maiores ab Episcopis per seipso solos, vel illos quibus sibi videbitur adiunctis visitari, & corrigi valere. Quatenus verò secundum intendit, videlicet omnes exemptiones, consuetudines, &c. contrarias dicto decreto irritas reddi & nullas, solum comprehensas in Ecclesiis exemptas esse manifestum. Fit ergo omnes Ecclesias Cathedrales, & alias maiores inclusas esse sub hoc decreto, quoad modum visitationis seruandum & præscriptum in illo. At modus designatus à Concilio seruandus circa Cathedralium visitationem in eo consistit, quòd ab Episcopis per seipso solos visitentur, vel ad summum cum Episcoporum personis adiungantur alie. Igitur falsò supponit euasio ab aliquibus adducta prædictum Concilij caput 4. solum locutum fuisse de Ecclesiis exemptis in seruanda forma visitationis.

7. Vnde declarationes Cardinalium, & Rotæ decisiones (si quæ sunt) decernentes d. cap. 4. loqui de Ecclesiis exemptis, eo sensu id censent quatenus irritat & nullas reddit exemptiones, consuetudines, &c. illarum. Non tamen quia Cardinalium declarationes, & Rotæ decisiones inficientur loqui Concilium de Ecclesiis non exemptis secundum eam partem, quo per ipsum constituitur seruandus modus in visitatione Cathedralium & aliarum maiorum Ecclesiarum.

8. Notanter dixi, si quæ sunt Cardinalium declarationes, & Rotæ decisiones: nam illæ quæ adducuntur à Farinac. in cap. 4. sess. 6. & in cap. 6. sess. 25. minime probant prædicta capita 4. & 6. tantum loqui de Ecclesiis exemptis; imò oppositum dicitur in declaratione, adducta à nobis infra num. 10. Decipiuntur tamen aliqui arbitantes caput 4. tantum loqui de Ecclesiis exemptis, quia in principio illius capit. hæc asserit Farinacius: *Episcopus sua Capitula visitare potest, & corrigere, si non sunt exempta: si verò exempta essent, seruanda est forma præscripta à Concilio sess. 25. cap. 6. de reformat.* Sed non animaduertunt in cap. illo 6. sess. 25. duo decerni. Primum, quòd obseruetur in visitatione omnium Cathedralium, & aliarum maiorum Ecclesiarum decretum cap. 4. sess. 6. Secundum, quòd Episcopus extra visitationem procedens contra aliquem ex capitularibus, adiunctos sustineat ad actus processum in Ecclesiis exemptis; in non exemptis verò minime opus erit ei adiunctos habere. Quando igitur Conci-

lium loquitur de seruanda forma in uisitatione Ecclesiarum, tam exemptas, quam non exemptas comprehendit: quando uero loquitur de seruanda forma extra uisitationem, diuersimodè loquitur de exemptis, ac de non exemptis. Vnde Fatinae declaratio duo dicit, & quòd Episcopus sua Capitula uisitare potest, & quòd etiam potest corrigere: quando ergo dicit potest Episcopum sua Capitula uisitare, & corrigere si non sunt exempta, vox, *si non sunt exempta*, coniungi debet ad uocem, *corrigere*, quòd sensus sit, quòd potest sine adiunctis corrigere Capitulares: si uero exempta sint, adiunctos habere opus erit: non uero vox, *si non sunt exempta*, coniungi debet termino *uisitare*: quasi sensus sit, quòd exempta non possit uisitare: oppositum enim directè dicitur in illo cap. 4. cum dicat Concilium, Capitula uisitanda fore ab Episcopo nullis exemptionibus obstantibus, &c. Vnde exemptio attendenda tantum est dum extra uisitationem procedit Episcopus; in uisitatione uero patet illas efficere Concilium.

9. Quæ ut dilucidiora reddantur, perpendendum est ualde, non esse idem Concilium sumere occasionem ex vno ad decernendum aliquid, & quòd tantum loquatur in decreto de eo, de quo sumpserat occasionem. Contingit enim sæpè moueri ex vno, & tamen plura alia decernere, sicut in sessione 23. cap. 75. decernit, nullum Sacerdotem sæcularium uel regularem posse auscultare confessiones absque approbatione Ordinarij; & tamen ad illud decretum constituendum occasionem sumpserat ex eo quòd plures essent regulares habentes privilegia ad excipiendas confessiones absque approbatione Ordinarij, imò ipso renitente. Quamuis igitur fateamur Concilium sumpserat occasionem ad constituendum illud cap. 4. sess. 6. propter plures Ecclesias exemptas non subditas Episcoporum uisitationi, non propterea inferre oportebit decretum in illo cap. solum se extendere ad Ecclesias exemptas comprehendere, quòd ex dicendis postremò probabitur.

10. Denique conuincitur dictum cap. quartum, sessio. 6. loquutum fuisse tam de Ecclesijs exemptis, quam non exemptis, secundum illam partem quæ decernit modum seruandum in uisitatione: nam idemmet Concilium sess. 25. cap. 6. statuit, ut in omnibus Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis decretum in illo cap. 9. sessione 6. obseruaretur. Cum igitur dicat, *in omnibus Ecclesijs*, omnes comprehendit tam exemptas, quam subditas. Nec momenti erit asserere, illam uniuersalem *in omnibus*, tantum referri ad illas Ecclesias, de quibus mentio facta erat in cap. 4. & cum de solis exemptis decretum loqueretur, de illis tantum esse illam uniuersalem, *in omnibus*, intelligendam, & tunc sensus erit: in omnibus Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis exemptis obseruetur decretum in illo cap. 4. sessione 6. Hæc tamen euasio ex eo infringitur, quòd cum in Rota propositum esset (ut refert Fatinae, in cap. 6. sessione 25. ad finem,) dubium super interpretatione cap. 4. sessione 6. & cap. 6. sessione 25. an dictum cap. 4. de solis Ecclesijs exemplis verificari deberet. Responsum fuit sacram Synodum comprehendere non solum Capitula exempta, sed omnia alia. Quam responsionem comprobauerunt Rote Auditores ex cap. 6. sessione 25. ubi statuit facta Synodus, ut in omnibus Ecclesijs Cathedralibus obseruetur, quòd constitutum est in cap. 4. sessio-

ne 6. Qui autem omne dixit, nihil excludit. Et quia in cap. illo 4. per indefinitum dicit capitula uisitanda fore ab Episcopis: indefinita autem particula uniuersali æquipollet, ut ex doctrina Aristotelis in Dialectica plurimis in locis constat.

11. Cernentes alij prædictam euasionem alienam esse à ueritate conuinci, aliam sunt arbitrari, sequenti Nauarrum 1. tomo, consil. de offic. iudic. ordinarij. consil. 3. inquietem, controuersiam exortam fuisse olim inter Episcopos & Capitula contententia nunquam posse Episcopum illa uisitare absque adiunctis à capitulo designatis. Decernit igitur Concilium (inquit Nauarrus, & qui illum sequuntur) opus non esse Episcopo ad peragendam uisitationem adiunctis; sed posse per seipsum solum: non quòd illa particula, *per seipsum solum*, id denoret, quòd personaliter debeat Episcopus interesse, sed ad excludendos adiunctos esse additam: ac si Concilium dicat, ad celebrandam uisitationem capituli decerno non constringi Episcopum adiunctos uocare, sed id libertati ipsius relinquo, modò uelit quos sibi uidebitur in locis sumere, uel absque adiunctis uisitare: non uero quòd liberum non sit Episcopo uisitationem delegare.

12. At huiusmodi interpretationem commentitiam quoque esse uidetur. Nam quoties præcipitur alicui agere aliquid per seipsum, admittitur libertas illud exequendi per alium. Vnde consentiunt Doctores, non posse Capellanum per substitutum celebrare quando in fundatione adesset clausula, *quòd Capellanus celebret per seipsum*, ut docet Garcia 2. tomo de benefic. cap. 1. à numero 89. plures declarationes Cardinalium referens id decernentes numero 87. 88. 92. 93. & 94. quæ uideri possunt apud ipsam (ad quid transcribam?) Docet etiam Nauarr. de Cleric. non resident. consil. 6. num. 2. Gonzalez adductus à Garcia, dicens huiusmodi opinionem esse absque difficultate amplectendam, cum tam S. Concilij Congregatio, quam Rota multoties illam canonizauerit. Igitur cum Concilium decernat, Episcopos per seipsum solos, uel illos quibus sibi uidebitur adiunctis capitula uisitare, ad id agendum per propriam personam constringit, cum eo ipso, quòd subiicit capitula uisitationi Episcopi, & modum in uisitatione seruandum designat, ius habebunt huiusmodi Capitula illum modum postulandi, & diuersè ab illo renitendi. Quamuis denique Concilium occasionem sumpserit ad decernendum contenta in dicto cap. 4. sessione 6. ex eo solum quòd contenderent Ecclesiæ non posse se uisitari ab Episcopo sine adiunctis, tamen & plura alia ibi decernit, uidelicet non solum opus non esse Episcopo adiunctis ad celebrandam uisitationem, uerum talem modum seruandum fore in uisitatione, uidelicet, quòd Episcopus per seipsum tantum uisitationi intersit.

13. Præterea inquiri, an si Concilium uellet decernere, personam ipsam Episcopi, & non aliam eius loco teneri uisitationi interesse, alijs uerbis expressioribus, & magis significatiuis uti posset, quam illis, quibus est usum, uidelicet *per seipsum solos*? Suntne alia uerba magis indicantia personalissimum actum? Quenam? Quamuis designent aduersarij propter expectamus, & cupimus illa, ut ueritas innotescat. Quòd si contendat, expressiora fore, si Concilium diceret, Capitula uisitanda ab

ab Episcopis per seipfos solos, & non per alium; pusilli momenti hoc erit iudicandum. Nam idem omnino est aliquid agendum præcipi per Petrum solum, atque iuberi non fieri per alium; cum verificari nequitam possit per Petrum solum, quod per alium & non Petrum actum esset. Vnde cum dicat Concilium visitationem Cathedralium per Episcopos solos celebrari, opus minimè illi fuit *et non per alios*, addere: sed si addita fuissent illa verba, ad maiorem abundantiam solum, & ut synonymæ voces, & æquipollentes fuissent additæ. Quod verum esse conuincitur ex dicto Concilio sess. 14. c. ap. 6. vbi decernens posse Episcopos in quibuscumque occultis casibus etiam Sedi Apostolicæ reservatis delinquentes subditos absolueri, addit id posse Episcopos per seipfos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum. Si igitur sancta Synodus cognosceret particulam *per seipfos*, non esse constitutam ad supponendum pro personis Episcoporum, sed posse comprehendere etiam Vicarium, frustra sanè addidisset aliam particulam, *aut Vicarium*. Ex mente ergo Concilij particula *per seipfos*, personalissima est, & ad alios non extendenda. Et sanè in casu nostræ disceptationis munimur iure vrgentiori, cum visitanda [Capitula Cathedralium, & aliarum maiorum Ecclesiarum per Episcopos solos statuatur Concilium; absolueudos verò delinquentes à casibus reservatis occultis per seipfos, videlicet Episcopos, stabilit, nec addit particulam *solos*, sicut in nostro casu; & tamen adhuc illa particula non addita personalissimum iudicauit Concilium absolutionis actum. Ergò multò magis personalissimus Episcopi erit iudicandus visitationis actus, cum addita sit particula *per Episcopos solos*.

14. Rati sunt Doctores alij vim dicti capituli quarti, sess. 6. se fugere, fingentes tantum loqui de Episcopis visitantibus Capitula tanquam ordinarij Iudices, non de illis qui visitationem conantur celebrare, tanquam delegati Apostolica Sedis: ex quo inferunt, hos non esse deuinctos per propriam personam adesse visitationi, quamvis admittatur fore constitutos prius ordinaria videlicet iurisdictione vtentes.

15. At quis non intuetur deceptos iri ex hoc præfatos Doctores, cum concilium modum visitandi Ecclesias Cathedrales, & alias maiores prescribat obseruandum tam à visitantibus auctoritate ordinaria, quales sunt Episcopi, quam delegata, quales sunt Apostolica auctoritate Commissarij seu Delegati.

16. Machinari quoque posset alius d. cap. 4. sess. 6. ibi: *Capitula nullis exemptionibus, &c. tueri se posse quin à suis Episcopis, et alijs maioribus Prælati per seipfos visitari valeant*: particulam *per seipfos solos*, non referri ad Episcopos taliter, quod sensus fiat, Episcopos per seipfos solos teneri visitationem celebrare, sed referri ad alios maiores Prælatos, ut sensus sit, alios maiores Prælatos Episcopis constitutos esse visitationi interesse personaliter. Quapropter Concilij clausula grammaticaliter, sic erit construenda: Capitula Cathedralium nullis exemptionibus tueri se possint, quia à suis Episcopis visitari possint & valeant: & nullis quoque exemptionibus tueri se possint quominus ab alijs maioribus Prælati videlicet Archiepiscopis & Patriarchis per seipfos solos visitari valeant. Vnde Concilium non constringit Episcopos personaliter visitationi interesse, cogit tamen Archie-

Sanchez Selecta.

piscopos & Patriarchas; fortè quia Capitula in quibus Archiepiscopus, vel Patriarcha præses est, & caput, timidiora sunt, & potentiori brachio indigentia ad ipsorum punitionem & emendationem.

Huiusmodi tamen inuentio fauet potius Capitulis vbi Archiepiscopus est caput, verbi gratia, in Capitulo Toletano, quam eius præsentium ius lædat. Cum enim Archiepiscopus sit illius caput & præses, ab illo per propriam personam munus visitationis erit assumendum, ut menti Concilij fiat satis.

17. Declarationem Cardinalium pro sua partis defensione adducere possunt Capitulares relata à Farinac. sess. 6. cap. 4. in particula *ab Episcopis*, qui declarat, id est, non à Vicarijs, Capitula visitentur. Verùm si attentius verba relata à Farinac. perpendantur, magis ab illo dicta videbuntur quam ex Cardinalium declaratione. Nam cum moris eius sit, quoties declaratio Cardinalium interuenit, respondere, *Congregatio censuit*, &c. modò ab his abstinere. Sed quamuis admittamus illa verba à Cardinalibus esse dicta, Capituli ius illis tamen non munitur. Sed quid sibi velit dicta declaratio dicetur num. 20.

18. Alia minoris momenti pro Capituli defensione adducunt Doctores in eius fauorem scribentes, quæ aded leuia iudico, ut consultius sit illa omittere, quam illudmodi narrationi immorari. Fundamentum præcipuum quo Capituli ius inniti potest, est à nobis adductum, longè maioribus viribus munitum, quam à suis defensoribus sit tutatum, ut inueniri patebit.

### Authoris iudicium.

20. Sensus Concilij sess. 6. cap. 4. decernentis, Capitula Cathedralium & aliarum maiorum Ecclesiarum, nec etiam Collegiarum visitanda fore ab Episcopo, & alijs maioribus Prælati per seipfos solos, vel illis quibus sibi videbitur adiunctis; nequitam est ille quem aliqui intendunt, videlicet personam ipsam Episcopi interesse debere visitationi, aded ut non possit illam committere: in quo deceptus est Ludouicus à Sarauia tract. de iurisdictione admittentorum, quæst. 14. num. 14. sed longè est diuersus, nempe quòd idem sit asserere Concilium, ut Capitula visitentur ab Episcopis per seipfos solos, vel illis quibus sibi videbitur adiunctis: ac si dictum esset, Capitula visitentur ab Episcopis cum adiunctis, vel sine illis: & ut denotatum esset à Concilio opus non fore Episcopis in visitatione huiusmodi adiunctis associari, per seipfos solos expleri posse decreuit: vnde ly per seipfos solos, opponitur voci *adiunctis*, minimè tamen ly non per alios, ut diximus num. 11. ex Nauarro. Quod aded verum esse constabit, ut si dabilis esset huiusmodi modus foundationis Capellanæ, *Capellanus per seipsum solum, vel quibus sibi videbitur adiunctis, Missarum Sacrificia celebret*, satisfarum erit fundatori, Capellano per alium celebrante sine adiunctis, vel cum illis; cum ex eo quòd fundator statuatur Capellanus per seipsum solum, vel cum adiunctis posse celebrare, non ad id referat particulam *per seipsum solum*, ut opponatur voci non per alium, sed voci *adiunctis*, ut liberum sit illi adiunctos vocare, vel non, ad celebrandum.

Ex quo obiter deduco (admissa ut possibili illa foundationis forma quæ forte barbara esset, idè tamen adducta est à nobis in exemplum, quia admissa ut possibili, optimè nostram doctrinam & veritatem declarat:) quòd si aliquod subortum esset dubium, num Capellanæ fundator Missam solemnem vulgò *Canada*, vel non solemnem *Reçada*, celebrari decreuisset; ex verbis illis, videlicet, *Capellanus celebret per seipsum solum, vel illis quibus sibi videbitur adiunctis*, deducendum fore, liberum futurum esse Capellano solemnem, vel non solemnem Missam celebrare: peragere namque Sacrificium cum adiunctis, socios habere Diaconum & Subdiaconum videtur importare. Quapropter valde discriminare huiusmodi foundationis tenorem ab eo, si diceret, *celebres Capellanus per seipsum*, est manifestum: tunc enim particula, *per seipsum*, non habet cui opponi possit, nisi voci, *non per alium*. Et pat doctrina verificaretur, si fundaret aliquis opus pium erogandi videlicet elemosynam pauperibus, & diceret, *Petrus per seipsum solum, vel quibus sibi videbitur adiunctis, elargiatur elemosynam inopibus*: tunc Petrus non esset restrictus per propriam personam elemosynam impartiri, sed posset per alium, adhibitis adiunctis, vel non. Vnde fatemur, si Concilium vellet statuere visitationem peragendam esse per propriam personam Episcoporum, neutiquam vi valere expressioribus verbis, quam dicendo, *per seipsos solos fore Capitula visitanda*. Et fatemur quoque frustra tunc addendam esse particulam, *& non per alios*. Sed quia addidit in nostro casu, *vel quibus sibi videbitur adiunctis*, suam mentem satis notam nobis relinquit, particulam *per se ipsos solos* opponens voci *adiunctis*, non autem voci *non per alios*, cum frustra quaratur contraria particula implicita, explicita & notoria reclamante. Nec inficiamus particulam, *per seipsos solos*, personalissimam esse aliquando, vi rectè ostensum est ex Concilio, sessione 24. capite 6. Sed id testatur, quòd quoties particula, *per se ipsos solos*, iunctam habet vocem *cum adiunctis*, illi tantum opponitur, & non voci *non per alios*, & consequenter diuersam suppositionem habere ex adiecto termino, quam haberet, si esset absolute prolata, ob idque abstrahere ex se ab eo quòd sit personalissima, vel non, est arbitrandum: eo modo quo Theologi inquit cum D. Thom. 1. parte, quæstione 39. articulo 4. & in 2. sentent. distinct. 4. quæstione 1. articulo 1. (etiam in rebus moralibus fas est Theologicis exemplis uti) in hac propositione, *Deus generat, ly Deus*, supponi pro Patre ex adiecto termino *generat*, cum in Diuinis solus Pater generat: quamvis *ly Deus*, si absolute proferatur pro tribus Diuinis Personis supponatur. Et per hoc dicitur relinquitur modus explicandi Concilium traditus numero 12. & 13. & de exclusiua *solus*, aliqua curiosa pro Theologis poterunt videri in Diuo Thoma 1. parte, quæstione 32. articulo 3. & 4.

21.

Quam doctrinam planè veram esse conuincitur ex dicto Concil. sess. 25. cap. 6. vbi decernitur, solum Episcopum ad summariam informationem & necessariam detentionem Capitularis delinquentis procedere debere, vbi de fuga timetur, ne iudicium eludatur. Et tamen quamuis statuatur solum Episcopum procedere debere,

committitur nihilominus actio Vicario ipsius, ut praxis docet quotidiana: nec id inficiantur oppositum opinantes. At verò non alia ratione id conuincitur agi posse, & committi Vicario, nisi quia dum asserit Concilium illud esse agendum per solum Episcopum, se refert ad immediatè dicta, vbi adiunctos repetiri simul cum Episcopo, vel eius Vicario ad formulandum processum poscebat. Quia igitur animaduersum est à sancta Synodo inconuenientia suboriri ob expectationem adiungendorum, si ad capturam delinquentis essent adhibendi, subdit inde capturam expleri posse à solo Episcopo, hoc est, adiunctis non interuenientibus. Vnde particula *solum Episcopus* voci *adiunctis* est aduersaria, non tamen voci *non per alium*. Quod tridem siquet, quia si Concilium tam in formando processum, quam in cæteris omnibus actibus Episcopum, vel eius Vicarium procedere permittit, non ad capturam agrediendum esset solus Episcopus personaliter constringendus, cum ex eo aliquod inconueniens euenire posset, & maior licentia delinquenti.

22.

Deinde posse Episcopum pro visitatione Capitulorum delegatum constituere conuincitur. Nam cap. illud quartum, sess. 6. constitutum est totum in Episcoporum fauore, nullatenus tamen in Capitulorum iuamen; cum facultate visitandi illa fruatur Episcopus contra quascumque exemptiones, concordias, consuetudines, &c. quæ Capitula potuissent esse adepta ad non subeundam visitationem. At si constringeretur Episcopus per propriam personam visitationi operam dare, absque libertate illam delegandi, non leue onus illi incumberet. Fit ergo ex intentione Concilij fauentis Episcopis in dict. cap. 4. posse ipsos visitationes delegare.

23.

Præterea exemplis ex pluribus Concilij locis deductis manifestum fiet particulam, *per se ipsos solos*, non æquivalere voci *non per alios*. Nam sessione 25. cap. 3. de reformat. statuit, excommunicationes illas quæ monitionibus præmissis ad finem reuelationis (ut aiunt) aut pro deperditis, seu subtractis rebus ferri solent, à nemine prorsus præterquam ab Episcopo decerni; & tamen illas posse pronuntiare generales Vicarios, praxis docet quotidiana. Et docent Guttier. lib. 1. quæst. Canon. cap. 11. numero 8. Iacob. Sbrozius lib. 2. de Vicario Episcopi, quæst. 171. numero 2. Henriquez lib. 13. de excommunicat. cap. 17. num. 4. Rodriguez 1. tom. summi. 2. edit. cap. 79. num. 1. Sanchez lib. 3. de matrimonio, disput. 29. numero 16. (contra Bañez 2.2. quæst. 66. artic. 6. fol. 404. col. 2. asserentem, quòd si Episcopus committat huiusmodi excommunicationes suo Vicario, validæ erunt, quia Concilium non dixit, quòd si secus factum fuerit, totum sit irritum & inane: peccaturum tamen Episcopum contra mandatum Concilij, si sine causa vigente committat huiusmodi excommunicationes suo Vicario) Zerol. in praxi Episcop. verb. *Vicarius*, vers. 17. pag. 338. Et illud posse Vicarios Episcopi declarauere Domini Cardinales ex adductis à Farinae. super dictum cap. 3. sessione 25. optimè explicante Concilium non ideo dixisse à solis Episcopis decerni posse huiusmodi excommunicationes, quia intendat excludere Episcoporum Vicarios, sed vt repellet omnes alios Prælatos Episcopos inferiores, etiam nullius diocesis, qui huiusmodi excommunica-

municationes ante Concilium ferre consueverant, aut ex iure proprio, privilegio, vel ex immemoriali consuetudine. Et cum Capitulum Sede vacante illas excommunicationes pronuntiare sit potens, quod minimè inficiabuntur aduersarij, & constat ex declaratione adducta à Farinacio, in dicto cap. 3. cum ad Capitulum transiret defuncto Episcopo ea quæ sunt iurisdictioni exercendæ necessaria, ut est excommunicatio, valere etiam eas pronuntiare Episcopi Vicarium erit pariter notum; quandoquidem non sic magis potens mors Episcopi ad transfundendam in alium iurisdictionem, quam ipsamet Episcopi voluntas, quæ dum vivit, in Vicarium transfert.

24. Deinde sess. 24. cap. 10. de reformat. ad solos Episcopos pertinere cognitionem causarum matrimonialium decernit Concilium, ibi: *Sed Episcopi tantum examini & iurisdictioni relinquuntur causa, videlicet matrimoniales*; & tamen illius Vicarius de illis cognitionem præmittit experientia constante, & constat ex cap. 1. de frig. & malefic. vbi dicitur proponendam esse querelam coram Episcopo, vel eius misso ad diuortium, vbi gloss. verb. *Misso*, explicat, id est Vicario. Et cap. fin. de cognat. spiritual. dicitur propositum esse impedimentum matrimonij coram officiali Cantuariensi, vbi supponit illum posse de causis matrimonialibus cognitionem gerere. Et docent Hostiens. cap. litteras, de restitut. spoliat. Anton. cap. fin. numero 2. de cognat. spiritual. vbi Abbas numero 4. Alexand. de Næp. numero 5. Præposit. numero 3. Ancharan. cap. 1. de frig. & malefic. numero 6. vbi idem Præposit. numero 1. Lambett. de iure patronat. 3. part. lib. 2. quæst. 2. artic. 3. numero 2. Couarruias 4. decret. 2. parte, cap. 8. §. 12. numero 1. Anton. Cucus lib. 2. de institut. maior. tit. 8. numer. 10 §. Sbroz. lib. 2. de Vicario Episc. quæst. 44. in fin. Salzed. pract. cap. 73. fine. Gomez in explicat. Bullæ, cap. 4. quæst. 4. numero 28. Sanchez lib. 3. de matrimonio, disput. 29. num. 18.

25. Vltierius Trident. sess. 24. cap. 18. de reformat. stabilit, quod si ius patronatus Ecclesiasticum sit, & institutio ad Episcopum & non alium pertineat, is quem Patronus digniorem inter probatos ab examinatore iudicabit, Episcopo præsentare teneatur, vt ab eo instituat. Et postea subdit: *cum verò institutio ab alio quam ab Episcopo erit faciendæ, tunc Episcopus solus ex dignis eligat digniorem, quem Patronus ei præferet, ad quem institutio spectat*. Et tamen non obstante clausula, quod solus Episcopus eligat digniorem, talis electio committi potest Vicario faciendæ: & sic obseruatur quotidie. Igitur in nostro casu non ex eo, quod asserat Concilium visitanda fore Capitula per Episcopos solos, intendit visitationem non posse expleri per alios diuersos ab Episcopis, sed tantum adiunctos dimouere.

Deinde Trident. sessione 25. cap. 5. ait, quod licentiam ingrediendi Monasterium, dare tantum possit Episcopus (in Monasteriis sibi subiectis, vt ait Nauarr. cap. Scruimus, 19. quæst. 3. num. 60. Rodriguez 1. tom. quæst. regular. quæst. 46. artic. 2. Nam in non sibi subiectis superior illorum debet licentiam concedere, vt bene Sanchez de statu Religioso, cap. 16. numero 12. iuncto cap. 16. à numero 24.) & tamen non obstante, quod Conci-

Sanchez Selecta.

lium dicat illam licentiam dandam fore tantum ab Episcopo, praxis quotidiana testatur illam posse Episcopum committere Vicario qui causam ingrediendi examiner, & si sufficientem esse reperiat, licentiam præstet, & ita docet Sanchez lib. 6. cap. 16. num. 14. Llamas in appendice quam ponit in fine §. 5. Rodriguez quæst. regular. tom. 1. quæst. 46. artic. 2. & ad egressum posse Vicarium concedere licentiam docet Sanchez cap. 15. numero 30.

Obiter tamen scias, diuersam poni à Concilio licentiam ad exitum à monasterio, & licentiam ad ingressum. Ad exiendum à monasterio videtur Concilium necessarid requirere licentiam Episcopi, nec satis esse licentiam alterius superioris cui subiacet monasterium, & ita declarasse Cardin. ait Rodriguez 1. tom. quæst. 49. artic. 6. quamuis in Hispania non obseruari fateatur: & ita docet Sanchez lib. 6. cap. 16. numero 28. ad ingrediendum verò monasterium Episcopi licentia desideratur si ei subiaceat, vel alterius superioris tantum cui monasterium subditur: & ob id Concilium disiuunctiue loquitur. Hæc obiter notare dignum fuit, quia Rodriguez huiusmodi licentiam ingressus & egressus confundere videtur.

Præterea Trident. sessione 13. cap. 5. de reformat. perspiciens plures delinquentes pro meritis pœnis ab Episcopis sibi inflictis extorquere gratias falsis precibus, per quas pœnæ illæ aut remittantur omnino, aut minuuntur, decernit Episcopum per seipsum tanquam Sedis Apostolicæ delegatum summariè cognoscere de subreptione, & obreptione gratiæ: & tamen non obstante, quod asserit Concilium per seipsum debere cognoscere Episcopum, praxis quotidiana docet illius rei cognitionem suo committi Vicario: de quo Salzed. in pract. cap. 73. in fine, qui ait, quod dum Concilium iudicio Episcopi aliquid agendum committit, non tantum Episcopo, sed ei qui vices illius gerit, committere censetur. Igitur in nostro casu ex eo, quod asseratur à Concilio visitanda Capitula per Episcopos solos, non inferri oportebit, quod visitatio aliis non possit committi.

27. Contendent aduersarij præfata exempla euertere. In primo quidem dum dicit Concilium excommunicationes ad finem reuelationis, vel pro rebus deperditis, aut ablatiis, à nemine præterquam ab Episcopo posse ferri, & intentione ipsiusmet capituli constare iuxta Cardinalium declarationes, quas personas intendat excludere per exclusiuam à nemine, videlicet quoscumque Prælatos etiam nullius diocesis inferiores Episcopi. In secundo verò exemplo ex tenore capituli liquet ad quid exclusiuæ illa, Episcopi tantum examini & iurisdictioni relinquuntur cause matrimoniales, sit adducta: consueverant enim olim de causis matrimonialibus iudicium ferre Decani, & Archidiaconi Ecclesiarum: quos vt excluderet Concilium, examinationi, & iurisdictioni Episcopi tantum cognitionem reseruat; quapropter subdit: *cause matrimoniales, & criminales non Decani, & Archidiaconi, aut aliorum inferiorum iudicio etiam visitanda, sed Episcopi tantum examini & iurisdictioni relinquuntur*. Quotiescumque autem constat ad quid particula exclusiuæ apposita est, non ad alios effectus extendenda, cum

eum sit de natura sua odiosa, & semper accipienda sit ut quam minimum possit ius commune corrigat, vt docent omnes, & Sanchez lib. 2. *forum*. cap. 11. num. 23. Non igitur mirum, dicent aduersarij, in dictis Capitibus Vicarium non excludi. In tertio verò exemplo manifestum quoque est illam particulam, *solum Episcopus eligat digniorem*, esse adiectam, vt solus Episcopus eligat, id est, Patrono non eligente cum ipso, quando institutio beneficij ad alium quam ab Episcopo pertinet. Non verò sensus est, quòd solus Episcopus eligat, hoc est, per propriam personam, vt alij minimè possit committi.

Salutem ex inimicis nostris nacti sumus, cum etiam Concilium sess. 6. cap. 4. dum dicit à solis Episcopis per seiplos visitanda fore Capitula Cathedralium, addat, *vel quibus sibi videbitur adiunctis*: vnde exclusiuam esse appositam constat, vt excludat adiunctos, quibus antiquitus interesse visitationi cum Episcopo, vel eius Vicario opus erat, hoc prosteruere intendens Concilium, decreuit Episcopos posse visitationem explere cum adiunctis, vt olim, vel sine illis, qualiter sibi met-ipsis magis placitum fuerit. Non sergo exclusiua illa, *per seiplos solos*, ad extraneos effectus erit trahenda, videlicet ad pellendos Vicarios qui quoque visitationi vacare poterunt sine adiunctis siu simpliciter Episcopi: & tunc visitante Vicario Episcopus visitare dicitur: quia quod nomine Episcopi fit, ab Episcopo fieri declamatur. Lapsus allegat. 116. numero 17. Garcia 2. tom. *de beneficijs*, part. 7. cap. 1. numero 92. qui in simili adducit Cardinal. declarationes. Et constat ex regula 72. *Qui facit per alium, est perinde ac si faciat per seipsum*, & ex leg. *Quod iussit*, ff. eodem titulo, de quo Dynus & Ioannes Andreas super dictam regulam. Sic qui per procuratorem contrahit, ipse contrahere dicitur; & qui per famulum Clericum verberat, excommunicationem incurrit, quia ipsum mandantem percussisse sustinetur. Et possent adduci alia exempla, quæ in Dyno, & Ioanne Andrea poterunt conspici. Et constat ex leg. 1. §. *Adipiscimur*, ff. *De acquirenda possessione*, ibi: *Adipiscimur autem possessionem per nosmet ipsos*. Quæ verba etsi nimis personalia sint, & sic videantur propriam personam exigere, statim in sequentibus dicta lex decidit per procuratorem acquiri possessionem, quasi per manum Domini, & ita gloss. dict. §. *Adipiscimur*, addidit non remouere, quin & per alium: quod docet Sancius lib. 2. *de matrimonio*, disput. 11. numero 20. Et Vicarius loco Episcopi visitans, eodem honore est afficiendus ac ipse Episcopus, ex cap. *Præcipimus*, distinct. 93. & 97. cap. *Nobilissimus*, & cap. *generaliter*, 16. quæst. 1. & Cod. *de testam. milit.* l. vltim. & concordat text. in l. penult. in fin. Cod. *De aqueduct.* cum pro eadem persona habeantur. Graff. 1. tom. consil. conf. 2. lib. 1. numero 7. & 12.

29.

Vltreius sancta Synodus sessione 24. cap. 6. facultatem concedit Episcopis tantum, & non eorum Vicariis in hæresi occulta absolutionem in foro conscientie impartiri, ibi: *Idem & in hæresi crimine in eodem foro conscientie eis tantum* (videlicet Episcopis) non eorum Vicariis sit permissum, videlicet absolueret. Et tamen non obstante huiusmodi restrictiua, docent plures Doctores, posse Episcopum facultatem absoluendi delegare. Nauarr. lib. 1. consil. in vtraque editione, titul. *De*

*consil.* consil. 1. quæst. vltim. num. 89. & lib. 5. in 1. edit. *de sentent. excommuni.* consil. 15. quæst. 2. & 31. Cordub. in summ. quæst. 8. Azor tom. 1. lib. 8. cap. 10. quæst. 11. Henriquez lib. 6. *de penitent.* cap. 14. numero 7. in text. & in comment. litter. O. Sa. verb. *Episcopus*, num. 37. Vega in summ. 2. tom. cap. 125. casu 12. Rodriguez in *Bulla*, §. 9. numero 79. in fine, & in *Addit.* §. 9. numero 69. & in summ. tom. 1. in 2. edit. cap. 131. numero 5. & *quæst. regular.* tom. 1. quæst. 30. artic. 11: Sancius in summ. lib. 2. cap. 11. numero 23. & lib. 2. *de matrimonio*, disputat. 40. numero 17. Zerol. *praxi Episcop.* 1. par. verb. *Vicarius*, 1. dub. & 2. part. verb. *absolutio*, §. 9. & verb. *heretici*, §. 4. Iacob. Seruerit. in summ. *excommunicat. & cas. reseruat.* part. 2. excommunicat. 5. Lopez. instruct. 2. part. cap. 8. 2. tom. explicantes Concilium tantum denegasse Episcopis facultatem delegandi absolutionem in hæresi crimine Vicario specialiter deputato ad omnes hæresis casus, qualiter posset deputari ad omnes alios casus occultos, & reseruat. Apostolicæ Sedi: non autem specialiter deputato ad peculiarem casum hæresis oblatum, cum restrictio semper accipienda sit, vt quam minimum possit ius commune corrigat. Et cum sic oprime saluetur differentia à Tridentino tradita inter absolutionem hæresis & aliorum peccatorum Pontifici reseruatorum, prædicta explicatio est eligenda.

Ex quibus constat solutio ad declarationem adductam numero 13. videlicet non ideo dixisse Cardinales Episcopis, & non Vicariis competere visitandi munus, quasi illud per alium quam Episcopum inqueat exerceri: sed quòd Vicariis non videatur esse commissum ex generali commissione Vicariatus, sed id debeat commendari peculiari commissione, sicut plurimæ alia, quæ nisi specialiter committantur, potentem non esse exequi Vicarium, est manifestum.

30.

Et posse Episcopum delegare facultatem absoluendi in omnibus casibus occultis, & etiam in crimine hæresis, constat ex declaratione Cardinalium adducta à Suario tomo de *penitentia*, disputatione 30. sectione 2. numero 15. & à Farinac. in cap. 6. sessione 24. per hæc verba: *An Episcopo in aliquo delictorum, de quibus hoc capite, pro lapsu, liceat ad se absoluendum proprium confessarium deputare cum eadem autoritate quam ipse possit ex eodem capite in sibi subditos exercere*. Responsum autem fuit, *Congregatio censuit id Episcopo licere*. In qua declaratione supponitur illam facultatem posse Episcopum alteri delegare, quam ipse posset in sibi subditos exercere; & cum possit eam exequi in crimine hæresis, sit illam delegari in eodem crimine posse. Et quamuis Cardinales in casu quo Episcopus indigeat absolutione ob lapsum in aliquod delictorum reseruatorum, dixerint posse Episcopum facultatem absoluendi delegare, non inde negant delegari quoque posse ad absolucendos alios: sed solum ad perita responderunt. Et casus qui omittitur, non inde negatur, sed relinquitur dispositioni iuris, leg. *commodissime*, ff. *de liber. & posthum.* Garcia 2. tom. *de beneficijs*, cap. 1. num. 131.

31.

Ad cuius doctrine confirmationem libet inquirere à Capitularibus, num si (quod absit) ipsi prolapsi essent in aliquod reseruatorum delictorum, hæresis;

32

hæresis, vel alterius, & alius plurium opinionem sequeretur (qui à Sanctio referuntur in summa lib. 2. cap. 12. num. 26. & à Garcia 2. tomo de benefic. cap. 10. à num. 115. part. 11.) dictam facultatem absolventi à delictis referuatis occultis, concessam Episcopi dicto cap. 6. sess. 24. reuocaram non esse per Cœnæ Bullam, sed adhuc vigere, quod tamen sub dubio relinquit Sanctius, sed affirmat Garcia: liber inquam rogare, num ipsi absolutionem poscerent, v. g. à serenissimo Infante, Archiepiscopo Toletano, vel ab eius Coadministratore à serenissimo Infante eslagitari non posse est valde notum, cum Sacerdos non sit modò, cogentur ergo Coadministratorem adire, qui si ad absolventem à peccatis referuatis, solum Episcopi concessis potens est, & quoad imperitendam absolutionem iure Episcopi potiri permittunt, quam ratione eodem Episcopi iure ad explendam visitationem frui renitentur: Quod si reclamant absolutionem petendam iri à serenissimo infante, qui illam per alium imperitendam committat, suo se gladio interimunt; cum fieri quoque sint consticti posse iridem munus visitationis alij commendare. Aut quæso designent sufficiens discrimen inter vnum & aliud.

33. In speciali quòd serenissimus Infans Cardinalis huius Toletanæ diocesis Archiepiscopus non reneatur per propriam personam Capitulum Ecclesie cathedralis visitare, sed id agere possit per Coadministratorem, liquet. Nam Potens est Coadministrator in denuntiacionibus matrimonialibus ex causa dispensare, cum munus dispensandi sit tantum concessum Episcopi ex Trident. sess. 24. cap. 2. & in irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus, dum deductæ non sint ad forum contentiosum, de quo in Trident. sess. 24. cap. 6. Et valet in interstitiis ad suscipiendis Ordinibus dispensare, de quo in Trident. sess. 23. c. 11. de Reformatione, & in illegitimitate ad minores Ordines, & ad beneficium simplex obtinendum, de quo plura Garcia 2. tom. de benefic. capite 2. præsertim num. 48. parte 7. (de impedimento vero illegitimitatis sit mentio in Trident. sess. 23. de reformatione, cap. 5. & 7. & sess. 7. cap. 1. & sess. 24. de reformatione, cap. 1. & sess. 22. cap. 2. de reformat.) Et patrimonium pro ordinandis admittere, de quo cap. 2. sess. 21. Et alienandi patrimonium potens etiam est concedere facultatem ex causa iusta, d. cap. 2. de quo latè Garcia 1. tom. de benefic. part. 2. cap. 5. à num. 181. benè aduertens, num. 190. huiusmodi licentiam alienandi patrimonium ad cuius titulum aliquis fuit Ordinibus insignitus, non posse à Vicario Episcopi concedi sine speciali mandato Episcopi. Potens etiam est casus referuare; de quo in Trident. sess. 14. cap. 7. cum tamen facultas referuandi solis Episcopis competat, & non illorum Vicariis? quod supponunt DD. tanquam certum; de quo Zerol. in praxi Episcop. parte 1. verb. casus referuati, Suarez tom. de penitent. dispnt. 28. sect. 1. Est iridem executor omnium piarum dispositionum tam in vltima voluntate quam inter viuos: habet ius visitandi Hospitalia, Collegia quæcumque, ac Confraternitates laicorum, & alia expressa in cap. 8. sess. 22. & solum concessa Episcopis. Habet item facultatem erigendi seminaria puerorum, iuxta caput 18. sess. 23. valet item in Ecclesiis vacantibus Vicarium idoneum designare cum congrua fructuum portione, iuxta cap. 18. sess. 24. Potest vltèrius Synodum

Generalem congregare, & onera Missarum reducere, iuxta cap. 4. sess. 25. Quæ omnia agenda solum Episcopis sunt concessa. Et quoad hæc iure Episcopi frui permittitur Coadministratori: ergo eodem iure fruatur dum visitare cupit, nam discrimen valde ægrè sustinebitur.

34. Ex quibus deducitur, posse Coadministratorem Capitulum visitare petita ad hoc facultate à serenissimo Infante, quia ipse Coadministrator non omnimodam & indiuisam habet iurisdictionem à Summo Pontifice in spiritualibus & ab eis dependentibus, vt constat ex Bullæ tenore: *Te ex nunc donec ad legitimam ætatem perueneris, eidem Ecclesie Toletanae Administratorem, & dilectum filium Aluarum de Villegas Canonicum eiusdem Ecclesie, & in Theologia Magistrum, quem dicitur Philippus Rex sibi gratum & acceptum fore nobis significauit, Coadministratorem tuum in spiritualibus, & ab eis dependentibus coniunctim, in temporalibus vero te solum, vt per personas idoneas à te deputandas ipsa temporalia administrare valeas, facimus, constituimus, & deputamus. Tibi ex nunc in temporalibus solis, in spiritualibus vero & ab eis dependentibus, quo vsque legitima ætatis fueris, coniunctim cum dicto Aluaro Coadministratore tuo, & deinde ætate legitima tibi suffragane tam in spiritualibus, quam temporalibus ipsius Ecclesie curam, regimen, & administrationem tibi soli plenariè committimus, mandamus. vt tu solus temporalium, coniunctim vero cum predicto Aluaro de Villegas Coadministratore tuo spiritualium & ab eis dependentium, &c. Fit ergo ad actus spirituales debere simul concurrere Serenissimum Infantem Cardinalem & Coadministratorem; vel si nolit Serenissimus Infans interesse, opus erit illi partem suæ iurisdictionis delegare ipsi Coadministratori, vel alij qui simul cum Coadministratore concurrat.*

Vnde animaduertendum valde, ex eo dixisse Summum Pontificem particulam *Coniunctim*, quia ad spiritualia, vel ab eis dependentia concurrere non possit Coadministrator absque concursu simultaneo serenissimi Infantis, nec è conuerso; eo modo quo in causis Physicis influere nequaquam valet causa secunda in effectum absque concursu seu influxu causæ primæ.

35. Nec obstat, si dicat quis, idem esse dixisse *Coniunctim*, atque dixisse, *tua persona Coniunctum & Coadministratorem designamus, qui in spiritualibus & ab eis dependentibus administret, regat & gubernet.* Et ex eo coniunctum designat Summum Pontifex serenissimo Infanti, quòd coniunctus sit personæ, non verò quòd coniunctus debeat esse actuali gubernationi: sicut dum hæres Regni infans est, coniunctus Regi designatur per leges, aut alia via iuxta Prouinciarum mores, & tamen ille sic adiunctus non ob id adiunctus appellatur, quòd ad gubernationem Regni Infans Rex & Gubernator simul gubernationi incumbant, sed quia personæ Regis adiunctus est designatus qui pondus regiminis sustineat. Vnde Reges impuberes per tutores reguntur, vt per Scribentes à Decio allegatos, & Corrafio in repetit. cap. *Grandis*, de supplen. neglig. Prælat. in sexto: Et sic iura dicentia atatem talem ignorare quæ videt, intelliguntur de intellectu & scientia quæ per causas habetur; non de simplici scientia quæ per sensus corporeos tenetur; aut quæ solum sufficiens sit ad peccandum, vt explicat Cagnolus

in regulari iur. fol. 30. & 275. adducens alios. In temporalibus verò coniunctum noluit designare Summ. Pontifex, sed iuxta iuris naturalis obligationem designandas personas idoneas commisit Serenissimo Infanti. Suffragante tamen iam ætate tam in spiritualibus, quam temporalibus curam, regimen, & administrationem soli Serenissimo Infanti committit Summ. Pontifex plenariè, non quia, non suffragante ætate Serenissimus Infans cum Coadministratore sit constructus concurrere in spiritualibus, sed ideo dixisse soli Serenissimo committi, quia coniunctum suæ personæ iam non erit opus habere. Vnde dicitur solus tunc, quia in nemine præter ipsum erit iurisdic-tio ad gubernandum: modò solus non dicitur, quia in alio ab ipso inest tota iurisdic-tio seu omnis vsus administrationis. Non inquam obstat hoc: Quamvis non leuem vim habeat argumen-tum. Quia cum Summ. Pontifex dicat se com-mittere spiritualia Serenissimo Infanti coniun-ctim cum illius Coadministratore, non verificaretur commissio nisi Serenif. Infans influxum in causas spirituales haberet.

Omitto, quòd cum spiritualia sint principa-lia munia Episcopi, si tantùm ea essent com-missa Coadministratori, ipse & non Sereniss. In-fans esset Archiepiscopus. Et quamvis Rex In-fans non concurrat ad gubernationem Regni-simul cum Coadiutore id euenit, quia sic legi-bus sancitum est: at quòd Sereniss. Infans con-iunctim concurrat cum Coadministratore in spi-ritualibus, decretum est per Summ. Pontificem, qui transferre potest iurisdictionem vno vel alte-ro modo.

36. Quapropter consentaneè arbitror, iubente modo Serenissimo aliquid spirituale, & ipsius Coadministratore oppositum, parendum non fore illis, donec concordēs reddantur in ferendo præcepto, cùm onus & iurisdic-tio in spiritualibus inest illis coniunctim à summo Pontifice tra-dita, vt probauimus.

37. Cumque Summus Pontifex dicat, se committere regimen in spiritualibus serenissimo Infanti Cardinali solum & non coniunctim, quando ad legitimam ætatem peruenerit, reor in illis verbis donec ad legitimam ætatem perueneris, tempus triginta annorum expletorum designari: hæc enim designata est de iure cunctis, vt legitima & necessaria, ad onus Episcopatus sustinendum, per text. in cap. Cum in cunctis, de elect. ex Concilio Lateran. sub Alex. I I I. & capite Episcopus, distinctione 77. ex Concilio Agath. & Auth. de Sanctiss. Episcop. §. Clericos, collat. 9. & capite Quicumque, distinctione 67. & concordat text. in leg. Non putabam, ff. de condit. & demonstrat. & leg. Ex his verbis, C. quando dies legat. cedunt, iuncto Concil. Tri-dent. sessione 8. cap. 1. de reformat. & sessione 22. capite 2. & sessione 24. capite 1. de reformat. & docent Azor tomo 1. libro 6. capite 5. in princip. Mitand. de ordin. iudic. quaestione 4. articulo 2. conclusione 3. Garcia 2. tomo de benefice. parte 7. capite 4. numero 76. Hentiquez lib. 10. capite 19. numero 3. Reginald. titulo 30. tractatu 3. nume-ro 163. Vnde etiam si capacitas ad gubernandum miraculosè adueniret Serenissimo Infanti, adhuc iurisdictione non gaudebit vsque dum legiti-ma ætas illi suffragetur; eo modo quo impoten-

tia naturali laborans inualidè contrahit matri-monium, quamuis ante triennium à iure con-cessum ob miraculum illi sit restituta, vt bene Sanchez libro 7. de matrimonio, disputatione 94. numero 8. plures referens. Vnde si ante ætatem triginta annorum expletorum vellet sereniss. In-fans gubernare in spiritualibus, opus erit il-li facultatem ad id à Summ. Pontifice præhabere. Nam vt dictum iam est, ætas triginta annorum de iure requisita est: vt ergo illi iuri contraueniatur, opus erit exemptionem à Summo Pontifice adipisci.

38. Contendet tamen quis adhuc, vsus guberna-tionis non commississe Pontificem Serenissimo Infanti in illa ætate qua inueniebatur tempore gratiæ factæ, cùm in delectatione iurisdictionis habitus imprimatur tempore dati rescripti; & ideo secundum illud tempus requiritur habitus, vt habitus, vt latè per Felin. in capite Eam te, de rescript. columna penultima, cum res qualibet iudicari debeat secundum statum præsentem, leg. Non distinguemus, §. Sacerdotio, ff. de arbor. sec. & iure natura sit præceptum, neminem in-capacem munus impar agendum subire, vt docet Diuus Thomas 1. 2. quaestione 76. articulo 2. & ibi Caietan. Medina, Zumel, Vazquez, Cu-riel, Valent. & cæteri Interpretes. Etati autem duodecim annorum impar maximè esse onus pas-cendi oues spiritualiter, & regiminis spiritualis curam sustinere dictæ ætati esse inæquale, cui vertetur in dubium? Et credendum est, Sum-mum Pontificem omnium vigilantissimum Pas-torem, Ecclesiæ suæ Tolerañæ substitutum, qui regetur, non designaturum inhabilem ob modicam ætatem: cùm in idem recidat incapacem præficere, ac nullum. Et constat scientiam seu literaturam in beneficiando exigi ex capite Cum in cunctis, de election. capite Graue nimis, de præbend. Clement. 1. de ætat. & qualitat. præ-fic. & capite Præcipimus, distinctione 34. capite Pænitentes, distinctione 55. & capite fin. de tem-por. ordin. in sexto. Et maximè in Episcopo ex Concilio Tridentino; sessione 24. capite 18. de reformat. ibi: Expedi maximè animarum saluti à dignis atque idoneis Parochis gubernari. Archiepiscopus autem Toletanus præcipuus Parochus est totius suæ diocæsis. Et sessione 22. capite 2. de reformat. vbi decernitur ad Episcopatum assu-mendum debere esse Magistrum, siue Docto-rem, aut Licentiatum in Theologia, vel iure Canonico, aut publicum alicuius Academiae testi-monium habere, quo idoneus ad alios docen-dos ostendatur: quod etiam declaratur in con-stitut. Gregor. XIII. de forma faciendi pro-cedus super promouendis ad Ecclesiæ Cathedrales, quam ad literam adducit Garcia 2. tomo de benefice. capite 4. numero 77. parte 7. & in Con-cilio Prouinciali Compostellano Act. 2. decret. 2. Constat item ex §. 1. distinctione 86. vbi dicitur Episcopum oportere esse Doctorem, ne inferiorum culpa in eum refundantur qui docendi officium accepit, quod exequi nescit, vel negligit. & distinctione 36. capite Ecclesiasticis, vbi decernitur, quòd non aspi-ret ad summum Sacer-dotium qui Diuinis disciplinis non est eruditus: quod idem constat ex capite Si quis, eadem distinctione.

Quod verò habens beneficium scientiam com-petentem, & correspondentem officio propter quod

quod datur (beneficium namque datur propter officium; ut in capite *Cum secundum Apostol.* de præbend. & capite fin. *de rescript.* in sexto, & consentiunt vniuersi) debeat habere docent communiter Doctores absque discordia: imò quòd si illa non polleat, fructus ex beneficio receptos sit constrictus restituere. Nauarr. in capite *Si quando*, de rescript. except. 18. numero 4. & 8. de præbend. consil. 8. numero 4. Lambert. 1. parte, libro 2. quæstione 10. arribulo 2. numero 10. Cosm. Philarc. *de offic. Sacerdot.* 2. parte, libro 4. capite 22. versiculo, *ratione beneficiorum*, Azor 1. tomo, libro 10. capite 15. quæstione 18. Aragon. 2. 2. quæstione 62. articulo 2. Ancharan. in dicta Clementina *de arat. & qualis. presic.* vltim. notabil. Felinus in capite *si quando*, de rescript. numero 7. prædictus Nauarr. *de redditibus, Ecclesiast.* quæstione 2. monit 23. Palatius Rub. in repetitione capit. *per vestras* § notab. 3. §. 26. numero 11. Couarr. in reg. *peccatum*, 2. parte, §. 7. numero 2. Gutierrez libro 2. *Canon. quæst.* capite 11. numero 44. Sotus *de insidia*, libro 4. quæstione 6. articulo 3. ad 6. 1. conclusione, Mercat. in summa libro 6. capite 17. Nauarr. *de restitutione*, libro 2. capite 2. numero 172. & 173. & 189. Salon. 2. 2. quæstione 61. articulo 2. Valentia tom. 3. disputatio 5. quæstione 8. punct. 2. Rodriguez in sum. 1. tomo capite 29. numero 2. & capite 108. numero 3. Vega 1. parte, capite 36. casu 3. & 8. & 2. parte, capite 17. casu 1. Garcia 2. tomo *de beneficijs*, parte 7. capite 7. numer. 24. Ledesma in summa 2. parte, tractatu 7. capite 1. circa conclus. 15. Reuel. 1. parte libro 3. quæstione 4. num. 14. Fit igitur manifestum, in tam tenera ætate facultatem regiminis spiritualis non commisisse Pontificem serenissimo Infanti, neque etiam simul cum suo Coadministratore: nam expectare concursum Serenissimi ad omnia agenda per suum Coadministratorem, potius obsequium, quam auxilium esset ipsi Coadministratori arbitrandum: cum dirigere constringeretur non tantum negotium agendum, verum serenissimi mentem, ut ei consentiret: & frustra expectabitur votum siue consilium ab eo qui ob defectum ætatis præstare nequit, cum pupillus capax non sit consilij, nec accipiendi, nec præstandi. l. *more*, §. final. ff. *de acquirend. hered.* & in omnibus rebus insitum habeat iudicium, & ob id auctore regitur. l. final. ff. *de manu. vindict.* & à testimonio repellitur, testarique prohibetur, §. *præterea*, Instit. *quibus non est permissum facere testam.* & eius voluntas nulla est, l. *furiosi*, cum ignorantis supra eodem tit. Pro absenteque habuit, l. *si pupillus*, ff. *quibus de causis in possessionem erit*. Et ideo iuris præsumptione pati non intelligitur, cum nesciat quid faciat, ut etiam dicitur in §. *pupillus*, Instit. *de inutili stipulatione*, & docet Cogno. leg. *in regulis iuris*, folio 75. Et hercè si serenissimus Infans solus ob tæram illius ætatem iudicatus est à Sum. Pontifice incapax ad spiritualium gubernationem, itæm incapax erit licèt Coadministratori adiungatur, cum ipse intellectum serenissimo non præter. Denique concludi videtur, plenariè & in solidum esse à summo Pontifice vltim iurisdictionis spiritualis commissum Coadministratori, neque facultatem efflagitare à serenissimo Infante ad omnia & singula spiritualia agenda, vel illis dependentia. Poterit ergò

Coadministrator capitulum Toletanum visitare per propriam personam si velit, vel alijmunus visitationis committere eo modo quo id posset Serenissimus si iam peruenisset ad legitimam ætatem.

Sed tamen dicta non obstant. Nam etsi serenissimus Infans ob defectum ætatis sufficiens non sit per se ipsum solum spiritualia gubernare, coniunctim cum Coadministratore sufficienter dirigentur. Et quamuis serenissimus Infans ex coniunctione ad Coadministratorem non acquirat maiorem capacitatem intrinsecam, dirigitur tamen eius tenera capacitas à coniuncto, & ob id sit capax gubernationis, quam admittere non posset ipse solus. Sicut magister qui pueros docet non illis exhibet intellectum, tamen quia proponit distinctè ea quæ abscenda sunt, sunt capaces ea percipere quæ absque magistri directione minimè perciperent. Sic Angelus superior inferiorem illuminat, non quia capacitatem intrinsecam exhibeat, sed quia distinctè proponit quod confusum erat. Et hercè quando summ. Pontifex influxum in spiritualibus habendum iri à serenissimo Infante expectauit ante legitimam ætatem, non directionem expectabat, sed solum consensum in eis quæ à Coadministratore fierent: ad consensum autem præstandum sufficit ætas septem annorum ut in sponsalibus, necdum duodecim, qua præficietur tunc serenissimus Infans.

Postremò concludamus, quòd etiamsi particula, *Capitula visitentur ab Episcopis per se ipsos solos*, adducta in capite 4. sessione 6. velit personam ipsam Episcopi, & non aliam debere interesse visitationi, illud intelligendum erit, nisi ob sit legitimum impedimentum, aliàs si Episcopus ægrotaret, vel alio iusto decineretur impedimento, Capitula immunita essent à visitatione: quod sanè contra ius naturale esset, & mentem Concilij visitationem præcipientis, ut corrigantur errores, & vitia extirpentur, cap. *Irrefragabili*, de officio ordinarij, capite 1. §. *sanè*, de censibus libro 6. Saravia tractatu *de iurisdictione adiunctarum*, quæstione 24. numero 6. Marscotus libro 2. *variar.* capite 101. numero 6. alios adducens. Quod item sit manifestum ex ipsomet Concilio sessione 24. capite 3. de reformatione ita uentente Patriarchas, Primate, Metropolitanos, & Episcopos propriam diocesim per seiplos, aut si legitime impediti fuerint, per solum generalem Vicarium, aut Visitatorem visitare. Si igitur vult concilium visitationem non prætermitti totius diocesis ex eo, quòd Episcopus impeditus existat, sed tunc expleri per alium decernit: eodem sanè modo (ne dicam à fortiori) placitum erit ipsi Concilio Capitula visitanda fore per alium existente iusto impedimento, verbi gratia, infirmitatis, vel infantia, ut contingit modò in serenissimo Infante Cardinale, Toletano Archiepiscopo: nam in Episcopo quodnam maius, quam inhabilitas ob defectum ætatis? & quòd per alium possit adimpleri illud, quòd ab aliquo personaliter erat agendum, dum iusto impedimento ligatur: docent Angel. in leg. *Pomponius*, in princip. de procurat. quæ sequitur Franc. Aret. in capite *Licèt ex quadam*, de testib. notab. 8. & Decius in capite *Comparati*, de appellat. Tiraquell. post leg. conu. verbo *Confermentem*, gloss. 6. numero 39. Bald.

Bald. in leg. 1. Cod. *de qua des. advocat.* & probat Roman. consil. 433. Felin. in cap. *Cum dilecta*, ampliat. 11. versiculo, *Et unum considera*, & iterum columna 21. versiculo, *Limita septimo*, de rescript. Azor tomo 2. libro 13. cap. 40. quizito 4. & tomo 3. lib. 13. cap. 30. in principio. Et in re adeo manifesta nolo plures alios Doctores referre.

Post hæc scripta in nostræ sententiæ auxilium hæc edita est Cardinalium declaratio. Interrogarum fuit; An Coadministrator serenissimi Cardinalis Infantis Archiepiscopi Toletani possit per se solum visitare Ecclesiam Toletanam, eiusque Capitulum & personas.

*Sacra Congregatione Cardinalium Concilii Tridentini interpretum sepius auditis partium procuratoribus & advocatis, reque accurato studio perpensa acque discussa, censuit Coadministratorem posse etiam per se solum Toletanam Ecclesiam eiusque capitulum & personas visitare.*

COSMVS DE TORNIS,  
Cardin.

Quam declarationem authenticam vidi.



TRA

TRACTATUS  
DE IEIUNIO,  
OMNES DISPERSIM  
& ad longum difficultates à Docto-  
ribus discussas summatim  
complectens.  
DISPUTATIO LI.

De qualitate ciborum ad obseruationem Ieiunij necessaria.

SVMMARIVM.

*Ieiunium aliud naturale, aliud Ecclesiasticum, num. 1.  
& 2.*

*Ne potus noceat, potest in die ieiunij sumi aliquid cibi,  
num. 3.*

*Tria requiruntur ad ieiunium Ecclesiasticum, vi-  
delicet abstinentia à carnibus, unica comestio,  
& determinata hora ad comedendum, numero 4.  
& 5.*

*Hactenus non satis explicauerunt Doctores, quali-  
ter necessaria sit licentia medici spiritalis & cor-  
poralis ad carnes edendas in diebus prohibitis, num. 6.  
& 7.*

*Sinistrè id explicuit Manuel Rodriguez, nume-  
ro 8.*

*Alij Doctores nominantur qui id non satis perce-  
perunt, num. 9.*

*Adducitur obiectio aduersus veram explanationem &  
soluitur, num. 10.*

*Nomine medici spiritalis non solum Parochus,  
sed quilibet Confessor intelligitur, numero 11.  
& 12.*

*Medicus corporalis solum declarat necessitatem ad cõ-  
edendum carnes, spiritalis verò despensat in præ-  
cepto, num. 13.*

*Infirmus cui declaratum esset à medico non indigere ad  
præcauendam agritudinem quotidie carnibus vesci,  
sed tertio die, neque quotidie carnibus vris, num. 14.  
& 15.*

*Medici cauti esse debent in concedendis licentijs ad  
comedendum carnes, num. 16.*

*Habentem licentiam comedendi carnes in Qua-  
dragesima, poterit oua & lacticia edere, nume-  
ro 17.*

*Iure communi prohibitus est esus ouorum in Qua-  
dragesima ob reuerentiam sacraei temporis, nume-  
ro 18.*

*Ex consuetudine in Hispania possunt edi oua & lacti-  
cinia in vigilijs & quatuor temporibus à non habenti-  
bus Bullam Cruciatam, num. 19.*

Sanchez Selecta.

*Habenti licentiam ad esum carniũ, licet comede-  
re quodcumque genus piscati, saliter quod ob id  
non violatur præceptum positum, licet possit  
violari abstinentia naturale præceptum, num. 20. 21.  
& 22.*

*Sumere potest quis cum aliquali nocumento salutis pisco-  
tum mortificationis causa, num. 23.*

*Presbyter qui adeptus est experientiam se infirmari ob  
abstinentiam ab ouis in quadragesima, non tenetur  
expectare per aliquot dies ad experiendum, an ab-  
stinentia noceat, vel non, num. 24.*

*Presbyter vel Regularis, licet non sit Presbyter,  
non poterit in Dominicis Quadragesima edere oua,  
num. 25.*

*Toties infringetur præceptum non comedendi oua, quoties  
illis vsu fuerit Presbyter in die, numero 26.*

*Presbyter comedens in Quadragesima carnes & oua  
absque legitima causa, duplex crimen commissit, nu-  
mero 27.*

*Presbyteri, quannis sexagenarij sint, non poterunt  
absque Bulla edere oua & lacticia in Quadragesi-  
ma, n. 28.*

*Paganis fas est ministrare carnes diebus ieiuniorum, nu-  
mero 29.*

*Non tamen erit licitum illas ministrare perpetuo amen-  
tibus, n. 30.*

*Peruulis ante expletum septennium licebit ministrare  
carnes in diebus prohibitis, n. 31.*



**I** EIUNIVM esse duplex, vniuersa Docto-  
rum Schola fatetur:  
naturale scilicet vni-  
uersale, Ecclesiasticum aliud.  
Naturale verò definit,  
abstinentiam esse à  
quocumque genere  
rei quæ per eos su-  
mitur, siue per mo-  
dum cibi, & potus; vel per modum medi-  
cinæ. Huiusmodi autem naturale ieiunium per

se requiri ad Eucharistiæ assumptionem, præter Godsfredum, & Ioan. Parisiensem. (vt notant Syluester verbo *Eucharistiam*, 3. quæst. 6. & Palodan. in 4. quæst. 2. art. 1. conclus. 3. num. 10. in marg.) vniuersi affirmant. S. Thom. 3. parte, quæst. 80. artic. 8. ad quartum. Richard. in 4. distinct. 8. art. 2. quæst. 3. Durand. quæst. 4. num. 11. Paludan. & Syluester suprâ. VValdensius *de sacramentis*, cap. 89. Scotus in quarto, quæst. 3. §. *Respondeo*. Maior in 4. quæst. 3. Sor. in 4. distinct. 12. quæst. 1. artic. 8. Toler. lib. 6. cap. 1. num. 3. & lib. 2. cap. 28. numero 6. Maldonat. in Matth. cap. 26. ante versicul. *Et benedixit*. Graffis 1. parte, lib. 2. cap. 30. num. 13. Rodriguez summ. cap. 66. numer. 1. Azor tom. 1. lib. 10. cap. 30. quæst. 2. Pedraza in summ. fol. 40. Viuald. *de ieiunio*, cap. 15. D. Anton. 3. parte, tit. 13. cap. 6. §. 8. Adrian. in 4. quæst. 5. *de Eucharistia*, Gabriel. in 4. distinct. 8. quæst. 2. artic. 3. & lect. 10. in Canon. à principio. Vazquez tomo *De Eucharistia*, disput. 211, cap. 3. Suarez *de Eucharistia*, disput. 68. lect. Ochagau. *de sacramentis*, tractat. 2. quæst. 12. numer. 7. Puteanus tom. 2. quæst. 80. art. 12. dub. 5. conclus. 5. Antonijus Ragueius in lucerna Parochorum *de Eucharistia*, quæstio 26. fol. 166. Bonacin. *de sacramentis*, disput. 4. quæst. 6. punct. 2. Ægid. *de sacramentis*, quæst. 80. art. 8. num. 46. Reginald. in praxi, lib. 29. num. 118. Lopez 2. parte, instruct. cap. 112. fol. 708. Viquer. inlib. cap. 7. §. 3. versiculo 1. fol. 210. Torres *de iustis*. disputat. 22. dub. 1. numer. 6. Astenfis summ. 2. parte, tit. 28. art. 5. quæst. 3. in principio. Vega in *espejo de Curas*, 1. parte, cap. 10. numer. 160. Ioan. de Friburgo in summ. *Confessor*. lib. 3. tit. 24. quæst. 64. Filiucius tom. 1. tract. 4. cap. 8. num. 234. Cantarellus in præceptis decalog. lib. 1. cap. 75. num. 334. & cap. 48. num. 22. Anton. Fernand. *en la instrucion de Confessores*, parte 3. mandam. 3. fol. 15. Nicol. de Orbellis in 4. distinct. 8. quæst. 2. §. 2. Nider præcept. 6. cap. 7. numer. 1. Henriquez lib. 8. cap. 49. §. & constat ex cap. *ex parte*, celebratione. Missar. & ex cap. *liquido*, de consecratione. distinct. 2. cap. *sacramenta*, de consecratione distinct. 1. cap. *Nihil*, 7. quæst. 1. Quod à tempore Apostolorum obseruatum esse, antiquissima PP. memoria testatur, & Conciliorum auctoritas, quæ adducuntur à Suarez & Vazquez solerter locis suprâ citatis, vbi esse lethale crimen ieiunium naturale frangere ante communionem sumpta quantumlibet minima parte cibi, nisi per modum salinæ aut respirationis sumatur, vel attrahatur, ex omnium mente attestantur. Nam materia prohibita ab Ecclesia non est, quod quis non sumat cibum, vel porum absolute, sed quod non suscipiat Eucharistiam post cibum, vel potum: huiusmodi autem præceptum violatur simpliciter in suo actu principali, etiam si ieiunium in parua materia solum sit. Ludouicus Torres *de iustitia*, disput. 22. dub. 1. num. 6. Celaya in 4. distinct. 8. quæst. 5. Ochagau. *de sacram.* tract. 3. quæst. 9. num. 7.

2. Ecclesiastico verò ieiunio adstringi aliquem per præceptum Ecclesiæ, diebus ab ea signatis, vel voto aut poenitentia à Confessario iniuncta, plusquam notum est: quod (vt definit rectè Angl. Flor. 1. parte, quæst. 1. *de ieiunio*, fol. 375. Mourre in summ. 2. parte, cap. 8. num. 1. Tolet. lib. 2. cap. 1. num. 4. Filiucius 2. tomo, tract. 27. cap. 1. num. 7. Paludan. in 4. distinct. 15. quæst. 4. in principio. Ludouicus de san Ioan. 1. part. summ. tractat. del

*ayuno*, art. 1. fol. 664. Vega in *espejo de Curas*, 1. parte, cap. 6. num. 74.) est abstinentia voluntaria à cibo iuxta Ecclesiæ ritum. Cum enim ieiunium huiusmodi actus virtutis sit, liber & voluntarius esse debet, vel saltem debet esse abstinentia non inuoluntaria & coacta: nam si aliquis nihil cogitans de ieiunio diei sequentis dormire per totam diem qua obseruari præcipitur ieiunium, præceptum ieiunij implet; Salas *de legibus*, disput. 9. lect. 1. numer. 12. A cibo dicitur esse abstinentiam; nam potus siue sumatur ante prandium, siue post, ieiunium non soluit: frangeretur tamen lacte sumpto, cum per modum cibi communiter sumi soleat.

Vnde audiendus non est Alex. parte 4. num. 8. art. 1. §. 3. censens vini potionem præsertim ante prandium ieiunium soluere. Nec assentionem Ricardo in 4. distinctione 16. artic. 3. quæstione 2. Diuo Antonin. 2. parte, tit. 6. capite 2. §. 9. & Rosel. verb. *Ieiunium*, numero 5. consentibus, vinum, si ad nutriendum, & præcipue mane ad famem extinguendam potetur, in fraudem ieiunij esse.

Quod autem sumitur per modum medicinæ licet nutriat, ieiunij factionem non inducit; cum taliter sumentes non vt cibentur accipiant, sed vt ab ægitudine curentur; quod Ecclesia vetare non poterat. Est enim conseruatio vitæ à iure naturali indita, cui non cedere posituum ius, æquum non erat. Vnde illis qui ægitudine laborant, vel afficiendos iri metuunt, præseruationis iure aliquid per modum medicinæ sumere fas erit, vt illis qui differre coguntur prandium ob aliquam iustam causam, Reginald. 2. tom. lib. 29. numer. 118. Toler. lib. 6. cap. 1. in num. 5. Azor tom. 1. lib. 7. cap. 9. quæst. 1. Nauarr. cap. 21. numer. 13. Ioann. de Friburgo in summ. *confessorum*, lib. 1. tit. 12. quæst. 31. fol. 36.

Sed quamam ratione posituum ius cum dispendio vitæ obligare nequeat, possit tamen naturale, doctores non sati explicant. Lex namque humana ab homine ortum habet: at homo cum dominus neququam sit vitæ, constringere nequit vt cum amissione eius rei cuius ipse non est dominus, lex à se lata seruetur, quod hercè inre optimo Deus efficere potest, cum non exposcat rem cuius ipse non sit Dominus, quam ipse excipere posset sine iniuria, licet adimpletio legis non se offerret. Quod si in contemptum iuris humani minetur mors, eam pati tenetur homo ne infringat præceptum. Quia tunc non solum infringeret legem positiuam, sed naturalem, qua præcipimur leges humanas non contemnere, existimando eas inutiles esse & vanas.

Deducitur ex eo, sumentes potum posse aliquid cibi sumere, ne doceat, vt docet S. Thom. in 4. distinct. 35. in quæst. *de ieiunio*, artic. 4. Margar. Confess. in quæst. moral. fol. 194. Beja 1. parte, decis. cal. 3. fol. 8. Villalob. tract. 23. difficult. 6. numero 3. Syluest. verb. *Ieiunium*, quæst. 3. num. 10. Toler. lib. 6. cap. 1. num. 5. Ledesma 2. parte summ. tract. 27. dub. 3. Reginald. 2. tom. prax. lib. 29. numero 118. Azor 1. tom. lib. 7. cap. 10. quæst. 2. fin. Nauarr. cap. 21. numer. 13. Viuald. *de ieiunio*, cap. 15. numero 43. Ioan. de la Cruz 3. præcept. artic. 4. fol. 47. Filiucius 2. tomo, tract. 27. cap. 2. num. 43. Ariostis in Enchirid. 2. parte, *de Ieiunio*, fol. 89. Astenfis 2. parte, tit. 28. artic. 3. quæst. 3. Caietan. verb. *Ieiunium*, cap. 1. & vniuersi DD. nullumque contra

contradicentem inueni. Nisi tamen porus sumatur absque vlla legitima causa; cum rectè dicatur absque causa edere, qui sine causa potum sumit ob quem permissus erat cibus. Et tunc ob paruitatem materiam veniale tantum crimen erit. Quod colligitur ex Azorio supra.

4. Ecclesiæ ritum tria ad obseruationem ieiunij poscere, ab vniuersis admittitur; qualitatem scilicet ciborum, vnicam coræctionem, & tempus quo fieri debeat. Abstinencia igitur à carnibus essentialis est ieiunio, taliter quòd priuilegio fruens vescendi carnibus ob præcauendam ægitudinem cœnare licitè possit. Sic Toler. lib. 6. cap. 2. num. 4. Caietan. 2. 2. quæst. 147. art. 7. Azor tom. 1. lib. 7. cap. 10. quæstio 3. & reputat probabile Sa verb. *Ieiunium*, numero. 11. Pefant. 2. 2. quæst. 62. artic. 2. disputat. 6. & fauet D. Thom. 2. 2. quæstione 147. artic. 8. ad 3. Llamas 3. parte summ. §. 26. rol. 529. dicens huiusmodi sententiam esse iam luce clariorem. Ledesma 2. parte summ. tractatu 27. cap. 2. difficultate 4. fol. 640. Palac. in 4. distinctione 15. disputatione 8. fol. 124 & 128. Medin. in summ. fol. 90. & 94. *in declarat. 2. præcept. §. 10.* Filliucius 2. tomo, tractatu 27. in cap. 3. numero 52. Gabriel in 4. distinctione 16. quæstione 3. articulo 3. dubio 1. §. *De secundo quo frangitur ieiunium.* Vega 1. parte summ. cap. 14. casu 3. dicens in praxi turè sequendam, quamuis in oppositam magis videatur inclinare Ioan. de la Cruz præcept. 3. artic. 4. conclus. 3. & docere videtur Sancius in summ. lib. 4. cap. 11. numero 50. & 53. dicens, abstinenciam à carnibus esse de essentia ieiunij. Idem quoque docet Suarius 3. tomo, in 3. parte, disputat. 70. sectione 2. & tom. 2. *de religion.* lib. 4. cap. 27. numero 22. & 25. Diana *de ieiunio*, resolut. 25. Fagundes 4. præcep. cap. 2. num. 5. Henriquez lib. 7. cap. 13. numero 13. probabiliorum reputans hanc sententiam, adducens Dezam, & Gallum, Aguaium, Ouand. in 4. distinctione 16. §. 25. Ocam in opuscul. fol. 113. Armill. verb. *Ieiunium*, numero 11. Abulens. in Matth. 6. Beja 1. parte decision. casu 45. fol. 207. & 210. Villalobos tractu 23. difficultate 8. numero 8. allegans Gomezium *ad Bullam Cruciatam*, clausula 7. numero 5. qui tamen sub distinctione loquitur, vt videbimus numero 5. Paludanus in 4. distinctione 15. quæstione 4. articulo 4. conclusione 2. Ioan. Alfonso *in luminari* 2. fol. ... Et maximè fauet, quòd Summus Pontifex in bulla concedens facultatem edendi carnes, præmissa licentia vtriusque medici, postea subdit, posse etiam recipientes huiusmodi Bullam ad nuntium comedere oua & lacticia, qui si obseruent in reliquis ieiunij formam, illi satisficient. Ecce qualiter Summus Pontifex cum ouis & lacticiis obseruari posse ieiunium dicit, nil de carnibus memorans, eò quod arbitretur solui carnibus: nam si ita non iudicaret, quare ægros tanto defraudaret bono?

5. Limitant aliqui (quibus tamen non assentior) fas cœnare esse perceptibus carnibus, quando esus illarum esset permissus ratione debilitatis naturæ, vel corroborationis; non autem, si id esset concessum ad fugiendam infirmitatem. Sic Lessius libro 4. capite 2. dubio 6. in fin. Et reputat probabile Sa verb. *Ieiunium*, numero 11. Angles *de Ieiunio*, quæstione 9. difficultate 9. fol. 430. Cordubens. in summ. quæstione 143. & 167. allegans Victoriam 2. 2. quæstione 147. artic. 4. Sanchez Selecta.

Rodriguez *in summ. in explicat. Bullæ*, §. 6. folio 284. dicens, posse Summum Pontificem dispensare, quòd ieiunium seruetur, esu carnis etiam interueniente. Vega 1. parte summ. cap. 13. casu 3. fol. 107. Pedraza in summ. 3. præcept. folio 45. Lopez 2. parte instructor. cap. 111. folio 705. Nauarr. cap. 21. numero 22. quamuis à Corduba pro contraria adducantur sententia: fortè illam olim habuit. Villalobos censet hanc esse in puncto iuris probabiliorum, quamuis turè oppositam quis sequi queat. Gomez *in explicatione Bullæ*, clausul. 7. numero 5. Viuald. *de Ieiunio*, cap. 15. numero 51. Reginald. 1. tom. prax. libro 4. numero 168. Medina *Cod. de Ieiunio*, quæstione *de numero refectiois*, fol. 138. Valent. 3. tomo, disputatione 9. quæstione 2. punct. 5. folio 1945. Henriquez libro 7. cap. 13. numero 12. probabilem arbitrans. Mour. 2. parte, cap. 8. §. 2. numero vltimo, resoluens, dispensatum, vt ieiunando edat carnes, minimè posse illa sapè comedere. In quo manifestè supponit cum carnibus posse inueniri ieiunium. Videtur docere Nider. 6. præcept. capite 8. numero 4. folio 486. Docet Ludouicus de San Ioan 1. parte summ. tract. *de ieiunio*, art. 11 fol. 691.

6. Sed carnibus vti posse temporibus prohibitis (sue ieiunium possit obseruari cum illarum comestione, siue non) indicat Summus Pontifex, cum in Bulla concedat posse ex licentia tam medici corporalis, quam spiritualis carnes quemquam comedere in diebus prohibitis. Quòd exactè explicare adeò difficile visum fuit Doctoribus, vt hæcenus expositum minimè inuenerim. Ad quid enim licentia vtriusque medici erit exoptanda, si causa adsit legitima ad carnis comestionem? Ius enim naturale facultatem exhibet: ob quòd Gomez *in explicatione Bullæ*, clausula 7. numero 1. concedit, nullum priuilegium dari per dictam clausulam: quòd etiam colligitur ex Caietan. summ. *Ieiunium*, quæst. 3. §. *Excusatur infirmi*.

Pro explicatione tamen notandum, maiorem requiri causam ad non seruandum aliquòd præceptum, quàm ad petendam dispensationem illius præcepti. Dum enim agricola imbrem profluere aspicit, dispensatione non eget ad labrandum in die festiuo. At dum solùm timet aequaliter ex mora colligendi triticum, posse damnum euenire, causam habet ad postulandam dispensationem. Vnde si stante illo probabili timore solùm, labori manum admoeret absque adepta dispensatione, in crimen sanè incideret: alias si extante quacumque causa integrum esset legem soluere, nullius potestatis dispensatiuæ in superioribus opus esset. Quamuis enim præcepta positioa cum iactura vitæ non obligent (nisi in contemptum solui putentur) vt admittunt communiter Doctores in materia de legibus, & egregiè Sanchez in summ. lib. 1. capite 18. plures adducens Authores vt illi mos est: tamen cum aliquali damno obligare pariter fauentur.

Igitur quando quis talem qualem habet causam comedendi carnes, repræsenter illam medico corporali, quo declarante sufficientem esse ad inferendum aliquòd nocumentum saluti, illi vesci fas erit ob Bullæ priuilegium. Vnde existentibus duobus parè habentibus causam ad carnes edendas à medico cognitam, quorum vnus Bullam

non habeat, alter verò illa fruatur, primus carnes comedere nequit, eò quòd causa licet sufficiens sit ad perendam dispensationem, non tamen sit ad frangendum præceptum absque illa adepta: supponimus enim abstinentiam à carnibus observari posse tunc absque vitæ iactura, & etiam sine morbo graui, habenti verò Bullam siue aliud priuilegium nefas non erit carnes edere, cum causa medico repletentata sufficiens sit ad petendam dispensationem, cuius signum erit, si infirmus interroget medicum, num, estò quòd Bulla Cruciatà non foret obtenta, iudicet causam suæ infirmitatis sufficientem ad rogandam dispensationem à summo Pontifice; respondeatque sufficientem esse. Nam Summ. Pontifex per Bullam vel statim dispensat declaratione medici corporalis præmissa, & licentia medici spiritualis; vel dispensandù committit huiusmodi medico spirituali.

Vnde magnum sanè priuilegium conceditur per Bullam quantum ad facultatem edendi carnes in diebus prohibitis: ob quod ingentes agere gratias Pontifici sumus deincti; cum quisquè domi suæ habeat dispensationem ob eleemosynam duorum argenteorum; nec Romanas dilationes expectare ultra teneatur. Et quidem maiorem requiri causam ad non seruandum aliquod præceptum quam ad petendam dispensationem pro præcepto, colligitur ex dictis à Suar. tomo 1. de Relig. cap. 32. numer. 1. loquens de excusatione præcepti obligantis ad festorum obseruationem & expressè id ait cap. 33. num. 3. Hurtado de marrim. disp. 29. difficul. 3. numer. 11. Episcopus Troianus in la pragmática del trigo, cap. 8.

7. Quare medici in concedendis licentiis ad carnes edendas id tantum attendere erunt astricti, num causa infirmitatis presentis, præseruationis ad futuram, sufficiens sit ad petendam à Pontifice dispensationem prudenter & non illusoriè. Nec ad ipsos spectat iudicare an ex illa causa concedenda sit, vel non de facto dispensatio. Quòd si sufficientem esse ad poscendam dispensationem reperiunt, quamuis non adesset Bulla, tunc concedere poterunt licentiam ex facultate Bullæ.

8. Ex quo inferunt, sinistè Manuelem Rodriguez in explicita. Bull. §. 6. & in addition. ad dictum §. arbitrari esse, priuilegium concessum in Bulla ad edendas carnes ex licentia vtriusque medici, id solum operari, quòd uescens carnibus tantum satisfaciatur pro pœnis uelendis in purgatorio, ac si reuera ieiunium præmitteret. Potestatem namque, ait, habet summus Pontifex ad applicandum de thesauro Ecclesiæ quatuor, verbi gratia, gradus satisfactionis comedenti carnes ex vtriusque medici licentia, quibus compenset alios quatuor gradus quos ex ieiunio adepturus esset. Nixus Rodriguez quòd habenti causam ad edendas carnes fas sit eadem absque medici licentia comedere. Iuxta mentem igitur Pontificis priuilegium non declarasse quilibet conspiciet: verba enim priuilegij tantum sonant integrum esse sumentis Bullam ex licentia vtriusque medici carnes edere. Vbinam de satisfactione, de indulgentiis, de ieiunio sit mentio? Toto namque cœlo distat priuilegium ad lucrandas indulgentias sine ieiunio, quæ illo præmissa essent aliàs consequendæ, explicati per priuilegium comedendi carnes ex licentia vtriusque medici. Quæ explicatio Emanuelis etiam displicet Villalob. tract. 27. claus. 6. num. 1.

Nec satis explicauerunt DD. alij priuilegium Bullæ quoad causulam comedendi carnes, inter quos Vega 1. parte, summ. cap. 14. casu 36. Palaz. in 4. distinct. 15. disput. 8. fol. 118. Armil. verb. Ieiunium, numer. 6. Syluest. d. verbo num. 20. D. Thom. 2. 2. quæst. 147. art. 4. Lessius lib. 4. cap. 2. dub. 6. numer. 45. Raym. in summ. tract. 4. de penitentia, cap. 8. fol. 526. Rayner. 1. part. summ. de Ieiunio, fol. 254. Lopez 2. part. instruct. c. 112. fol. 723, & capitul. 109. fol. 698. Mour. 2. parte, capit. 8. §. 2. num. 13. Grassis lib. 2. cap. 37. num. 15. Angl. Flor. 1. parte, de Ieiunio, quæst. 5. diffic. 4. fol. 396. Filiucius 2. tom. tract. 27. cap. 6. numero 128. existimantes in ieiunio, dispensatione opus esse quando causa fuerit dubia. Ex quo in nostro casu similiter censere tenentur priuilegium ad carnes edendas ad id deseruire, quòd si causa sit dubia, carnes possint comedi ex licentia vtriusque medici. Non, inquam, id satis explicauerunt. Cum enim ipsi fateantur existente causa manifesta non egere ieiunantem dispensatione; nec infirmum egere in causa manifesta priuilegio ad licitè carnes comedendas, fateri constringuntur, & fatentur omnes: eodem ergo modo dubia causa existente, opus non erit dispensatione, cum idemmet ius habeat aliquis ad fugiendum damnum certò venturum, atque illud de quo rationabiliter dubitatur, an sit exoriendum, sicut qui probabiliter & rationabiliter dubitat, quòd in extremam necessitatem deueniet, si extremè indigenti subueniat, non tenebitur subuenire. Et quia dubium in fauorem rei sit interpretandum, & in possidentis fauorem accipiendum, ex regula iuris in sexto. In dubijs melior est conditio possidentis. De quo latè nos disput. 42. num. 8. Quod expressè docet Henriquez lib. 7. cap. 13. num. 12. & in commento littera N. rectè dicens, quòd sicut iudex in causa dubia profert sententiam pro altero litigantium ita potest medicus, aut vir expertus concedere in causa dubia, sed probabili, vsum carniū absque medico spirituali: quasi dicat absque priuilegio Bullæ concedentis licentiam. Nec in hoc casu ius dubium vincit ius certum. Nam quamuis præceptum abstinenti à carnibus sit certum & in possessione obligandi, etiam ius ad censurandam vitam in homine certum est & antiquius, & antiquior etiam est possessio in illo ad conseruandam suam vitam, & ab strictiori iure orta. Quapropter in homine non solum est ius certum ad certò conseruandam vitam, sed etiam est illis ius certum ad non exponendam vitam periculo dubio eam amittendi. Et quamuis dubium sit homini, an ex abstinentia à carnibus sit detrimentum passurus in salute; non est tamen illi dubium, quòd ius habeat certum non se committendum tali dubio. Fit ergò, quòd ius certum conseruandæ salutis superet ius certum præcepti abstinenti à carnibus. Vnde non ad hoc, quòd causa sit dubia, vel manifesta, reduci debet licentia ab vtroque medico concedenda in virtute Bullæ, sed ad hoc, quòd causa sit talis, quòd ob eam posset Summus Pontifex dispensare in esu carniū. Quo fieri non dispensandum esse aliquando, nec à medico concedendam licentiam, quamuis causa sit, manifesta, nisi sit talis, quòd Pontifici propòsita obtineretur dispensatio, vt diximus.

Vnde sit, Doctores dicentes tunc recurrendum esse ad superiorem ad poscendam dispensationem in ieiunio, vel in esu carniū, quòd idem est, quando

12.

quando causa est dubia, non intelligendos esse id asserere quando fuerit dubium, magnum nocumentum exortendum ex obseruatione ieiunij, nam tunc necessaria non videtur dispensatio, vt probatum est. Sed quando dubitaretur aliquale nocumentum promanandum: quod quamuis actu existeret, obligatio ieiunij, vel abstinencia à carnibus non cessaret, cum leges positivæ cum aliquali obligent labore, & detrimento; illa tamen causa dubia obiecta Pontifici sufficiens esset ad impetrandam dispensationem.

10. Quod si dicas, Parochum, etiam absque Bulla posse dispensare in abstinencia à carnibus; igitur nullum privilegium conceditur à Pontifice dispensando per Bullam.

Posse dispensare ex consuetudine Parochum admittimus ex mente plurium quos referemus disput. 34. num. 36. qui omnes fatentur ex iure illi non competere, eo quod in legem superioris inferior falcem mittere nequaquam possit, vt potè in messem alienam. Concedit igitur Pontifex facultatem Parocho ad dispensandum etiam si ex consuetudine ipse potestatem non habeat: quam fortè in aliquibus Prouinciis non habebit, nec dispensare poterit nisi ex Bullæ privilegio. Cum itaque Summus Pontifex se subdere velit, vt lex à se lata à Parocho dispensetur, gratia & privilegium iudicandum est: præceptum, quod cum privilegium fuerit assentiri Summum Pontificem consuetudini illi à Parochis in dispensando obtentæ; nec illi obistere: privilegium modò in Bulla concessum non tam nouum, quam continuationem præcedentis privilegij non obstandi, scilicet consuetudini, existimandum est. Omitto, quod plures censeant, nec etiam ex consuetudine Parochum potestatem habere dispensandi, quod fortè respiciens Pontifex liberaliter privilegium dispensandi in abstinencia à carnibus largitus est.

11. Placet item, Summum Pontificem concedentem privilegium in bulla, quod videlicet ex licentia vtriusque medici possit quis carnes in temporibus prohibitis edere, nomine medici spiritualis non tantum Parochum, sed quemlibet confessarium denotare. Quod docent Rosell. verb. *Ieiunium*, num. 26. Palat. in 4. distinct. 15. disputat. 8. fol. 119. col. 18. Henriquez lib. 7. cap. 13. num. 10. & 12. qui in commento litera M. inquit, id planè constare ex Bulla, Villalob. tractat. 27. causul. 6. numer. 2. Rodriguez in explicat. addit. ad §. 6. ductus, quod absque Bulla Parochus possit dispensare. Privilegium igitur debuit esse, quod aliis à Parocho facultate dispensandi portiatur. Tum quia confessarius verè medicus spiritualis est, & restringendum minimè privilegium est, quando ex verborum tenore extensionem propriè patitur. Et verò quamuis Parochus vbique reperitur, vel eius vices habens, negari nequit, onus aliquale esse astringi fumentes Bullam solum Parochum adire ad postcandam dispensationem: vnde non parum gratiæ arbitrandum est, per Bullam concedi facultatem confugiendi ad quemcumque confessarium. Qui vt dispenser, opus non habet confessionem dispensati audire, vt bene docet Rodriguez supra, aut aliquo tempore confessiones auscultasse, sed sat est approbatum esse, potentemque muneri confessionis vacare, quamuis ei nunquam incubuerit. Quod etiam docet Villalob. tract. 27. claus. 6. num. 2.

Licet fareor in oppidis quæ incolui ex consuetudine haberi, Parochios adeundos tantum: quam obseruari in suis locis fortè animaduertere Sanchez lib. 8. de matrimonio, disput. 9. num. 27. & Azor 1. tom. lib. 7. cap. 29. quest. 4. inquietes, confessarium quamuis electum per Bullam, nullatenus posse dispensare, sed solum Parochum. Et in hac Mantuana Curia, quid obseruaretur perquirens nihil fixum inueni, profitentibus aliquibus ad solos Parochos esse confugiendum, & ita in vsu esse; aliis contra aientibus confessarios adire sat esse, & ita plerumque etiam doctus exequi.

13.

Seruatur tamen hoc discretimen inter medicum corporalem & spiritualem, quod corporalis tantum exigitur à Summo Pontifice, vt declarans infirmitatem sufficientem esse ad comedendum carnes; spiritualem verò intetuenite vult, vt dispensantem: idem namque est concedere facultatem ad non obseruationem alicuius legis, quod illius dispensationem præmittere. Vnde privilegium dispensandi in esu carniæ, hoc est facultas, medico spirituali inest, & non suscipienti Bullam, quamuis in illius fauorem sit concessum.

14.

Inde inferendum, infirmum, cui declaratum esset à medico non indigere ad præcauendam aegritudinem quotidie carnibus vesci in Quadragesima, sed tercio die, nequire illo die quo à carnibus abstinendum est, illis vti: sed potius ad ieiunium esse constrictum. Quod docet Beja 1. part. decis. cas. 45. fol. 209. & 211. & quod in hoc euentu ieiunium serpare teneatur, nullum contradicentem inueni. Lopez 2. part. instruct. c. 112. folio 723. Posse verò medicum facultatem edendi carnes, sic restrictam concedere, manifestum reor: vt docet Ioan. Alfonso in *luminari* 2. folio 69. nam ille tantum declarat necessitatem ad carniæ vsum. Cumque præceptum abstinendi à carnibus in Quadragesima, siue alias venitis temporibus semper obliget, cum negatiuum sit, fit illis diebus astringi præcepto non vtendi carnibus infirmum, in quibus declaratum sit à medico nullum exortendum nocumentum saluri ipsius, quamuis abstineat, docet Medina Cod. De *Ieiunio*, quest. De his qui ad Eccles. ieiun. tenentur, fol. 143. Satisque erit declarari necessitatem edendi carnes per medicum scientem, quantumvis licentiam nondum sit consequutus ad medendum, est enim verè medicus, & dato quod in foro interiori lex regia prohibeat medicos nisi licentiam ad pros curare in vno aut alio casu obligare nequit, nec tam strictè intelligenda, vt ait Ioan. Alfonso in *luminari* 1. fol. 8.

15.

Ex quo subinferendum, infirmo fas non esse carnes cœnare, quando à medico concessa esset facultas semel in die carnibus vtendi; cum præceptum abstinendi à carnibus per integrum dureret diem: quamuis, vt supradictum est num. 4. cœnare possit ex aliis ciborum generibus. Medin. C. de *Ieiunio*, fol. 143.

16.

Vnde medici cauti debent esse in concedendis licentiis ad carniæ edendæ vsum, nec absolute facultatem exhibeant, quando infirmo sat sit limitata. Medin. supra, Tolet. lib. 6. cap. 4. num. 8. Angles Florib. 1. parte, de *Ieiunio*, quest. 5. difficult. 4. fol. 396. Palat. in 4. distinct. 15. disput. 8. fol. 137. Syluest. verb. *Ieiunium*, quest. 7. fin. Tabien. numero 22. Lopez 2. part. instruct. cap. 109. fol. 698.

Nicua in summ. tit. 17. fol. 22. Erant namque medicis rei fractionis duplicis præcepti, ieiunij scilicet, & carnis abstinence, Sanchez in summ. lib. 4. cap. 11. num. 42. & 53. Ludouicus de San Ioan 1. part. summ. tractat. de *Ieiunio*, artic. 7. dubio 2. fol. 674. Ioan. Alfonso in *luminari* 2. fol. 69. & 607. in medio. Sæpe namque medicorum consilia diuinæ cognitioni sunt contraria, quia nec ieiunare, nec flere, aut consilia sinunt, vt optimè decenter in cap. *Contraria*, de consecrat. distinct. 5. *Contraria studiosè sunt diuinæ cognitioni præcepta medicina, à ieiunio reuocant, lucubrare non sinunt, ab omni intentione meditationis abducunt, itaque qui se medicis dedit, seipsum sibi abnegat.* Nec sit erit fateri in confessione se concessisse licentiam edendi carnes absque legitima causa diebus prohibitis, sed astricti erunt manifestare dies illos ieiunio etiam esse consecratos, eò quòd duo committat scelera qui frangit ieiunium carnes comedendo: vnde non assentior Mont. 1. 2. tom. 2. quæst. 73. artic. 2. quæst. 4. num. 47. asserenti tantum esse vnum peccatum contra temperantiam; quamuis teneat esse circumstantiam notabiliter aggravantem: sed est carnes comedere & non ieiunare virtuti eidem temperantiæ aduersentur, diuersimodè læditur per fractionem ieiunij, & per carnis comestionem, & diuersam dissonantiam inducit, temperantiam vno, aut alio modo lædere; eo modo quo mollietas, siue sodomia, & simplex fornicatio contra castitatem tantum opponuntur, & tamen diuersa crimina sunt ob diuersum modum quo castitas læditur & ob diuersam dissonantiam, sic vel aliter lædendi præceptum: namque ieiunij superius est præcepto abstinendi à carnibus, taliter quòd ieiunans à carnibus abstinere constringitur; non verò è contra qui abstinet à carnibus, semper ieiunare tenetur, cum in diebus Veneris adsit mandatum abstinendi à carnibus, non tamen ieiunandi. Quod si per Quadragesimam indultum esset à medico carnibus vesci aliquem absque causa, opus non erit explicare concessisse licentiam edendi carnes in diebus ieiunij, eo quòd manifestum sit dies Quadragesimales ieiunio esse addictos, sed satis erit dicere, se in Quadragesima concessisse licentiam. Dominicis verò Quadragesimæ in vnus tantum fractionem præcepti lapsus in dubitabit nemo.

17. Fit itaque, habentem licentiam edendi carnes in Quadragesima posse licitè oua & lacticia comedere: cui enim concessum maius est, indultum esse etiam minus eiusdem generis, ambigat nullus. Docent Azor. tom. 1. lib. 7. cap. 10. Sanchez lib. 8. de *matrimonio*, disput. 1. num. 39. & in summ. lib. 4. cap. 11. num. 57. Henriquez lib. 7. in *indulgent*. cap. 30. num. 3. Nec in medici potestate erit ad vsum carniū, non ouorum ac lacticiniorum facere facultatem; eo modo quo designare nequit certum genus carnis, alià prohibendo. Et cui concessum esset oua sumere, ad lac & lacticia extendi non dubito; non quia id minus sit, vt asseruit Henriquez supra, sed quia vnica & indiuidua est prohibitio ouorum & lacticiniorum, eo quòd sementiam originem à carnibus trahant, sicut est vnica & indiuidua prohibitio omnium carniū. Quod constat ex cap. *Denique*, distinct. 4. his verbis: *Par autem est, vt nos qui his diebus à carnibus animalium abstinemus, (& loquitur de diebus Quadragesimalibus,) ut omni-*

*bis quoque qua sementiam trahunt originem, abstinemus (à lacte videlicet, caseo & ouis.)* Quod docet Sanchez lib. 8. de *matrimonio*, disput. 1. numero 39. & in summ. lib. 4. cap. 11. num. 57. Et esse praxim communem apud doctos & timotatos facit Henriquez lib. 7. cap. 30. numer. 3. Azor 1. tom. lib. 7. cap. 10. quæst. 4. Medina in summ. lib. 1. cap. 14. §. 10. Filiucius 2. tom. tractatu 27. capit. 3. num. 54. dum dicit, quòd dispensatus ad carnes, pisces comedere potest, vnde à fortiori poterit oua.

18. Ex quo deducendum, iure communi esse prohibitum ouorum & lacticiniorum vsum in Quadragesima ob reuerentiam factati temporis, vt docet D. Thom. 2. 2. quæst. 147. art. 8. ad tertium, & in 4. sentent. distinct. 15. quæst. 3. Henriquez lib. 7. cap. 13. §. 8. Azor lib. 7. cap. 10. quæst. 1. Lessius lib. 4. cap. 2. dub. 2. numer. 8. Rayner. 1. parte summ. de *ieiunio*, fol. 255. Beja 1. parte decil. cas. 45. folio 207. qui sibi videtur contrarius, vt notatur infra, Lopez 2. part. *instrucl.* cap. 212. fol. 715. Nicua in summ. tit. 17. fol. 26. Palud. in 4. distinct. 15. quæst. 4. art. 4. & adducitur Ricard. in 4. dist. 15. quæst. 3. quæstion. 4. & 7 quem non vidi, Durand. in 4. distinct. 15. quæst. 9. num. Angel. *Ieiunium*, num. 5. Syluest. dicto verbo, quæst. 5. non verò in aliis diebus ieiunij, aut sextis feriis. Armill. verb. *Ieiunium*, in princip. Hostiens. rubr. de *observat. ieiun.* num. 5. Pisan. Rosel. Caietan. verb. *Ieiunium*, Pedraza in 3. præcept. §. 14. Alcozer cap. 24. Abulens. in Confessionario, §. *De gula*, Palat. in 4. distinct. 15. quæst. Navarr. cap. 21. numero 35. Cord. in summ. quæst. 60. & 168. Medina in summ. lib. 1. cap. 25. §. 10. Rodriguez. in *explicat. Bullæ*, §. 6. numer. 1. fol. 284. Sa verb. *Ieiunium*, num. 8. Nider. præcept. 6. cap. 6. num. 8. Gabriel. in 4. distinct. 16. quæst. 3. art. 3. dub. 1. §. *De secundo quo frangitur ieiunium*. Llamas 2. part. summ. cap. 5. §. 26. Vivaldus de *Ieiun.* cap. 15. numero 17. & 21. Sancius in summ. lib. 4. cap. 11. numero 52. Villalobos tractat. 23. difficult. 2. num. 7. Ioan. de la Cruz 3. præcept. art. 4. concl. 4. Medin. Cod. de *deieun.* quæst. 1. fol. 134. ¶ Quicquid in contrarium fateatur Conarruias lib. 4. cap. 20. num. 15. ad fin. Astensis 2. part. tit. 28. art. 3. quæst. 5. Abbas in rubr. de *observat. ieiun.* & adducitur Richard. in 4. distinct. 15. art. 3. quæst. 5. quem non vidi, ob id iudicare non possum quamnam ex his opinionibus sustineat. Tabien. numero 7. verb. *Ieiunium*, Ioan. Fern. 4. de *Episcop.* part. 2. cas. 107. num. 132. relati ab Henriquez lib. 7. cap. 13. numero 9. in commento litera R. Et videtur idem sentire Beja 1. parte decil. cas. 45. folio 207. dicens, in tertis de nouo repertis in quibus non viguerat consuetudo vtendi lacticiis in ieiuniis non Quadragesimalibus, & non posse comedi, sed standum esse iuri communi. Ad ex consuetudine in aliquibus Provinciis & diocesis Hispaniæ abstinencia à lacticiis & ouis seruatur in sextis feriis per annum, & aliis ieiunij temporibus à non habentibus Bullam Cruciatam. An verò etiam Dominicis diebus sit prohibitum vesci ouis, &c. dicemus num. 25.

19. Nec assentiendum Vazquez 1. tom. 2. disp. 177. numero 54. rarus sum aliquando, quem sequitur Villalobos tractat. 23. *Del ayuno*, docenti abstinencia ab ouis & lacticiis in vigiliis & quatuor anni temporibus in Regno Castellæ non esse in præcepto, quia nullo iure præcipitur hæc abstinentia,

nentia, nec ex consuetudine obligat, eò quòd consuetudo in Hispania probari non possit, cùm ab hinc quinquaginta annis maior pars populorum, quæ sola possit & deberet consuetudinem introducere, ex privilegio Bullarum comedat oua & lacticiuia: ex quo in hac re nullus vsus allegari potest. Cui non assentiendum putauerim; nam eo ipso quòd nullus absque Bullæ privilegio ouis & lactiniis vescitur, consuetudo introducit illa non comedendi absque privilegio. At re magis perpensa, nullam consuetudinem posse esse introductam arbitror; quia consuetudo non inducitur ex illis quæ homines cogitant agere, vel non; sed ex eis quæ operantur.

Cùm igitur in Hispania maior pars populi non abstineat à lacticiuiis & ouis ob privilegium Bullæ, reuera consuetudo comedendi extat & non contraria. Diana *de ieiunio*, resolut. 41. Nec obstat, quòd Bulla deficiente non comederent ea, cùm consuetudo non generetur ex agendis, sed ex actis. Omitto, consuetudinem habentem vim legis oportere esse sponte inductam animo se obligandi; Salas *de legibus*, disput. 19. sect. 6. num. 61. vt dicemus disput. 54. num. 33. at consuetudo abstinendi à lacticiuiis & ouis, sciencier, nec sponte est inducta, sed ob frequentes Bullas quas ferè omnes accipiunt reputare simplices viros per errorem se obligari, vt animaduertit Henriquez lib. 4. cap. 13. in comment. lib. X. censens talem consuetudinem ad mortale non obligatam, quamuis esset, vt de consuetudine recitandi horas matutinas ante Missam dicunt Sotus & alij recentiores sub veniali tantum obligare, Syluest. verb. *Consuetudo*, §. 13. Et in hac diocesi Tolerana & Compostellana, Giennensi, Salmantina Cauriensi & Pacensi extat consuetudinem vescendi lacticiuiis & ouis, testatur ex aliis ipse Henriquez. Vide dicta disputat. 54. num. 33. vbi inuenies de consuetudine vtilem doctrinam. Et innuit Filiucius 1. tom. tract. 27. cap. 3. num. 49. Vnde quamuis consuetudo allegari non possit, quòd videlicet quis non eligat in confessarium nisi proprium parochum, eo quòd maior pars populi Bullam accipiat: tamen cùm iure prohibitum sit alium quam proprium parochum eligere, id quoties fit, ex privilegio fieri debet.

20. Et habenti licentiam ad vsus carnis, licebit quòdcumque genus comedere, scilicet lardum, porcem, capream, hædum, bouem, & alia infirmis disconuenientia. Sic Sanchez lib. 8. *de matrim.* disput. 1. num. 39. & in summ. lib. 4. cap. 11. num. 17. Cord. in summ. quæstion. 168. fol. 460. Villalob. summ. tract. 23. diff. 8. numer. 11. & annuit Vega 1. part. summ. cap. 14. cas. 37. nec solùm in modica quantitate: tunc enim dubio caret licere; verum in magna, quòd tota refectio ex illo carnis genere fiat. Nam quando sum. Pontifex dispensat ad edendas carnes præmissa medici declaratione, absolute dispensat nulla limitatione apposta. Quamuis contrarium immeritò doceat Ioan. de la Cruz præcept. 3. art. 4. conclus. 3. Rodrig. in summa, 1. part. cap. 24. Ioan. Alfonso *luminari* 2. folio 70. in fine.

21. Verùm estò edendo carnes disconuenientes non peccet infirmus aduersus præceptum posituum de abstinendo à carnibus diebus veritis, peccabit tamen aduersus naturale temperantiz, quo quis est astrictus propriam conseruare vitam moderatè comedendo: quod item sanè frangeret

in diebus non veritis huiusmodi vescendo carnibus, vt docet Sanchez in summ. lib. 4. cap. 11. num. 57. & *de matrim.* lib. 8. disputat. 1. numero vlt. Villalob. tract. 23. difficult. 8. num. 11. Ioan. Alfonso fol. 70. Vnde quando Henriquez lib. 7. cap. 30. num. 3. ait, fas esse habenti licentiam ad carnes edendas in Quadragesima, edere ad excitandum appetitum suillum, intelligendus est, quòd id possit absque transgressione temperantiz; iure naturali seruanda; nam non frangi præceptum posituum abstinentiz, iam probatum est. Quare non ligantur excommunicatione lata in aliquibus diocesisibus aduersus carnem & piscatum prandentes simul in Quadragesima vt in hac Tolerana & Abulensi, si piscatum comedant ad excitandum appetitum ad cibum; id enim concessum est iure naturæ, quòd à positivo æquum non erat vetari. Solùm igitur ligat eos qui sine necessitate carnibus & piscato vtuntur, temperantiam naturalem infringentes. Nec credo ligari qui pisce suauis, (vulgo *Trucha*, vesceretur absque vlla necessitate erigendi appetitum, tunc enim nocumentum saluti non obuenit, nec temperantia læditur, & consequenter nullum aderit peccatum saltem mortale; quod nisi interueniat excommunicatio saltem maior ferri non potest, vt admittunt vniuersi DD.

22. Ex quo deducendum, habentem facultatem edendi carnes in Quadragesima, posse absque peccato contra ius posituum non edendi carnes, edere quòdlibet genus piscati etiam in magna quantitate, quòd penè totalis refectio ex eo conficiatur: non enim prohibitum est in Quadragesima piscatum comedere, nec peccat carnes simul edendo. Existit enim in huiusmodi infirmo vera necessitas edendi carnes, & consequenter vera causa ad dispensationem, quæ tunc temporis quo pisces edit, adest, & consequenter licentia ad carnes comedendas siue in modica, siue in magna quantitate, Angl. Flor. quæst. 9. *de abstinencia*, art. 1. difficult. 6. fol. 427. Lopez 2. parte, *instruct.* cap. 2. 12. fol. 715. & cap. 111. fol. 705. Henriquez lib. 7. cap. 13. num. 11. Cordub. quæst. 168. Rodriguez in *explicitio*, Bullæ, §. 6. num. 5. Villalobos tract. 23. difficult. 8. num. 10. Diana *de ieiunio*, resolut. 26. Fagundez lib. 1. *præcepto* 4. cap. 2. num. 18. Ortiz in summ. cap. 19. numero. 18. & 19. Nuño in 3. part. tom. 2. tract. *de Bulla*, §. 8. dub. 4. Acosta in Bulla, quæst. 80. Fernandez in *exam.* part. 3. cap. 9. §. 4. uumer. 3. Azor tom. 1. lib. 7. cap. 10. quæst. 5. Lopez & Villalobos dicentes in simili habentem licentiam ad vescendum oua, posse piscatum simul comedere: par enim in vitroque casu procedit ratio. Ceteri verò expressè loquuntur de carnibus. Delinquit tamen aduersus temperantiam, piscatum sumendo in tanta quantitate quòd nocumentum exorciendum saluti timeatur. Docet Ioan. de la Cruz 3. præcept. art. 4. concl. 3. Lopez supra, Villalob. tract. 23. difficult. 8. num. 10. Filiucius 2. tom. tract. 27. cap. 3. num. 44. Ludouicus de san Ioan. 1. parte summ. tract. *de ieiunio*, art. 11. fol. 690. Si tamen piscatum simul cum carne edatur, erit peccatum in diocesisibus vbi extat constitutio illa simul non edendi, quòd non intelligitur dum sumitur piscatum ad excitandum appetitum, vt diximus num. præcedente.

23. Quòd si ob bonum virtutis, mortificationis scilicet, expiationis pro peccatis, vincendæ tentationis, &c. aliquis piscatum sumeret cum periculo

iculo non plurius nocenti futuri, in nullum peccatum ruere: non enim tenemur ita strictè consuete salutem, quòd ob bonum virtutis comparandæ non liceat nocentium aliquale infeste, alias minime liceret religiosis pedibus nudis incedere, vt latius diximus disputatione 3. numero 7. vbi Authores retulimus, & docet Angl. Flor. 1. parte, quæst. de *ieiunio*, difficultate 5. folio 390. Rodriguez 2. tomo 99. *regul.* quæstione 101. articulo 1. & 2. Villalobos tractatu 23. difficultate 8. numero 10. Ludouicus de San Ioan 1. parte summa, tractatu de *ieiunio*, articulo 10. folio 687. Sa verbo *vita*, numero 1.

Præterea inferendum habentem antiquam experientiam sibi esse nocuum carnibus non vt in Quadragesima, non teneri in futuris Quadragesimis abstinere à carnibus ad probandum siue experendum an nocuentum exoriatur vel non, aliàs nunquam licitum esset carnibus vt ob præseruationem, sed solum ob præsentem infirmitatem, mirantem tamen in peius abituram, respectu cuius maioris aggritudinis præcauendæ licentia ad carnes diceretur concessa ratione præseruationis. Quod intellige, nisi maximè dubitent causam nocuenti cessasse, docet Lopez 2. parte *instruct.* capite 112. folio 715. Ioan. de la Cruz 3. præcept. de *ieiunio*. articulo 4. dub. 9. conclus. 3.

14. Ex quo deducit, non teneri Presbyterum siue Religiosum habentem solitam experientiam nocuenti ob abstinentiam ab ouis in Quadragesima illis non vt per aliquot dies ad experendum, an abstinentia noceat, vel non. Nec teneri medicum licentiam denegare nisi præmissis tali experimento. Quod tamen intellige vt supra, nisi maximè dubitetur causam nocuenti cessasse, vel quia ante Quadragesimæ tempus medicamenta infuso fuere applicata, aut temperies mutata, vel aliquid aliud, docent Lopez & Cruz vbi supra.

15. Nec poterit Presbyter vel Religiosus diebus Dominicis quadragesimalibus oua & lacticia edere: nam est dies Dominica non sit dies ieiunij, est tamen dies abstinentiæ à carnibus, ratione cuius prohibuit ius comedi illud quod sementinam originem trahit à carnibus. Quod constat ex capite *Denique*, distinctione 4. vbi B. Gregorius Augustino Anglorum Episcopo scribit, dicens: *Par autem est, vt quibus diebus à carne animalium abstinemus, ab omnibus quoque que sementinam carnis trahunt originem, ieiunemus; à lacte videlicet, caseo & ouis.* Ecce qualiter textus rationem prohibitionis esus ouorum & lacticinorum non in eo quòd dies ieiunij sit, sed in eo quòd sit dies abstinentiæ à carnibus apposuit. Idque scripto declarasse summum Pontificem est mihi attestatus quidam peritissimus in rebus moralibus Societatis I E S V Religiosus, seque declarationem vidisse est professus, quam postea ipsemet vidi ex S. D. N. Gregorio XIII. latam, reddente rationem, quòd licet Dies Dominica non sit dies ieiunij quoad quantitatem ciborum, eò quòd pluries in illa comedi possit, est tamen dies ieiunij quoad qualitatem & delectum ciborum, hoc est, quòd sit abstinentiæ dies. Docent Sanchez in *summa*. libro 4. capite 11. numero 53. Henriquez libro 7. capite 13. numero 10. Angl. quæstione 9. de *abstinentia à cibo*,

difficultate 7. Rodriguez in *explicita. Bulla*, §. 6. numero 8. affirmans se audiuisset à Commissario Bullæ Summum Pontificem consultum in hoc fuisse, & respondiisse astrictos esse Sacerdotes & Regulares in dominicis Quadragesimæ, oua & lacticia non edere. Cordub. in *summa*. quæstione 168. folio 458. Vega 1. parte, capite 14. casu 29. Villalobos tractatu 27. clausula 6. numero 11. ¶ Quicquid in contrarium doceat Llamas 3. parte, capite 5. §. 26. in fin. dicens, etiam sine Bulla posse illa comedi, cum iure tantum prohibeatur illis vesci in diebus ieiunij. Anton. Gomez in *explicitatione Bullæ*, clausula 7. numero 7. Et hanc esse aliquorum modernorum, docet Corduba pauld supra citatus. Contra quam inuehit Lopez 2. parte, *instruct.* capite 212. folio 714. Villalobos tractatu 23. difficultate 8. numero 1.

Cumque huiusmodi præceptum abstinendi à lacticiis & ouis negatiuum sit, & habeat diuiduam materiam, toties frangeretur à Sacerdotibus quoties in die oua & lacticia ederent; eo modo quo toties delinquerent, quoties in die prohibito carnes comederent; docet Tolet. libro 6. capite 3. numero 5. Sanchez *summa*. libro 4. capite 11. numero 42. ieiunij verò mandatum, quamuis negatiuum est, quia tamen indiuiduam habet materiam, non toties frangitur quoties comestio fit, vt dicemus disputatione 54. numero 42. Diana resolutio 45. Fagundez *præcept.* 4. lib. 1. cap. num. 9.

Et duplici labe inquinaretur Sacerdos edens carnes & oua in die Quadragesimali absque legitima causa, cum sit distinctum præceptum quo Sacerdotibus lacticia, & oua vetantur, ab eo quo carnes. In quam duplicem fractionem etiam rueret laicus edens carnes in Quadragesima absque causa, & oua lacticia sine Bulla, vel alio priuilegio, tenebuntque confiteri quoties se applicauerit esui carniuum in die, & quoties comestioni ouorum. Imò si in dominicis Quadragesimæ comedat laicus absque Bulla, vel alio priuilegio lacticia & oua, in erimen mortale ruet: est enim Dominica dies abstinentiæ dies, vt diximus supra numero 25. in ordine autem ad abstinentiam interdici lacticia & oua, iam est ibi probatum. Quod etiam docet Cordub. in *summa*. quæstione 168. Palac. in 4. distinctione 15. disputat. 3. fol. 124. & docent omnes Doctores, censentes, Sacerdotibus & Regularibus non licere oua, & lacticia comedere in Dominicis Quadragesimæ. Villalobos tract. 23. difficult. 8. num. 1.

Nec Sacerdotes quamuis sexagenarij sint, poterunt absque Bulla comedere oua & lacticia in Quadragesima, eo quòd præceptum illis intinatum de abstinendo à lacticiis & ouis ex cap. *Denique*, distinctione 4. supra relatum numero 25. absolute imponatur absque discretionem ætatum. Et quamuis sexagenaria ætate præditi ieiunare non teneantur, vt ex mente plurium numero 8. disputatione 54. dicemus, non ob id à præcepto abstinendi à lacticiis & ouis in Quadragesima erunt exempti; cum hæc non interdiciantur ob ieiunium, sed ob abstinentiam à carnibus, vt constat ex dict. capite *Denique*, distinctione 4. Et docet Sanchez in *summa*. libro 4. capite 11. num. 53. aliàs liceret non habentibus 21. annum vesci ouis & lacticiis in Quadragesima

26.

27.

28.

sum absque Bulla, cum illi non comprehendantur scilicet præcepto: quod tamen falsum est: nam post septennium abstinere sunt constituti, ut censent vniuersi. Vnde minus bene Rodriguez in *explicatione Bullæ*, §. 6. dubio 2. numero 10. monet, Summum Pontificem in Bulla concessisse priuilegium edendi oua & lacticia Sacerdotibus sexagenariis, quamuis alii qui eorum ad ieiunandum sint attracti, respectu quorum Bulla continet priuilegium non respectu aliorum qui ad ieiunandum non tenentur.

29. Paganis fas erit ministrare carnes die ieiuniorum, cum nulla lege Ecclesiastica obligentur ante receptionem Baptismi, ut vniuersa Doctorum turba fatetur, expressè Azor tom. 1. lib. 7: Suarez lib. 3. *de legibus*, cap. 33. numero 2. Sanchez in summ. lib. 1. cap. 12. numero 14. Granada *de legibus*, fol. 252. numero 40. Diana *de ieiunio*, resolut. 42. Fagundez præcepto 4. lib. 1. cap. 8. num. 8.

30. Perpetuò tamen amentibus nefas erit carnes ministrare in die prohibito; cum ipsi absolute & per se sub Ecclesiastica lege sint comprehensi: per accidens tamen euenit à peccato excusari, carnes edendo ob defectum rationis: ut enim animaduertit Sanchez lib. 9. *de matrimonio*, disputatione 32. numero 2. & in summ. lib. 1. capite 12. numero 1. aliud est, non obligari lege, & aliud à legis transgressione excusari. Qui igitur illas ministrat amentibus, agit quod de se prohibitum est infano, & exinde peccat eo modo quo delinqueret consulens furtum fieri posse absque peccato, quamuis aliter furans propter datam fidem consulenti, inuincibiliter ignoraret crimen esse furari, docet Azor ubi supra. Quamuis contrarium teneat Sanchez in summa, lib. 1. cap. 12. numero 16. qui sibi videtur aduersari numero 3. Ludouicus de San Ioan 1. part. summ. tractat. *de ieiunio*, artic. 6. fol. 677. qui demeritis posse carnes ministrari fatetur, quia illis non est prohibitum edere: subdit tamen, sine causa non expedire ministrare, in quo non admodum consequenter loquitur. Granada 12. *de legibus*, folio 215. numero 7. qui vniuersim fatetur amentes nullis legibus humanis obligari. Fagundez præcept. 4. lib. 1. cap. 8. numero 8.

31. Ex quo deducendum, paruulis ante septennium expletum licere administrate carnes in die prohibito; & à fortiori oua, quamuis non habentibus Bullam Cruciatam, cum ante illam ætatem nulla Ecclesiastica lege vinciantur. Docet Caietanus 2. 2. quaestione 147. artic. 8. dub. 1. ad

finem. Azor tom. 1. lib. 7. cap. 17. quaestio 3. Sa verb. *Ieiunium*, numero 18. Pedraza 3. præcept. §. 14. in fine. Gomez in *explicatione Bullæ*, elausur. 8. numero 16. & 17. Angles 1. parte, quaestione, *de ieiunio*, difficultate 6. Sanchez in summa, lib. 1. cap. 12. numero 9. Diana *de ieiunio*, resolut. 42. Fagundez 4. præcept. lib. 1. cap. 8. numero 8. Et vniuersa liter pueros rationis incapaces nulla lege Diuina, naturali, vel humana obligari docent Paludanus in 4. distinct. 15. quaestione 4. artic. 2. numero 15. Paz cap. *Missæ*, numero 62. *de consecrat.* distinct. 1. Sorus lib. 2. *de iustit.* quaestione 3. artic. 9. col. 4. Medin. 7. 2. quaestione 94. artic. 1. col. 2. Suarez 3. tom. in 3. parte, disput. 40. sect. 2. versic. *Et iuxta hanc*. Azor tom. 1. lib. 7: cap. 40. quaestio 6. Sanchez in summ. lib. 1. cap. 12. numero 2. Graff. 1. part. decis. lib. 2. cap. 37. numero 41. loquens in singulari de nostro casu. Filiucius 2. tom. tractat. 27. cap. 3. numero 57. Granada *de legibus*, fol. 252. in communi dicens pueros ante rationis vsum, nullis legibus obligari, septennium autem à iure assignatur pro vfu rationis. Ludouicus de San Ioan 1. part. summ. tractat. *de ieiunio*, art. 6. fol. 673. Salas *de legibus* disp. 14. sect. 13. n. 26. in fin. Villalob. tract. 23. difficult. 4. num. 4.

Vnde non assentior Cordubæ in summ. quaestione 60. quem sequitur Lopez 2. part. instruct. cap. 212. fol. 720. adducitur Victor. 2. 2. quaest. 147. artic. 8. Quem non docuisse id, restatur ipse Lopez, & arbitrant non licere ministrare, vbi consuetudo contraria vigerit. Cum enim paruuli ante septennium nullius legis scriptæ capaces sunt; nec eriam erunt obligationis prouenientis à lege non scriptæ, hoc est consuetudine. Vnde Sanchez in summ. lib. 1. cap. 12. numero 9. in fine, ait, nullam rationem consuetudinis habendam. Imò quamuis ante septennium puer doli capax sit, nullo præcepto positio obligari reor: cum leges positivæ iuris ante illam ætatem in qua communiter lumen rationis oriri est solitum, non intendunt obligare: & per accidens in vno, vel alio puero rationis vsum accelerari: in quo absque discordia puto consentite Doctores, nam ad ea quæ frequenter accidunt leges adaptantur, leg. nam ad ea, ff. *de legibus*. Quod hercle colligitur ex Sanchez in summa, lib. 1. cap. 12. num. 3.

dum perpetuò amentes ligari legibus diuinis & humanis ab ea ætate qua vsum rationi accideret, solet, docet Diana resolut. 42.

\* \* \*



## DISPUTATIO LII.

De numero comestionum ad obseruationem ieiunij  
necessario requisito.

## SUMMARIUM.

- Vnica tantum refectio interuenire debet, ut ieiunium Ecclesiasticum seruetur, num. 1.
- Si inaduertenter quis sumat pluries cibum, non ob id frangit ieiunium, num. 2.
- Nec ob id à collatiuncula noctu sumi solita abstinere cenebitur, nisi nimis proxime ad horam refectiois nocturnæ esset cibus assumptus, numero 3.
- Impeditus negotijs in medio prandij exorienteibus comestionem diuidere potest, num. 4.
- Sentiens magnam debilitatem secundi comedere potest & soluet ieiunium, non tamen ob id peccabit, num. 5.
- Refectio parua nocturna sumi potest etiam absque indigentia ratione consueudinis, num. 6.
- Refectio nocturna sumi potest usque ad dimidiam libram ex tribus, vel quatuor generibus condimenti, non tamen deseruiens ad cenam, numero 7. & 8.
- Nobilioribus licet aliquantulum maiorem refectiunculam sumere, ob adeptam ab ipsis consuetudinem, numer. 9.
- Refectiuncula in vigilia Natiuitatis sumi potest usque ad saturitatem, dum non sumatur ex rebus ad cenam deseruientibus, num. 10.
- In die vigilia Natiuitatis sumpta refectio usque ad saturitatem soluitur ieiunium, non tamen ob id peccatum committitur ob consuetudinem excusantem, num. 11.



**V**NICAM tantum refectioem interuenire debere, ut ieiunium Ecclesiasticum seruetur, vniuersi fatentur absque vlla discordia; quam fieri etiam vsque ad saturitatem non obstat, vt docet D. Thom. 2. 2. quæst. 147. art. 6. ad primum, & ceteri Doctores cum illo. Non enim quantitas cibi potuit eadem omnibus taxari propter diuersas corporum complexiones; ex quibus contingit, quod vnus maiori, alter minori cibo indigeat.

Quod si inaduertenter aliquis pluries cibum etiam carnis sumeret, ieiunium neuriquam frangeret, & seruare erit strictus, cum propterea illa comestio sit inuoluntaria respectu ieiunij: nec præceptum violatur siue soluitur nisi per actum voluntarium. Docet Tolet. lib. 6. cap. 2. num. 5. Vivald. de ieiunio, cap. 15. num. 60. Pedraza 3. præcept. Syluest. verb. Ieiunium, quæst. 8. numero 21. Nauar. 21. numero 27. Palud. in 4. distinct. 15. quæst. 4. Ioan de la Cruz 3. præcept. art. 4. fol. 27. Graff. 1. parte, decis. lib. 2. cap. 37. num. 36. Caietan. in summ. verb. Ieiunium, §. 1. Vega 1. parte, summ. cap. 14. casu 32. Sa verb. Ieiunium, num. 13. Angl. Flor. in 4. quæst. 9. art. 2. difficult. 5. fol. 438. Lessius lib. 4. capite 2. dub. 3. num. 19. Villalobos

tract. 23. difficult. 6. numero 7. Filiucius 2. tomo tractatu 27. capite 2. numero 24. sine. Diana resolut. 44.

Nec inde à collatiuncula noctu solita sumi tenebitur abstinere, vt falsò putat communiter vulgus, nisi nimis proxime ad horam refectiois nocturnæ esset cibus assumptus, & in tanta quantitate quanta pro collatiuncula esset aliàs recipiendus. Tunc enim quod intentione sumendæ parue refectiois solitæ pro ieiunio fiat, siue alio animo, non oberit, cum reuera assumptum sit illud quod alij ieiunantes accipiunt, & illudmet quod ipse acciperet, quamuis meminisset illam quantitatem cibi sumi pro collatiuncula. Quod etiam idem est iudicandum si ientaculum sumptum esset hora decima in ea quantitate qua comestio meridiana sumeretur aliàs, vel etiam hora septima quando illa comestio sufficiens esset pro sustentatione totius diei, docet Lopez 2. parte, instruct. cap. 112. fol. 711. & Lessius lib. 4. cap. 2. numero 19. dub. 3. dicens tunc attingi istum non prandere si commodè possit abstinere. Villalobos tractatu 23. difficultate 6. numero 7. Filiucius 2. tomo 27. capite 2. numero 24. in sine. Diana resolut. 11.

Aliquando etiam impeditus negotio in medio prandij exoriente diuidere potest comestionem; moraliter namque illæ comestiones pro vna reputari debebunt, nisi tamen à mensa surgat cum voluntate non prandendi amplius; cum iam comestio moraliter per illam voluntatem interrupta sit, & non solum physicè. Docet Nauar. cap. 21. num. 15. Rignald. 1. tom. prax. lib. 4. numer. 177. Caietan. verb. Ieiunium, cap. 1. Lessius, lib. 4. cap. 2. dub. 2. num. 21. Lopez 2. parte, instruct. cap. 112. fol. 708. Maure 2. parte, cap. 8. §. 2. num. 8. Nieua in summ. tit. 17. fol. 21. Graff. 1. parte, decis. lib. 2. cap. 37. numer. 32. Syluest. verb. Ieiunium, quæst. 2. num. 9. Villalobos tract. 23. difficult. 6. numero 2. Tolet. lib. 7. c. 2. num. 5. Filiucius 2. tom. tract. 27. cap. 2. numero 41. Ludouicus de san Ioan. 1. parte, summ. tract. de ieiunio, art. 11. fol. 693. Aristotus in enchirid. 2. parte ieiunij fol. 90. Ioan. de Friburgo in summ. confessorum, lib. 1. titul. 12. quæst. 21. fol. 35. Quod intelligo, quamuis spatium duarum horarum intercurreret: quod denotat Angles Flor. in 4. disputation. 9. de vnica comest. art. 2. difficult. 1. fol. 433. dicens coactum surgere à mensa non expleto prandio, licitè posse resumere, quamuis mora notabilis intercesserit.

Quod si debilitatem maximam præsentiat, secundo comedens ieiunium soluet; quia de substantia illius est vnica comestio, vt diximus numero 1. tamen minimè peccabit, cum ob illam necessitatem à lege ieiunij sit exemptus, veluti qui libet alius æger.

Refectio parua nocturna sumi potest etiam absque indigentia ratione consueudinis, D. Tho.

2. 2. quæst. 147. artic. 8. & Caietan. ibi. Ledesma 2. parte; quæst. 17. artic. 5. conclus. 7. dub. 1. & artic. 6. Syluest. verb. *Ieiunium*, quæst. 3. num. 10. referens Panormitan. Armill. verb. *Ieiunium*, num. 12. Nauarr. cap. 21. numer. 12. 13. & 14. Co-uarr. lib. 4. *variarum*, cap. 29. num. 11. col. 1. in fin. plures referens, Viuald. *de ieiunio*, cap. 15. número 40. Azor 1. tom. lib. 7. c. 8. quæst. 4. Filiucius 2. tom. tract. 27. cap. 2. num. 25. Veja. p. 1. casu 2. in princip.

7. Et sumi potest refectio nocturna in quantitate dimidiæ libræ ex pane & oleribus siue arborum fructibus constante, taliter quod si duæ vnciæ panis accipiantur, queant sumi ex oleribus, &c. sex, & è contra; docet Villalob. 1. tom. summ. tractat. 2. *del ayuno*, difficult. 7. num. 4. dicens, se audiuisse eidem sententiæ consentire Patrem Suarium sapientissimum, vt docet expressè Fagundez tractat. 4. libro 1. cap. 4. numero 13. & 19. Diana resolut. 1. Et docet Azor 1. tomo, lib. 7. cap. 8. q. 8. posse sumi quatuor vncias panis, & ex oleribus modicam quantitatem, quam ipse non signat. Et posse sumi dictam dimidiam libram de *vix cochos*, de his qui venduntur Martiri reor: quia modicissima quantitas ouorum eis obtingit: multè minus satisfaciunt dicti *vix cochos*, quàm si sumeretur dimidia libra ex pane vluati & oleribus, vel conseruis, vt experienti liquebit. Nec obstat, quod aliquis maneat ad eò saturatus sumpta dimidia libra, ac alius qui cœnaret splendide. Nam id per accidens contingit, & ille non debet esse peioris conditionis, quod scilicet ipsi sit veritum comedere, quod aliis concessum est. Aliàs qui saturaretur duabus vnciis, non posset plures sumere, quod nemo conceder.

Poteritque sumi ex pluribus generibus condimenti, videlicet ex nucibus, lactucis, ficibus, amygdalis, dum ex omnibus mensuram dimidiæ libræ sumentes non excedant, docet Azor tomo. 1. lib. 7. cap. 8. in med. quæst. 8. Nec in anxietatem adducendi ieiunantes, quod dimidiam libram pòdere librent; non enim mathematicè pondus iudicandum est, sed moraliter parum plus, vel minus. Vnde nimis fame correptos non damnatem sumentes aliquantulum vltra dimidiam libram. Ecclesia namque non vetat necessitati naturali subuenire, præsertim si per totam noctem ex defectu cibi non possent tales dormire. Docet Azor 1. tomo, lib. 7. cap. 8. quæst. 8. Filiucius 2. tom. tract. 27. cap. 2. Vnde reor tempore æstiuo quando dies quindecim, aut sexdecim horis componantur, fas esse vltra dimidiam libram aliquantulum sumere, quia tunc fame vehementiori vexantur ieiunantes.

8. Nec ex cibis ad cœnam aptis etiam in minori mensura quàm dimidiæ libræ poterit accipi refectio; obstat enim ad id consuetudo contraria, qua si non excusaretur, collatiuncula ex herbis & fructibus neutiquam quiret assumi etiam. Filiucius 2. tom. tract. 27. cap. 2. num. 30.

9. Licebit tamen nobilioribus ob adeptam consuetudinem aliquantulum plus quàm plebeis refectiunculam nocturnam accipere; solent namque esse debilioris valetudinis, & assueti delicatioribus & pluribus epulis. Quod optime confir-

mat c. *Non cogamur*. 41. dist. per hæc verba: *Non cogamur diuites pauperum cibis vesci, vtantur consuetudine infirmitatis sue, sed desunt, aliter non posse, quia si consuetudinem mutant, egrotant.* Vbi Glossa ait, quod cum diuites assueti sint pretiosioribus cibis ali, illis non est prohibendum illos edere, ne ex inedia in ægitudinem prolabantur. Sic etiam paulò maior est refectiuncula, qua vti solent profani homines, quàm sit ea qua vtuntur Monachi, & reliqui viri Religiosi, docet Azor 1. tom. lib. 7. cap. 8. fin. Diana resolut. 1. Fagundez præcept. 4. eap. 4. numer. 21. Victorel. in addit. ad summ. Toleri, lib. 6. cap. 2. fol. 178. Villalobos tractat. 23. diffiç. 7. num. 4. Filiucius 2. tom. tract. 27. cap. 2. n. 31.

At in vigilia Natiuitatis mensura mediæ libræ seruanda non est; poteritque sumi vsque ad saturitatem ex fructibus, siue conseruis, & non ex rebus ad cœnam deseruientibus, ex consuetudine antiqua in Hispania vigente. Docent Medina in summ. 3. præcept. §. 10. Ledesma in summa, 2. parte, tract. 27. §. *Digo lo segundo*, Lucius 3. præcept. Eccles. in medio. Lopez 2. parte instruct. cap. 112. fol. 710. Llamas 3. parte, cap. 5. §. 25. Cenedo in *pract. quæst.* quæst. 1. Vega in *respons. cas. casu* 3. Azor tom. 1. lib. 7. cap. 8. fin. quæst. 8. Filiucius 2. tom. tractat. 27. cap. 2. num. 34. Ludovicus de San Ioan 1. parte summ. tractatu *de ieiunio*, artic. 12. fol. 694. Nieua in summ. cap. 19. Alphonf. Chacon tractatu *De ieiun.* §. *De consuetudine legem ieiunij dissolvente*, afferente secundum consuetudinem patriæ posse in maiori, vel minori quantitate sumi collatiunculam. At constat in Hispania, vigere huiusmodi morem adhuc inter Religiosos sumendi absque mensura fructus & conseruas. Et dicta collatiuncula sumi poterit, quando vigilia Natiuitatis in die Sabbati incidit, & dies Natiuitatis in feria secunda. Quia tunc vigilia in die Sabbati celebratur, nec amittit ius quod videlicet in illa sumatur refectio vsque ad saturitatem, ex eo quòd dies Dominica mediet.

Arbitror tamen, quòd estò peccatum non committatur aduersus ieiunij præceptum sumendo collatiunculam in illa nocte vsque ad saturitatem, solui tamen ieiunium, cum illius essentia vnicam tantum conestionem exposcat. Quam quæstionem absque resolutione reliquit Lopez 2. parte instruct. cap. 112. fol. 710. At Nauarr. in summ. cap. 21. num. 14. solui ieiunium putat. Nec contrarium censere Medinam in summ. lib. 1. 3. præcept. Eccles. §. 1. fol. 89. reor, dicentem non frangi ieiunium accepta in magna quantitate collatiuncula in vigilia Natiuitatis, quia idem est, ac si diceret, non committi peccatum excusante consuetudine.

## DISPUTATIO LIII.

De hora comedendi seruanda ad non frangendum ieiunium.

## S V M M A R I V M.

*Hora undecima diei potest comestio fieri in die ieiunij, num. 1.*

*Refelluntur Azorius & Toletus arbitrayntes posse comestionem fieri à laicis hora decima, numero 3.*

*Quando horologia diuersa sunt, ad pulsationem primi potest comestio fieri hora undecima, numero 3.*

*Dubitans an hora undecima diei sonuerit, non poterit comedere, num. 4.*

*Qui ob iustam causam hora octaua comedit, verbi gratia, quia iter vult agere, non tenetur ieiunare, num. 5.*

*Qui inlicitè mane sumpsit ieiunaculum, non tenetur ieiunare, num. 6. & 7.*

*Refectio noctu sumi solita, non potest mane sumi, quamuis adsit causa, sed si necessarium sit saluti mane illam sumere, non tenetur ieiunare, num. 8. & 9.*

*Refectio parua sumi potest hora undecima, & differri comestio vsque ad noctem, & tunc ieiunium erit magis rigorosum, n. 10.*

*Sicut abstinentia à carnibus & vnica comestio est essentialis ieiunio, sic & hora comedendi qualiter modo seruatur ieiunium in Ecclesia, numero 11.*

I.



**N**TIQVITVS hora nona, hoc est tertia vespertina, refectionem fieri solitam restatut D. Thom. 2. 2. quæst. 147. articul. 7. & vniuersi Doctores. Nunc post horam undecimam sat esse puto tam in hyeme quam in ætate, & tam laicis quam Religiosis. Docet Med. in summ. 3. præcept. §. 10. fol. 89. Rodriguez in explicat. Bullæ, §. 6. in princ. Idem Medina supra fol. 90. Moure 2. part. cap. 8. num. 4. Vignet. instit. cap. 7. §. 3. vers. 1. fol. 213. Villalobos tract. 2. 3. difficult. 9. num. 1. Graff. 1. part. decim. lib. 2. cap. 37. num. 35. Caieran. verb. Ieiunium, ferè in princip. dicens fas esse Religiosis comedere multum ante meridiem. Quod idem cenfer Angl. de ieiunio, q. de consuetud. quæst. 5. difficult. 1. fol. 393. Arnil. dicens, etiam suo tempore consuetudinem extate inter Religiosos prandendi per multum spatium ante meridiem. Multum autem tempus est per horam refectionem præuenire. Nauarr. cap. 21. num. 27. Couarr. lib. 4. variar. cap. 20. expresse Vega 1. part. summa, cap. 14. casu 33. dicens, post undecimam horam posse absque scrupulo prandium sumi; dictus Angles de ieiunio, quæst. de hora comedendi, art. 3. difficult. 1. conclus. 2. fol. 440. Ioan. de la Cruz 3. præcept. art. 4. fol. 28. In quo tamen magnam vim obtinet patriæ consuetudo particularis, quæst. obseruanda est, vt habetur de obseruat. ieiunior. cap. Consultat, & docet Medina C. de ieiunio, quæst. 1. in fin. & quæst. de hora refectio- nis, fol. 139. Valentia tom. 3. disputat. 9. quæst. 2.

punct. 3. fol. 1638. Ludouic. de san Ioan. 1. parte, summ. tractat. de ieiunio, art. 12. fol. 696. Fagundez de præceptis Ecclesie, 4. præcepto, lib. 1. capite 3. num. 7.

Nec assentior Azorio 1. tomo, lib. 7. capite 11. quæst. 1. fin. & Toletus, lib. 6. cap. 2. num. 7. arbitrantibus, saltem laicos posse comedere hora decima: est enim vna hora antequam notabilis mortiferum crimen inducens. Fagundez supra num. 4. Et esse notabilem antequætionem docet idem Azor supra quæst. 4. in fin. quamuis putet forte esse veniale antequæterere per semihoram: cui non adhæreo. Indulgendo enim ieiunantibus quòd hora undecima queant se reficere, latus terminus assignatur, infra quem nullus extat dabilis; aliàs si alter posset assignari infra illum, etiam aliud paruum spatium liceret antepone, & sic in infinitum. Deueniendum igitur est ad terminum infra quem alius non designetur. Sicut in spon- salibus septennium completum mathematicè requiritur. Sicut enim ætas quæ iure præscribitur in indiuisibili consistit, ne quisquam possit illam suo priuato iudicio mutare, vt bene animaduertit Sanchez lib. 1. de matrimonio, disput. 16. Egid. disput. 21. num. 51. Basil. lib. 12. cap. 5. Hurtado de matrimonio, difficult. 14. sic & hora quæ communiter à Doctoribus assignatur. Quod enim parum distat à te, nihil distare videtur, non habet locum in termino præscripto à iure, siue, quod æquiualeat, à communi Doctorem.

Quòd si horologia diuersa sint, ad pulsationem primi poterit refectio fieri; sicut enim in odiosis ad vltimum potest appellari, & inde possunt comedentes post horam duodecimam noctis ab vno horologio designatam crastino Eucharistiam sumere, si aliud horologium sonuisse constet esse expleto; vt docet Sanchez de matrimonio, lib. 2. disputat. 41. num. 40. & diximus disputatione 42. numero 18. Sic in fauorabilibus pulsationi primi fas erit consentire, Vega 1. parte, summ. cap. 14. casu 12.

Dubitanti verò, an hora undecima diei sonuerit, nefas erit prandere; possidet namque præceptum ieiunij, & à sua possessione spoliandum non est ob ius dubium superueniens, vt latius diximus plura disputatione 42. & 43. Fagundez cap. 10. num. 3.

Qui verò ob iustam causam comederet hora octaua, aut nona, ob iter agendum, v. g. aut hospitibus inferuendum, &c. ieiunare non tenetur, est enim hora undecima de substantia ieiunij, vel saltem intrinseca illi, vt docet Sancius in summ. lib. 4. cap. 11. num. 50. Et quòd non teneatur ieiunare, docent Caiet. 2. 2. quæst. 147. art. 7. Paludan. in 4. distinct. 15. quæst. 4. art. 5. fol. 188. & quatenus addit illum affectum esse alio die ieiunare ab omnibus reficitur. Lessius lib. 4. cap. 2. dub. 3. num. 18. malè pro hac opinione vocans Viuald. qui oppositum arbitratur, Nauarr. licet obscure cap. 21. num. 27. Syluest. verb. Ieiunium, quæst. 8. num. 21.

- num. 11. Rayner. 1. parte. summ. de ieiunio, fol. 254. dicens, solui ieiunium ex anteversione horæ: nec distinguit, an soloatur quando sit ex causa iusta, vel absque illa. Ledesma. 2. parte quæst. 17. Villalobos tract. 23. difficult. 6. num. 6. & satis annuit Diana de ieiunio, resolut. 48. ¶ Quicquid in contrarium censeant Vivald. de ieiunio, c. 15. num. 56. Rodrig. tom. 99. regn. quæst. 110. artic. 2. Azor. 1. tom. lib. 7. c. 11. & in quibusdam impressionibus 22. quæst. 4. Beja 1. parte decim. casu 45. folio 111. Lopez 2. parte instruct. cap. 112. fol. 710. & 712. Maire 2. parte cap. 8. §. 2. num. 5. Reginald. 1. tom. prax. lib. 4. num. 183. Medina infra, Vega 1. parte, summ. capite 14. casu 22. Paludan. in 4. distinct. 15. quæstione 4. Layman. lib. 4. tractatu 8. cap. 1. numero 4.
6. Nec tenebitur amplius ieiunare qui malitiosè sumpfit ientaculum. Quod docent etiam Authores allegati, & Angles Flor. in 4. quæst. 9. artic. 2. difficult. 5. fol. 438. Sancius in summ. lib. 4. cap. 11. num. 51. iniquiens, anticipantem notabiliter horam refectionis absque iusta causa, ita violare ieiunium, ut non satisfaciat illi, quamvis ulterius non comedat, & commune esse DD. asserit: quod verum non est cum plures oppositum censeant. Vnde immerito Medina C. de ieiunio, q. de numero refectionum, fol. 138. docet, neminem id posse asserere.
7. Quare qui putabat se iter facturum, vel laboraturum, & ideo inculpate sumpsit ientaculum animo non ieiunandi, & tamen postea causa aliqua impeditus est, ne iter ageret, vel laboraret, non tenetur ieiunare. Et hanc pato esse praxim communem omnium ieiunantium.
8. Nec refectioneula noctu sumi, poterit manè accipi absque causa, differendo prandium ad noctem: consuetudo enim non tantum collatiunculam præscripsit, sed etiam tempus in quo sumi debeat, quod sanè nocturnum est; hora scilicet Solis occasus vel prope, & non matutinum. Azor 1. tomo, lib. 7. cap. 8. quæstio 6. Reginaldus 1. tomo prax. lib. 4. numer. 186. Villalobos tractatu 23. difficultate 7. numero 1. Caietanus verb. Ieiunium, cap. 1. Graff. 1. parte decision. lib. 2. cap. 57. numero 30. Navar. cap. 21. numero 14. & à fortiori docebit Victorel. in additior. ad Tolet. lib. 6. cap. 2. fol. 178. cum censeat, nec etiam posse sumi hora meridiana in quo decipitur, ut dicemus numero 10. Lessius lib. 4. cap. 2. dub. 2. numero 2. Beja 1. parte decision. casu 3. fol. 10. Lopez 2. parte instruct. cap. 112. fol. 710. Rodriguez 1. tom. quæst. regul. quæst. 100. art. 2. sine. Filliucius 2. tomo, tract. 17. cap. 2. num. 24. & 27. Fagundez 4. præcept. cap. 4. num. 16.
9. Imò interueniente causa itinerandi scilicet,

vel alia, sumi non poterit refectione parua manè ob dictam rationem numero præcedenti, nisi necessitas cogat, & tunc ratione medicinarum & non iure consuetudinis sumenda parua refectionis, quibus accipi, ob rationem allatam. Docet expressè Caietanus verbo, Ieiunium, cap. 1. Armil. verbo, Ieiunium, numero 1. Lessius vbi supra. Beja supra id quoque videtur docere. Sed quamvis tunc ieiunium soluitur, non ob id crimen committitur, ut diximus disputatione antecedenti, numero 5. & 11.

Poterit tamen accipi refectione parua, hora vndecimâ dici absque causa prandium differendo ad noctem: imò ieiunium fore perfectius & strictius reor. Quo enim tardius prandium prorogatur, eo est inedia productior, & longior corporis afflictio, quicquid in contrarium dicat Lessius lib. 4. cap. 2. dubio 2. numero 11. Quod sanè est Legislatoris menti magis consentaneum: tolerabilius enim fert aliquis angustiam famis per spatium vigintiquatuor horarum protractam, si comedat ad vsque saturitatem in medio temporis, quam si in tertia parte. Sicque censuisse Magistrum Curielem, est mihi vir verax & doctus attestatus. Docet Azor 1. tomo, lib. 7. cap. 56. Villalobos tractatu 23. difficult. 7. numero 2. dicens non frangi ieiunium. Angles Flor. in 4. quæstione 9. de ieiunio, artic. 2. difficultate 5. fol. 437. Filliucius 2. tom. tractat. 27. cap. 4. numero 75. & cap. 2. numero 27. Ludouicus de San. Ioan 1. parte summ. tractatu de ieiunio, artic. 12. fol. 695. & reputat probabile esse Victorel. in additior. ad Tolet. lib. 6. c. 2. folio 178. fin. Licet probabilius reputet oppositum, absque ratione tamen. Vnde reiiciendus est consequenter Nieua in summ. tit. 17. fol. 21. censens illud tutum non esse. Fagundez 4. præcept. lib. 1. cap. 3. num. 5. & 17.

Demum inferendum, sicut abstinentiam à carnis, & vnicam cœtionem diximus esse de essentia ieiunij, etiam fore horam comedendi, ut diximus numero 5. Quamvis fortè minus principaliter, eo modo quo tan forma, quam materia essentialia sunt composita, minus tamen principaliter materia. Et quamvis hora comedendi iure positivo sit præscripta, & ob id mutationi subiecta, taliter quoddam posset Summus Pontifex iubere prandium sumi manè, & non meridie, & tunc potius dies abstinentiæ esset appellandus, quam ieiunij huiusmodi dies; nec essentialiter esset dies ieiunij, qualiter modò est, & non solum accidentalis esset mutatio, ut præsumunt aduersarij.

\*\*\*



## DISPUTATIO LIV.

De illis qui ieiunio obligantur, vel non, & in qua ætate à ieiunij præcepto excusentur.

## S V M M A R I V M.

Non habentes vigesimum primum annum expletum, non tenentur lege ieiunij, num. 1.

Nec tenentur Religiosi professi lege ieiunij Ecclesiastici ante expletum vigesimum primum annum, tenebitur tamen lege sue Religionis ubi posita fuerit, num. 2.

Vigesimus primus annus non ita computari debet de momento ad momentum, quòd si quis illum explevit hora octava mane, teneatur in reliqua diei ieiunare, in quo deceptus est Sanchez, numero 4.

Dubitans, an expleverit vigesimum primum annum facta sufficienti diligentia, non tenetur ieiunare, num. 5.

Volentes lucrari iubilæum, aut implere penitentias sacramentaliter iniunctas, tenentur ieiunare ante vigesimum primum annum expletum, numero 6.

Refelluntur Angel, Sylvester, Corduba putantes, iuvenes teneri ad ieiunandum per aliquot dies in Quadragesima etiam ante vigesimum primum annum expletum, num. 7.

Sexagenarij, siue viri, siue femine absolue deobligantur etiam, licet non expletus sit sexagesimus annus, num. 8. 9. 10. & 11.

Pregnantes, aut lactantes paruulos non constringuntur ieiunare, n. 12.

Non tenentur ieiunare qui nisi cæna capta dormire non possunt, num. 13.

Nec tenentur ieiunio qui labore aliquo defatigantur, etiamsi id agant in fraudem ieiunij, numero 14. & 15.

Non excusantur à ieiunio factores, pictores, barbitonfores, Advocati, Notarij, Scriba, & alij quorum munus valde laboriosum non est, num. 16.

Excusatur à ieiunio Scholasticus qui ob consequendum beneficium lectioni oppositionis esset vacaturus. Imò, si tantum legeret ostentationis causa ad opinionem comparandam, et adueniente Cathedra oppositione merita illius dignoscantur verius, num. 17.

Excusantur à ieiunio cantores præbendam ad canendum habentes, num. 18.

Presbyteris erit fas omni vesti in Quadragesima causa vocis conferenda, num. 19.

Qui culpa sua defatigantur, aut in morbum incidunt, quòd ieiunare non valent, non peccant contra præceptum ieiunij, num. 20.

Excusatur à ieiunio qui pedester visitat loca sancta, quantum posses commode in alium differre diem profectiorem, n. 21. & 22.

Coniux, si reddatur impotens ad solvendum debitum, excusatur à ieiunio, num. 23. & 24.

Excusatur vxor à ieiunio, ne deformis reddatur & inde exosa sit marito, vel notabiliter minus dilecta, num. 24.

Excusatur femina à ieiunio, ne deformis reddatur ad nuptias, num. 25.

Excusatur vxor, si à marito præciperetur ieiunium non seruari, & ex inobedientia notabiles discordia uxoriunda forent, num. 26.

Excusantur à ieiunio proficiscentes ab oppido in quo seruatur ieiunium, nocte in locum perueniunt in quo ieiunium non obligat, num. 27.

Imò, quantumvis nocte sit perueniturus ad proprium oppidum à quo manè exiit, & ubi ieiunium seruatur, num. 28.

Captores auium, siue leporum, proficiscentes ab oppido, ubi seruatur ieiunium, & peruenientes ad locum, ubi non seruatur, non tenentur ieiunio, numer. 29.

Proficiscentes ab oppido, ubi ieiunium non seruatur, & tendens ad locum etiam proprii domicilij, ubi seruatur, poterit ientaculum sumere & carnes edere, num. 30.

Existentes in aliquo oppido per modum transitus, alicuius negotij agendi causa, dummodo ibi non maneat per maiorem partem anni, non tenentur ieiunare, num. 31. 32. & 33.

Vagantes nullibi domicilium habentes solum tenentur ad ieiunia ex iure communi constituta, numero 34.

Accedens ad aliquod oppidum animo ibi habitandi, si postea decernat se brevi discessurum, lege ieiunij non tenetur, in quo discedo à Sancia, numero 35.

Dispensatus in ieiunio non tenetur ieiunare, & illam dispensationem potest impetiri Parochus, aut eius vicces gerens, etiam presente Episcopo, ex consuetudine, num. 36.

Qua potestas extenditur ad dispensationem etiam in escu carnium, num. 37.

Si dispensetur à Parocho in lege ieiunij sine causa, est nulla dispensatio; non tamen, si dispensatio præmittatur à Summo Pontifice, num. 38.

Valebit tamen dispensatio exhibitæ à Parocho sine causa, si ipse bona fide putabat causam sufficientem esse, & non solum excusari à peccato dispensantem & dispensatum: hoc enim manifestum erat, num. 39.

Existente causa ad dispensandum non erit integrum Parocho ieiunium in aliquod opus pium commutare etiam ex parte, remuente illo qui petit dispensationem, n. 40.

Præceptum ieiunij negatiuum est, n. 41.

Non tollit peccat quis, quoties comedit in die ieiunij, sed solum secunda vice, num. 42.

**N**ON teneti Ecclesiasticum ieiunium seruare non habentes vigesimum primum annum, consensus omnium admittit. Et impletum esse requiritur. Quod docet Corduba in summo. quæst. 60. esse omnium DD. Sanchez lib. 2.

lib. 2. de matrimonio, disput. 24. n. 23. Caterani verb. *Ieiunium*, cap. 2. Tolet. lib. 6. cap. 4. num. 2. Armil. verb. *Ieiunium*, num. 3. Syluest. quaest. 6. num. 18. Lestius, lib. 4. cap. 2. dub. 6. numero 40. Tabien. verb. *Ieiunium*, numer. 16. Lopez, 2. parte *instrucl.* cap. 109. fol. 699. Mouré 2. parte cap. 8. §. 2. n. 20. Hossius in *Confessione Catholica de ceremonijs à tempore sumpais*, folio 399. Nieuue in summ. titul. 17. fol. 22. Durand. in 4. distinct. 15. quaest. 10. num. 4. Rodriguez *99. Regul.* tom. 2. quaest. 100. supponit in tit. art. Villalobos tract. 2. 3. difficult. 4. numer. 3. Est enim odiosum obligationem inducere: unde late interpretandum, docet D. Tho. 2. 2. quaest. 147. artic. 4. Anton. Fernand. *en la instrucl. de confess.* for. 3. parte mandam. 3. fol. 16. Sa verb. *Ieiunium*, num. 9. Ledesma 2. parte summ. tract. 27. difficult. 1. folio 637. Rosel. verb. *Ieiunium*, num. 14. Anton. 2. parte tit. 6. cap. 2. §. 4. Nauarr. cap. 2. 1. num. 16. Ioan. de la Cruz 3. *praecept.* artic. 4. Azor 1. tom. lib. 7. cap. 17. quaest. 2. Astensis 2. parte tit. 28. art. 3. Cantarell. in *praecept. decalog.* lib. 1. cap. 48. numer. 234. Filiucius 2. tom. tract. 27. cap. 6. num. 110. Ludou. de san Ioan. 1. parte summ. art. 6. tract. *de ieiunio*, fol. 676. Ariolus in Enchirid. 2. parte *de ieiunio*, fol. 89. Ioan. de Friburgo in summ. *Confessorum*, lib. 1. quaest. 17. fol. 35. Granada *de legibus*, fol. 252. num. 37.

2. Ob quam rationem non tenentur Religiosi etiam professi ieiunio Ecclesiastico ante vigesimum primum annum, vt docent Gabriel in 4. distinct. 16. quaest. 5. artic. 1. Rosel. verb. *Ieiunium*, numer. 14. Tabien. num. 16. Rodrig. 2. tom. *quaest. Regul.* quaest. 100. art. 6. Azor 1. tom. lib. 7. cap. 17. quaest. 2.

3. Erunt tamen astricti ieiunia suae Religionis seruare si professi iam sint. Rodriguez 2. tom. *quaest. Regular.* quaest. 100. artic. 4. Villalob. tractat. 3. difficult. 4. numero 5. Syluester verbo, *Ieiunium*, Rosella verbo, *Ieiunium*, numero 10. Azor vbi supra, Lopez 1. parte instructorij, cap. 111. fol. 703. Ledesma in 4. parte, 2. quaestione 17. artic. 3. Corduba in *expositione Regulae Franciscanae*, cap. 3. quaesito 2. Ledesma parte 2. tractatu 77. fol. 638. dicitur Rodriguez 1. tom. summa, 2. editione, cap. 24. num. 1. Vega 1. tomo summa cap. 14. casu 6. Sancio in summ. lib. 4. cap. 11. numer. 56. Fagundez 4. *praecept.* lib. 1. cap. 8. num. 6. Tabien. verb. *Ieiunium*, quaest. 16. numer. 17. Sa verb. *Ieiunium*, num. 3. Angl. Flor. 1. parte quaest. 6. *de ieiun.* difficult. 5. Filiucius 2. tomo, tract. 27. cap. 6. numero 111. Ludouicus de san Ioan. 1. parte summ. art. 6. tract. *de ieiun.* fol. 677. Cantarel. in *praecept. decalog.* lib. 1. cap. 48. num. 234. ¶ Quamuis contrarium teneat Medina summa lib. 1. cap. 14. §. 10. Graff. 1. parte lib. 2. cap. 37. numero 42. & quidam alij.

4. Nec adhæreo Thomæ Sancio lib. 2. de matrimonio, disput. 24. num. 23. censenti ita tempus vigesimi primi anni debere computari de momento ad momentum. Quod si aliquis ante punctum impletae ætatis ieiunium minimè fregisset, tenebitur postea illud seruare, quia transacto eo puncto, iam præcepto ieiunij obligatur, aliàs potest illud seruare. Addit tamen, posse ientaculum sumere ante punctum quo implet, quia ante id tempus præcepto non astringitur, & semel eo sumpto non tenebitur illo die ad ieiunium, cum id semel fractum sit, à quo quantum ad hoc non discedo: bene tamen à primo quod dicit. Nam

præceptum ieiunij respicit totum diem integrum, vt indiuiduum obiectum: non enim præcipitur per mandatum ieiunij dimidium diei, vel quartam partem ieiunari, sed totum diem. Igitur qui exemptus fuerit à ieiunio per aliquam diei partem, totaliter liberatur illo die, cum præceptum huiusmodi vel totum diem comprehendere debeat, vel nullam partem illius. Ex quo discedere ab eo consequenter obstringor, dicente in summ. lib. 1. cap. 1. 1. num. 33. & à Lessio lib. 4. cap. 2. dub. 8. num. 57. & à Basil. de Leon lib. 5. de matrimonio. cap. 8. num. 3. proficiscentem ab oppido vbi non seruatur ieiunium, & accedentem metidie ad locum domicilij vbi abstinetur, teneri seruare ieiunium si nondum violatum est. Cum enim ille potuerit licitè ientaculum sumere in loco, à quo discessit, vt ipsi fatentur, fit non teneri ad ieiunium per integrum diem: mandatum autem ieiunij respicit integrum diem, vt indiuiduum obiectum. Et eo modo quo fatentur ipsi proficiscentem ab oppido domicilij vbi seruatur ieiunium, & peruenturum nocte ad locum vbi non est, posse in domicilio ientaculum sumere, eo quod nocte cernare licitè possit, itidem admittere erunt astricti, non teneri seruare ieiunium peruenientem ad domicilium vbi seruatur, quando mane potuit ientaculum sumere. Docet nostram sententiam Diana de ieiunio resolut. 49. & 50.

Dobitans verò, si expleuerit vigesimum primum annum, facta sufficienti diligentia ieiunio non est astrictus, cum tunc non sit possessio pro præcepto ieiunij. Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 41. num. 38. vide dicta disput. 45. numero 6. Diana resolut. 49. Fagundez 4. *praecept.* lib. 1. capite 8. numero 7.

Tenebuntur tamen ieiunare infantes ante vigesimum primum annum volentes lucrari iubilæum sub one ieiunij concessum, vt docet Azor tom. 1. lib. 7. cap. 17. quaest. 3. & absque discrimine debent sentire Doctores. Vel si ex voto sint astricti, vel penitentia iniuncta à confessario, vt fatentur vniuersi. Solum enim ratione præcepti Ecclesiæ dicimus nequaquam teneri ad ieiunandum vsque dum vigesimum primum annum compleuerint. Ludouicus de san Ioan. 1. parte, summ. tract. *de ieiunio*, art. 6. fol. 676. Cantarel. in *praeceptis decalog.* lib. 1. cap. 48. numer. 234. Fagundez 4. *praecept.* cap. 8. num. 5.

Denique non assentiendum est Cordubæ in summa, quaest. 60. fol. 167. Angelo verb. *Ieiunium*, num. 15. Syluestro dicto verbo, quaest. 6. in principio. Durando in 4. distinct. 15. quaest. 10. num. 4. & alijs adductis à Vega 1. parte, cap. 24. casu 10. Ludouico de Granada in *guia de peccadores*, lib. 2. cap. 11. §. 2 existimantibus, quamuis pueri nondum habentes vigesimum primum annum expletum ad ieiunandum per totam Quadragesimam non sint astricti, fore tamen ad aliquos dies, & ad vigilijs per annum, secundum quod magis, vel minus ad ætatem vigesimi primi anni approximaerint, quod quidem falsum est, quamuis fatear esse ad hoc inducendos à parentibus, cum expediat eis ieiunio assuescere. Salas *de legibus*, disput. 14. sect. 13. n. 26.

Sexagenarij autem à ieiunio deobligantur ex consuetudine. Et quia robur in illa ætate iam deficit communiter. Et per accidens euenit in vno, vel alio sene valetudinem vigere. Et negari nequit, naturam iam prolabi, ac celeriter ad interitum

tum tenere. Armil. verb. *ieiunium*, 3. Tuentur Angles de Floribus 1. parte, vbi de *ieiunio*, quaestione 6. difficultate 6. fol. 401. Sanchez de *matrimonio*, lib. 7. disputatione 32. numero 17. Azor 1. tom. lib. 7. cap. 17. quaestione 4. Villalobos 1. parte summ. tractatu 23. difficultate 4. numero 6. falso adducens Medinam & Nauart. pro hac opinione, vt videbimus numero sequenti. Et hanc docuissè Victoriam tenet Lopez 2. parte instruct. cap. 111. fol. 703. Filiucius 2. tom. tractatu 27. cap. 6. numero 112. eam dicens esse valde probabilem. Granado de *legibus*, folio 252. numero 39. Diana resolut. 20. Ludouicus de San Ioan 1. part. summ. tractatu de *ieiunio*, artic. 6. fol. 677. qui immeritò ait, Regulares minores quamuis sexagenarii sint, non excusari à ieiunio suæ regulæ, cum vires deficiant pariter tam ad seruandum ieiunium suæ regulæ, quam Ecclesiæ.

Vnde non iuxta vires arbitrari opus erit ad astringendum, vel liberandum sexagenarios à ieiunio, qualiter censent Caietan. 2. 2. quaest. 147. artic. 4. circa solut. ad secundum, column. 2. §. *Quoad primum*, de senibus, & summ. verb. *ieiunium*, cap. 2. *Quibus personis inexcusabiliter sit obligatorum*. Nauart. in summ. Hispan. cap. 21. numero 15. Latine 16. Medina lib. 1. summ. cap. 14. §. 10. folio 106. Pedraza in summ. præcept. 3. §. 13. Valent. 2. 2. disputatione 9. quaestione 2. punct. 5. column. 2. §. *Impotentia ad ieiunium*, Philiarachus de offic. *Sacerdot.* tom. 1. parte 2. lib. 3. cap. 25. §. *Causæ ob quas causi secunda*. Graff. 1. part. decis. lib. 2. cap. 37. numero. 45. Rodriguez 1. tomo summ. 2. edition. cap. 24. numero 1. Viguerius in *institut.* cap. 8. §. 3. verlic. 1. fol. 213. Lopez 2. parte instruct. cap. 111. fol. 703. Moure 2. part. cap. 8. §. 2. Lessius lib. 4. cap. 2. dub. 6. num. 41. Fagundez præcept. 4. cap. 8. num. 9.

Et inceptum esse sexagesimum annum sufficit ad non obstandum ieiunio senes: nam in fauorabilibus dies, vel annus inceptus habetur pro completo, per leg. *Quaerite*, ff. de *testament. iudi. leg. 3. §. Minorem*, verb. *momentum*, circa fin. ff. de *iniur. & ibi Bart.* numero 2. Alberic. in *respon. Bald.* in fine, & alij plurimi, quos refert Flam. de *respon. benefic.* lib. 12. quaestione 8. à numero 19. vltique ad vigesimum sextam. Ioan. de la Cruz præcept. 3. artic. 4. Medina Cod. de *ieiunio*, quaestione de *his qui ad Eccles. ieiunia tenentur*, fol. 142. Ledesma 2. part. summ. tract. 27. fol. 638. Quia ratione ad contrahendum matrimonium sufficit in foemina, quod dies vltima anni duodecimi & decimi quarti in viro sit incepta, vt docet Sanchez de *matrimonio*, lib. 7. disputat. 104. numero 2. pluribus à se allegatis, & id probat latè lib. 1. de *sponsalibus*, disputat. 16. numero 2. ob quam quoque rationem lege *Quaerite*, ff. de *testament.* decernitur diem vltimam inceptam anni quartidecimi completi sufficere ad testamentum condendum. Sicut enim ad matrimonium decimus quartus annus in masculis completus exigitur, & duodecimus in foeminis, & tamen vt completus dicatur, sat est inceptisse diem vltimam complementi: sic & in ieiunio vbi non exigitur quidam annus sexagesimus sit completus, inceptisse sufficit. Et quamuis priuilegium sit exorbitans à iure, & ob id strictè intelligendum ex regula iuris in 6. *Qua à iure communi exorbitant, nequaquam sunt in consequentiam trahenda.* de quo latè Sanchez lib. 8. de *matrimonio*, disputatione 1. & 2.

facultas in senibus sexagenariis ad non ieiunandum, non est priuilegium fauore legislatoris concessum, sed fauore seu potius debilitate naturæ, vnde illi potius non comprehenduntur à lege, quam ab illa eximantur, & ob id incepto sexagesimo non constringuntur ieiunare.

Foeminis autem opus esse sexagenariam habere ætatem, vt à ieiunio eximantur, reor cum Sanctio lib. 7. de *matrimonio* disputatione 32. Quamuis non dammandum esse censent eximentem foeminas quinquagenarias à ieiunio, eo quod ipsæ debilioris complexionis sint quam viri. Addit statem, quod estò speculatiuè probabilis sit illa opinio, in praxi censendam non esse tutam.

In quo sanè contrarium sibi esse arbitror. Quare, quaeso, dammandum non esse existimat liberantem quinquagenarias à ieiunio, postea tamen subdens in praxi illam opinionem non esse tutam? Omitto, quod inintelligibile videatur, aliquam opinionem esse speculatiuè probabilem, & in praxi tunc amplecti non posse. Probabilitas namque practica ab speculatiua differt tamquam effectus à sua causa: id enim quod quis opere exequitur iuste vel iniuste, ab eo nascitur quod scilicet speculatiuè iudicauit posse agi licitè vel illicitè. Qui ergo arbitratur speculatiuè aliquid licitè operari se posse propter rationes probabiles, id tunc executioni mandare poterit, aliàs nihil operabitur, nec alicuius fructus siue momenti erit illa speculatio probabilis, si ad opus esset impedita, & æquè comparati posse speculatiuam opinionem habentem & pertimescentem operari practicè ex ea, Tantalo poma & aquam ad labia prope habenti, impedito tamen eis vti siue frui. Imò Tantalo infeliciores esset qui dum bibere exoptabat, nequibat: at probabili opinione pertimescens vbi, omittit operari, quod in eius potestate erat efficere. Tum opinio probabilis speculatiua in rebus moralibus praxim tanquam obiectum respicit, vt admittit Sanchez lib. 2. de *matrimonio*, disputatione 41. numero 5. licet ad aliud propossum: si enim non iudicat aliquid tunc posse agi, quid addiscitur per talem opinionem? Fit igitur non audentem in praxi aliquid operari ab eo ortum habere, quod iudicium firmum non habeat probabilitatis speculatiuæ, quantumuis sibi videatur habere. E contra verò poterit dari aliquam opinionem esse practicè probabilem per principia extrinseca, non tamen esse speculatiuè probabilem per principia intrinseca, vt diximus disput. 44. numero 63. in fine, & disputatione 14. numero 7. & 19. Et licet in scientiis vna sit speculatiua & non practica qualiter arbitrantur plures de Theologia, id verificari nequaquam potest in opinionibus probabilibus: quæ enim speculatiuè probabilis est, & practicè quoque probabilitatem continere debet, cum, vt dictum iam est, obiectum speculatiuæ opinionis sit opus, obiectum verò scientiæ speculatiuæ tantum est rem per suas causas cognoscere, non verò opus. Vnde deceptus est Granado 1. 2. tractat. 12. disp. 4. sect. 4. numer. 32. arbitrans posse opinionem esse speculatiuè probabilem, non tamen practicè.

Eximuntur tamen prægnantes, aut lactantes paruulos: opus enim illi esse cibo refici non sua ipsarum tantum, sed foetus etiam nutriendi causa. Caietan. in summ. verb. *ieiunium*, Angel. ibidem, num. 15. Syluestro dicto verbo, quaest. 9.

num. 24. Rosel. num. 17. Tabiena num. 21. Navar. cap. 21. num. 16. Viguer. cap. 7. §. 3. vers. 1. fol. 213. Azor 1. tom. lib. 7. cap. 17. quæst. 7. Tolet. lib. 6. cap. 4. num. 3. Diana de *ieiunio*, resolut. 14. Siluius 2. 2. quæst. 147. art. 4. Tanerus 2. 2. disp. 3. quæst. 3. dub. 5. num. 100. Fagundez cap. 8. numero 14. Sa verbo *ieiunium*, numer. 9. Angl. de Flor. quæst. 6. difficult. 7. fol. 402. Lessius lib. 4. cap. 2. dub. 4. numero 40. Paludan. in 4. distinct. 15. art. 2. num. 16. Raymand. in summ. tract. 4. de *Poenitentia*, cap. 6. fol. 528. Rayner. summ. 1. parte, de *ieiunio*, fol. 254. Lopez 2. parte *instrucl.* cap. 111. fol. 706. Hofius de Confess. Cathol. de *ceremoniis à tempore sumptis*, fol. 399. Nieua in summ. tit. 17. fol. 22. Nid. 6. præcept. cap. 8. num. 3. fol. 485. Villalobos tract. 23. de *ayuno*, difficult. 4. numer. 2. Ioan. de la Cruz, præcept. 3. art. 4. Grassi. 1. parte lib. 2. cap. 37. n. 44. Vega 1. part. summ. cap. 14. casu 22. Valentia 3. tomo, disput. 9. quæst. 2. punct. 5. fol. 1948. Filiucius 2. tom. tract. 27. cap. 6. numer. 114. Ludouicus de san Ioan. 1. parte summæ, tract. de *ieiunio*, art. 6. fol. 679. Ariotus in *enchirid.* 2. parte de *ieiunio*, folio 89. Ioan. de Friburgo in *summa confessorum*, lib. 1. tit. 12. quæst. 24. fol. 35. Cantarel, in *præceptis decalog.* lib. 1. cap. 48. num. 234. Astensis 2. parte, tit. 28. articulo 3. quæstione 10. & est omnium communis.

13. Exciipiuntur etiam qui nisi cœna accepta dormire non valent, vt docet Caietan. verbo *ieiunium*, cap. 2. Angl. de Floribus 1. parte quæst. 6. difficult. 8. fol. 403. Lopez 2. parte *instrucl.* cap. 111. folio 706. dum iactura somni magna fit. Nieua in summ. tit. 17. fol. 23. Filiucius 2. tom. tractat. 27. cap. 6. numer. 130. Ludouicus de san Ioan. 1. parte summ. tractat. de *ieiunio*, art. 6. fol. 678. Nec tenebuntur manè collatiunculam sumere, cœnam ad noctem differendo. Tum quia vt diximus disput. 53. num. 8. & 9. non seruatur *ieiunium* sumpra collatiuncula manè: tum estò seruaretur, non obligatur aliquis ordinem refectionum pernertere, sed turdè poterit se communi hominum *ieiunantium* consuetudini aptare. Diana *resolut.* 51. Fagundez 4. præcept. lib. 1. cap. 8. num. 13.

14. Eximuntur item qui labore aliquo defatigantur, vt qui pedester iter agit, quamuis illud in alium diem commodè differre queat, contra Azorium 1. tomo, lib. 7. cap. 17. quæst. 9. & alios quos ipse allegat, & contra Medinam Codice de *ieiunio*, fol. 143. Diana *resolut.* 52. Fagundez 4. præcept. lib. 1. cap. 8. num. 17. ius enim habet iste ad iter hodie agendum, quo non priuatur ob *ieiunium* seruandum. Limitat plures, nisi in fraudem *ieiunij* id ageret, nullius negotij causa itinerando, sed solum desiderio non seruandi *ieiunium*: at melius Suarez 1. tomo de *Religion.* lib. 2. cap. 13. num. 6. loquens de obseruatione festorum, qui dicit ibi non interuenire propriam fraudem, aut dolum, sed fugam quandam (vt sic dicam) obligationis præcepti, vt dicemus numero 20. quæ tamen contra præceptum non est, sed bona, vel mala, ratione finis ob quem fit. Ille talis non *ieiunans* non agit contra id quod præceptum iubet, quod solum est, vt præceptum in tali loco non violetur; quam doctrinam docet etiam Salas de *legibus*, disputat. 14. sect. 5. num. 66. Et licet præcipiat, vt seruatur in tali loco, non tamen præcipit ibi assistere ad obseruandum illud. Quod idem docet Sancios in summ. lib. 1. cap. 12. num. 35. & lib. 3. de *matrim.* disput. 18. num. 29.

Sanchez, Selecta.

Eximuntur etiam agricolæ, fabri lignarij & ferrarij, quantumuis diuites sint, docent Authores supra allegati num. 12. Rayner. 1. parte summ. de *ieiunio*, fol. 254. Lopez 2. parte *instrucl.* cap. 110. fol. 702. Nieua in summ. tit. 17. fol. 22. declarasseque Eugenium IIII. operarios cum labore suis muneribus incumbentes *ieiunio* non altringi, testantur Doctores. Villalobos tract. 23. difficult. 4. numero 4. Ludouicus de san Ioan. 1. parte summ. tractatu de *ieiunio*, artic. 6. fol. 679. Diana resolut. 9.

15. Imò eximuntur à *ieiunio* eo die quo diurnum laborem intermittunt, si inepti ad labores & operas in posterum reddantur, aut si ex labore præterito nimis defatigati sint. Medina in summ. lib. 1. cap. 14. §. 10. Azor 1. tomo, lib. 7. cap. 17. quæst. 8. Grassi 1. parte decision. lib. 2. cap. 37. num. 51. Ledesma 2. parte summ. tract. 27. fol. 638. Vega 1. parte summ. c. 14. casu 38. Angl. de Flor. 1. parte, quæst. 6. difficult. 10. dub. 1. fol. 405. Lopez 1. parte *instrucl.* cap. 110. fol. 702. Villalobos tract. 23. difficult. 4. numero 9. Filiucius 2. tomo, tract. 27. cap. 6. num. 119. Fagundez cap. 8. num. 16.

16. Non excusabuntur tamen factores, pictores, barbitonfores, aduocati, notarij, scribæ, & alij, quorum munus nimis laboriosum non est, docent communiter Doctores. Quamuis Ledesma 2. parte 4. quæst. 17. excuset factores, & barbitonfores. Contra quem inuehit Azor 1. tomo, lib. 7. c. 17. quæst. 8. fin. Ledesma 2. parte summ. tract. 27. fol. 638. Grassi 1. parte decil. lib. 2. cap. 37. Vega 1. parte summ. cap. 14. cas. 36. Tolet. lib. 6. cap. 4. numero 5. Angl. supra, Lessius lib. 4. cap. 2. dub. 6. num. 43. Mosellius in summ. tom. 1. tract. 10. c. 4. numero 43. Tanerus 2. 2. quæst. 3. disput. 3. dub. 5. num. 102. Reginald. tom. 1. lib. 4. cap. 17. num. 216. Cruz in summ. parte 1. præcepto 3. artic. 9. dub. 9. concl. 2. Ragnucius in *uase Ecclesie*, præcepto 7. quæst. 30. num. 9. Villalobos tract. 23. difficult. 4. num. 7. Filiucius 2. tomo, tract. 27. cap. 6. num. 127. Scribas verò, qui coacti scribunt die *ieiunij*, excusari ait Ludouicus de san Ioan. 1. parte summ. tract. de *ieiunio*, art. 6. fol. 679. at in hoc consulat scriba suam imbecillitatem.

17. Scholasticum verò qui ob consequendum beneficium lectionem oppositionis esset habiturus in die *ieiunij*, quam commodè non posset *ieiunando* componere, vel recitare, à *ieiunio* eximendum arbitror: non enim obligat huiusmodi præceptum cum amissione beneficij & honoris. Angl. de Flor. 1. parte, quæst. 6. *An cooperantes*, &c. difficultate 16. folio 412. ob quam rationem excusabitur à recitatione horarum Canoniarum.

Imò, si tantum legeret ostentationis causa ad opinionem comparandam, vt adueniente Cathedralæ oppositione merita illius dignoscantur vberius, liber erit à *ieiunio* & horarum recitatione. Tolet. lib. 6. cap. 4. numer. 7. Angl. de Flor. 2. parte, quæst. 6. *Qui teneantur ieiunare*, difficult. 14. fol. 410. Maure 2. parte, cap. 8. §. 2. num. 12. Vnde melius erunt exempti Cathedralicij conducti ad legendum, vt docet Medina Cod. de *ieiunio*, quæst. De his qui ad *Ecclesie ieiunia* tenentur, fol. 143. Caietan. 2. 2. quæst. 147. artic. 3. §. 5. *Ad hoc dicitur*: sicut enim alij artifices ob laborem excusantur, eodem modo & hi quando ob laborem lectionum non valeant *ieiunare*. Docet Angl. de Flor.

Ecc

Flor.

Flor. *suprà*, Lessius lib. 4. cap. 2. dub. 6. num. 43. dicens, omnes nequeunt officio suo fungi cum ieiunio, etiam si labor non sit, nisi ingenij, exemptos iri ab illo, quia parum refert qualis sit labor, si non patitur secum ieiunij vsus. Filiucius 2. tomo, tractat. 27. cap. 6. numero 119. Ludouicus de San Ioan 1. parte summa, tractatu de ieiunio, art. 8. fol. 682. Quo fit excusatio iri iudices à ieiunio dum ob magnam occupationem causarum defatigantur, aut defatigandos iri probabiliter arbitrantur. Non enim ab officio cessare constringuntur, vt de conuicatoribus num....

Sit quoque Aduocatos excusandos fore in ieiunio, dum eis opus est studiis causarum operam dare; & inde defessi euadunt, vel euafuros timent. Non enim officium demittere tenentur, vt de conuicatoribus num....

Imò lege ieiunij comprehensos non iri reor scholasticos nimium studentes. His namque officium studendi est proprium, à quo abstinere non coguntur, sicut nec alij officiales qui ex officio defatigati redduntur. Diana resolutione 12.

Et lege ieiunij non esse constrictos habentes duos fontes reor. Quia hi maxime debiles redduntur, & cœnare illis est opus, vt experti quos consului sunt mihi testari. Quod intelligendum est, etiam si carnes non edant fontes habentes. Nam si illis opus esset carnibus vesci, ad ieiunij opus non deuinci, diximus disput. 5. 1. numero 4. Quia à carnibus abstinentia essentialis est ieiunio.

Prædicatores item esse excusatos, etsi ob mercedem concionentur, reor. Quia ab illo exercitio non constringuntur abstinere, sicut nec diuites ab opere seculi, vt diximus numero 14. & prædicationi incumbere, opus maxime laboriosum est. Bonacina de *legibus*, disput. vltim. quæst. 1. numero 13. Filiucius tom. 2. tractatu 27. cap. 6. Lessius lib. 4. cap. 2. dub. 6. numero 44. Anton. Diana de ieiunio, resolut. 11. Contra Binsfel. Enchirid. post 3. part. cap. 33. concl.... Fernand. part. 2. exam. cap. 8. §. 2. numero 12. Fagundes lib. 1. præcept. 4. cap. 9. numero 19. Toler. lib. 6. cap. 5. qui solum excusant, quando concionarentur ex obedientia, aut eius conciones essent nimis viles.

18. Ex quo fit, cantores conductos ad canendum, siue salarium, aut præbendam ad id habentes, posse non seruare ieiunia, si ad canendum redderentur inhabiles. D. Thomas quodlibet. 5. art. 18. Syluester verbo *Ieiunium*, quæst. 9. num. 26. Filiucius 2. tom. tract. 27. cap....

19. Et Presbyteris omnis in Quadragesima vesci fas erit causa vocis seruandæ. Non enim causa ieiunij astrictus est aliquis diminutè suum exequi munus. Sicut nec artifex tenetur operas intermittere per aliquas horas, vt ieiunium sit potens adimplere: vt docet Nienna in summa, titulo 17. fol. 22. Et in facti contingentia consultum fuisse Doctorem Thomam Lopez Doctoralis præbendæ Canonicum Ecclesiæ Placentinæ à quodam cantore, num posset comedere oua in Quadragesima causa vocis, & illi fas esse respondisse, cit mihi testatur ipsemet consilium rogans, qui modo Regiæ Capellæ assistit. Et hoc procedit ceterè vrgentiùs in Cantoribus Regiis, vbi ad splendorem Capellæ maxime decet cantâtes voces habere perfectas: siue in musicis Cameræ ad solatium Regis concinentibus. Filiucius 2. tomo,

tractatu 17. cap. 6. numero 124. Anton. Diana de ieiunio, resolut. 11.

20. Liberos item à ieiunio existimo, qui culpa sua ita defatigati redduntur, aut in morbum incidunt, quòd ieiunare non valeant; vt qui defatigatus esset ludo pilæ, aut nimis esset deditus fœminarum commissioni: nam tales die quo præceptum obligat, impotentes sunt seruare; die verò quo ludunt, nondum aduenit. Docent Medina in summa, in *declarat.* 3. præcept. fol. 93. & 1. 2. quæstione 77. articulo 7. Diana de ieiunio, resolut. 40. Filiucius tom. 2. tractat. 27. part. 2. cap. 6. num. 123. Villalobos tom. 1. tractatu 23. difficult. 4. numero 11. Ledesma 2. parte summa, tractatu 27. in fin. fol. 644. Montesin. 1. 2. tomo 2. quæstione 77. articulo 4. disputatione 9. quæstione 2. numero 40. Salas de *legibus*, disputatione 14. sectione 5. numero 66. loquens de obseruatione festorum. Et verè, si Sancij doctrina in summa, lib. 1. cap. 15. numero 3. & 4. perpendatur, à Medina non aueret dissentire. Et docet Henriquez lib. 9. cap. 25. numero 11. in comment. lit. Pj, dicens, edentem nimium, aut nocium cibum, præuidentem ob morbum se omisurum Missas, horas, ieiunia, non peccare in causa contra illa præcepta: refertque pro hac doctrina aliquos Authores. Quòd si in fraudem ieiunij se defatigarent, peccare desiderio illo frangendi ieiunium, docent Henriquez & plates. At ex Suarij doctrina & Sancij adducta numero 24. colligitur, tunc non interuenire fraudem, sed fugam quandam obligationis, quæ non sufficit ad causandum peccatum. Aliud quidem esse desiderare aliquem frangere præceptum quando adest obligatio; aliud desiderare se reddi impotentem ad præceptum: hoc enim nihil aliud est quàm optare excusationem præcepti, quam licet quis intendat via illicita, non operatur aduersus tale præceptum; cum non desideret illud infringere quando obligat, sed modum quo non obliget, querat. Hurtado de *matrimonio*, disputat. 4. difficult. 4. in fine, inquit incolas loci, in quo Tridentinum viget, valdè contrahere absque patocho & testibus, in quo non viget, quamuis contrahentes profecti fuerint ad illum locum eo fine, vt clandestinè contrahant; nec id dicitur fieri in fraudem legis, quia ius habent eundi ad illum alium locum. Qui autem vitur iure suo, non facit fraudem. Sanchez lib. 3. de *matrimonio*, disput. 18. Egid. disp. 27. dub. 1. Rebell. lib. 2. de *obligat.* quæstion. 7. sect. 3.

21. Ex quo deducitur, multò melius excusari à ieiunio iter agentem pedestrem, vel celeriter cursitantem, vulgò *corriendo la posta*, quem excusat Paludan. in 4. distinct. 15. quæst. 4. attic. 2. numero 20. Ludouicus de San Ioan 1. part. summa, tractatu de ieiunio, artic. 6. fol. 680. Ioan. de Friburgo vbi infra, quæst. 20. in eo gradu quo pedestrem, ad visitandum aliquem locum sanctum, quamuis posset commodè in alium differre diem professionem, vt docet Aristotlis in Enchirid. 2. part. de ieiunio, fol. 89. Et satis innuit Ioan. de Friburgo, in summa, *confessorum*, lib. 1. tit. 12. quæst. 19. fol. 35. Astensis 2. part. tit. 28. quæst. 3. Nam nullum exat præceptum, quòd quis non proficiscatur à suo oppido causa seruandi ieiunium, vel colendi festum, vt optimè docet Suarez 1. tom. de *Relig.* lib. 2. cap. 15. numero 6. Vnde malè Medina in summa, fol. 94. docet, peregrinari absque necessitate

cessitate tempore ieiunij peccatum esse tantum veniale. Nam si crimen aliquod faterur interuenire, mortiferum sanè erit, cum sit in re graui.

22. Vnde generaliter censendum est, excusandum iri à ieiunio exequentem aliquod opus pium etiam absque necessitate, quod secum ieiunium non compatiatur. Quapropter se flagellantes in hebdomada maiori, exempti erunt, si ob debilitatem experiantur, ieiunium seruari non posse. Non enim Ecclesia præcipit abstinere à flagellis ob ieiunium, sed tantum ieiunium seruari à potentibus. ¶ Quequid in contrarium dicat Palacios in 4. distinct. 15. disput. 8. fol. 119. Moure 2. parte, cap. 8. §. 2. numero 12. fol. 390. Filiucius 2. tom. tractat. 27. cap. 6. numero 123. Si namque naturale præceptum seruandi vitam cessat ob bonum virtutis exequendum, vt diximus disput. 3. numero 7. satius cessabit positium ieiunij. Diana de ieiunio, resolut. 46.

23. Excusatur exinde coniux à ieiunij præcepto, si ob id impotens reddatur ad reddendum debitum moderate postulatum. Ius namque iustitiæ strictius obligat quam abstinentiæ. Docent Caietanus in summ. verb. *Ieiunium*, cap. 3. de personis quas obligat ieiunium, §. Excusantur infirmi, in fin. Ibi Armilla numero 4. Medin. Cod. De ieiunio, quæst. De his qui ad ieiunia tenentur, in prima causa excusante, versic. Ad hanc causam. Nauarr. in summ. cap. 21. Hispan. numero 17. Latin. numero 16. Ledesma 2. parte 4. quæst. 17. artic. 3. folio 203. columna 2. §. Præterea in hoc articulo. Angles 1. parte, quæst. 6. De illis qui ieiunare tenentur, difficultate 12. Valent. tom. 3. disput. 9. quæstione 2. punct. 5. §. Necessitas excusans. Sanchez lib. 9. de matrimonio, disputat. 3. numero 10. Sa verb. *Ieiunium*, §. 9. Graff. 1. part. decision. lib. 2. cap. 37. numero 52. §. Causa ob quas, in 2. causa. Lessius lib. 4. cap. 2. dub. 6. numer. 44. Fagundez 4. præcept. cap. 8. num. 1. Lopez 1. parte instruct. cap. 111. fol. 707. Moure 2. part. cap. 8. §. numero 12. folio 391. Villalobos tractat. 23. difficult. 4. numero 17. Filiucius 1. tom. tractat. 10. cap. 9. numero 307. & tomo 2. tractat. 27. cap. 6. numer. 119. Ludouicus de San Ioan. 1. part. summ. tractatu de ieiunio, articulo 6. fol. 681. Cañedo summ. Sacrament. de matrimonio, cap. 8. numero 71. in comment. Ioan. de la Cruz præcept. 3. art. 4. Et quamuis possit vir facile auertere vxorem à peritione debiti, non propterea tenebitur ieiunare, sicut nec diues strictus est operibus seruilibus non vacare.

24. Quod intellige quando vir notabiliter redderet impotens ad moderate reddendum debitum. Non enim excusabitur, si tantillum debilitetur; ius enim habet coniux ad vacandum operibus spiritualibus, videlicet, si aliquantulum minus potens ad debitum reddatur, sicut nec etiam ob illam causam tenebitur abstinere ab exercitiis spiritualibus, vt docet Sanchez lib. 9. de matrim. disput. 3. num. 5. Quod intelligendum, nisi vxori periculum incontinentiæ imminet, nisi vir ad copulam frequentiore potentior efficiatur. Lex namque charitatis strictius obligat, quam Ecclesiasticum mandatum, vt notauit Sanchez supra num. 6.

Qui optimè dicta disput. 3. aduertit, excusari à ieiunio vxorem ratione conferuandis amoris mariti erga ipsam, ne pallida & deformis reddatur, cum mutuis coniugum amor valdè necessarius

Sanchez Selecta.

fit ad vitam conjugalem quietè agendam. Docent Caietan. in summ. verb. *Ieiunium*, cap. 3. & 2. 2. quæst. 147. §. Ad hoc dicitur. Armill. Philarch. Nauarr. Sa num. 25. relati. Ledesma 2. part. 4. quæstione 17. articulo 2. dubio 7. fol. 201. columna 3. Ioan. de la Cruz præcept. 3. artic. 4. Angl. de Flor. 2. parte, quæst. 6. Qui tentantur ieiunare, difficult. 12. fol. 408. Lessius lib. 4. cap. 2. dub. 6. num. 44. Lopez 2. parte instruct. cap. 111. in fin. Villalobos 1. tomo summ. tract. 23. difficult. 4. numero 17. Filiucius 2. tom. tract. 27. cap. 6. n. 114. & 1. tom. tract. 1. cap. 9. num. 307. Ludouicus de san Ioan. 1. part. summ. tract. de ieiunio, artic. 8. folio 681. Hurtado de matrim. disp. 12. difficult. 11. in fine.

25. Quod idem dicendum est de femina nubere volente, si ob ieiunium deformis esset efficienda, cum id notabile damnum putetur; docet Sanchez lib. 9. de matrim. disput. 3. num. 5. Lopez 2. part. de ieiunio, cap. 111. in fine.

26. Nec tenebitur vxor ieiunia seruare quando à marito frangere præcipitur, & ex inobediencia notabiles discordiæ exoriundæ forent, cum positua præcepta non obligent cum scandalo, cap. Cum scandalo; de præscript. Docent Med. Cod. de ieiunio, quæst. De his qui ad ieiunia tenentur, in prima causa excusante, versic. Ad eundem casum. Nauarr. cap. 21. Latin. numer. 9. Hispan. numero 20. Graff. lib. decis. 1. part. cap. 37. num. 53. Syluest. verb. *Ieiunium*, quæst. 9. num. 25. Tabien. num. 20. Maure 2. part. cap. 8. §. 2. num. 12. fol. 391. Villalobos 1. tom. summ. tract. 23. difficult. 4. num. 13. Ledesma 2. part. 4. quæst. 17. art. 3. fol. 203. colum. 2. §. Præterea in hoc articulo. Vigner. lib. Instit. cap. 7. §. 3. versic. 2. fin. Angles 1. part. de ieiunio, quæst. 6. difficult. 12. Palat. in 4. distinct. 15. disput. 8. post quartam conclus. fol. 220. versic. Denique si discordia. Lopez 2. part. de ieiunio, cap. 111. in fin. Philarch. de offic. Sacerdot. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 25. §. Quod ieiunia, Sanchez lib. 9. de matrim. disput. 3. num. 13. Astensis 2. part. tit. 28. artic. 3. quæst. 9. Anton. Fernand. en la instrucion de Confess. 3. part. fol. 17. Ludouicus de san Ioan. 1. part. summ. tract. de ieiunio, art. 8. fol. 681. Ariostis 2. part. de ieiunio, in Enchirid. fol. 90. Ioan. de Friburgò. in summ. Confessorum, tit. 12. quæst. 27. fol. 36. qui frustra poscit in hoc casu necessarium esse superioris dispensationem. Intellige tamen nisi dubium rationabile esset, an rixæ magnæ considerationis, vel leuis essent confendæ, in hoc euentu fateor opus esse declaratione personæ doctæ, seu alias bene intelligentis. ¶ Quod intellige nisi in contemptum ieiunij id præciperet maritus; tunc enim vita potius exponenda esset periculo, quam ieiunium omittendum. Sanchez summ. lib. 1. cap. 18. num. 6. Coriolanus de casibus seruatis. parte 1. sect. 3. num. 9. fol. 248. Philarch. de offic. Sacerdot. part. 2. lib. 3. cap. 1. Medina 1. 2. quæst. 88. art. 1. Nauarr. prælud. 9. n. 18. vt diximus disput. 5. n. 2.

Quando verò dicimus, præcepta positua non obligare cum scandalo, intelligendum est quando ex scandalo sumpto ab alio nocumentum temporale esset exoriendum præceptum seruantis, puta flagellatio, discordiæ magnæ, &c. tunc enim non ob scandalum cessat præceptum, sed ob nocumentum adueniens: non enim cum graui nostro detrimento leges posituæ obligant, vt diximus disput. 51. num. 6. Vnde si femina sustinere velit discordias, siue alia mala, à ieiunio cessare

non tenebitur, nec ad illud à confessarijs poterit obligari; & sibi imputer maritus blasphemias & maledictiones à semet emissas: eo modo quo nec astricta erit non audire Missam saltem in die festivo ob scandalum aliorum illam lasciuè concupiscentium, iuxta dicta disput. 37. numero 2. ob quod recte dixit Paludan. in 4. distinct. 15. quæst. 4. art. 2. num. 23. scandalum mariti ieiunium ventantis esse Pharisæorum, nec facile dimitti debere ieiunium, nisi adsit alia causa.

27.

Eximuntur etiam à ieiunio proficiscentes ab oppido in quo seruatur ieiunium, nocte in locum peruenturi in quo ieiunium non obligat; poteruntque manè ientaculum sumere. Potest enim quis se conformare consuetudini loci in quo inuenitur. An verò teneatur, dicemus numero 31. Docent Abbas cap. *A nobis*, et primero, *de sentent. excommunicat.* numero 11. vbi Felinus, dicens esse commune, qui etiam alios refert numero 6. Cardin. *de celebrat. Missar.* quæstione 5. & ibi Imola numero 3. Bonifac. numero 68. Nauarr. *virague summa*, cap. 2. Latine, numero 120. Hispanè, numero 128. Couarr. 4. *variarum*, cap. 20. numero 8. versic. *Fuit & in dicto Canone*, fin. Mexia *Pragmat. panis*, conclus. 5. numero 91. & ex Theologis Maior in 4. distinct. 15. quæst. 3. col. 15. argum. 4. Diedo *de libertat. Christian.* lib. 1. cap. 2. parte 5. artic. 2. membr. vlt. in §. *Vna est*, & in alia editione, cap. 17. lib. 1. Ledesma 2. parte, 4. quæst. 15. art. 4. dub. 2. Suarez 3. part. quæst. 74. art. 4. disputat. 44. sect. 3. §. *Illud verò*. Henriquez lib. 7. cap. 13. numero 8. & lib. 9. cap. 25. numero 2. fin. Pedraza præcept. 3. §. 14. Lopez 1. parte, cap. 52. §. *Vnaqueque Civitas*, Ledesma *de matrimonio*, quæst. 45. artic. 5. punct. 3. dub. vltim. conclus. 3. Philatch. *de offic. Sacerdot.* tom. 1. parte 2. lib. 3. cap. 23. §. *Est seruo mandandum*. Rodriguez 1. tom. 2. edit. c. 122. Sanchez lib. 3. *de matrimonio*, disputat. 18. numero 18. & 22. & in summ. lib. 1. cap. 12. numero 34. Filiucius 2. tom. tractatu 27. cap. 6. numero 188. Salas *de legibus*, disputatione 14. sectione 5. numero 62. & 68. Lessius lib. 4. cap. 2. dub. 8. numero 55. & 58. Prædictus Suarez 1. tom. *de Relig.* lib. 2. cap. 13. fin. & lib. 3. *de legibus*, cap. 30. numero 5. Villalob. 1. tom. summ. tractatu 2. difficultate 34. numero 3. quamuis adesset ex iure communi obligatio seruandi festum, vel ieiunium in proprio oppido, & non solum ex particulari lege. Quod etiam docet Sanchez, Basil. de Leon lib. 5. *de matrimonio*, cap. 8. numer. 2. supra. Et constat ex cap. 2. *de constitut.* in 6. vbi habetur subditum firmiter extra territorium non ligari excommunicatione sui Episcopi in forantes lata. Et redditur ratio, quia impune non paretur extra territorium ius dicitur. Vbi glossa explicat verb. *impune*, non parentem extra territorium penam minimè pati. Etgo licetum est leges & consuetudines oppidi extra illud vbi ex non obligant, transgredi. Vnde nescio quam ratione Granada *de legibus*, folio 251. n. 31. asseruit, vt probabilius, proficiscentem ab oppido vbi seruatur ieiunium, constructum reddi ientaculum non sumere, quamuis peruenturus sit ad locum vbi non seruatur, post seque ibi carnes edere faceret. Qui hercè non animaduertit, obligationem ieiunii indiuisibilem esse, nec posse dari horam in qua ieiunium obliget, & aliam in qua non vinciat, vt dicemus num. 30.

28.

Imò, quamuis nocte sit rediturus ad proprium

oppidum a quo manè exiit, & vbi ieiunium seruatur, ieiunare non erit astrictus. Diana resol. 3. Nam cum ipse ferè per totam diem fuerit in loco vbi non ieiunabatur, potuit licitè piuries comedere, cum quo ieiunium seruari nequit. Suarez 1. tom. *de relig.* lib. 2. cap. 13. numero 25. loquens de obseruatione festorum. Et quamuis casu absens, dicatur adesse, id tantum verum habet in fauorabilibus, secus in odiosis, vt docet Sanchez lib. 3. *de matrimonio*, disputatione 18. numero 24. Erit tamen astrictus à carnibus abstinere: nam cum obligatio abstinendi à carnibus sit negatiua & diuidua, potest pro parte dici eisdem, dum in loco obligationis est, id præceptum seruare; & pro parte eiusdem diei non seruare, dum est in alio loco in quo non obligat. Docet Sanchez lib. 3. *de matrimonio*, disputatione 18. numero 22. Salas *de legibus*, disputatione 14. sect. 5. numero 68.

29.

Hinc deducitur, auim siue leporum captores proficiscentes ab oppido vbi seruatur ieiunium, & peruenientes ad locum vbi non seruatur, posse in tali loco pluries comedere, quamuis nocte sint in propriam domum reuerfuri, docet Sanchez in summ. lib. 1. cap. 12. numer. 27. Suarez libro 2. *de Religione*, cap. 14. numero 25. Lessius libro 4. cap. 2. dubio 8. numero 55. & ex ratione adducta à Suario colligitur idem dicendum de quantumuis breui absentia: illo enim momento quo manent extra terminos non ligantur, vt docet Sanctius supra. Sicut nec erunt astricti Missam audite egredientes ab oppido vbi festum seruabatur, peruenientes tamen ad locum vbi non coleretur. Docet Suarez 1. tom. *de Religione*, lib. 2. cap. 13. numero 2. & tom. *de censur.* disput. 5. sect. 4. Nauarr. in summ. cap. 13. num. 5. & cap. 23. num. 120. Couarr. 4. *variarum*, cap. 20. num. 8. ¶ Quamuis oppositum doceat Basil. de Leon lib. 5. *de matrimonio*, cap. 8. num. 6.

30.

Sed verò è contra quis proficiscatur ab oppido, vbi ieiunium non seruatur, & tendat ad locum etiam proprii domicilij vbi seruatur, poterit ientaculum sumere, & carnes edere. Vt enim diximus supra num. 27. potest quilibet se conformare legibus loci vbi reperitur, docet Lessius lib. 4. cap. 2. dub. 8. numero 57. Sanctius in summ. lib. 1. cap. 12. num. 33. Salas *de legibus*, disputatione 14. sect. 5. numero 68. Nec conuincitur teneri ieiunare quando egreditur à loco vbi ieiunatur; quia cum ieiunium nocte obligatum non sit, non obligabit summo manè, Sanctius in summ. lib. 1. cap. 12. num. 34. & Lessius supra, quicquid in contrarium censet Basil. de Leon lib. 5. *de matrimonio* cap. 8. numer. 3. Vnde Granada deferendus est vt diximus, num. 27. Quare quando dicitur quenquam posse vel teneri se conformare legibus oppidi vbi actualiter existit, intelligendum est de illis præceptis, quæ diuiduam habent obligationem, vt in præcepto abstinendi à carnibus; non verò quando indiuiduam continent, vt mandatum ieiunii.

31.

Imò si quis sit in aliquo oppido per modum transitus & hospitij alicuius negotij agendi causa, dummodò ibi non maneat per maiorem partem anni, non tenebitur ieiunare, quia peregrini & forenses non astringuntur legibus & consuetudinibus loci per quem transeunt, vel in quo per modum hospitij reperitur, cessante scandalorum quod probat caput illa, distinctione 12. ibi: *Alia, que per*

per loca terrarum, regionibusque variantur, sicut est quoddam alij ieiunium sabbato, alij non, &c. totum hoc genus liberas habet observationes, vbi glossa, verb. *liberas*, ait: *Hic dicit D. Augustinus, quod liberum est sabbato ieiunare quantum ad extraneos; non quantum ad illos vbi talis consuetudo observata est.* quod item probat lex *hares absens*, 19. §. *proinde*, ff. de iudicijs, vbi probatur viatores non sortiri forum loci per quem transeunt, ibi: *Durissimum est quotquot locis quis navigans, aut iter faciens delatus est, tot locis sese defendere.* Tum quia qui transit, vel breui tempore residet in loco, non dicitur inoraliter in eo esse. *quæstionum*, 76. §. *fin.* ff. de legat. 3. & leg. *sicita*, 84. ff. eodem titul. & cap. *ad nostra*, de regular. vbi qui triduo fuit regulari habitu indutus, non dicitur habitum induisse: quia ut ait glossa ibi, verb. *statim*, non dicitur factum quod non durat. Quam glossa sequitur Speculator tit. *de instrument. edit.* §. *compendiose*, num. 26. Felin. cap. *in presentia*, num. 31. de probat. & idem Speculat. rubric. *de consuet.* num. 8. Ioan. Andr. *ad dit.* *ad Speculat.* tit. *de instrument. edit.* §. *compendiose*, num. 16. verb. *quæstionum*, Archidiaconus. referens Hostiensis. dicto cap. *illa*, super verbo *seruare*, & ibi Domin. in fin. princip. Alexand. ibi Præposit. ibi, *verfic. nota quod peregrinus*, Turretrem. ibi, *verfic. liberas*, cap. *quo iure*, §. *dignitate*, distinct. 8. artic. 4. num. 8. allegans Hugonem. Rosel. verb. *ieiunium*, numero 16. vbi Syluest. *quæst.* 2. dict. 1. & 2. fin. §. *Ex Theologis Paludanus* in 4. distinction. 15. *quæst.* 4. art. 3. numero 24. qui contrarium non censet numero 26. quamuis primo aspectu id videatur, D. Anton. 2. parte, tit. 6. cap. 2. §. 2. *Medin.* Cod. *de ieiunio*, *quæst.* *quando necesse est ieiunare*, innot. *Ledesma* 2. parte, 4. *quæst.* 17. art. 3. fol. 204. col. 1. §. *secundo dico*, Margarit. *Confess.* *quæst.* *Moral.* fol. 134. col. 1. §. *virum teneamus*, Tolet. lib. 5. cap. 5. num. vltim. Vega 1. tom. summ. cap. 14. casu 11. & 2. parte, casu 315. Azor tom. 1. lib. 7. capitul. 30. *quæsto vltimo*. Sayr. *in Clauis regia*, lib. 3. cap. 4. numero 15. dicit esse probabilem Lessius lib. 4. *de iustitia*, cap. 2. dub. 7. numero 49. Sanchez lib. 3. *de matrimonio*, disput. 18. numero 6. & 9. & in summa lib. 1. cap. 12. numero. 38. Palac. in 4. distinction. 15. disputat. 8. post 6. conclus. fol. 126. *verfic. at verò*. Granado *de legibus*, fol. 250. numero 25. Layman 1. tom. tractat. 4. cap. 11. numero 7. Diana resolut. 2. Hurrado *de sacrificio*, disput. 1. difficult. 1. Fagundez 4. præcept. lib. 1. cap. 7. numer. 10. & 11. *Medin.* 1. 2. *quæst.* 66. artic. 5. in fine, Angles 1. parte, *quæst.* 4. *de ieiunio*, ante dub. 1. difficult. 2. folio 386. & dicit probabilem Suarez 3. parte, *quæst.* 74. artic. 4. disp. 44. sect. 3. §. *illud verò*, & Lopez 2. parte instruct. cap. 112. fol. 117. Nider. 6. præcep. cap. 7. num. 10. fol. 483. Lorca 1. 2. tom. 2. disput. 25. in fine, in tractat. *de legibus*, Villalob. 1. tom. summ. tractat. 2. difficult. 33. numero 8. Et quamuis Sancius dicat, tunc teneri peregrinum ieiunare in oppido vbi seruatur ieiunium quando in suo loco quoque seruatur: non credo, satis circa suum fundamentum loqui, ut aduertit Suarez 1. tom. *de Religione*, lib. 2. cap. 14. num. 15. Basil. de Leon lib. 5. *de matrimonio*, cap. 7. numero 12. Quia ille tunc non tenetur seruare legem illam in loco, vbi est præsens, ex vi legis suæ patriæ, cum illa non obliget extra suum territorium, nec etiam obligatur ex vi legis illius oppidi per quod peregrinus transit. Nec est reputandum inconueniens in illo casu peregrinum

ad non ieiunandum esse liberum, sicut vari quicertum domicilium non habent, nullis particularebus legibus locorum per quæ vagantur vincuntur, ut dicimus numero 34. Vnde Granado 1. 2. *de legibus*, fol. 251. numero 29. qui sequitur Sancium, deserendus est. Fauet nostræ sententiæ Diana *de ieiunio*, resolut. 18. & laudat nostram sententiam.

Contra præfatos tamen Doctores inuehunt prædictus Suarez lib. 2. *de Religione*, tom. 1. cap. 13. num. 7. & lib. 3. *de legibus*, cap. 33. num. 3. & Lessius lib. 4. cap. 2. dub. 7. numero 50. Sayr. *in Clauis Regia*, lib. 7. capite 3. num. 11. Sa verb. *ieiunium*, 1. Grassis 1. part. *decis.* lib. 2. capite 37. numero 34. Nauarr. cap. 23. numero 120. & cap. 13. numero 5. Villalobos probabilior arbitrans esse hanc sententiam supra numero 7. sine. asserentes, quod esto habitatio in aliquo loco per maiorem partem anni sufficiens sit ad inducendam obligationem habitatoribus qui scirent leges illius loci: quod fortè solum conuincunt iura allegata: at fateri illam durationem ita necessariò requiri, quod minor non sufficiat, v. g. quatuor, vel quinque mensium, nimis latum videtur, & contra consuetudinem omnium receptam non audientium leges infringere loci vbi commorantur, etiam per vnum mensem, vel minùs. Adducitque Suarez 2. lib. *de Relig.* alias rationes, quas exactè dissoluit Sanchez in summa lib. 1. cap. 12. à num. 38. Docet eandem sententiam Basil. de Leon lib. 5. *de matrimonio*, cap. 7. num. 6. & 14. vniuersaliter docens, peregrinos teneri legibus locorum per quæ transeunt, dummodo eo tempore quo transeunt occurrat occasio eius præcepti seruandi, adducens pro se Vazquium tom. *de Eucharistia*, disput. 174. num. 29. Qui tamen solum dicit peregrinos alicubi habitantes solius negotij gratia seruare debere leges eius ciuitatis. At non explicat quæ mora sit necessaria ad incurrendam illam obligationem: vnde etiam nos fatemur peregrinos consuetudines negotij causa ad aliquem locum, legibus illius vinciri, sed tamen mora maioris partis anni desideratur, ut obligatio oriatur.

Quibus rationibus à me perpenis, & cum doctis consultis, maioris ponderis esse quas Sanchez, quam eas quas Suarez adducit, fuit visum. Neq. consuetudo sapientum, sed illiteratorum induxit, illicite acturum peregrinum non habentem nec etiam quasi domicilium, si non seruet leges loci vbi hospitatur per minorem partem anni. Consuetudo autem ignorantie iuxta vim legis acquirere non valet, ut fatentur Doctores in materia de legibus, Salas *de legibus*, disputatione 19. sectione 61. Granado 1. 2. *de legibus*, fol. 250. numero 27. Henriquez lib. 4. capitul. 13. in comment. litter. N. ut diximus disputatione 51. numero 19: Granado 1. 2. *de legibus*, folio 250. numero 27. & decernitur in leg. 5. part. 1. titulo 2. *E otro si de ximos que la costumbre que el pueblo quiere poner e usar de ella, debe ser con derecha razon e non contra la ley de Dios ni contra Señoria, ni contra derecho natural, ni contra procomunal de toda la tierra del lugar do se face e debenta poner con gran consejo, e non por bierro ni por amojo.* Gregorio Lopez ibi, & in l. 3. eodem tit. verb. *con gran consejo*, id est, non per errorem, sed ex certa scientia, leg. *quod ratione*, ff. *de legibus*, cap. *consuetudo*, 8. distinct. qui errat non consentit, ff. *de iur. iur.* ind. l. *si per errorem*, cap. *Quamuis*, 38. dist. 32.

Contingit namque sæpe homines solitos esse aliquid agere, quia existimant ad illud agendum ex iure se strictos, taliter quod non arbitrentur ob consuetudinem se obligati, sed ex alia scripta lege. Imò consuetudo effectus est tunc legis, cum tunc consuetudinem habeant operandi hoc vel illud, quia à lege præcipitur sic, vel aliter operandum. Quando igitur consuetudo aliquid agendi hoc modo comparatur, vim legis minimè habet. Vnde constituto ex ignorantia comparatam fuisse consuetudinem, quatenus arbitrabantur homines deuinctos se esse operati, quia à lege erat imperatum, quæ tamen minimè id iusserat, deinceps ad operandum non erunt constricti, nec lege scripta quæ non extat; nec consuetudine, quæ tunc effectus est legis imaginariæ. Consuetudo igitur vim legis habens id debet habere, & quòd non ex præsuppositione alterius legis obligantis sit inducta, & quòd sponte ex ipsa solùm inducatur obligatio ad agendum aliquid, vel non, l. 5. part. 1. tit. 2. *Pueblo tanto quiere decir como ayuntamiento de gentes, e tal pueblo o la mayor parti da del se vsarendiez o 20. años à hacer alguna cosa como ex manera de costumbre sabiendolo el Señor de la tierra e teniendola por bien sea guardada por costumbre.* De quo Sancius in summa, lib. 1. cap. 12. numero 38. Et quamuis sanius consilium sit icuinare tunc peregrinum. Sed hinc non agimus quid consulendum, sed quid sub obligatione iniungendum sit. Quare Doctor à quo peregrinus seiscitaretur, num strictus esset leges loci vbi tunc hospitatur obseruare, si Sancij tequatur mentem, non satisfacere respondendo iuxta Suarj iudicium, peregrinum onerando. Licet enim quis possit sententiam aliorum contra propriam sequi, non tamen poterit illam consulere quando ex ea onerandum est consilium petens, vt opimè aduertit Vazquez 1. 2. 1. tomo, disputatione 62. numero 47. & disput. 63. numero 14. Torres de iniuria, disput. 13. numero 21. Cum interrogans velit scire, quid Doctor ille ex propria mente sentiat, non quid ex aliorum. E contra verò quando ex sententia aliorum eodem modo interroganti est exoriendum; iuxta illam & non propriam liberum erit respondere, quamuis ad id non teneatur: nullus enim contra propriam mentem aliorum sequi iudicium, vel consulere est constrictus: de quo diximus disput. 43. numero 42. Et quamuis peregrinus non possit celebrare in loco interdicto, non ideo est quia peregrino sit imposita illa lex, sed quia opponit impedimentum ipsi loco interdicto, vt in illo nullus celebrare possit: vt bene aduertit Grando 1. 2. de legibus, fol. 251. num. 32.

34. Vagos autem nullibi domicilium habentes, ad nullius legis particularis locorum in quibus inueniuntur, obseruationem teneri censeo, sed solum ad leges iuris communis. Nec ob id sunt melioris conditionis, sed miserabilioris, vt pote infelicis status, hominum scilicet nullibi fixum domicilium habentium, qui sicut non poterunt favorabilibus distributionibus loci; ita oneribus non affici æquum erit. Docent Lessius lib. 4. cap. 2. num. 29. dub. 7. Sair. in Clau Regia, lib. 3. cap. 4. numero 15. docent etiam Paludan. Anton. Syluest. & Medina supra num. 31. Layman 1. tom. tractat. 4. cap. 12. num. 7. Generaliter loquentes omnes alienigenas non teneri legibus loci vbi inueniuntur, non distinguentes inter peregrinos

& vagos. Quamuis contrarium doceant Sanchez in summa, lib. 1. cap. 12. numer. 23. Suarius 1. tom. de relig. cap. 14. numer. 19. & 20. Soc. in 4. distinct. 18. quæst. 4. artic. 2. col. 5. versic. *Est hic tamen adnotandum*, licet breui mora versentur vagi, Basil. de Leon lib. 5. de matrimonio, c. 7. Lorca 1. 2. tom. 2. disputat. 25. in fine, in tractat. de legibus. Grando de legibus, fol. 250. num. 26.

Nec assentior Sancio in summa, lib. 1. cap. 12. numero 42. assenti accedentem animo habitandi maiori parte anni teneri à prima accessus die leges & consuetudines illius oppidi seruate, nec desinere obligari, licet postea obligari animo decernat se breui discessurum: quia id quasi domicilium ex priori habitandi maiori parte anni animo comparatum; nequit sola illius animi mutatione deperdi, sed simul cum illa desideratur recessus ab illo loco: sicut ad illud constituendum exiguntur animus & habitatio. Non, inquam, assentior: nam plura requiruntur ad constructionem rei, quam ad ipsius dissolutionem. Tum quia sicut ad primam acquisitionem domicilij requiritur animus habitandi, sic ad ipsius continuationem moraliter: quamuis in foro exteriori fateat habendum illum vt incolam, cum constet de accessu, & animo ibi permanendi ab incola explicato: postea verò de mutatione animi constare nequeat. Et sic fortè intelligendus Sancius in summa, vbi supra, & lib. 3. de matrimonio, disputatione 23. numero 2. & Lessius lib. 4. cap. 2. dub. 7. numero 46. in fine. Nec incolens per maiorem partem anni aliquem locum, sola mutatione animi desinet esse incola, quia tunc tam per leges, quam ex animo perseverauit in loco tempore necessario ad domicilij acquisitionem. At mutans animum infra minorem partem anni, non acceptatur à legibus, vt incola, nisi reuera perseveret ultra dimidium partem anni, vel quando acceptatur ab initio, ex conditione intellecta perseverantia per maiorem anni partem: ob cuius mutationem mutat lex animum habendi illum vt suum incolam. Docet nostram sententiam Diana resolut. 2.

36. Ob dispensationem reddi aliquem à icuinij obligatione exemptum, manifestum est, quam poterit impertiri parochus aut eius vices gerens (vulgo *teniente de Cura*) non habenti Bullam, etiam præsentem Episcopo. Nam etsi attento iure Parochus hanc potestatem non habeat, tamen cum consuetudo det iurisdictionem, *cap. cum contingat*, de foro compet. cum multis testibus, quos congerit ibi glossa, verb. *vel consuetudine*, hoc possunt ex consuetudine id ita recipiente. Non enim circa hoc Episcopus, sed solus Parochus adiri solet. In rebus enim quæ frequenter occurrunt, tacitus & debitus consensus legislatorum est quod alij sibi inferiores dispensationem præmittant, aliàs enim esset intolerabile onus ad superiores recurrere, vt docet Sanchez lib. 3. de matrimonio, disput. 9. numer. 27. Innocent. cap. 1. numero 2. de obseruat. icuiniorum, Ioan. Andr. Rub. de obseruatione icuiniorum, numer. 3. & ibi Ancharan. numero 3. Anton. numero 4. & ibi Cardinal. quæstione 6. Durand. in 4. distinct. 15. quæst. 10. num. 6. & ibi D. Thom. quæstione 3. artic. 2. quæst. 147. artic. 4. dub. 1. & 1. 2. quæst. 97. artic. 4. Medina in summa, lib. 1. c. 14. §. 10. in fin. Graff. 1. parte, lib. 2. cap. 37. numer. 17. Viuald. 3. parte, cap.

cap. 15. num. 15. Valentia 4. tom. disput. 9. quæst. 2. punct. 5. §. Rosel. verb. *Ieiunium*, num. 26. Syluester expressè, etiam si recursus sit ad Episcopum verb. *Ieiunium*, quæst. 7. dict. 4. Palat. in 4. distinct. 15. disput. 8. versic. *Præsentè igitur*. Azor 1. tom. lib. 7. cap. 29. quæst. 3. Sanchez lib. 8. de *marim*. disput. 9. numer. 270. Granado de *legibus*, fol. 193. numer. 5. & 9. Soto de *iustit.* lib. 1. quæst. 7. Rodrig. 1. tom. 99. *Regul.* quæst. 22. artic. 9. Fagundez 4. præcept. cap. 6. num. 2. contra Angel. verb. *Ieiunium*, num. 20. Gabriel in 4. distinct. 16. quæst. 3. artic. 1. notab. 2. Victorell. in *Addition. ad Tolentum*, lib. 6. cap. 4. fol. 180. Villobos 1. tom. summæ, tract. 23. difficult. 4. numer. 21. Suarez lib. 6. de *legibus*, cap. 14. sine, Ludouicus de san Ioan. 1. parte summ. tract. *Del ayuno*, artic. 6. difficult. 2. qui Parochos dispensare posse ait, dum Episcopus commodè adiri non possit, sed ferè in commodum inuenitur in petenda dispensatione ab Episcopo, vel licèt non inueniatur in commodum, consuetudo iam viger Episcopos non adire.

Quamvis præsentè Episcopo non posse Parochum dispensare doceant Grassis 1. parte decif. lib. 2. cap. 37. numer. 17. Ledesma 1. part. tract. 27. fol. 639. Vega 1. parte summ. cap. 14. casu 36. folio 130. Mouré 2. parte summ. c. 8. §. 2. numer. vlt. Nieua in summ. tit. 17. fol. 23. Rodriguez 1. tom. quæst. *Regul.* quæst. 100. Sa verb. *Ieiunium*, numer. 8. Ariostis in *Enchirid.* 2. parte de *ieiunio*, fol. 89. allegans Anton. de But. in cap. *Consuluit*, de *observat. ieiun.* Ioan. de Friburgo in summ. *confessorum*, lib. 1. tit. 1. quæst. 28. fol. 36.

37. Quam potestatem extendunt Palacios, Syluester & Sanchez ad dispensationem in esu carniuum. Nec ea autoritas dispensandi in ieiunio est solum declaratio, sed vera legis relaxatio, vt docet Sanchez lib. 8. de *marim*. disput. 9. num. 27. contra Toler. lib. 6. cap. 4. num. 8. Ledesma 2. parte summæ, tract. 27. fol. 639. Vega 1. parte summ. cap. 14. casu 36. Angl. de Flor. 1. parte, quæst. *De dispensatione ieiunij*, quæst. 5. difficult. 3. fol. 395. & alios. Cui enim ratione superioritatis competit ius declarandi, conuenit etiam ius dispensandi in legibus humanis, & Diuinis. Imò, quid amplius videtur esse posse aliquem declarare legem non obligare quando dubia erat obligatio, quam dispensare legitima stante causa? Cùm primum sit mentem Legislatoris attingere & scrutari de illa disponendo: secundum vero tantum sit legis exemptionem efficere. Dixi aduertenter, ratione superioritatis, nam si petatur consilium ab aliquo Doctore in causa dubia, & ipse declaret causam ad exemptionem legis sufficientem esse, propriè non est declaratio, vt hic loquimur, sed consultatio ad affecurandam conscientiam, vt notant Palat. in 4. distinctione 15. disputatione 8. Lop. 2. parte *instrucl.* cap. 109. fol. 698. Et in hoc tantum sensu possunt declarare Abbatisse respectu monialium.

38. Interuenire autem debet iusta causa non solum, vt licitè dispensatio fiat à Parocho, verum vt validè. Verfatur enim hoc discrimen inter supremum Legislatorem, & inferiorem, quòd supremus validè dispensat absque causa, licèt illicitè, in à se latis legibus, eo quòd obliquum sit vnum membrum ab aliis discordare (in legibus verò naturalibus, nec etiam valide dispensat absque causa, vt docet Sanchez in *summa*, lib. 4. capite 43.) Ledesma 2. parte summ. tract. 27. fol. 640.

Lopez 2. parte *instrucl.* cap. 109. fol. 698. & communiter Doctores. Inferior verò nec etiam validè. Vazquez 1. 2. tom. 2. disputat. 178. num. 17. Valent. tom. 3. disput. 7. quæst. 5. punct. 9. Quia sic se habent ad legem superiores inferiores, ac Pontifex ad legem Dei. Et similiter in alienis bonis alienaque voluntate dispensant. Omitto, quòd quoties inferiori committitur potestas dispensandi in lege superioris, intelligitur causa iusta assistente.

Nec iure optimo præsumi potest constitui tunc inferiorem dominum voluntatis superioris, vt perinde, ac de propria possit ad libitum validè de illa disponere. Quòd optimè tradunt Specul. tit. *De dispensatione*, §. *Dicendum refert*, numero 19. Innocent. cap. *Cum ad monasterium*, numero 4. de *statu Monach.* Et ibi Hostiens. numer. 32. Ioan. Andr. ad fin. Abb. num. 17. Card. §. vltimo, num. 5. Baldus in leg. *Barbarum*, num. 7. ff. *De offic. Prætor. Aretin.* leg. 2. in principio, num. 1. ff. *De verb. obligat.* Felin. cap. fin. numer. 8. versiculo 2. limit. 10. & cap. *At si Clerici*, §. *De adulteris*, num. 10. de iudic. & ibi Hippolyt. num. 32. Turcetemata cap. 1. artic. 4. num. 14. distinct. 89. Angel. verb. *Dispensatio*, num. 3. & ibi Syluester quæst. 3. num. 5. Armill. num. 14. Soto lib. 7. de *iustit.* quæst. 4. artic. 3. col. 9. versic. *Rursus circa eandem*, & lib. 1. quæst. 7. art. 3. colum. 6. versic. *Postremum ergo*. Nauarr. cap. fin. de *simonia*, num. 14. & prælod. 9. num. 1 §. alias 13. Couarr. 4. *decretal.* 2. parte, cap. 6. §. 7. numer. 11. Stunica quæst. 5. de *voto*, num. 35. Gutier. quæst. *Canon.* lib. 1. cap. 19. num. 5. Sa verb. *Dispensatio*, num. 3. Sanchez lib. 8. de *marim.* disput. 17. num. 4. qui asserit, nullum inuenisse se authorem contradicentem, & in summ. lib. 4. cap. 43. num. 3. Palat. in 4. distinct. 15. disput. 8. fol. 118. Salas de *legibus*, disput. 20. sect. 4. num. 31. Et loquuntur Sotus & Stunica etiam de facultate dispensandi in Bulla concessa.

39. Hoc tamen limitarem, nisi prudenter & bona fide arbitratus sit Parochus causam esse iustam; tunc reor valere dispensationem, licèt verè non fuerit causa sufficiens (& non solum excusari à peccato dispensantem & dispensatum, hoc enim manifestum erat) quia non est credendum aliam esse Dei intentionem & Pontificis circa ab ipsis latis leges in quibus permittitur inferiorem dispensare. Id enim rectè Ecclesiæ gubernario postular, vt serupulis obuietur, ac tuta sint conscientia, nec oporteat passim infringere gesta, in nitendo Prælatorum vices Dei gerentium dispensationi. Quòd clarè significat Azor 1. tom. lib. 7. cap. 20. quæst. 6. per hæc verba: *Si Prælatus aliquis bona fide à legè ieiunij aliquem liberet, punitans causam esse iustam, relaxatio prodest, quia bona fide facta est.*

40. Existente causa ad dispensandum, non integrum erit Parocho ieiunium in aliquod opus pium commutare etiam ex parte, tenuente illo qui petit dispensationem. Filiucius 2. tomo, tract. 27. cap. 7. num. 129. habet enim ille ius iustitiæ supposità causà iusta, quòd secum dispensetur, vt diximus disputat. 43. §. *Præterea superiorum*; quoties verò aliquis aliquid efficere ex iustitia tenetur, restrictus est illam exercere nullo onere adiuncto. Quapropter minus rectè dixit Suarez lib. 6. de *legibus*, cap. 16. num. 4. posse contingere causam esse talem, vt existente ea possit purè dispensari; non tamen esse talem, quòd obli-

get ad puram dispensationem præstandam; quod reiectimus dicta illa disput. 43. dispensatio autem quid distinctum est à commutatione. Vnde dispensatio grauius non est, quando exhibetur à iudice inferiori. Limitant tamen plures, nisi à superiori aliter non concedatur facultas ad dispensandum, quam aliqua commutatione facta. Quod verum non est. Quia supremus Legislator non potest committere dispensandi facultatem cum illo onere, vt ex dictis liquet.

Vnde quando Legislatori, vel Episcopo in à se latis legibus liberum esse non dispensare, nisi commutatione aliqua præmissa, docet Sanchez lib. 8. de *matrim.* disput. 14. num. 1. dicens, id indubitatum esse apud vniuersos; & id tanquam indubium relinquit Suarez de *legibus*, lib. 6. cap. 16. numer. 2. id ita censuere, quia sunt rati dispensare esse quid gratiosum & non ex iustitia debitum. At cum nos conseamus, dispensationem præstari iustà causà exigente non esse quid gratiosum, sed iustitiæ debitum, absque iniuria non poterit denegari à Legislatore, si eam nolit præstare, nisi cum onere. Excusantur tamen ab iniustitia, eò quòd opinionem probabilem sequatur, vt in simili excusat Sanchez illa disput. 14. numer. 2. inferiores dispensantes in legibus superiorum multa apposita, vel quia multas apponunt in delicti penitentiam, vt quando dispensatur in matrimonio mouente ad hoc virginis defloratione, vt docet Sanchez lib. 3. de *matrim.* disput. 10. numero 10. Nauarr. in cap. *Si quando*, de rescript. exceptione 21. in confutatione oppositorum numero 1. Et quamuis doceat Sanchez lib. 8. de *matrimonio* disput. 9. num. 28. Patochum absque aliqua commutatione dispensantem non peccare. Ego addo, peccaturum nolentem nisi commutatione interueniente dispensare. Quod expressè fatetur dictus Sanchez lib. 3. de *matrimonio*, disputat. 10. à num. 8. & lib. 8. disputat. 14. num. 2. ¶ Quidquid in contrarium doceat Suarez lib. 6. de *legibus*, cap. 16. num. 4. absolutè docens, posse inferiorem dispensare in lege superioris per modum compensationis, & tomo 1. de *Religione*, tract. 2. lib. 2. cap. 33. num. 10. & tract. 3. lib. 4. cap. 20. numero 15. Vnde si existente legitima causa nolit superior dispensare, nisi commutatione facta, poterit sicè acceptare commutationem dispensatus, æquiuocatione retenta in mente; & postea non tenebitur commutationem implere.

Tandem obserua præceptum ieiunij negatiuum esse, quo imperatur non comedendum, nisi semel; non verò est affirmatiuum quo præcipiatur semel comedendum fore, alias contra mandatum ieiunij ageret qui nunquam in die comederet, quod falsissimum est, cum tunc perfectius ieiunium obseruaret. Docent Reginald. 1. tom. prax. lib. 4. num. 179. Basil. de Leon lib. 4. de *matrim.* cap. 8. num. 3. Salas de *legibus*, disp. 9. sect. 1. num. 12. Torr. de *iustit.* disput. 9. dub. 2. numer. 10. Vazq. 1. 2. quaest. 77. art. 6. num. 21. Angl. de Flor. in 4. quaest. 9. de *ieiunio*, difficult. 6. dub. 4. fol. 439. rectè dicens, non esse negatiuum simpliciter, sed in ordine ad integritatem Ecclesiastici ieiunij. Sicut præceptum de castitate seruanda est simpliciter negatiuum, at de virginitate est negatiuum in ordine ad integritatem carnis tuendam, qua semel sublata non est postea speciale seclus. Docet Villalob. tract. 23. difficult. 6. n. 6. Vnde Mont. 1. 2. tom. 2. quaest. 72. artic. 6. num. 50. dicens præcep-

tum ieiunij esse affirmatiuum consistens in omissione huius, quod est, semel tantum comedere, taliter quòd præceptum non violet qui nihil comedit, sed qui omittit hoc, quod est tantum semel comedere, id est, qui pluries comedit, minus attingit veritatem videri, quam si dixisset esse negatiuum, quòd per commissionem infringitur.

Ex quo fit, tantum illum peccaturum contra ieiunij præceptum qui secunda vice comedit, vel prima ultra horam, non qui tertia, vel quarta, &c. Nam estòd præceptum negatiuum sit, quia tamen indiuiduam habet materiam, semel transgressa non ulterius remanet materia quæ præcipiatur. Reginaldus lib. 4. numer. 179. Azor lib. 7. 1. tom. capite 9. quaestio 2. fin. & lib. 11. capite 20. quaestio 6. Filiucius 2. tom. tractat. 27. capite 1. numero 23. Veja 1. parte casu 6. §. *Colliger sexto*. Diana *resolut.* 53. Fagundes 4. præcept. lib. 1. capite 4. numero 5. Ludouicus de san Ioan. 1. part. summ. tractatu de *ieiunio*, articulo 12. fol. 695. Salas de *legibus*, disputatione 14. sectione 5. num. 67. Lessius lib. 4. capite 2. dub. 3. numero 15. cui non assentior, quatenus dicit per tertiam & alias comestiones committi veniale, quia secundariò sunt prohibita, & per illas magis receditur à fine intrinseco ieiunij. Quem sequitur Filiucius romo 2. tract. 27. numero 24. id reputans probabile. At hoc tantum probat fortè inueniendum peccatum contra temperantiam naturali iure obligantem, non contra positiuam legem ieiunij. Quamuis Lessio fauere videantur Nider 6. præcept. capite 7. Durand. in 4. distinctione 15. quaestione 11. numero 9. in fin. iniquenti comedentem pluries in die ieiunij licet nouam transgressionem non efficiat, posse procedere in transgressionem plus, vel minus: quod nec etiam verum est nisi fortè lædatur temperantia naturalis, à qua tunc sit maior, vel maior transgressio, non à præcepto positiuo ieiunij. Quod etiam docet Villalobos 1. tom. summ. tractatu 23. difficult. 6. num. 5. nullum, scilicet, inueniri ibi crimen veniale contra ieiunij præceptum.

Porrò semel tantum peccare qui pluries in die ieiunij comedit, solùmque peccatum inueniri in secunda comestione, docent Med. in summ. 3. præcept. fol. 90. Caietan. 1. 2. quaestione 147. articulo 8. & in summ. verbo *Ieiunium*, capite ultimo. Grassi lib. 2. capite 27. numero 38. Syluest. verb. *Ieiunium*, quaestione 8. dicto 4. & verb. *Votum*, 1. in fine. Ledesma 2. part. summ. tractatu 27. difficult. 4. Vega 1. parte capite 14. casu 9. Sa verb. *Ieiunium*, numero 13. Tolet. lib. 6. capite 3. numer. 5. Durand. in 4. distinctione 15. quaestione 11. numero 9. Tabien. numero 9. Valent. 3. tomo, disputatione 9. quaest. 2. punct. 3. folio 1940. Sancius in summ. lib. 4. capite 11. numero. 42. & 45. Armill. verb. *Ieiunium*, numero 14. & *Votum*, numero 27. loquens de illo qui vouit ieiunium. Henriquez lib. 7. capite 13. in commento, littera S. fine. Paludan. 4. distinctione 38. quaestione 3. articulo 4. numero 48. Ang. verb. *votum*, 3. fin. Palacios in 4. distinctione 38. disputatione 1. post 5. conclus. folio 839. Angl. de Flor. in 4. quaestione 9. articulo 2. diff. 1. 5. folio 438. Beja 1. part. decis. casu 45. fol. 208. Lopez 2. parte *instruat.* capit. 112. folio 711. Nauarr. capite 21. numero 14. Moure 1. parte capite 8. §. 2. num. 10. Nicua in summ. tit. 17. fol. 24.

Quicquid in contrarium censet Medin. Cod. de ieiunio, quæst. de numero refectioum in ieiunio, folio 137. Couarr. *variar.* libro 4. capite 2. numero 13. Montef. 1. 2. tomo 2. quæstione 73. articulo 2. quæstione 4. numero 47. dicens, quod quia præceptum ieiunij obligat ad comedendum semel tantum in die, qui pluries comedit, plu-

ries agit contra semel tantum, & consequenter plura numero peccata committit: quod intelligit Montef. si interrumpatur voluntas, vt. nec formaliter, nec virtualiter maneat. At vt iam diximus, cum hoc præceptum indiuiduatum habeat materiam, semel transgressa, non ulterius remanet materia quæ præcipitur.



## DISPUTATIO LV.

An Bullæ cruciatæ annus sit Ecclesiasticus, computandus videlicet à publicatione in publicationem: vel sit naturalis computandus, scilicet à certa die ad determinatam, v. g. à prima die Ianuarij vnus anni vsque ad primam diem Ianuarij, sequentis anni?

### SUMMARIUM.

- Quod annus naturalis denotetur in concessione Bullæ, censent plures Doctores, n. 1.
- ¶** Authoris iudicium, n. 2.
- Ratione probatur, num. 3.
- Obiectio aduersus Authoris iudicium & solutio, numero 4.
- Toto tempore quo durat moralis difficultas sumendi nouam Bullam ingenti aliquo oppido, non spirat Bulla antiqua, num. 5.
- Si tamen Bulla primo anno concederetur, quod alia non fuisset ante concessa, quamuis esset maxima difficultas eam accipiendi, non proderit ante realem sumptionem, num. 6.
- Virtute Bullæ antiquæ poterit quis absolui à casibus reservatis, & censuris, & illius vota commutari, & omnibus alijs gratijs frui, quandiu durat magna difficultas nouam sumendi, num. 7.
- Annus Bullæ computandus est à die publicationis factæ in quolibet oppido, nec sufficit, quod facta sit in Curia, num. 8.
- Adducitur casus notatione dignus, num. 9.
- Peregrini nullam certam sedem habentes coguntur accipere Bullas in primo oppido vbi inueniuntur tempore publicationis, dum annus naturalis præcedentis Bullæ sit iam elapsus, num. 10.
- Ad argumentum opposita sententiæ respondetur, numero 11.

part. tract. de Clauib. vbi de Bulla, cap. 6. §. His igitur premissis, fol. mihi 799. Et potest pro hac opinione vocari Sancius lib. 8. de matrim. disput. 15. num. 17. in medio. Potest item adduci Palac. in 4. distinct. 20. disput. 3. colum. 11. fol. mihi 413. dicens, Bullæ valorem non excedere sonum suorum verborum: at nomine anni vnus numerus 365. dierum comprehenditur solum, quia tempus incipiens ab aliqua die terminata computatur regulariter de momento ad momentum, vt expressè habetur leg. 3. §. Minorem, ff. de minor. Et alijs relatis docet Ant. Gomez leg. 70. Tauri num. 25. Et Sancius lib. 2. de matrim. disput. 24. num. 16. Et latè Tirapuell. de retract. lignag. §. 2. gloss. 11. à numero 17. Et Garcia 2. tom. de benef. parte 11. cap. 9. num. 7. Docet Ant. Gomez in explicatio. Bull. claus. 5. fol. 53. vbi dicit elapso anno Bullæ priuilegia ipsius expirare: quod si tamen ante lapsum anni alia publicetur Bulla, cessare præcedentem. Cum igitur Summ. Pontifex afferat se velle sumentes Bullam ea potiri per integrum annum à die publicationis inceptum, ut extendi non posse annum vltra numerum 365. dierum, alijs incertus terminus esset qui concederetur ad fruendum Bulla. Et hanc sententiam docuit sapienter Nicol. Garcia, quem super hanc rem consului.

### Authoris iudicium.



**V**M præcedenti tractatu de ieiunio, egerimus de priuilegio Bullæ Cruciatæ quoad esum carniæ & ouorum, ad praxim maxime vtile erit disputare; An tale Bullæ priuilegium finiatur rigorosè intra annum naturalem, vel extendi possit vsque ad nouæ Bullæ promulgationem? Quod annus naturalis denotetur in concessione Bullæ, docet Rodr. in explic. Bull. §. 5. num. 2. quem sequi videtur Veg. in sum. cap. 43. casu 10. cum dicat intentionem Pontificis esse Bullam per integrum annum continuari, & ob id non finiri Bullam præcedentis anni, quamuis alia promulgetur ante annum naturalem expleum. Docet Ludouic. Lopez 2. tom. instrum. in 2. Sanchez Selecta.

**A**nnus qui conceditur in Bulla intra quem illam sumentes ea potiri possint, more Ecclesiastico est computandus, videlicet à promulgatione vnus Bullæ in promulgationem alterius, Hanc docet Henriquez lib. 7. de indulg. cap. 20. num. 2. & in comment. lit. O. Vbi ait eam docuisse Doct. Moyam, Veram, Nauarr. iuniorem, & Saha-gan, & super hanc rem consuluisse viros doctos ex varijs Religionibus qui secum consenserunt. Docet Villalobos in summ. 1. tomo, tract. 27. claus. 4. numer. 8. Quia hanc esse piam Pontificis intentionem est cogitandum. Et sicut præcepta confitendi crimina, & Eucharistiam sumendi vrgent quolibet anno, vt constat ex cap. Omnis vtriusque se-

3. *mi*, de pœnitent. & remiss. & tamen adimplentur mandata quamuis Pascha sequentis anni occurrat ultra 365. dies præteriti anni: eadem utriusque ratione, imò vrgentiori annus Bullæ more Ecclesiastico erit computandus, cum Bulla sit in fauorem Fidelium concessa, & præcepta consistendi peccata, & Eucharistiam sumendi velut pœnam esse reputentur & onus, fauores verò fore ampliandus & restringenda odia ab omnibus conclamatur ex regul. iur. in 6. *odia sunt restringenda, &c.*

Præterea in praxi securissimam esse huiusmodi opinionem minimè iam dubitò, (quidquid esset de speculatione.) Nam iam consuetudinem introductam esse apud fideles Bulla præcedenti frui vsque ad nouæ promulgationem conspicimur, nec hoc agere metuunt, nisi fortè aliqui Docti qui zelo speculationis ducti annum de momento ad momentum computant. Et quamuis verum sit consuetudinem ignoranter introductum vim legis non acquirere, vt diximus disput. 54. num. 33. & disput. 51. num. 19. hoc tantum locum habet in illis quæ nociua sunt consuetudinem acquirantibus, non tamen in sibi proficuis, dum Legislatores cognoscit talem consuetudinem esse introductam, & tamen eam non remouet, sed consentit. At consuetudinem esse, Bullam præteritam continuari vsque ad alterius promulgationem, & si demus summum Pontificem ignorare, illius esse conscium, Bullæ Commissarium Generalem, in dubium verti nequit, quod satis est ad consensum sufficientem præstandum consuetudini, cum ipsi Commissario à Summo Pontifice concessa sit vniuersa facultas rerum ad Bullam attinentium, siue ad ipsius explicationem.

Nec reputandum est fore aliquod nocentium Pontifici, aut Hispaniarum Regi, ex eo quòd per aliquos paucos dies Bulla præterita extendatur ultra dies 365. Imò sequitur profectus, Pontifici sanè, quia sic gregem sibi commissum indulgentiarum & fauorem spiritualium diuitias impartitur, quod procurare semper decet, maxime Summ. Pontificem. Regi etiam Hispaniarum comodum accrescit, nam sic suauis se gerit cum fidelibus Bullam sumentibus, & concedens est sic cum eis se gerere, cum ipsi parati sint nouam Bullam accipere dum publicetur; quod si post 365. dies promulgatur, Regi imputandum erit & non illis. Cum igitur nocentium Pontifici & Regi non accrescat ob extensionem Bullæ, & alijs cognoscant extendi & tacent, consentite videntur, ex regul. iur. in 6. *Qui tacet, &c.*

4. Nec obstat aduersus nostram opinionem ex ea inferri quòd si promulgetur Bulla sequens ante finitum annum naturalem præterita, non possent fideles præterita Bulla frui, cum dictum sit, de publicatione ad publicationem, & non vltius prodesse Bullam. Non inquam obstat hoc, quia annus Ecclesiasticus non introducit à Summ. Pont. & Doctores ad destruendum annum naturalem, sed potius ad ei fauendum, & supplendum aliquos dies qui ex anno naturali fuerint elapsi: si enim publicatio Bullæ noceret anno naturali præterita Bullæ, potius esset odiosa fidelibus sequentis Bullæ promulgatio quàm fauorabilis: vnde anni Ecclesiastici computatio solum locum habet post lapsum naturalis anni, & non ante.

Vnde displicet doctrina Antonij. Gomez in explicatione Bull. claus. 5. num. 1. folio 53. & Villalobos in summ. 1. tom. tractatu 27. clausul. 4. numero 10. admittentium argumento id quòd probare intendebat, videlicet vim Bullæ præcedentis spirare adueniente promulgatione sequentis, quamuis annus naturalis Bullæ antecedentis nondum elapsus fuerit, quibus merito aduersantur Rodriguez in explicatione Bullæ, §. numero 2. & Vega in summ. cap. 43. casu 10.

Nec obstat præceptum communionis obligare de Paschate in Pascha quamuis naturalis annus non sit elapsus: nam id opus fuit determinari vt certus terminus omnibus fidelibus designaretur ad sacram synaxim suscipiendam, & vt facilius esset parochis rationem lumere de omnium fidelium communionibus. Nam si sola ratio anni naturalis ad communionem cuiuscumque fidelis esset attendenda, serè singuli singulis diebus tenerentur communicare, quòd maximum onus esset parochis. At Bulla cum priuilegium sit cuiuscumque fideli, eius arbitrio relinquatur quocumque die illam sumere.

Nec solum à promulgatione vnius Bullæ vsque ad alterius promulgationem prodesse Bullam reor, sed etiam non spirare præcedentem Bullam per octo dies post alterius promulgationem in ingenti aliqua vrbe vel oppido; vbi moraliter est impossibile omnes in ipso die publicationis nouam Bullam accipere, vt docet Henriquez libro 7. de indulgentijs, capite 10. numero 2. in comment. lit. O. Villalobos in summa 1. tomo, tractatu 27. clausula 4. numero 8. Diana de Bulla, resolutione 92. Quòd intelligo, si per omnes octo dies duraret difficultas illam accipiendi, aut si ex malitia distribuens Bullas, aut ex incuria nollet eas impertiri: in his namque euentibus præsumitur intentionem Pontificis esse Bullas non spirare. Imò si ultra octo dies non cesseret difficultas Bullam accipiendi, priuilegium præterita Bullæ non cessabit vsque dum cesseret difficultas nouam sumendi.

6. Si tamen Bulla primo anno concederetur, quòd alia ante non fuisset concessa, quamuis promulgetur in ingenti vrbe & adesset maxima difficultas eam accipiendi, non poterunt fideles ante tealem sumptionem illius Bullæ priuilegijs frui, quia cum in eo casu non fuerit alia Bulla præcedens quæ extendi possit, sequeretur fideles vti Bulla ante realem sumptionem cum sola intentione accipiendi; quòd tamen falsum esse docent Rodriguez in explicatione Bullæ, §. 5. numero 2. Antonius Gomez in explicatione Bullæ, clausula 5. numero 1. folio 53.

7. Ex dictis inferitur posse fidelem absolui à casibus reseruatis & censuris, & illius vota commutari, & omnibus alijs gratijs frui, virtute Bullæ præcedentis, quamuis annus naturalis iam sit elapsus, dum Bulla sequens non sit promulgata; aut si sit, adsit tamen ingens difficultas eam accipiendi ob numerositatem populi vel ob malitiam, aut incuriam Bullas distribuens, cum dictum sit iam, Bullam præcedentem extendi per aliquot dies post publicationem alterius, dum adsit difficultas eam accipiendi.

3. Nec publicatio Bullæ, vt annus naturalis siue ecclesiasticus computetur, desumenda est à die publicationis factæ in curia, sicut contingit in legum publicatione, sed à die publicationis factæ in quolibet oppido, vt constat ex verbis Bullæ, ibi: *Item, concede su Santidad a todos los susodichos, &c. que durante el dicho año, que corre desde el dia de la publicacion desta Bulla en cada lugar.* & docent Rodriguez in *explicatione Bullæ*, §. 5. num. 3. Vega summ. cap. 43. casu 9. Henriquez lib. 17. de *indulgent.* cap. 20. num. 2. Villalob. 1. tom. summ. tract. 27. clausul. 4. num. 7.

9. Nec computanda erit publicatio Bullæ à die promulgationis factæ in oppido vbi quis accepit Bullam, sed à die promulgationis factæ in oppido vbi inuenitur quando sequens Bulla promulgatur: vnde accipiens Bullam Martiri primo die Aduentus, & abiens Hispali vbi non promulgatur Bulla sequentis anni, nisi primo die Ianuarij, fruitur Bulla quam accepit Martiri vsque ad primam diem Ianuarij, quamvis sciat nouam Bullam promulgatam iam esse Martiri, cum æquum non sit fidelem cogi ad redeundum Martirium, vt accipiat Bullam, nec priuari tanto bono

per spatium vnus mensis absque culpa sua: & hanc esse voluntatem Pontificis præsumendum est, sicut præsumitur annum extendi vsque ad nouam promulgationem: & cum ille Hispali residens incola iam sit talis oppidi, sibi computanda erit promulgatio Bullæ in eo tempore, in quo cæteris Hispali habitantibus computatur.

Peregrini verò nullam certam sedem habentes, cum expectare non possint fixas promulgationes Bullæ, coguntur accipere Bullas in primo oppido vbi inueniuntur tempore publicationis, dum annus naturalis præcedentis Bullæ sit iam elapsus, aliàs possent peregrini frui vna Bulla per annum & dimidium, retardantes acceptionem de vno in alium populum, & de illo in alium, in quo tardius sit promulgatio.

Ad argumentum pro prima opinione liquet ex dictis, non semper computari annum de momento ad momentum in illis rebus, in quibus varietas opinionum versatur: & cognoscens Pontifex diuersitatem, non contradicit, sed potius virtualiter consentit.

\*.\*



## DISPUTATIO LVI.

An existentibus solum signis dubiis impotentia possit declarari matrimonium esse nullum, non expectata triennali experientia? Et quomodo dubia impotentia probari debeat iuridicè?

2. **R**EMITTENDUM ad disputationis elucidationem, quænam sint dubia signa impotentia naturalis, quomodoque probentur, vt inde index cognoscere valeat ex probationibus pro coniugibus oblati, adsintne signa dubia vel non, quibus datis in dubium vertitur, nam sit dissoluendum matrimonium vel minus. Quod tractasse Thomam Sanchez vellem: cum enim lib. 7. disput. 107. num. 2. quædam dari signa euidencia impotentia asseruisset, videlicet virile omnino amputatum esse, vt num. 5. aut vtrumque testiculum, vt num. 9. vel aridum penitus esse, vt num. 6. aut quòd femina omnimodè arcta sit, vt numer. 7. vel si vir ab alio matrimonio sit ratione frigiditatis per sententiam separatus, vt numer. 8. non explicuit quænam sint verisimiliter euidencia, & quænam dubia, ac præsumptiua probantia. Imò inter hæc duo signorum genera inaniter præmittitur distinctio, quòd enim euidens signum impotentia non reperitur, dubiam impotentiam declarat, namque esse minus vel plus dubiam, dubia impotentia metas non transcendit.

Primum igitur signum est genitalia viri, vel femina depilata esse, pubertatis anno elapso, (qui in feminis duodecimum esse, in viris verò quartum decimum, concors est vtriusque iuris sententia.) Cum enim pili medio calore pullulent, fit ibi nimiam frigiditatem vigere, vbi pilorum inopia reperitur: at calorem necessarium

Sanchez Selecta.

protus esse ad membri erectionem, & seminis emissionem nemini in dubium verti poterit. Ob id ad dignoscendum, num impotentia naturalis sit, vel accidentalis, seu morborum, in qua perfundit calidâ virile, docet medicorum turba (quâuis reclamatione pauci) qua si non erigatur, vitio temporali impotentia laborare decernunt periti. Quapropter ante pubertatis annum inualide contrahi matrimonium plura stabiliunt iura; in femina caput, *cominebatur*, de dispensat. impub. In viro autem caput *attestationis*, & caput *ex litteris*, eodem tit. caput *puberes*, de dispensatione impubetum, nixa solum quòd tunc potens ad copulam iudicatur coniux, cum genitalia pubescunt, id est pilis seu lanugine teguntur, indeque pubertas à pubescendo deriuatur. *Pubescere* verò idem esse ac lanuginem emittere, Hispanè, *comencar à barbar*, ait Calepinus, verb. *pubesco*, cui Virgil. consonans 3. *Aneid.* dixit:

*Et nunc equali tecum pubesceret auro.*

Quibus consentiunt Colum. lib. 4. & Cicero 1. offic. & pro Rabirio: *Nemo pubes tunc fuit quin arma ceperit*, Sallust. *Puberes omnes interfici iubet*, Cæsar. §. bell. Gall. *Hoc mare Gallorum est initium belli, quo lege communi omnes puberes armati conuenire coguntur.* Quod idemque docet caput *puberes*, de dispensat. impubetum, dicens *puberes à pube esse vocatos, id est à pudencia*, quia hæc loca primò lanuginem ducunt. Docet Gabriel Alfonsus lib. 2. de sterilitate, capite 8. sic rectè in-

quiens : *At ubi propter imentè frigidam testimè intemperatam consiendū seminis actio abolita est, a testimè frigido sensu nullaque venereorum cupiditate deprehenditur. Natium hoc esse intemperamentum ostendunt menti, peccinis ac alarum glabrities, & viri effeminate natura, eunuchorum natura persimilis. At hi quidem, teste Galeno, 1. de sim. cap. 15. depiles non modo in mento, sed toto etiam corpore euadunt, paruas venas habent, nulla venereorum libidine afficiuntur, frigescent, altero scilicet caloris fonte privati, omnique his corporis robur collabitur, perinde ac si senes fuerint, nec vene lata, nec sanguis floridus est, arteria parua, & imbecilliter sicut in senibus pulsant.* Docet idem Hucherus de sterilitate utriusque sexus, lib. 1. de sterilitate virili, fol. 41. qui secundum signum impotentiae constituit, sic inquit.

3. Frigidæ naturæ huiusmodi sunt signa : *Cutis frigida, rugosa, male colorata, pauci rarique pili & leues, tarda vel nulla erectio, deficiente calore & flatu. Idem dicere constringitur Petrus Garcia de loci affectis, disput. 74. cap. 2. ubi agens de fecunditate seminis, causas oppositas illis quas retulimus, refert. Quas & alias elegenter satis congesit Arist. lib. 2. de generat. animalium, cap. 2. inquit : Natura locis ad coitum commodis obfessa sterile & mulieres, & viri redduntur, ut altera non pubescant, alteri non barbescant, sed spudonum similes sint. Alijs in processu ætatis idem accidit affectus propter corporis nutritionem pleniorē, mulieribus enim pinguioribus facilis virisque corpore valde obfessis excrementum seminale in corpus absorbitur, itaque fit ut illis menstrua desint, his genitura. Aut id accidit ex morbo cum a viris semen humidum, & frigidum emittitur, mulieribus vero purgationes vitiantur, & copia morbosorum excrementorum adest, que vitia parim curabilia sunt, parim incurabilia : sed maxime sterile tunc perseverant, cum primo a natura ornatae fuerint, gignunt enim & mulieres viragines, & viri feminales, alteris menstrua desunt, alteris feminæ exile frigidumque est.* Docent Doctores num. 7. allegandi.

4. Deinde membrum virile durum esse, & callosum, signum impotentiae dari, tradunt Doctores : nam esto demus caput, & cor calorem mittere ad testes ad profuxum seminis, dicitur & callosa pudendi qualitas obfistit, nequaquam permittens semen fluere. Ob quod hi obnoxios esse putrefactionibus tradunt absque discordia Doctores, docentque num. 7. vocandi.

5. Rursus medicamina non profuisse impotentibus, dum ei mederi sunt conati, præcipuum signum est impotentiae naturalis ; medicinis namque morbosa impotentia curatur proflus, vel ex parte saltemve immutatio sentitur, quæ sanè si absint, morbum non, sed naturalem impotentiam adesse, fit mortaliter manifestum. Quænam verò dentur medicamina ad impotentiae curationem, nostro instituto non venit examinandum, de illis instituit integrum librum Gabriel Alfonso de sterilitate utriusque sexus curatione, alii Hucherus de sterilitate, congeritque plura Mercado lib. de affectione mulierum. Agiturque Galenus, Avicenna & alij late. Catharidarum medicamen maximè veneream excitatam reddere conveniunt periti, non tamen omnibus placet eo utendum fore, ne ob nimiam adiuventatam plus iusto fiat seminis profusus. Docent Doctores num. sequenti adducendi.

6. Ulterius ignaviam siue torporem genitalium

signum esse impotentiae naturalis consentiunt Doctores. Cum enim ad penetrandum vas opus proflus sit virile membrum arrigi, & per tempus in erectione perseverare, sit ipsum ineptum esse ad vasis penetrationem, laxitudine intercedente siue ignavia. Docet Gabriel Alfonso de sterilitate, lib. 3. capit. 3. sic rectè inquit : *Rem veneram, prout ipsa proles generatio postulat, vir perficere nequit, cum huic operi idonea erectione eius pudendum minime gaudet. Quo sanè vitio generalium ignavia nuncupato uno è duobus modis vitio afficitur. Aut enim valide erigi non valet, aut etiam si probe uno fiat, ab hac tamen tumefactione antequam coitus perficiatur, desistit, quia videlicet ocyus quam par sit semen emittat.* Docet item Hucherus de sterilitate virili, lib. 1. de morbis penis, fol. 70. sic inquit. *Mollities penis cum erigi, distendi, inflammarique nullo modo, aut perbreve spatio possit, quando ex ideophænia laborat, symptoma est, nempe abolita erectio, & coeundi impotencia nata ex in temperie plus satis frigida, &c.* Docet Ioan. Michaelis in practica tract. 6. cap. 20. rubrica 2. Mercurialis in practica, pluribus in locis, Philonius quoque in practica, ubi de duritie partium, & docet Holerius in praxi, passim Petrus Paulus Pereda in praxi, super Paschaliū in methodo curandi multis in locis, ubi de frigitate partium.

Alia signa à Doctoribus referuntur, vniuersa tamen ad prædicta redacta esse est arbitrandum.

7. Non posse autem dissolui matrimonium, ex signis dubiis suaderi videtur ex cap. *laudabilem*, de frigidis, & maleficiis, ubi inquitenti quantum tempus indulgendum sit naturaliter frigidis ad experientiam copulæ nuptialis, Celestinus III. sic dignatur respondere : *Nos vero in præfati consultatione semimus, ut à tempore celebrati coniugij, (hoc est intentatæ copulæ, ut explicat Gloffa ibi, ex cap. requisisti 33. quaest. 1. & Doctores per Sanchez allati lib. 7. de matrim. disput. 110. num. 4. & 5.) si frigiditas prius probari non possit, eobaberent per triennium ; quasi dicat Pontifex, cum ex signis dubiis deduci nequeat frigiditatem seu impotentiam naturalem esse, experientiae auxilio duximus id declarandum, ne videlicet per totius vitæ cursum absque carnali opere cogantur coniuges perseverare, & illorum intentionem, dum contraxerunt, defraudari. Quod idem decernitur in cap. *littera*, eodem tit. Quocirca mandamus, quatenus si ista est, & consiterit vobis, præfatum virum, & mulierem intra prædictos octo annos per continuam triennium infirmam habitasse, &c. Per continuum, inquam, triennium, non mathematicè continuum, quia id moraliter impossibile esset, sed per maiorem partem cuiuslibet anni, ita ut moraliter dicatur per triennij circiculum copulæ infudasse, ut rectè admonet prædictus Sanchez supra, disput. 111. n. 6. Idem stabiliri in authentica de nuptiis, collatio. 4. cap. 6. §. per occasionem. Non enim biennium numerari saltem ex ipso tempore copulationis, sed triennium volumus.*

### Authoris iudicium.

8. Existentibus solum dubiis impotentiae signis & melius iuridicè probatis potest dissolui matrimonium, non expectata triennij experientia. Nam caput *laudabilem*, de frigidis, & maleficiis, expectandum esse triennium stabiliri, si frigiditas prius probari

probari non possit : si ergo coniux illam adesse, melius probet, sit dissoluendum esse matrimonij contractum ante triennium. Nec enim tunc solum probari impotentiam erit cogitandum, dum signa euidentia illius adducuntur, videlicet quod membrum virile sit omnino siccum, vel abscissum, aut vterque testiculus, aut quod femina profus arcta sit, vel denique per aliam sententiam sit ob impotentiam matrimonium dissolutum, & postmodum signa aduenientis potentia non sint ostensa iuxta dicta, num. 2. (sic enim limitare opus erat Sancio.) Sicut enim cum duo contendunt in iudicio aliquam rem sibi deberi, iudex melius probanti, licet non euidenter mathematicè, illam teneatur adiudicare, vt docet Sanchez in summ. lib. 1. cap. 9. numer. 45. Vazque opus. de restit. cap. 6. §. 3. num. 76. & 86. Ledelma 2. tom. summ. cap. 22. post conclus. 1. 1. Villalobos in summ. 1. tom. difficult. 15. num. 3. tractat. 1. Garcia 2. tom. de beneficio. part. 11. cap. 5. numer. 361. vt diximus in nostris selectis, disp. 44. num. 51. & disp. 43. num. 49. in fine; pariter coniuge melius probati impotentiam constrictus erit iudex illicd matrimonium nullum fuisse declarare. Nec matrimonij naturam vltra probationem meliorem oblatam à coniuge, postulare triennij experientiam, erit iudicandum, nisi voluntariè; aut assignent, quæso, aduersarij discrimen. Casu namque quo non probetur impotentia, expectandum fore triennij lapsum, per ius est decretum : sit ergo probata ea, expectandum non esse, nisi velit quis absque fundamento probationem non appellare, nisi eam quæ demonstratiuè & mathematicè conuincat. Quo sane admissio plurimæ litigandi actiones defraudarentur, cum raro eueniat, ius vnus partis adeo manifestum esse, quin oppositæ actio probabilitatis specimen gerat, & frequenter æqualia dari inter litigantes iura, mente concipiunt iudices. Quæ si manifesta forent, inueniri non possent, cum duas actiones oppositas, & manifestè conuincentes, circa eandem rem dari à parte rei repugnet.

9. Præterea, caput illud *laudabilem*, expectandum fore triennij cursum decernit, si frigiditas prius probari non possit, & non dixit, *si impotentia*, eo quod estd impotentia probari passet per signa illa euidentia addacta num. 1. videlicet quod membrum sit abscissum, aut vterque testiculus, &c. Frigiditas verò illis signis conuinci non queat: euenire namque potest virum maximo calore polentem abscissum habere virile, vel vtroque testiculo esse spoliatum. Cum ergo de probatione frigiditatis & non impotentia (quæ quid superius est ad illam lalius patet) mentionem gerat textus, ob idque titulus de frigidis & maleficiatis sit inscriptus, non verò de alio modo euidenter impotentibus : sit ipsam solum exposcere signa, quibus frigiditas probari queat; cumque hæc signa vt plurimum dubia sint (nam manifestum non reperio aliud quàm quod virile penitus siccum sit) ipsis intercedentibus solum, matrimonium nullum esse debet declarari.

10. Nec debet cogitare textum *laudabilem*, sensisse, aliquando euidentem fore, virum omnino siccum habentem virile, & vtroque orbatum testiculo, matrimonium celebrasse : quifnam sanæ mentis his insectis calamitatibus audax inueniretur ad contrahendum? Id namque incredibile esse Lucius III. in cap. *Consultationi*, de frigid.

& malefic. asseruit. Cum enim ab eo rogaretur, num contrahens scienter cum impotentia ad copulam, ab ea non sit separandus? *Taliter respondeo*, inquit, *quod licet incredibile videatur quod aliquis cum talibus contrahat matrimonium, vt sorores tamen cogantur feminas habere*; quod explicuit Gloss. ibi verb. *Incredibile*: *Quia conditionem corporis suscipiens, non contraheret de leui*. Et quamuis in hoc euentu manifestæ impotentia possit reperiri matrimonij celebratio, qualiter tamen in prædicto casu sit cum coniugibus agendum, decernitur per dictum text. *Consultationi*, videlicet, quod vt sorores illas cogantur habere. Non ergo ius in cap. *Laudabilem*, loqui oportebat iterum de contrahentibus cum signis euidentibus impotentia: supponit ergo, solum celebrandum esse matrimonium ab habente dubiam potentiam, & in hoc tantum casu, inquit, expectandam esse triennij periodum, nisi prius frigiditas probari possit: at frigiditas probari non valet nisi per signa dubia: nam abscissum esse virile aut penitus siccum, non congruit textus menti, cum de illo non loquatur: sit ergo iuxta textum signa tantum dubia proficere ad dissoluendum matrimonium.

Nec obstat in textus summario hæc dictata inueniri verba: *Si de impotentia coeundi constet, statim matrimonium separatur*. Est enim familiare iurium Doctoribus id constans appellare, quod potioribus probationibus fulcitur; hoc est, quod moraliter solum certum est. Cum enim melius probanti res debeat adiudicari, idem quoad effectum reputatur partem melius probasse, ac constanter conuicisse.

Hanc nostram sententiam docent expressè Innocent. de frigid. cap. 2. numer. 1. vers. *Tertia pars*, Alexand. de Neuo cap. *Laudabilem*, num. 17. casu 3. ad finem, eodem tit. & in cap. 1. numer. 13. de frigid. Vbi etiam id videtur docere Abbas numer. 5. docet Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 109. num. 16. Basil. de Leon lib. 7. de matrim. cap. 66. num. 2. & sequent. Reginald. 2. tom. prax. lib. 3. num. 86. Ochagauia de sacrament. tractat. 3. quest. 7. numero 7. Henriquez summ. lib. 12. cap. 7. num. 1. in fine.

Quo fit, argumentum in oppositum vim minimam habere. Non enim Pontifex auxilio experientia triennalis se iuuare sanxit, dum signa impotentia melius probat prætentum sibi ius, quàm probet pars opposita: sed cum coniux se potentem esse probauit melius, tunc sanè opus erit triennij cursum elabi.

Et licet melius probanti impotentiam sit ius statim dissoluendi matrimonij concedendum, non tamen melius probanti potentiam, permanendi semper in matrimonio tribuitur facultas, sed per triennium expectandum solum. Nam sicut cum dissolutio sit matrimonij, non sic absolute dissoluitur, quin dissolutio corrigatur, si constet deinceps, siue intra triennium, siue vltra, potentiam adfuisse naturaliter, vt decernitur in cap. *Fraternitatis*, de frigid. & malefic. & cap. *Acceptisli*, eodem tit. cum sententia contra matrimonium lata non transeat in rem iudicatam, cap. *Latorem*, de re iudic. & cap. *Consanguinei*, cap. *si vxor*, ff. de adulter. §. *Iudex*, & §. *Ultimo*, & docet Sanchez lib. 7. de matrim. disput. 100. num. 1. pluribus allegatis, vt illi est mos; si inquam constet potentiam aduenisse naturaliter; nam si miraculose con-

cedatur, dissolutioni factæ non nocebit, vt ait Sanchez lib. 7. de *matrim.* disput. 93. num. 8. & decernitur in cap. *Fraternitatis*, adducto, & ibi Henricus num. 12. Soto in 4. distinct. 34. quæst. vnica, art. 2. col. 7. Angles de floribus 1. part. vbi de *matrim.* quæst. 8. art. 1. dub. 7. Lopez 2. part. *instructor.* vbi de *matrim.* cap. 52. col. 5. vers. *Ex quo secundò*, Petr. de Ledesma de *matrim.* quæst. 58. artic. 2. paulò ante primum dubium, Cañedo in summ. vbi de *matrim.* cap. 5. numer. 34. Sicut ergo dissolutio corrigitur, dum de errore constiterit, æquum quoque erat probanti melius inhaerere sibi potentiam, non absolute facultatem semper permanendi in matrimonio tradi, sed ad tempus, triennij videlicet. Inò hic potioris inuenitur conditionis, cum ipsi sit fas per triennium cum dubia potentia in matrimonio persistere: at qui separatus est ob impotentiam, statim redire cogitur ad matrimonium, siue intra vnum mensem, aut infra, se consequutum fuisse impotentiam agnoscat.

15. Nec solum nostram sententiam veram esse erit arbitrandum, cum fœmina in matrimonium ducta virgo perseuerat, & statim post vnum aut duos menses proclamata, sed etiam respectu corruptæ quocunque tempore proclamantis in quo deceptus est Sanchez lib. 7. de *matrim.* disput. 109. n. 16. Nam et si cap. *Accepisti*, de *frigid.* & *males.* distingnat inter fœminam illicò proclamantem, & hanc inquit audiendam fore, & statim dissoluedum matrimonium probata impotentia, & fœminam post annum & dimidium reclamantem & impotentiam allegantem, oppositum affirmante marito, cui fidem non ita adhibendam statuit, non inquam idèò distinxit, quòd fœmina post annum & dimidium reclamans audienda non sit, si probare possit viri impotentiam probationibus eisdem ac illa quæ post vnum aut duos menses reclamauit: non enim in pœnam non proclamationis cogi oportebat fœminam matrimonij inualidi partes fouere, cum naturali iuri obstit, illos coniunctos perseuerare, qui ad coniungendum se carnaliter inepti sunt redditi. Non enim temporis tractu matrimonium irritum firmatur, sic Hostiensis cap. fin. de *frigid.* paulò post principium, verb. *Otto annos*, & ibi Ioan. And. numer. 1. Abbas numer. 2. Anchar. numer. 1. Alexand. de Neuo ibi in principio, num. 2. Præpositus num. 3. Solum ergo discrimen versari putandum, quòd fœminæ post annum & dimidium proclamanti & affirmanti impotentiam fides non adhibetur, oppositum testante marito, audietur tamen si virum suum impotentem esse probare obtulerit, vnde probandi onus fœminæ tunc ascribitur: at si ipsa post vnum, vel duos menses clamores tulerit, onus probandi potentiam marito erit adiungendum. Vnde Sancio dicta disput. 109. num. 14. non consentio, inquit

ti fœminam non clamantem statim, non audiendam esse donec triennij spatium fluxerit: idq; decerni in cap. 1. de *frigid.* censet: at audiendam esse tranfacto triennio, quamuis proclamantem post multos annos, idque sanciri in cap. fin. & *Fraternitatis*, de *frigid.* ait. Aequalibus namque probationibus in vtroque casu intercedentibus, aut vtræque dissoluendi matrimonij ansam præstabunt, aut nec vna nec alia. Cum ergo statim proclamante fœmina & probationibus interuenientibus matrimonium declarari nullum, oportet; pariter, licet reclamatio longè post interponatur, nec æquum erit viam dissoluendi matrimonij inualidi occludere. Quapropter lex 17. tit. 2. part. 4. vers. *la 12.* id decernens, quod in dicto cap. *Accepisti*, sancitur, iuxta præfaram doctrinam erit intelligenda.

16. Probari autem impotentiam dubiam Medicorum declarationibus, nec alia via melius, nullum sanæ mentis in dubium reuocauit; iudicium namque cuiuscunque rei ad in ea peritos oportebit remittere. Vnde quando Gloss. in cap. *Laudabilem*, ait, idem esse impotentiam probari per rectorum iudicium ac per testes, vel aspectum corporis, nomine testium Medicos intelligi oportebit; nam ceteri quantumcunque impotentem contemplantur, nequaquam impotentiam percipiunt. Quando verò Glossa asseruit, a fœmina posse viri impotentiam probari per testes, aut corporis visum, sic est intelligendum, quòd videlicet hæc possit duplici incedere via; vel cogendo maritum permittere se à testibus, hoc est Medicis, inspicere, permittendo se ipsam per marronas contemplari, siue virgo vel non: vnde à testibus sumenda est probatio impotentia: viri in seipso inspecto; à visu verò sumenda est probatio impotentia: viri in fœmina inspecta, & cum integritate inuenta. Hocque valde notandum, nunquam enim taliter sic expositum inueni.

17. Hinc liquet dissoluendum esse matrimonium in nostro casu non expectata triennij experientia. Quia ex relatione Medicorum vir signa dubia habet impotentia, qualis est verendarum partium depilatio, vt num. 2. ignauia, seu torpor ad erectionem, vt num. 3. & pudendi durities & callositas, vt num. 4. & ei medicamina ad horum defectum curationem adhibita non profuisse, vt n. 5. (quod inter vniuersa præcipuum signum est) ex Medicorum arte statione sit manifestum, & partis contrariæ confessione. Quam impotentiam melius inueniri probatam actis constat. Quòd si partium probationes aequales essent, matrimonio fauendum foret, expectando triennium, nam in æquè dubiis possidenti fauendum est per cap. *ex litteris*: *Quod si ambarum partium testes sunt æquè idonei, possessoris testes preferuntur.*

# INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ

*In quo pro Predicatoribus aliqua loca apprime exponuntur.*

## *Ex Genesi.*

- P**ROPTER hanc relinquet homo patrem & matrem, disputatione. 6. num. 5.
6. Videns autem Deus quod multa malitia hominum esset in terra, disp. 5. n. 7.
11. Faciamus turrim, cuius culmen pertingat ad cœlum, disp. 5. num. 1.

## *Ex libris Regum.*

3. Regum cap. 19. Et ambulavit in fortitudine cibi illius vsque ad montem Dei, disp. 23. numero 43.

## *Ex Job.*

1. Surrexit Iob, scidit vestimenta sua, & tonso capite adoravit, disputatione 4. numero 10.

## *Ex Psalmis.*

- Psal. 9.* Laudatur peccator in desideriis animæ suæ, disp. 5. num. 12.
118. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas, propter retributionem, disp. 5. num. 12. & disp. 22. num. 8. & disp. 24. numero 11.
2. Reges eos in vitæ ferrea, disput. 9. numero 12.
82. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum, Domine, disputatione 9. numero 12. & disputat. 2. numero 6. & disp. 4. numero 11.
118. Bonum mihi, quia humiliasti me, vt discam iustificationes tuas, disputatione 9. numero 12.
35. Noluit intelligere vt bene ageret, disput. 15. num. 12.
18. Cœli enarrant gloriam Dei, disput. 19. numero 9.
103. Panis cor hominis confirmat, disputat. 23. num. 43.
13. Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor, disp. 31. num. 3.
61. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere, disp. 33. num. 26.
118. Pax multa diligentibus Deum, & non est illis scandalum, disp. 46. num. 11.

4. Irascimini & nolite peccare, disputatione 2. num. 2.
67. Lætabitur iustus cum viderit vincam, disp. 2. num. 11.
78. Vindica sanguinem Sanctorum tuorum, qui effusus est, disp. 2. num. 11.
71. Zelauit super iniquos pacem peccatorum videns, disp. 3. num. 9.
118. Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi, disp. 3. num. 10.
37. Et qui inquirebant mala mihi, loquuti sunt vanitates, disputatione 46. numero 3. & 32.
- Quoniam in te Domine speraui, tu exaudies me, disputatione 46. numero 3. & 32.
18. Ab occultis meis munda me Domine, &c. disp. 1. num. 19.

## *Ex Prouerbis.*

26. Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sapiens sibi videatur, disputatione 46. numero 7.
- Non respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne similis ei efficiaris, disputatione 46. numero 7.

## *Ex Ecclesiaste.*

9. Nescit homo vtrum amore, an odio dignus sit, disp. 41. num. 18.
- Noli esse iustus multum, disputatione 40. numero 9.
- Addere scientiam est addere laborem, disp. 29. num. 7.

## *Ex Canticis.*

2. Flos campi, lilium conuallium, disputat. 5. num. 3.

## *Ex Sapientia.*

14. Creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in temptationem, disputat. 10. num. 1.

## *Ex Ecclesiastico.*

43. Benedicentes Deum, exaltate illum quantum potestis, &c. disputat. 40. numero 9. in fine.

# Index locorum

3. Congregationi pauperum affabilem te facio, disp. 4. num. 2.
7. Filia tibi sunt, serua corpus eorum, disput. 4. num. 4.
41. Curam habe de bono nomine, disputat. 46. num. 9.
3. Altiora te ne quaeritis, &c. disputatione 3. num. 3.
27. Ante sermonem non laudes virum, disput. 5. num. 12.
11. Ante mortem ne laudes aliquem, disput. 5. num. 12.
3. Qui amat periculum, in illo peribit, disp. 10. num. 8.
34. Panis egentium vita pauperum est, qui defraudat illum, homo sanguinis est, disput. 23. num. 31.
20. Multos occidit tristitia, & non est utilitas in illa, disput. 4. num. 10.
19. Qui cito credit, leuis est corde, disputat. 19. num. 3.

## Ex Isaia.

3. Auferet à Ierusalem sapientem, &c. disp. 44. num. 66.
14. In caelum conscendam, & super Astra Dei exaltabo solium meum, disputatione 5. numero 1.
45. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, disput. 23. num. 49.

## Ex Ieremia.

8. A minimo vsque ad maximum omnes avaritiam sequuntur, disputatione 5. numero 1.
5. Percussisti eos, nec doluerunt; attriuisi eos, & noluerunt accipere, disputatione 4. numero 5.

## Ex Ezechiele.

18. Deus ego sum, disput. 5. num. 1.
9. Mea est vitio, & ego retribuam, disput. 46. num. 5. & 32.

## Ex Osea.

1. Misericordiam volo, & non sacrificium, disput. 8. num. 11.

## Ex Michaa.

7. Perit sanctus de terra, & rectus in hominibus non est disput. 5. num. 1.

## Ex Zacharia.

9. Quid enim bonum eius, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum? disput. 23. num. 30.

## Ex Matthaeo.

6. Quis, inquit homo, me constituit iudicem, aut diuisorem super vos? disputatione 47. numero 26.
22. Diliges proximum tuum sicut teipsum,

- disputatione 43. numero 27.
25. Nescio vos, disput. 7. num. 1. & 14.
6. Thesaurizate vobis thesaurum in caelo, vbi nec arugo, &c. disputatione 7. numero 1.
18. Non solum septies, sed etiam septuagies septies, disput. 10. num. 16.
19. Ecce nos reliquimus omnia, &c. disputatione 22. numero 8. & disputatione 24. numero 11.
5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, &c. disputatione 22. numero 14. & disput. 4. num. 5.
8. Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, &c. disputatione 22. numero 24.
24. Quis purus est fidelis seruus & prudens? &c. disp. 33. num. 57.  
Omni autem cui multum datum est, multum quaeretur ab eo, disputatione 33. numero 57.
15. Sinite illos, caeci sunt & duces caecorum, disput. 37. num. 2.
8. Quid timidi estis modicae fidei? disputat. 41. num. 29.
14. Modicae fidei, quare dubitasti? disput. 41. num. 29.
19. Vade, & vende omnia quae habes, & da pauperibus, disp. 46. num. 11.
19. Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, &c. disp. 46. num. 11.
5. Qui te percutit in maxilla vna, praebere illi & alteram, disputatione 46. numero 7. & 31.
13. Colligite primum zizaniam, &c. disputat. 1. num. 18.
22. In dilectione Dei & proximi comprehenditur lex, & prophetae, disputatione 1. numero 21.
12. Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum quod loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij, disput. 4. num. 1.
5. Benedicite maledicentibus vobis, &c. disp. 46. num. 2. & 31.
5. Ab eo qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere, disput. 46. numero 2. & 31.
27. Et cum accusaretur à Principibus Sacerdotum & senioribus, nihil respondit; disput. 46. num. 5. & 34.
8. Quid prodest homini, si totum mundum lucratur, &c. disput. 10. num. 9.
6. Sanctificetur nomen tuum, disputatione 25. numero 13.

## Ex Marco.

14. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Et, Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? disput. 4. num. 13.

## Ex Luca.

19. Quia hodie salus huic domui facta est, ad te licet peccatoreta diueri, disputatione 22. numero 24.
22. Hoc est corpus meum, accipite & manducate, disp. 25. num. 12.

# Sacræ Scripturæ.

15. Gaudium est Angelis Dei de vno peccatore pœnitentiam agente, disputatione 25. numero 12.
17. Si habueritis fidem, &c. disputatione 41. numero 29.
14. Sic ergo omnis ex vobis qui non renunciat, &c. disp. 46. num. 11.
18. Dixit autem ad quosdam qui in se confidebant tanquam iusti, disputatione 5. numero 2.
11. Omne Regnum in se diuisum desolabitur, disp. 44. num. 57.
24. Nonne hæc oportuit Christum pati, &c. disput. 25. num. 4.
22. Hoc facite in meam commemorationem, disput. 7. num. 16.

## Ex Joanne.

17. Si malè loquutus sum, testimonium perhibe de malo, disputatione 46. numero 6. 7. & 31.
- Cap. ultimo. Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, &c. disp. 5. num. 1.
12. Qui odit animam suam in hoc mundo, &c. disput. 3. num. 7.
20. Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, &c. disputatione 1. numero 4.
18. Ego palàm loquutus sum mundo, &c. disp. 46. num. 34.
8. In Beelzebut Principe dæmoniorum eiecit dæmonia, disput. 46. num. 34.
6. Ego dæmonium non habeo, sed honorifico Patrem meum, disputatione 46. numero 34.
1. Perfecta charitas fotas mittit timorem, disput. 9. num. 12.
15. Maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis, disput. 40. numero 6.

## Ex Actibus Apostolorum.

5. Ibant Apostoli gaudentes à conspectu Concilij, &c. disp. 4. num. 13.

## Ex D. Pauli Epistolis.

2. Corinth. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque, &c. disp. 5. n. 6.
1. Corinth. 4. Per Euangelium in Christo IESU ego vos genui, disputatione 11. numero 4.
- Ad Galat. 4. Filioli mei quos iterum parturio, &c. disput. 11. num. 4.
1. Corinth. 11. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat, &c. disput. 22. numer. 36. & disput. 28. num. 11. Et qualiter ab aliquibus explicetur, disputat. 23. num. 54.
1. Corinth. 7. Nolite fraudare, scilicet corpus, nisi forte ex consensu ad tempus, disputat. 23. num. 28.
2. Ad Timoth. 4. Prædica verbum, in ista opportune, &c. disputatione 23. numero 30.
1. Corinth. 11. Quotiescumque manducabitis pa-

Sanchez Selesta

nem hunc, & calicem biberis, mortem Domini annuntiabitis. Et illa. Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis. disput. 25. num. 5.

1. Corinth. 11. Propter quod exaltauit illum, & dedit illi nomen, &c. disputatione 25. numero 5.
- Ad Roman. 12. Non vos ipsos defendentes, sed date locum iræ, disputatione 46. numero 31.
- Ad Roman. 12. Nemini quicquam debeatis, nisi inuicem diligatis, disputatione 1. numero 21.
- Ad Ephes. 9. Vos partes nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, disputatione 2. numero 4.
- Ad Galat. 5. Vinam abscindantur qui vos conrurbant, disput. 2. num. 6.
- Ad Roman. 12. Non plus sapere quàm oportet sapere, disput. 3. num. 3.
2. Corinth. 7. Si contristauit vos in epistola, non me poenitet, &c. disputatione 4. numero 4.
2. Corinth. 8. Sæculi tristitia mortem operatur, disp. 4. num. 10.
2. Corinth. 11. Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur, disput. 4. num. 14.
- Ad Rom. 12. Mihi vindictam, & ego retribuam, disputat. 46. numero 3. & 31. & disput. 2. num. 11.
1. Corinth. 9. Expedit mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet, disputat. 46. numero 9.
- Ad Timoth. 1. cap. ultimo, Nam qui volunt diuiter fieri, incidunt in tentationem, disput. 47. num. 17.

## Ex D. Jacobi Epistolis.

1. Postulet autem in Fide nihil hæsitans, disput. 41. num. 29.

## Ex D. Petri Epistolis.

1. Cap. 2. Quæ enim est gratia si peccantes & conlaphizati suffertis, disputatione 46. numer. 4. & 33.

## Ex Apocalypsi.

12. Nunc facta est salus & virtus, & Regnum Dei nostri, & potestas Christi eius, quia proiecctus est accusator, &c. disputatione 1. numero 18.

## Ex Ecclesia.

- Memento Domine famulorum, famularumque tuarum, qui nos præcellerunt cum signo Fidei, & dormiunt in somno pacis, disput. 25. num. 12.
- Suscipe sancta Trinitas, vt profir Sanctis ad gloriam, sicut nobis ad salutem, disputatione 25. numero 12.
- Et gentes paganorum & hæreticorum dextera potentia tua conterantur, disputatione 2. numero 6.
- Vt hoc tuum sacrificium fiat nobis ad salutem

Ggg mensis

# Index locorum Sacrae Scripturae.

mentis & corporis, disputatione 23. numero 30.  
Plurimae orationes Ecclesiae explicantur, disput. 24. num. 11.

## *Ex Sanctis.*

D. Isidorus. In malè promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum, disputatione 46. numero 26.  
D. Ambrosius ad Theodosium. Qui sequutus es

Dauidem errantem, sequere poenitentem, disp. 46. num. 21.  
Locus notabilis D. Gregorij in Moralibus 22. explicatur, disputatione 3. numero 9.

## *Ex lumine naturali.*

Quod tibi non vis, alteri ne feceris, apprimè explicatur, disput. 43. num. 27.  
Diliges proximum tuum sicut teipsum, disp. 43. num. 27.

F I N I S.



INDEX



# INDEX RERVM,

## SIVE POTIVS

### COMPENDIVM LIBRI.

#### A.

#### *Ablatiuus absolutus.*



**A**BLATIVVS absolutus non semper importat conditionem ad aliquid validè agendum, sed aliquando connotat modum ad aliquid licèrè, vel ex æquitate præstandum, disputacione 44.num.30.

*Absolutio à peccatis & ab excommunicatione. Vide, Occasio peccandi.*

Absolutio à censura præmittenda est ante absolutionem peccatorum: quia censura reddit inhabilem hominem ad suscipiendum Sacramentum, disp. 1. num. 13. & 14.

Censura ligatus potest absolui inuitus: quia talis absolutio non exposcit dispositionem in eo qui absoluitur, disp. 1. n. 14.

Absolui non debet qui occasione dubiam peccandi nolit dimittere: quia ille voluntariè permanet in peccato, disp. 1. n. 14.

Quamvis admittamus opera, vel verba dicta absque necessitate esse otiosa, rectè procedet confessarius non admittens hæc tanquam materiam solum absolutionis, quia vix percipit quis quando in his operibus deficiat, aut excedat: & quia an sit materia absolutionis cadit sub opinione, disp. 4. num. 1.

Absolui debet pœnitens solum potens ostendere signa doloris in articulo mortis: quia in opinionibus Sacramentorum eligenda est illa quæ fauet suscipienti, disp. 1. num. 18. & disp. 44. numero 34. & 35.

Non indiget in prædicto casu absolui sub conditione: quia in opinionibus potest quis absolute operari, non in dubiis, disp. 44. n. 32.

Absolui debet pœnitens negans ex oblivione naturali peccatum commissum: quia tunc non peccat negando illud, disp. 8. num. 7.

Absolui debet habens consuetudinem peccandi, si firmiter proponat deinceps non peccaturum: quia nihil ei deest ad absolutionem, disp. 9. numero 6.

Absolui potest habens occasionem peccandi ter, vel quater, adhuc occasione non abiecta: quia tunc non præsumitur fictum esse propositum, disp. 10. n. 4.

Supposito quòd licitè possit impendi absolutio pœnitenti, non erit consilium illam denegare: *Sanchez Selecta.*

quia catere pro aliquo tempore gratia, numquam est bonum consilium, disp. 9. n. 11. & 12.

Non est diuersum absolutionem negari, & illam differri: quia quòd differtur, pro illo tempore negatur, disp. 9. num. 13.

Absolutio per illa verba: *Absoluo te ab excommunicatione, si forte incurristi*, sufficit ad auferendam censuram: quia animus absoluentis ad id tendit, disp. 9. num. 16.

Absolutio censuræ virtute Bullæ tribui potest etiam non satisfacta parte, dum per offensorem non ster quin satisfaciatur, aut si opus sit consulere prius Doctorem ad modum satisfactionis seruandum: quia aliàs inhumanum esset non absoluerè, disp. 9. n. 15.

Absolui debet ignorans doctrinam Christianam, & si sæpè admonitus non addidicerit, dummodo pœniteat præterita negligentia, & emendationem proponat: quia id efficiens sufficienter est dispositus, disp. 9. num. 18.

Absolvens iam contritum, dicendo, *Absoluo te, sensum reddit, impendo tibi gratiam remissionem peccatorum*, disp. 17. n. 18.

Respectu cuiuscunque confessarij ius habet iustitiæ pœnitens ad exigendam absolutionem, quando indignus non reperitur: non ex pacto quasi virtuali se deuinxit confessarius ad impediendam absolutionem, supposito quòd addidit peccata decreuit, disp. 28. n. 11.

Modus absolutionis in confessionibus frequentioribus, & breuioribus, & tempore concursus plurium pœnitentium ostenditur iuxta Rituale Pauli V. qui talis est: *Absoluo te à censuris & à peccatis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & sic intelliguntur dicta in verb. Confessarius*, disp. 9. num. 13. 14. 15. & 16.

Absolutio Sacramentalis inualidè fit excommunicatione non ablata: quia iuxta Canonica inhabilem constituunt hominem excommunicatum ad suscipiendum sacramentum Pœnitentiæ. disp. 32. num. 11.

Quòd non intelligitur in articulo mortis: nam tunc Ecclesia iurisdictionem non auferit à confessario, ne pœnitens absque remedio maneat, disp. 32. num. 11.

Ministrare Sacramenta cum minori excommunicatione censent aliqui esse peccatum mortale, alij solum veniale, Filiucius nullum, cui non assentior, disp. 32. n. 11.

Illà doctrina satis recepta, quòd excommunicatio maior priuat administratione actiua Sacramentorum, & participacione passiuà; excommunicatio verò minor priuat tantum participacione passiuà, non est vera: nam etiam minor excommu-

# Index Rerum,

nicatio priuat administratione actiua, quia iura id sic decernunt, disput. 32. num. 11.

Confessarius audiens plures reconciliationes eiusdem personæ in eodem intervallo temporis, solum in prima reconciliatione opus erit absolueri à censura ante absolutionem peccatorum, nam postea nulla de nouo incurta est, disput. 32. num. 21.

Simplex Sacerdos absolueri potest in articulo mortis, etiam præsentem confessario approbato, ex consensu pœnitentis, sed si renuat, ager contra charitatem & iustitiam absolvens. Quia cum derur opinio censens absolutionem esse nullam, exponitur periculo infamatus non suscipiendi gratiam, disput. 44. num. 5. 6. 10. 13. 14. & 30.

Et præsentem etiam Parocho: quia pat in vitroque procedit ratio, disput. 44. n. 5.

Quod maximè vetum erit si incepta confessione per simplicem Sacerdotem, superueniret confessarius approbatus: nisi tunc etiam renuat pœnitens confessionem cum illo integrare, disput. 44. num. 6.

Non posse tunc simplicem Sacerdotem absolueri reclamant plures Doctores graues, quos non sequor, ibidem.

Læicus absolueri potest ab excommunicatione in articulo mortis, si deficiat persona Ecclesiastica: quia ab Ecclesiæ confertur tunc iurisdictio, disput. 44. num. 7.

Posse absolueri Clericum primæ tonsuræ est communis: quia non tantum recedit à iurisditione spiritali suscipienda persona Ecclesiastica: quantum recedit læicus, disputatione 44. numero 7.

Maximè vtile est huiusmodi opinionem amplectari, videlicet, quòd Clericus primæ tonsuræ, vel læicus possint ab excommunicatione absolueri excommunicatum: quia ex eo defunctus poterit sepeliri in loco sacro, & pro eo poterunt sacrificia offerri, disput. 44. num. 7.

Absolendus est pœnitens accedens ad Sacramentum cum sola attritione, quamuis confessarius oppositam opinionem habeat, videlicet requirit attritionem existimaram contritionem: quia tunc non committitur peccatum contra Religionem, cum absolutio fiat iuxta opinionem probabilem, nec fiat iniuria suscipienti Sacramentum qui meliorem dispositionem non vult adducere; disput. 44. num. 33.

Iam non est probabilis illa opinio, quòd per natus & signa non possit infirmus absolui: quia debere absolutionem impendi decretum est per Pontifices, disput. 44. num. 34.

At dato quòd aliquis illam probabilem esse iudicaret, teneretur sub conditione absolueri infirmum per natus, & signa confitentem: quia opposita opinio poterit à parte rei esse vera, & conditione apposita vitatur sacrilegium, disput. 44. num. 32.

Absolvens iuxta opinionem probabilem, relicta sententiâ certâ, peccat contra charitatem & iustitiam, si id efficiat ignorante pœnitente: quia periculo irritandi Sacramentum se exponit, & consequenter defraudandi gratia pœnitentem, disput. 44. n. 23.

Absolueri non potest Regularis à casibus reseruatæ Episcopo, siue reseruatæ sint ex iure, siue ex voluntate Episcopi: quia absolueri vetat ius, disput. 48. num. 25.

In casibus vbi versantur opiniones, an absolutio sit valida, non peccabit absolvens, si pœnitens aliquod veniale confitentur: quia ad illud absoluedum certè habet iurisditionem & non frostrabit pœnitentem gratia, disputatione 44. numero 24.

## *Actus indifferens.*

Actus indifferens datur in indiuiduo: quia aliàs infinitis peccatis venialibus quotidie implicamur, disput. 4. n. 1. & disp. 7. num. 10.

Si actus indifferens non daretur in indiuiduo, esset materia absolutionis, si pœnitens confiteretur se deambulasse ad depellendum frigus, aut fricasse manus eadem de causa, vel quòd albæ fierent, aut sputis reumata eiecisse: quis non rideat huiusmodi confessionem? disput. 4. num. 1.

Si quis nimis esset in scalpenda barba, aut fricandis manibus, contra modestiam ageret, aut contra temperantiam: quia modestia moderatur actus & gestus humanos, disput. 4. n. 3.

## *Actus liber, vel non liber.*

Actus qui quando fit non est in nostra potestate, donec quòd continetur, vel non, incapax est moralitatis, & consequenter peccatum non erit: sed solum effectus peccati: quia actus in tantum est peccatum, in quantum est voluntarius, disput. 25. num. 6.

Actus exterior malus, intrinsecè malus est, & vnum componit peccatum cum actu interiori, disput. 37. num.

Quando communiter dicitur actum exteriorem nullam addere malitiam ad interiorem, intelligendum est, quòd eadem malitia finis sit in vitroque actu, non verò quòd actus exterior tanquam res perfecta non addat aliquam malitiam ad interiorem tanquam ad perfectibilem per eum, disput. 37. num. 2.

Et ob hanc rationem coguntur Fideles confiteri actus exteriores peccati, disput. 37. num. 2.

Actus malus semideliberatus, est peccatum veniale: quia modico voluntario modica ratio peccati correspondet, disput. 18. n. 1. & 5.

Actus interior incurruntur moraliter, quoties ipse cessat, vel non continuatur in aliquo opere exteriori: quia his deficientibus nullum datur in quo continetur, disput. 6. à num. 1.

## *Adulatio.*

Adulatio non veritati, sed affabilitati opponitur, ob rationem proximè dicendam, disput. 5. num. 11.

Adulatione peccatur, quando in omnibus casibus vult quis iuxta delectationem alterius loqui, vetendo illum contristare, quando ad salutem animæ illius esset expediens, disputatione 5. numero 11.

Adulatio opponitur affabilitati per excessum, sicut asperitas per defectum, disput. 5. num. 11.

Laudare aliquem de virtute quam verè habet, etiam sine consequendi aliquod temporale, adulatio non est, disput. 5. num. 12.

Laudare aliquem, ne in tribulationibus deficiat, vel quòd in virtute crescat, ad amicitiam, vel affabilitatis virtutem attinet, disput. 5. num. 12.

Adulatio

# sive libri Compendium.

Adulatio erit mortale, vel veniale, quando ex laudatione impensa sumit alius occasionem mortaliter vel venialiter peccandi, disputatione 5. num. 13.

Laudare aliquem solum animo illi complacendi, nullum peccatum est, quia id agere non est contra rationem, disput. 5. num. 13.

Histrionem laudans alios sine lucri temporali non peccat, propter eandem rationem, disputatione 5. num. 14.

## *Aduocatus.*

Aduocatus potest vti opinione minus probabili, dum id explicet litiganti: quia tunc nulli facit iniuriam, disput. 44. num. 34. in fine.

Aduocatus tenetur patrocinari gratis in causis pauperum, quia qui potens est, tenetur elemosinam largiri, disput. 47. n. 8.

## *Affabilitas.*

Affabilitas per se solum obligat sub veniali, per accidens tamen ad mortale poterit: si ex ipsius omissione notabiliter essent ceteri desolandi, disput. 5. num. 12.

Affabilitati opponitur adulatio, quæ reperitur, quando timeret aliquis non carpere alicuius vitia ob eum non desolandum, disputatione 5. numero 11.

Affabilitas intendit delectare eos quibus conuiuio, tamen ubi necesse est propter aliquod bonum exequendum, vel malum vitandum, non veretur contristare, disput. 5. num. 11.

Affabilitati opponitur adulario per excessum, & asperitas per defectum, disput. 5. n. 11.

## *Alimenta.*

Filiis spiritibus & aliis ex damnato coitu genitis non debentur alimenta in foro exteriori, quia sic decernunt iura; bene tamen in foro animæ, quia id debitum est iure naturæ, disput. 48. num. 60.

## *Amor proprius.*

Licet sibi desiderare bonum virtutis propter commodum proprium, quia talis actus non aduersatur rationi, disput. 24. num. 11.

Iustum non peccare dum intuitu mercedis operatur definitum est in Concil. Trident. sess. 6. Canon. 31. & dicta sess. cap. 11. disput. 24. num. 11.

A peccato cessare ob amorem proprium, videlicet ne damnemur, actus bonus est virtutis spei, disput. 24. num. 11.

Timere damnari supra omne malum, est actus peruersus, cum maius malum sit culpa quam pena, disput. 24. num. 11.

Amor proprius desiderat bonum ex amore sui, amor vero amicitia desiderat bonum ex amore amici, disput. 24. num. 11.

Qui ob amorem proprium tanquam ex motiuo operatur, ex fine virtutis agit, tam ex fine operantis quam operis, disput. 24. num. 11.

Exercere opera virtutis ob commodum proprium tanquam ob vltimum finem, paratus ab illis cessare, licet sub præcepto essent, nisi bonum sibi speraret, mortaliter peccat, disput. 24. num. 11.

Quomodo Sancti amorem proprium reprehendunt, intelligendi sunt, dum in utilitate propria vltimus constituitur finis, disputatione 24. numero 11.

Dum amo Deum propter commodum meum non vtor fruendis, quia non vtor Deo, sed actu meo, disput. 24. num. 11.

Plures scrupulosi reperuntur se accusantes de amore proprio, quia à confessariis non edocentur, disput. 24. num. 11.

Exercens opera virtutis, quæ sub consilio sunt, propter commodum proprium taliter quod nisi ob commoditatem ea non operaretur, non peccat, cum liberum esset operari tunc, vel non, disput. 24. num. 11.

Et taliter operantibus potius consulendum est, quod exequantur opera virtutis, quam quod ab illis abstineant, cum melius sit propter utilitatem propriam operari, quam ab opere virtutis cessare, disput. 24. num. 11.

Ecclesia non vtitur aliquibus precibus, nisi quando indiget aliqua bona comparare, disput. 24. num. 11.

## *Angelus.*

Angelus superior illuminat inferiorem non causando in eo aliquam perfectionem intrinsicam scientiæ, sed proponendo distinctè quæ confusa erant respectu intellectus Angeli inferioris, sicut magister respectu discipuli, disputatione 50. numero 38.

Angeli Custodes nostri, vel animarum in purgatorio existentium, reuelant illis orationes quas pro ipsis fundimus: quia id consentaneum est diuinæ providentiæ, disput. 25. num. 12.

Angelus aliquando mouet ad primam cogitationem quolibet negotio, disput. 19. num. 2.

## *Anima.*

Animæ Purgatorij nostras orationes cognoscunt, aut Deo reuelante per Angelos Custodes, vel nostros: quia id congruit diuinæ providentiæ, disput. 25. num. 12.

Animæ orationes cognoscunt non solum quando funduntur à fidelibus, vt satisfactoriæ pro illis, sed etiam quando vt imperatoriæ: quia id expedit fidelibus, disput. 25. num. 12.

Dictis animabus certius obuenit effectus imperatorius ex Missa quam ex oratione: quia Missa nobilior est quam oratio nostra, disput. 25. num. 5.

Anima Purgatorij gaudet de oblata satisfactione pro alia: quia amicitia est inter eas, disput. 25. num. 5.

Et anima cuius maior est charitas, magis lætatur: quia à maiore charitate maius gaudium manat nisi ab extrinseco impediatur, disput. 25. num. 15.

Animæ Christi, Beatæ Virginis, & Apostolorum intensius gaudium habent de canonizatione, verbi gratia, Fratris Franciscani, vel alterius cuiusvis, quam ipsemet D. Franciscus, cum ad illorum statum tanquam fundamentum Ecclesiæ magis pertinere canonizatio, disputatione 25. numero 15.

Iniuncta penitentia, quod responsoria pro animabus Purgatorij recitentur, non obligat,

# Index Rerum,

cum nullus possit cogi à confessario, quòd opus satisfactorium alteri applicet, & Sacramentum pœnitentiæ institutum sit pro remissione culpæ & pœnæ illud suscipientis, disput. 16. n. 1.

## Approbatus.

Approbatum ab vno Ordinario posse vbique excipere confessiones virtute Bullæ, docent plures, disp. 44. n. 1. 2. & 3.

Supposito quòd aliquis confessarius iudicet tanquam probabilem opinionem, quòd semel approbatus vbique potest excipere confessiones absque noua approbatione, merito metuit illa vri opinione, timore irritandi Sacramentum: nisi ex consensu pœnitentis illa vratur: quia à parte rei poterit contingere cum non habere iurisdictionem, disput. 44. n. 1. 10. 13. & 14.

Et qui sequitur huiusmodi opinionem, punietur iniuste ab Episcopo, ex eo quòd absque sui licentia in sua diœcesi confessiones ausculet: nam qui culpam non committit, haud dignus erit pœnæ, disp. 44. num. 27.

Et minus æquum esset Parochos punire, eo quòd in aliena diœcesi absque noua approbatione confessiones ausculet: quia Parochi à iure sunt approbati, disput. 44. num. 28.

Approbatus ab Episcopo potest excipere confessiones eorum qui non habent Bullam, disputatione 44. numero 23. Quia id velle Episcopum approbantem rationabiliter præsumitur: quamuis ob periculum irritandi Sacramentum opus sit discordiam opinionum explicare pœnitenti, disput. 44. num. 30.

## B.

### Bañez.

Bañez insignis Religionis Dominicanæ filius laudatur, disputatione 46. numero 6.

### Baptismus.

Adultus Baptismum petens coram vno teste, baptizari debet in articulo mortis, etiamsi iam per seipsum non possit illud postulare: quia sic agendum esse decernunt iura, disput. 44. numero 38. & 39.

Si dubitetur, sicne mortuus, vel viuus, sub conditione baptizari debet: quia sic agendum decernunt iura, disput. 44. num. 40.

Si testis dubitet, an petierit Baptismum adultus, baptizetur sub conditione: quia vndequeque oritur ambiguitas Sacramentorum administratione, per conditionem vincit debet, disputatione 44. num. 40.

Si post petitionem Baptismi, se iam nolle dicat adultus, dubitetur tamen præsertim à medicis, quòd id ex præternisi læsione conclamat, sub conditione baptizandus est: quia in dubiis fauendum est suscipiendi sacramenta, disput. 44. num. 40.

Et si audientes testis assertionem quòd petierit adultus Baptismum, non recorderentur satis, an testis illud asseruerit vel non, & sic de testimonio dubitent, nec compareat iam testis à quo illud sciscitentur, adhuc sub conditione erit adultus ba-

ptizandus, disputatione 44. num. 40. ob rationem dictam.

Et baptizandus sub conditione si dubitaretur de veritate testis, credendo potius mentiri quam veritatem referre de petitione Baptismi: quia in dubiis fauendum est suscipiendi Sacramentum, disput. 44. num. 40. ob rationem dictam.

Vt baptizetur ille adultus non opus est baptizanti interrogare de fide explicita Christi & mysterij Trinitatis, sed præsumat illam habere cum auidè Baptismum exoptet, disput. 44. n. 41.

Adultus petens Baptismum, & in furorem incidens, si non patiatur baptizari, debet ligari ne resistat: quia omnia media possibilia apponenda sunt, disput. 44. num. 42.

Et baptizandus est etiam si tempore quo Baptismum petiit in publico concubinato viueret, quia credendum est velle mutare in melius vitam, disput. 44. num. 43.

Non tamen baptizandus si post petitionem Baptismi concubinato publico se inquinaret, & nulla pœnitentiæ signa ostendisset ante amentiam, vel iustitiam initium: quia creditur in voluntate peccandi persistere, disput. 44. num. 44.

Si occultum sit peccatum adulti petentis Baptismum baptizari debet, si ante tempus amentiam Baptismum poscat etiam coram vno teste: quia peccatori occulto neganda non sunt Sacramenta, disput. 44. num. 45.

Et in hoc casu peccati occulto baptizandus erit licet Parochus, vel alius minister crimen baptizandi cognoscat, disput. 44. n. 45.

Si verò Parochus, vel alio ministro tantum constaret postulatum esse Baptismum, & deinceps concubinatum incepisse vel perseuerasse, baptizandus non erit ab illo Parochus: quia occulto peccatori in occulto poscenti Sacramenta deneganda sunt, disput. 44. num. 46.

Quòd si adultus dixisset Parochus aliquando, à concubinato velle cessare, & ideo concubinatum non statim eiicere, quia præmeditari cupit quoniam modo suauis & absque iactura famæ sit expellenda, si post hæc dicta in amentiam vertatur, erit baptizandus: quia præsumitur rectam dispositionem habere, disput. 44. num. 47.

Adultus absque baptismo decedens sepeliri non debet in loco sacro, quamuis Baptismum postulauerit: quia nullus qui non sit visibilis filius Ecclesiæ, debet honorari ab ea signis externis, disput. 44. num. 48.

Martyri quamuis non baptizato concedenda est sepultura Ecclesiastica: quia martyrum visibile signum est filiationis in Ecclesia, disput. 44. num. 29.

Vt adultus suscipiat debite Baptismum, opus non est in memoriam reuocare omnia peccata ac de illis attritionem habere, vt requiritur in Sacramento Pœnitentiæ, sed satis est dolorem in generali concipere: quia Sacramentum Pœnitentiæ fit per modum iudicij, & ob id necessaria est omnium in singulari accusatio, non sic in Baptismo, disput. 41.

Baptizatus in pectore vel scapulis, est iterum sub conditione baptizandus: quia dubium est, an illud baptisma valeat, disput. 44. n. 1. & 26.

Forma illa, *Baptizate in nomine Genitoris*, &c. potest quis vri si minaretur mors, quia cum tanto dispendio nemo tenebitur in fauorem alterius securiorem sequi opinionem, disput. 44. num. 12.

Quando

# sive libri Compendium.

Quando quis ex opinione probabili ministrat aliquod Sacramentum, etsi à parte rei possit interuenire periculum, quod irritum fiat, non erit opus illud ministrare sub conditione: quia quod prudenter quis agit, absolute potest illud efficere, & solum in vere dubiis de valore Sacramenti est utendum conditione, non in opinionibus, disput. 44. num. 31. & 41.

Existens in peccato mortali potest sine sacrilegio ministrare baptismum parvulo existenti in extremis, quando prae angustia temporis non potest disponi ad iustificationem, nec ad aliud nisi ad ipsius Sacramenti ministerium attendere: quia strictius præceptum est implendum, disputatione 8. num. 11.

Adultus quantumuis peccator fuerit, melius agerit Eucharistiam sumendo illico ac Baptismum susceperit, quam per aliquot dies expectare: constat ex usu Ecclesiae sic agentis in die Sabbathi sancti & Pentecostes, disputatione 39. numero 3. & 4.

Baptismus deest peccata quoad culpam, & totam penam: constat ex Concil. Trident. sess. 14. cap. 2. disput. 39. num. 7.

Adultus baptizatus in Sabbato sancto tenetur in Paschate Eucharistiam sumere, sicut alij fideles quia nulla causa excusatur, disputatione 39. numero 7.

Communiter iudices differunt Baptismum usque ad pedem patibuli infidelibus ultimo supplicio puniendis, disputatione 40. numero 1. 2. & 3.

Religiosi tamen agerent si pridie ad supplicium permitterent illos baptizari, & Eucharistiam ministrari: quia susceptis pluribus Sacramentis plura auxilia & maior gratia aduenit suscipientibus, disput. 40. num. 3.

## Beata.

Fœminæ Beatæ SS. Domini & Francisci in communicate viuentes verè sunt Religiosæ: quia sic decretum est per Pontifices, disputatione 49. num. 14. & 15.

Huiusmodi Beatæ eligere possunt de licentia suorum superiorum confessarium non approbatum ab Episcopo: quia in Concilio Trident. sess. 23. cap. 15. ad solum seculatum confessiones audiendas requiritur approbatio, disputatione 49. num. 14.

Hiæ non procedunt in quibusdam aliis Beatjs Sancti Dominici, & quorundam virorum tertij Ordinis S. Francisci qui solemniter non profitentur: quia hi in rigore Religiosi non sunt, disputatione 49. numero 16.

## Bellum. Vide, Rex,

In Bello licitum est uti stratagematibus: quia stratagema cum causa mendacium non est, disp. 8. num. 15. pag. 48.

Quinam Doctores agant de iustitia belli remissive, disput. 44. num. 55.

Bellum iustum materialiter ex vtraque parte non potest dari: à parte rei non potest vna res esse simul vera & falsa, bene tamen potest dari materialiter & formaliter iustum ex vna parte, & solum formaliter iustum ex alia, disput. 33. n. 32. & disput. 44. num. 60.

## Beneficium.

Privatus aliquem beneficio Ecclesiastico acquirendo quando dignus est, manifestam committit contra illum iniustitiam, disput. 28. num. 6.

Electio; præsentium, seu collatio beneficij facta excommunicato minori excommunicatione est nulla: quia id decernunt iura, disputat. 32. num. 11.

Contrarium docent plures, disputatione 32. num. 11.

Beneficium datur propter officium, disput. 32. num. 11. disput. 47. num. 4.

Qui actu non habet beneficium Parochiale quamuis habuerit, non poterit confessiones auctentare: quia id exigit Concil. Trident. sess. 23. cap. 15. disput. 48. num. 26.

Quando facta diligentia in quo mensè beneficium vacavit, sciri non potest, Episcopus potest providere: quia de iure communi ad eum spectat prouisio omnium beneficiorum suæ diocesis, cessantibus reservationibus, disputatione 42. numero 5.

Beneficiarius contrahens sine Parocho & testibus post Concil. Trident. non privatur ipso iure beneficio: quia id fauent iura, disput. 44. num. 54.

## Blasphemia.

Blasphemia in Deum distinctæ speciei est, ac illa quæ iactatur contra Sanctos: quia Deus & sancti plusquam specie differunt, disput. 6. num. 6.

Blasphemia & peritium etsi gravior peccatum sit, quam Sodomia, non tam acti pœna punitur à Republica, quia ipsa magis nocet Republicæ quam blasphemia, disput. 11. num. 4.

Blasphemans omnino indeliberatè quamuis ex consuetudine blasphemet, non peccat: quia actus indeliberatus voluntarius non est, disputat. 20. num. 2.

Probabile est, blasphemo non fauere Ecclesie immunitatem: quia immane est delictum, disp. 44. num. 52.

## Bulla. Vide, Licentia, Medicus, Owa.

Habens Bullam Cruciatam tenetur audire Missam tempore interdicti: quia tunc Bulla non est privilegium quo liberè potest quis uti, vel non, sed remouet prohibens, scilicet, interdictum, disput. 16. num. 2.

Non habentes Bullam sepeliri non possunt in loco sacro tempore interdicti, quantumuis receperint Sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ: quia interdictum sepulturam prohibet, disput. 36. num. 8.

Habentes tamen Bullam sepeliri possunt in loco sacro tempore interdicti, licet confessionem non præmiserint, præteritine tamen signa pœnitentiæ: quia id expressit Bulla, disputatione 36. num. 8.

Adhuc, si signa pœnitentiæ manifestauerint, & Bullam habeant, sufficiens neuiquam erit, ut sepeliri possint in loco sacro tempore interdicti, si annuæ confessionis mandatum non impleuerint, vel excommunicati decesserint: quia id expressit Bulla, disput. 36. num. 8.

Bulla S. D. N. Gregorij XV. contra sollicitantes in confessionibus edita anno 1622. die 30. Augusti,

# Index Rerum,

gusti, et si vsquequaque ab Inquisitoribus non est publicata, obligationem inducit denunciandi respectu illorum ad quod notitia ipsius Bullæ deuenit: quia publicatio facta in Curia sufficit, vt legales obligent, disp. 11. n. 20.

Bulla Gregori. XV. præcipiens moniales non posse eligere confessarios nisi sint approbati ab Ordinario, adhuc executioni non est mandata, disp. 49. n. 27.

Bulla cruciata nomine Regularium, comprehendit Regulares militares. Quia illi verè religioſi ſunt, disp. 49. num. 11.

Bulla cruciata annus computandus est à publicatione in publicationem. Quia id præſumitur ex Pontificis mente, disp. 55. num. 4.

Bulla cruciata non finitur quamuis noua ſit publicata, tandiu quandiu durat difficultas eam accipiendi in ingenti aliqua vrbe. Quia id præſumitur rationally ex Pontificis mente. Et poteſt quis abſolui à reſeruatſ & aliis gratiſ virtute antiquæ Bullæ, disp. 55. num. 5. 6. & 7.

Bulla non finitur quando publicatio nouæ facta eſt in curia, ſed quando facta eſt in quocunq; oppido. Quia id expreſſit Bulla, diſputat. 55. num. 8.

Bullæ publicatio non finitur quando iterum publicatur noua bulla in oppido in quo præterea accepta erat, ſed tunc finitur quando publicatur in oppido vbi de factò quis eſt incolæ. Quia id æquius eſt, diſput. 55. num. 9.

Peregrini nullam certam ſedem habentes coguntur accipere Bullas in primo oppido vbi inueniuntur tempore publicationis, dum annus naturalis ſit elapſus: quia alias poſſent frui vna Bulla forte per annum & dimidium, diſputatione 55. num. 10.

Quinam Doctores ſentiant annum bullæ eſſe naturalem, diſput. 55. num. 1.

Falſò arbitrantur aliqui etiam ſine Bulla poſſe comedi ova & lacticia in dominicis quadrageſimæ: quia id vetat ius, diſput. 51. num. 25.

## C.

### Capellanus.

Capellanus tenetur per ſe ipſum celebrare quando in fundatione a deſſet clauſula, quòd capellanus celebrat per ſe ipſum ſolum: quia tunc alios excludit, diſput. 50. fol. 500. num. 12.

### Capitula Eccleſiarum. Vide, Viſitare, & Cardinalis.

### Carcer.

Nullus poteſt alium priuata authoritate incarcerare vltra duas aut tres horas, etiam quando in damnum proximi eſſet committendum peccatum, & tempus ſuppeteret certiorandi iudicem de nefaria intentione incarcerati: quia id prohibutum eſt priuata authoritati, diſput. 28. num. 12.

In carcere detentus & cogitans ſe peccare ſi Miſſam in die feſtiuo non audiat, non ideo peccat: quia ſola cogitatio quòd peccatum committitur non efficit peccatum niſi adſit ſimul libertas ad actionem, diſput. 41. num. 27.

Ad carcerem perpetuum damnatum poteſt iudex abſoluere iuxta priuatam ſcientiam veram, quamuis conſtet probationibus reum eſſe condemnandum: quia probabilis eſt illa opinio, diſput. 8. num. 16. pag. 48.

Iudex non poteſt imperare reum ad mortem ſine aliam poenam grauiora damnatum, ne è carcere fugiat. Nam ius conſeruandi propriam vitam nullo humano præcepto poteſt abrogari, diſput. 43. num. 32.

### Cardinalis Infans. Vide, Regulares.

Sereniſſimus Infans Cardinalis Fernandus de Austria Toletanus Archiepiſcopus iure optimo poteſt examinare regulares qui erant approbati ad confeſſiones ab antecellore, vt conſtat ex Concilio Trident. ſeſſ. 23. cap. 15. diſput. 48. numer. 31.

Regulares ſuccumbentes ordinationi ſereniſſimi quòd videlicet examinentur de nouo, vel à confeſſionibus ceſſent, ſatis oſtendunt ſua priuilegia ad confeſſiones ſine nouo examine eſſe inania, diſput. 48. num. 32.

Ius ſereniſſimi Infantis quoad examinationem regularium ad confeſſiones, defenditur, & reſpondetur aduerſariorum obiectiõibus, diſput. 48. à num. 34. vsque ad 47.

Cardinalis Infans non tenetur per propriam perſonam capitulum Eccleſiæ Tolerañæ viſitare: quia id nullum ius expoſcit, diſput. 50. n. 20.

Cardinalis Infans ſimul cum coadminiſtratore & non aliàs, poteſt ſpiritualium gubernationi incumbere: quia ſic Pontifex bullam ſereniſſimo conceſſit, diſput. 50. num. 34.

Post legitimum ætatem, triginta videlicet annorum expletorum ſolus ſereniſſimus poterit gubernationi ſpiritualium vacare: quia id expreſſit Pontifex in Bulla, diſput. 50. n. 37.

Si contingeret ſereniſſimum aliquid præcipere in ſpiritualibus & oppoſitum illius Coadminiſtratore, nulli eſſet patendum: quia vnus ſine altero non poteſt influere in ſpiritualibus, diſput. 50. num. 36.

### Carnes. Vide, Jeiunium.

Quando virtute Bullæ Cruciatæ conceditur facultas edendi carnes ex licentia vtriuſque medici, non intelligitur quando cauſa eſt manifeſta, quòd noceat ſaluti abſtinentia; nec quando dubitatur prudenter, quòd nocebit, ſed quando cauſa eſt ſolum ſufficiens ad petendam diſpenſationem, non tamen ad comedendum carnes abſque illa. Quia maior requiritur cauſa ad frangendum aliquod præceptum, atque ad petendam diſpenſationem in illo, diſput. 51. num. 9.

Non eſt contra præceptum poſtium non edendi carnes, edere illas & piſcatum, ſi ob neceſſitatem habetur facultas ad carnes. Quia ad piſcati eſum licentia non requiritur, ad carnes vero iam habetur. Erit tamen contra temperantiam naturalem, ſi piſcatum noceat ſaluti. Quia qui cibo ſe interimit, intemperatè agit, diſputat. 51. num. 22.

Ad excitandum appetitum nec etiam eſt contra temperantiam naturalem parum piſcati ſumere. Quia id conceſſum eſt iure naturæ, diſput. 51. num. 21.

Nec in hoc caſu incurritur excommunicatio  
lara

# sive libri Compendium.

lata in aliquibus diocesis contra comedentes piscatum & carnes in Quadragesima: quia ius positivum non potest vincere ius naturale, disput. 51. num. 21.

Piscis suavis, Hispanè. *Trucha*, potest sumi in magna quantitate cum carne: quia ex esu illius non læditur salus, disput. 51. n. 21.

Qui habet licentiam ad carnes semel in die, non potest amplius illas comedere: quia ultra dispensationem non est progrediendum, disput. 51. num. 15.

Ne sint nimis faciles medici in concedenda licentia ad carnes: quia ultra necessitatem, illam non possunt exhibere, disput. 51. n. 16.

Præceptum non edendi carnes negativum est & habet diuiduam materiam: & ideo toties peccat quis in die carnes edendo, quoties illis vitur, disputatione 51. numero 26. & disput. 54. numero 42.

Virtute Bullæ Parochus, sive quicumque alius confessarius habet facultatem verè dispensandi in præcepto non edendi carnes: quia id concessum est per Bullam nomine *Medici spiritualis*, disput. 54. n. 36. & disput. 51. n. 10.

Qui proficiscitur a loco ubi ieiunatur, non potest edere carnes, quamvis sit nocte, peruenturus in locum, ubi non ieiunatur: quia præceptum non edendi carnes habet diuiduam materiam, & ideo habile est ad obligandum, ubi larum est, disput. 54. n. 30. 10.

Qui habet experientiam antiquam sibi esse nocivum carnibus non ubi in Quadragesima, non tenetur in futuris Quadragesimis abstinere à carnibus ad experiendum, an nocumentum exortatur: quia aliàs nunquam licitum esset carnibus vitæ ob præservationem, disput. 51. num. 23.

Paganis ministrari possunt carnes in diebus prohibitis: quia illi præceptis Ecclesiæ non ligantur, disput. 51. n. 29.

Non tamen perpetuò amentibus: quia illi præceptis Ecclesiæ vincuntur, quamvis per accidens deobligantur, disput. 51. n. 30.

Paruulis ante septennium expletum, licet ministrare carnes: quia ante illam ætatem nulla lege Ecclesiastica ligantur, disput. 51. n. 31.

Abstinencia à carnibus est de essentia ieiunii, disput. 51. n. 4. & 5.

Sinistrè Rodriguez explicuit privilegium Bullæ ad edendas carnes in diebus prohibitis, esse scilicet summum Pontificem applicare de thesauro Ecclesiæ indulgentias quæ possent correspondere ieiunio: quia in Bulla nullum verbum fit de indulgentiis in præsentem casu, disputatione 51. numero 8.

Nomine medici spiritualis ad dispensandum in esu carniū intelligitur quicumque confessarius: quia quando privilegium ex tenore verborum extensionem patitur, minimè restringendum est, disput. 51. n. 12. & 13.

*Casus reservati. Vide, Reservatio peccatorum.*

*Causa.*

A duabus causis totalibus Physicè concurrentibus non potest idem effectus pendere, bene tamen à duabus moralibus: possunt enim duo homines consulere idem futurum, & furem mouere

*Sanchez Selecta.*

totaliter ad furandum ex consilio unius, & totaliter etiam ex consilio alterius, disputatione 16. numero 6.

Diuctum est aliquam causam esse per se ordinatam ad effectum, vel esse per se solam efficacem ad producendum effectum, disput. 21. num. 16.

*Ceremonia.*

Aliqui clerici dedignantur ceremonias addicere, putantes ad illorum æstimationem conducere, quod stultum est. Nam quilibet constrictus est sui muneris regulas scire, disput. 47. n. 19.

*Charitas. Vide, Dilectio.*

Ex charitate obligatur quilibet subvenire proximo eius damnum impediendo, si possit abique gravi sua iactura: quia diligere proximos obligamur, disput. 21. n. 8.

Ad hoc quod quis ex iustitia teneatur impedire damnum proximo, pactum sic impediendi præcedere debet: at ut teneatur ex charitate, statim ex naturali iure immediatè oritur obligatio sibi invicem subveniendi, disput. 21. n. 2.

Quando aliquis in angustiis & periculis versatur amittendi bona, famam, aut vitam, à quibus eripi, solum ab eius voluntate & facultate pendet, non interuenit obligatio subveniendi vitam, aut famam: quia sibi imputet, disput. 35. n. 3.

Ex charitate tenetur quilibet vitare peccatum præsertim mortale proximi: si id possit sine suo magno incommodo: quia animam proximi diligere tenemur, disput. 37. num. 3. & 11.

Quod præcipue verum est, si ex passione, aut ignorantia peccatum esset committendum, disput. 37. num. 3.

Opus perfectius non est charitatis defraudare seipsum bono spirituali: ut alius damnum spirituale vitet, quod in sua potestate est incurtere, vel non: quia magis homo se quam proximum debet diligere, disput. 37. n. 8.

Non est licitum operare minus diligere à Deo, ut proximus magis diligatur. Nam qui minus diligitur, minus diligit: operare autem minus diligere est operare aliquid contra ipsam naturam charitatis, disput. 37. n. 8.

Ob vitandum scandalum passivum proximi ex passione ortum, vel ignorantia ad summum tenebitur quis ab opere consilij aliquoties cessare, ut scemina Missam non audire in die non festivo propter peccatum vitandum illam concupiscentis, disput. 37. num. 10.

Ob corrigendum proximum tenetur quis Missam non audire saltem in die non festivo, & non tenetur illam non audire scemina propter vitandum peccatum illam desiderantis, quia de correctione fraterna extat præceptum, non verò de non audiendo Missam propter scandalum aliorum, disput. 37. n. 10.

Vbi interuenit violatio Religionis, vel charitatis, charitas amplectenda est, cum sit perfectior virtus, disputatione 44. n. 28.

Legem charitatis tenetur homo salutem spiritualem querere, & ad illam comparandam omnia media necessaria ponere, disput. 46. n. 27.

Charitatis seu dilectionis præceptum proximi est negativum, cum satis impleatur per hoc, quod illi nullum malum irrogeretur, disput. 1. n. 21.

H h h

Charit

# Index Rerum,

Charitatis seu dilectionis proximi præceptum non obligat ad actum interiore, cum non patet proximo sicut Deo, disp. 1. n. 21.

Mandatum, *Diliges proximum tuum sicut teipsum*, non verificari debet in applicandis bonis, taliter quod quilibet sit constrictus idemmet bonum proximo applicare quod sibi, cum ex charitate magis debeat se homo diligere, quam proximum, sed illud verificari debet in malis non inferendis taliter, quod sicut homo ex dilectione sui nolle malum ab alio sibi inferri, itidem ex dilectione proximi nolle debet illi malum irrogare, disp. 43. n. 27.

## Christus.

Expediens fuit Christum respondere cædenti se alapa, ut cædenti audacia reprimere, disp. 46. num. 6. & 7.

Præcepto siue consilium sufferendi iniurias non datur à Christo absolute, sed secundum animi præparationem, quia homo debet animum habere paratum ad hoc faciendum, ubi videret illud expedire ad honorem Dei & utilitatem Ecclesie, disp. 46. n. 6.

Christus sæpius non curavit de infamia falsorum testimoniorum quæ adversus se obiciebantur: quia aded nota erat illius innocentia, quod se defendere verbis opus non fuerit, disput. 46. num. 6.

## Cibus.

Non tenetur quis salubrioribus cibis uti ad vitæ sustentationem dum per se nociuis notabiliter non utatur: quia non tenemur cum tanto rigore salutem conservare, disp. 3. n. 7.

Cibus aliquantulum nociuis siue non ita salubribus uti licet ob mortificationem, ob redigendum corpus in servitutem, ob puniendam peccata, & alios rectos fines, disp. 3. num. 7.

Carthusianis etiam moribundis licet à cibo carnis abstinere: quia bonum heroicæ virtutis sperat bonum salutis, disp. 3. n. 7.

Cibum non tenetur quis ministrare reo damnato iuste ad mortem famis: quia liberum est iustæ sententiæ parere, disp. 4. n. 7.

Cibum non tenetur sumere damnatus ad mortem famis, propter rationem proximè dictam, disp. 10. num. 9.

Ex cibis deseruentibus ad cœnam non potest sumi refectio nocturna in die ieiunii, quantumvis fumanur in tam modica quantitate quanta ex consuetudine sumeretur pro collatione: quia consuetudo obtinet contrarium, disputatione 52. numero 8.

## Circumstantia.

Quod habita sit copula cum decem solutis, aut decies cum vna soluta, non est circumstantia necessariò confitenda: quia totalis substantia peccati explicatur, disp. 1. num. 24.

Si femina inuitasset virum ad copulam etiam paratum, docent plures id esse explicandum, quia tunc circumstantia scandali non intelligitur nisi dicatur: non verò, si vir inuitat feminam, cum commune sit viros feminas inuitare, disput. 1. num. 24.

Quod pater non corrigat filios, maritus vxor-

rem, superior subditos, circumstantia est in confessione explicanda: quia non solum ex misericordia, sed ex officio corrigere tenentur: contra aliquos, disp. 6. n. 9.

Quod blasphemia fuerit in Deum, vel contra Sanctos est circumstantia explicanda: quia mutat speciem, disp. 6. n. 6.

Explicandum est in confessione, quando maledictio iactata in aliquem, fuit contra bonum animæ; vel solum corporis, quia malum animæ specie differt à nocumento corporis, disput. 6. num. 1.

Quod quis non obediat præceptis ex indignatione, est circumstantia confitenda: quia mutat speciem, disp. 7. n. 13.

Quod dominus non corrigat mancipium, est circumstantia explicanda: non verò, si non corrigat famulum ob salarium seruientem: quia mancipium est res propria, disp. 6. n. 9.

Circumstantiæ mutantes speciem sunt necessariò confitendæ, non tamen notabiliter aggrauantes: quia hæc non mutant iudicium substantiale confessarij, disp. 11. n. 6.

Circumstantia mutans speciem potest aliquando taceri, ut si ex manifestatione homicidium, vel reuelatio secreti probaliter timeretur quia præceptum positium Christi non obligat cum tanto rigore, disp. 9. numero 15. & disput. 32. numero 7.

Circumstantia copulæ habitæ à confessario cum filia confessionis, non est necessariò confitenda, cum solum aggrauans sit, disp. 11. n. 3.

Adhuc in opinione, quod confessarius tenetur confiteri copulam cum filia confessionis, non tenetur confiteri tactus, nec pollutionem habitam inter fœminæ femora: quia ius Canonicum solum commissionem numerat in ordine ad irrogandam iniuriam Sacramento, disp. 11. numero 11. & 13.

In opinione, quod confessarius obligatur confiteri circumstantiam copulæ habitæ cum filia confessionis, etiam tenetur filia eandem circumstantiam confiteri: quia peccatorum mutua est relatio, disp. 11. n. 16.

Dicta circumstantia aggrauans, vel mutans speciem, incurritur ex confessione semel facta: quia per eam acquirit confessarius ius reuerentiæ, disp. 11. n. 9.

Audiens confessionem fœminæ, & non absolvens, habensque copulam cum illa, incurrit circumstantiam aggrauantem: quia confessio, etiam non sequita absolutione, vera confessio est, disp. 11. num. 7. Vide verbum, Confessarius.

In iure antiquo pœna depositionis imponebatur confessario habenti copulam cum filia confessionis: at iam ex consuetudine cessat hæc pœna, disp. 11. n. 2.

Si aliquis sit interpret confessiois fœminæ, & postea rem habeat cum illa, opus non erit illam circumstantiam confiteri: quia interpret non est confessarius, disp. 11. n. 10.

Confessarius habens copulam cum viro filio confessionis non tenetur confiteri circumstantiam filiationis: qui nec cum fœmina, disput. 11. num. 12.

Non audiens Missam in die Dominico in quo occurrit festum Sancti, aut non ieiunans in die Quadragesimæ, in quo occurrit vigilia Sancti, non tenetur circumstantiam illam confiteri: quia vnicui solum

# siue libri Compendium.

solum peccatum fit, & illa duo præcepta eadem virtutem respiciunt, disp. 1. n. 17.

Circumstantia notabiliter aggrauans erit Episcopum eleemosynam non erogare pauperibus suæ diocesis : quia pater pauperum est, disp. 47. num. 9.

## Ciuis.

Ciuis tenetur etiam cum amissione vitæ defendere Rempubicam in extrema necessitate constitutam periclitandi : quia pereunte bono communi, etiam cum vitæ periculo tenetur Reipublicæ subuenire, disp. 43. n. 41.

Ciuicatis superior non potest imperare, quod aliquis ciuis se interficiat, quamuis ex eo hostes spoderint ciuitatis indemnitate : nam est intrinsecè malum se occidere, disp. 43. n. 41.

Ciuicatis superior imperare potest actionem fieri quæ per se sit defensiva Reipubl. quamuis indirecè sit mors sequenda : & sic potest præcipere ciuem murum ascendere, portam occupare, & alia similia, disp. 43. n. 41.

## Clausula.

Clausula, *Non obstantibus quibuscumque priuilegijs*, apposita à Concilio Tridentino sess. 23. cap. 15. circa examinationem confessariorum ad audiendas confessiones, apposita est ad maiorem abundantiam, & ad deroganda priuilegia particularia, disp. 48. n. 7. & 10.

Clausula ibidem apposita, *Non obstanti consuetudine etiam immemorabili*, apposita fuit ad maiorem cautelam non permittendi vsum & consuetudinem contrariam, disp. 48. n. 8.

## Cogitatio.

In prima cogitatione cuiuscumque negotij mouemur à Deo vel Angelo, aut à causa interiori imaginationis, disp. 19. n. 2.

Angelus in prima cogitatione cuiuscumque negotij solum mouetur à Deo : quia non restat alia causa à qua possit, disp. 19. n. 2.

## Cognatio.

Cognatio spiritualis, videtur non contrahi inter masculum baptizantem, & masculum baptizatum, aut inter feminam baptizantem, & feminam baptizatam, quia inter ipsos non potest contrahi matrimonium, disp. 40. n. 11. & 12.

Quamuis contrarium communiter sustineatur, disp. 40. n. 26.

## Complices.

Persona complicitis explicanda est in confessione, quando ex reuelatione solum infamia & non aliud nocumentum obuenit complici : quia infamiam ob integritatem confessionis sustinere debet persona complicitis, disp. 8. n. 10.

## Confessarius. Vide, Pœnitens.

Confessarius munus iudicis, medici, & magistri gerit, disp. 1. num. 3. & 4. & disp. 47. n. 1. & disp. 7. num. 10.

Confessarius æquum erit pœnitentes monere, ne sacramentaliter velut absolueudas imperfe-

*Sanchez Selecta.*

ctiões contra consilia narrent: quia illa non sunt materia Sacramenti, disp. 1. n. 4. & 6.

Confessarius docere debet quæ nocere, vel proficere possunt conscientie pœnitentis : quia munus eius est curare, disp. 1. num. 4.

Confessarius prudens tenetur superflua in confessione refecare : quia superflua ad nihil deserviunt, disp. 1. n. 4.

Confessarius tenetur docere pœnitentem de modo decenti confitendi : quia magister est, disp. 1. num. 4. & 26.

Confessarij ideo sæpè renuunt audire confessiones, quia narrantur plura quæ peccata non sunt : quia quicumque fugit tædium, disp. 1. num. 5.

Confessarius doceat pœnitentem, quod retractando voluntatem à peccato, sufficiens adest dolor ad confessionem, quamuis deficiat dolor materialis, vel suauitas, aut deuotio, quæ aliquando reperiuntur : quia ex his non pendet dolor necessarius ad confessionem, disp. 1. n. 8.

Munus confessarij ex obligatione non est imperfectionibus mederi, sed peccatis : erit tamen consilium eas auscultare extra confessionem, disp. 1. num. 29. & tunc tenebitur iure naturali secretum seruare, ibidem.

Confessarij plures arbitrantur necessarium ad exercitium Sacramenti esse ante absolutionem peccatorum impertiendam deprecationes aliquas præmittere, dicentes : *Miseretur sui omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis perducet te in vitam æternam. Indulgentiam, absolutionem, & remissionem omnium peccatorum concedat tibi Dominus omnipotens : & his non contenti prosequuntur. Dominus Iesus Christus te absoluat, & ego auctoritate ipsius te absoluo à peccatis, &c. & restituo te Sacramentis Ecclesie, & communioni Fidalium.* Et procedunt deinde : *Et concedo tibi indulgentias Bullæ Cruciate, & alias quascumque concedere possim.* Has concedunt etiam si quotidie eisdem personæ confessionem auscultent, cum tamen Bullæ indulgentia semel in vita & semel in articulo mortis lucrari tantum possit : illas tamen deprecationes præmittere tempore concursus plurium pœnitentium morosum erit, & cum Sacramentum illud sit potestatis iudicantis, opus non erit personam deprecantem representare. Dicatur ergo breuiter : *Absoluo te à censuris, si forè incurristi, & à peccatis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.* Imò respectu pœnitentiam crebrò confitentium, & quorum habetur probabilis præsumptio in excommunicationem non incurrisse, *Absoluo te à peccatis*, sufficere dicere, disputat. 6. num. 13.

Plures confessarij (ed quod non aduertunt) feminas etiam & laicos absoluant à suspensione, dicentes, *Ego te absoluo ab omni excommunicatione maiori, vel minori, suspensione & interdicto*, feminæ tamen suspensionem incurere non possunt, sed solum Clerici etiam primæ consuræ, disp. 6. num. 14.

Confessarij plures absque necessitate in principio confessionis interrogant : num pœnitens vxoratus sit vel solutus ; si enim solum mendacium, aut maledictionem confiteretur, quid interest statim cognoscere? disp. 6. num. 12.

Confessarius instruere debet pœnitentes quod non quæcumque ira est peccatum, imò aliquando virtus & necessaria : quod sumitur ab causam

# Index Rerum,

iustam, & non adest periculum nocendi proximo, disp. 2. num. 2.

Confessarius interroget de transgressione correctionis fraternæ, præsertim superiores, & elemosynæ, & fracti secreti, præsertim feminas, disp. 6. num. 9. 10. & 11.

Confessarius doceat quod non peccat vxor, filius, aut seruus iniurias à patre, marito, vel domino acceptas referendo, causa sumendi consilium, aut consolationem: quia inhumanum esset illud vetare, disput. 2. num. 10.

Confessarius doceat pœnitentes, quod non peccant iustam vindictam seu satisfactionem coram Deo vel iudice terreno exposcentes, dum ex zelo iustitiæ procedant: quia optare vindictam seu satisfactionem media publica auctoritate non est peccatum, disput. 3. num. 11.

Confessarius doceat pœnitentes non illis opus esse se aculeare eorum quæ in ætate infantili egerunt ante usum rationis: quia in illa ætate non potest committi peccatum, disput. 2. num. 12.

Confessarius doceat pœnitentes, quod dum fatentur decem desideria carnis parum plus, vel minus, non illis opus est postea confiteri duodecim fuisse, etiam si expressè iam recorderentur: quia in verbo, *Parum plus, vel minus*, illa duo continentur, disp. 2. n. 13.

Confessarius doceat pœnitentes, quod comedentes vel bibentes aliquid absque fame vel necessitate non est gula peccatum, dum saluti ex aduerentia non proueniat detrimentum: quia intemperantia non reperitur vbi salus non periclitatur, disp. 2. n. 14.

Confessarius non absoluat feminas comedentes in magna quantitate carbones, salem, terram, bucatum, &c. nisi firmiter promittant abstinuras, disput. 2. numero 15.

Pregnantes parum comedentes absoluat: quia causa non abortiendi excusat, ibidem.

Confessarius moneat pœnitentes non esse peccatum non respondere inspirationibus diuinis ad consilia vocantibus: quia non tenemur sub præcepto consilia adimplere, disp. 7. num. 10. erit tamen maximè vtile & semper consulendum.

Confessarius tenetur non absoluere pœnitentem quem certò scit negare peccatum: quia indispositus est, disp. 8. n. 6.

Confessarius credere tenetur pœnitenti pro se vel contra se loquenti: quia in illo foro non sunt testes adducendi, disput. 8. numero 1. & disput. 9. num. 6.

Confessarius & pœnitens ex æquo tenentur vitare irritationem Sacramenti, disputatione 8. num. 6.

Confessarius absoluere debet pœnitentem negantem peccatum commissum ex obliuione naturali: quia tunc negando non peccat, disput. 8. num. 6.

Confessarius etiam non parochus, non potest negare Eucharistiam peccatori occulto etiam occultè petenti ob peccatum notum in confessione: ne confessio reddatur odiosa, disputatione 8. num. 10.

Contrarium huius docent plures, disputat. 8. num. 11.

Confessarius habet ius ad interrogandum pœnitentem de occasione peccandi, non sic de consuetudine: quia cum occasione potest non compati verum propositum cessandi à peccato, non

sic cum consuetudine, disputatione 9. numero 5. & 6.

Confessarius supposito quòd licet possit absolutionem pœnitenti impendere, non erit consilium illam denegare: quia catere pro aliquo tempore gratia nunquam est bonum consilium, disp. 9. num. 11. & 12.

Non est diuersum, confessarium absolutionem negare, & illam differre: quia quod differtur, pro illo tempore negatur, disputatione 9. numero 13.

Aliud est confessarium iudicare de pœnitente amplius non peccaturum, aliud sentire propositum à peccato cessandi non adducere: primum non sufficit ad negandam absolutionem, bene tamen secundum, disp. 9. numero 14.

Confessarius habens copulam cum filia confessionis, non tenetur illam circumstantiam fateri: quia solum aggrauans est, disput. 11. numero 3.

Audiens confessionem feminæ, & non absolvens, habensque copulam cum illa, incurrit circumstantiam aggrauantem: quia confessio etiam non sequuta absolutione, vera confessio est, disp. 11. num. 7.

Illam tamen non incurrit si femina accedat ad confessarium animo non suscipiendi Sacramentum, sed alliciendi ad lasciuiam, nisi murasset animum, & vellet tunc confiteri, disputat. 11. num. 8.

Dista circumstantia oritur etiam ex confessione semel facta, quia etiam ex vna confessione munus curandi assumptis, confessarius, disputat. 11. num. 9.

Non oritur talis circumstantia respectu laici furtim audientis confessionem feminæ, & postea rem habentis cum illa: quia ille non ministravit Sacramentum, disp. 11. num. 10.

Confessarius habens tactus impudicos cum filia confessionis, non tenetur confiteri circumstantiam illam, etiam in opinione quòd tenetur confiteri copulam, quia in iure solum copula prohibetur: sed etiam hoc ius reuocatum est, disp. 11. n. 11.

Confessarius cognoscens præposterè filiam confessionis, tenetur confiteri circumstantiam filiationis in opinione quòd tenetur confiteri copulam naturalem: quia illa est verè copula, disp. 11. num. 12.

In opinione quòd tenetur confessarius confiteri copulam habitam cum filia confessionis, non tenetur confiteri pollutionem habitam inter feminæ femora & non in vase, quia iura solum loquuntur de copula, disput. 11. num. 13.

Non est verum, quòd licet confessarius mercenarius non tenetur confiteri circumstantiam copulæ cum filia confessionis, teneatur Parochus; idem enim est de vtroque iudicandum, disp. 11. num. 5.

Confessarius tenetur celare peccata sibi dicta in confessione, quamuis non absoluat pœnitentem: quia confessio etiam non sequuta absolutione est vera confessio, disp. 11. n. 7.

Qualis culpa est in confessario habere copulam cum filia confessionis, est etiam habere cum viro pœnitenti, præter sodomiticam speciem: nam etiam vir est filius confessionis, disputat. 11. num. 12.

Confessarius non penetrans vas feminæ, suscipiens

# siue libri Compendium.

piens tamen intrus vas confessarij semen, circumstantiam aggrauantem incurrit, vel mutantem speciem iuxta opinionum varietatem: quia tunc verè reperitur commissio, disputatione 11. numero 13.

Confessarius penetrans vas filie confessionis, non effundens semen, circumstantiam aggrauantem incurrit, vel mutantem speciem iuxta opinionum varietatem, quia tunc verè reperitur copula, licet imperfecta, & commissio, disputatione 11. num. 13.

Confessarius habens copulam cum filia confessionis mortua, circumstantiam non incurrit, intra genus tamen luxurie maxime diuisa est illa copula, disput. 11. num. 14.

Confessarius habens copulam cum filia confessionis somno sopita, ebria vel amantem, incurrit circumstantiam grauem, vel mutantem speciem iuxta opiniones, cum tunc ad veram filiam accedat, disputat. 11. num. 15.

Si confessarius prius agnouisset carnaliter feminam, & postea auscultaret eam sacramentaliter, non incurrit circumstantiam filiationis: quia non fauciat quam curauerat, sed potius tunc curat quam fauciauera, disput. 11. num. 16.

Confessarius audiens pœnitentes timoratae conscientiae, & dicentes se habuisse actus malos semple delineros, iudicet vt in plurimum fuisse actus omnino naturales, & potius illis meruisse resistendo, quam peccasse, disputatione 18. num. 6.

Incaute aliqui confessarij pœnitentias iniungunt alta voce, quia inde sigillum confessionis poterit laedi, disput. 6. num. 17.

Inconsiderate aliqui confessarij monialium pœnitentias iniungunt in publico implendas, vt in refectorio, choro, vel capitulo, propter eandem rationem, disput. 6. n. 18.

Confessarius imponere non potest aliquod præceptum præter vinculum pœnitentiae: nam quando aliquid imperat in ordine ad emendationem in futurum, vt quod restituat, vel occasionem tollat, nihil nouum præcipit, sed solum explicat id quod aliàs pœnitens exequi tenetur, disputatione 28. numero 11. & disputatione 38. num. 8.

Confessarius impediens pœnitentibus opera virtutum solum mortificationis causa, non rectè agit, cum perfectius de se sit ieiunare, verbè gratia, quam dolere quòd à confessario sit prohibitum ieiunare, disput. 30. n. 13.

Per accidens poterit euenire, quòd mereatur magis pœnitens ex dolore pluries reperito de prohibito ieiunio, quam si de facto ieiunasset, sed non ob id præcipiendum erit à confessario non ieiunare, quia quæ eueniunt per accidens, possent etiam non euenire, disp. 30. num. 13.

Confessarius potest incitare ad communionem pœnitentem absolutum, etsi facit recidat, quia pro tunc dignus est Eucharistia, disputatione 29. num. 4.

Confessarius amplius ius habet ad emendandum pœnitentem à peccatis, quam ad inducendum vt acquirat virtutes: quia præcipue iudicis gerit munus, disput. 28. n. 16.

Ratione cauendi venialia peccata, vel mortalia pœnitentis non expedit confessarium denegare Eucharistiam pœnitenti, esset enim amouere medicinam ab inimitate, disp. 28. num. 17.

Confessarius non mediocrem scientiam debet habere, vt inter peccatum & lepram discernere possit, disp. 31. num. 2.

Secundum se loquendo minus rectè se gerunt confessarij, siue sint proprij Parochi, siue non, nolentes admittere ad Sacramentum Pœnitentiae pœnitentes non ausos accedere ad Sacramentum Eucharistiae absque præuia confessione: nam per Sacramentum illud confessionis sacramentalem gratiam reciperet pœnitens, qua iam defraudatur dum non admittitur, disput. 31. num. 8.

Possunt tamen hi confessarij excusari bona fide & zelò, disp. 31. num. 8.

Si tamen confessario ferè euidenter constaret ex reperia confessione eorundem peccatorum nullam capi displicentiam à pœnitente, non admittere tenetur ad confessionem, non tamen si id suspiceret leuibus indiciis, disput. 31. num. 8.

Vnde si Parochus sit, iniuriam irrogabit noldo ministrare tunc Sacramentum Pœnitentiae; si verò Parochus non esset, solum ratione suspicionis iniuriaret, disput. 31. num. 8.

Indicia sufficientia confessario ad suspicandum dolorem non adducere pœnitentem erunt, si ægrè ferat correctionem, & irrideat, dum esset prudenter præstita, disp. 31. num. 8.

Si confessarius ridentem pœnitentem videat, dum accedit ad confessionem, qui tamen hilari animo semper est in quibuscumque actionibus, iudicandum non erit dolore carere ob risum: imò hoc indicium solet esse pacis conscientiae, & sinceritatis, disp. 31. num. 8.

Confessarius, siue sit proprius Parochus, siue alienus tenetur ( & non solum potest, vt quidam dixerunt ) sequi opinionem pœnitentis, vel illam permittere & absolueret tenetur, quia indignus non est absolute sequens opinionem probabilem, disp. 33. num. 35.

Confessarius audaciam habere debet ad obiurgandum acriter Principes de manifestè iniuriis, & ad negandam absolutionem indispositis, disput. 33. num. 34.

Si opinio pœnitentis censeat aliquid non esse restituendum, & confessarij affirmet, poterit vinculo pœnitentiae obligare ad restituendum: quod intellige dummodo proportioata sit pœnitentia peccatis confessis, disput. 33. num. 35.

Confessarius siue sit Parochus, siue alienus, nolens se conformari opinioni pœnitentis, & ob id non absolvens, peccat mortaliter, præsertim si de mortalibus sit facta confessio, quia onus graue est pœnitentem obligare ad sua crimina detegenda alij absque necessitate, disp. 33. n. 35.

Confessarius potest sine intentione proferre verba absolutionis, si ei minaretur mors ob denegationem absolutionis, quia tunc adest iusta causa ad vtendum æquiuocatione, disputatione 35. numero 7.

Confessarius potest proferre verba absolutionis sine intentione, si à scrupuloso veteretur eam impertiri, & aliàs nullam offerat materiam absolutionis, quia tunc adest iusta causa vtendi illa æquiuocatione ad vitandam molestiam scrupulosis, disp. 35. num. 8.

Inter labores confessarij nullus est maior quam eum scrupulosis contendere, disput. 41. num. 37.

Confessarius censens iurisdictione, quod ratiè communiter ignorabatur, valide absoluit, ita prouidente Ecclesia, disput. 44. n. 3.

# Index Rerum,

Nec in hoc casu moneri tenebitur confessorius poenitentem à se absolutum, quòd iterum alij Sacerdoti confiteatur : quia valida fuit confessio, disp. 44. n. 3.

Confessorius habens priuilegium ad excipiendas confessiones, valide absoluit, donec reuocationis sit habita notitia : quia sic decernunt iura, disp. 44. n.

Quamuis poenitens sciat reuocatam esse licentiam confessorij ad audiendas confessiones, si tamen ipse confessorius reuocationem factam ignoret, & communis populus, potest cum illo confessorio confiteri : quia prouidente Ecclesia iurisdictionis ab eo non aufertur ex communi errore seu bona fide, disp. 44. num. 3.

Confessorius arbitrans, quòd approbatus ab vno ordinario non possit eligi in aliena diocesi absque noua approbatione, non potest cogi à poenitente oppositam opinionem habente ad ipsius excipiendam confessionem, quia tunc defectus ob quem non impenditur absolutio, tantum se tenet ex parte ministri, disp. 44. num. 10.

Confessorius tunc tenetur amplecti opinionem poenitentis, quando incepta iam confessione inuenit oppositas esse opiniones inter se & poenitentem, non autem ante inceptionem confessionis, disp. 44. n. 10.

Regularis censens Bullæ cruciatæ priuilegium sibi prodesse ad eligendum confessorium, obligare non potest illum vt confessionem excipiat, nec in hoc casu verificatur, quòd confessorius tenetur sequi opinionem poenitentis, disputatione 44. num. 10.

Tenebitur tamen confessorius monere regularem diuersæ esse opinionem, quam sequi non vult, antequam peccata audiat : quia alias iniuriaret poenitentem, disp. 44. num. 10.

Confessorius auscultans confessiones vbique ex approbatione vnus ordinarij, quia id fieri posse assentitur probabiliter, iniuste punitur ab Episcopo, quia ab illo quoque non sit approbatus, quia culpam non committens, haud dignus est poena, disp. 44. n. 27.

Est minus æquum esse parochos punire, eò quòd in aliena diocesi absque noua approbatione confessorij munus exequantur, quia parochi iure ipso sunt approbati, disp. 44. num. 28.

Doctores asserentes non posse aliquem contra propriam sententiam operari, & aliorum sequi quam arbitratu falsam, non potest habere locum inter confessorium, & poenitentem oppositas opiniones habentes : nam confessorius, sequi, vel permittere debet poenitentis opinionem, quantumuis opinetur illam esse falsam, disputat. 44. num. 54.

Ad munus confessorij in quantum Sacramenti ministri non pertinet designare taxam restitutionis, quando aliquid restituendum est pro iniuria illata, sed poenitens per se, vel per viros doctos discernat quantum sit restituendum, disput. 29. num. 8.

Maximè cauendum est confessorio facultatem exhibere poenitenti conclamandi sua peccata publicè sine humilitatis & confusionis, aut excitandi in se maximum dolorem : nam timeri potest satis probabiliter scandalum exoriendum esse, disp. 46. n. 22.

Confessorius in illis quæ pertinent ad utilitatem interrogantis potest consulere iuxta aliorum

opinionem contra propriam: quia potest quis aliorum opinionem sequi propria reiecta, ergo à fortiori poterit illam consulere, disputatione 43. num. 42.

Confessorius in illis quæ nocent interroganti, tenetur respondere iuxta propriam opinionem, si eius opinio sit liberans, quia interrogans propriam sententiam respondentis exoptat, & non aliorum, disp. 43. n. 42.

Confessorius non solum debet consulere poenitenti id quod expedit, verum tenetur ad illud exhortari, iuxta illud D. Pauli ad Timoth. 2. cap. 2. *Prædica verbum, in sua opportune*, &c. disputat. 23. num. 20.

Non expedit confessorium desolari, quòd inuitus poenitens monitionem & increpationem recipiat : nam quòd inuitus nunc audit, postea ruminans capiet, disput. 23. num. 30.

Confessorij quos maximè pronos ad luxuriæ spurcicias conspicati fuerint, & cupientes illos animaduertent à tali sorte liberos fieri, salutiferum Eucharistiæ Sacramentum dignè quotidie sumere consulant : quia nullum datur aptius medium ad castitatem comparandam, disputat. 23. num. 30.

Confessorius omnino illiteratus non absoluit validè, etiam in articulo mortis : quia incapacitas naturalis per nullam necessitatem suppletur, disput. 49. num. 8.

Si omnino illiteratus non sit, validè absoluit, sed opus erit postea confiteri peccata illa quorum ignorantiam habebat confessorius : sicut quando reticentur aliqua peccata ob periculum fractionis sigilli : quia nullus potest esse iudex in illis quæ ignorat, disput. 49. n. 8.

Confessorius virtute Bullæ electus non indiget ad audiendas confessiones licentia Episcopi, sed approbatione : quia licentia à Papa conceditur, disput. 48. num. 18.

Confessorius cognoscens poenitentem non constructum esse restituere, quia ducitur opinione probabiliter, poterit si rem accepit ex turpitudine, vt iudex ob sententiam iniustam ferendam, obligare ad restitutionem ex vt satisfactionis sacramentalis, sicut posset iniungere alia pia opera, disput. 48. n. 62.

## Confessio Sacramentalis.

Confessionis Sacramentalis iurisdictionis ad sola peccata se extendit: constat ex institutione Sacramenti, disput. 1. num. 4.

In confessione refecanda sunt omnia illa quæ materia confessionis non sunt, nec ad finem eius quidquam conferunt, ibidem.

Confessionis breuitas est vna de ipsius perfectionibus, ibid.

Confessio sit discreta quantum ad modum narranti, ne tædio afficiat confessorium, ibid.

Materia confessionis est peccatum dubium; quòd si solum confiteatur, absolutio debet impartiri sub conditione, saltem mentaliter concepta, disput. 1. n. 12.

Modus discretus confessionis seruandus à poenitentibus erit dicere, furatus sum, adulterium commisi, sum mentitus, &c. disputatione 1. numero 24.

Confessio non idèd inutilior, quia breuior, disp. 1. n. 22.

# siue libri Compendium.

Confessionis integritati adeo opponitur negare peccatum commissum, atque confiteri non commissum: quia vnum ita falsum est sicut aliud, disp. 8. n. 4.

Confessio informis non datur ex parte integritatis: quia si fit iniuincibiliter, gratia causatur, sin minus, obex valori ponitur, disputatione 8. num. 8.

In confessione declaranda est persona completa, dum id necessarium est ad speciem peccati manifestandam, & alia extrinsecum nocentium compleri non obueniat: quia integritas est de iure Diuino, disp. 8. n. 9.

Peccata quæ dicta sunt in confessione, celare tenetur confessarius, quamuis non absoluat poenitentem: quia etiam non sequera absolutione, vera confessio reperitur, disp. 11. n. 7.

Confessio Sacramentalis, etiam si fiat ob inanem gloriam, quatenus est actus bonus, eleuatur à Deo ad causandam gratiam, disputatione 16. num. 10.

Vtile est peccata semel confessa, pluries confiteri, si deuotionis causa, cum quicquam conscientia, & sine tadio confessariorum, & absque aliorum bonorum operum impedimento fiat; quia secunda illa confessio causat nouam gratiam, & remittit nouam partem poenæ temporalis, disputat. 31. num. 8. & disp. 1. num. 22.

Confessio integra formaliter fit, quando taceatur aliquod peccatum, vel circumstantiæ ob vitandum damnum graue proximo, vel sibi, vt homicidium, aut reuelationem secreti confessionis: quia præceptum de integritate non obligat cum tanto rigore, disp. 32. n. 7.

Poenitens non inueniens alium confessarium quam omnino surdum, tenetur per nutus & signa confiteri ante sumptionem Eucharistiæ: quia talis est vera confessio, disp. 32. n. 8.

Poenitens mutus tenetur confiteri per nutus & signa: quia possibilis sit talis confitendi modus absque aliquo nocimento, ibidem.

Poenitentem non teneri confiteri per interpretem etiam in articulo mortis, putant non pauci Doctores, aliis oppositum opinantibus, ibid.

Non tenetur Fidelis per interpretem confiteri ad communicandum in Paschate, nec Sacerdos ad celebrandum: quia præceptum illud positiuum præmittendi confessionem ante communionem non obligat cum iactura famæ respectu interpretis, disp. 32. n. 9.

Præcipuum signum poenitentiae est aliquem confiteri peccata sua, disputatione 34. numero 2.

Non potest dari confessio informis, sed aut nulla, aut fructuosa, disp. 8. n. 8.

Religiosos Militares decet ad Sacramentum Confessionis accedere accinctos ense: quia illo accinguntur tanquam habitu proprio sui Ordinis, disp. 45. num. 3.

Confessio potest fieri per nutus, & signa ab infirmis non potentibus aliter sua crimina declarare, & oppositum est improbable: quia sic decreuerunt Concilia & iura, disputatione 44. numero 34.

Qui probabiliter iudicaret signa doloris non esse materiam absolutionis, peccaret contra charitatem infirmum non absoluendo: quia Sacramenta instituta sunt in fauore Fidelium, & poterit esse opposita opinio vera, disp. 44. n. 31. & 32.

Confessiones habentium Bullam vbique potest excipere Parochus absque noua approbatione, quia est à iure approbatus: dum defectum opinionis explicet poenitentem: quia tunc illi non fit iniuria etiamsi aperte opinio esset falsa, disp. 44. num. 17. & 30.

Non habentium Bullam potest Parochus vbique auscultare confessiones sine noua approbatione, de licentia proprii Parochi poenitentium, disp. 44. n. 30.

Dum defectam opinionem explicet poenitentem, ibid.

Nec æquum erit Parochos audientes confessiones absque noua approbatione puniri ab Episcopis: quia nullus est dignus poenæ nisi ob culpam, disp. 44. num. 28.

Quando confessio nulliter facta fuit, & postea alia intermedia facta sunt vero dolore & proposito, & ex obliuione naturali non est confessus defectus inuoluntariae confessionis: non erit opus omnes confessiones reiterare, sed solum defectum nullitatis & peccata in ea confessa, vel consistenda: quia confessiones intermediae validæ fuerunt, & quæ à principio validæ fuerunt, semper validæ manent, disp. 41. n. 19.

## Confirmationis Sacramentum.

Confirmationis Sacramentum confertur ad corroborandum animum in Fide: constat ex ipsius nomine, disp. 45. n. 5.

Ad hoc Sacramentum recipiendum maxime congruit Equites Militarium Ordinum arma deferre, ita vt inuicem cor respondeant fortitudo interior, & exterior: disput. 45. n. 5.

Maximum opus charitatis exerceat Episcopus, si infidelem ultimo supplicio puniendum, & recens baptizatum, vocaret ad Ecclesiam, vt illum confirmaret & exemplum humilitatis præstaret, si carcerem ad hoc adiret, disputatione 49. num. 4.

Confirmationis Sacramentum potest ex causa extra Ecclesiam ministrari, quia id nullo iure prohibetur, disp. 40. n. 4.

## Consanguineus.

Consanguineus excusatur testificari contra sibi sanguine coniunctum: quia amor & affectio naturalis ad non inferendum nocentium consanguineis, siue affinis vehemens est: limita tamen nisi in causa fidei, vel prodicionis Reipublice, ibidem.

Consanguineus licet non constingatur denunciare, vel testificari contra sanguine sibi coniunctum, poterit tamen illud agere absque peccato, si velit: quia reus ex delicto commissio factus est dignus, quod illius delictum prodatur, disp. 34. num. 16.

## Conscientia. Vide, examen conscientiae.

Diuersum est habere aliquem conscientiam dubiam, vel habere opinatiuam, disputatione 33. num. 30.

Operans ex conscientia dubia peccat, non tamen operans ex conscientia opinatiua, disput. 33. num. 30.

Habens conscientiam dubiam, an aliqua res sit sua,

# Index Rerum,

sua, non poterit spoliare possidentem talem rem, disputatione 33. numero 30. *S. Deinde, quatenus Sanchez?*

Nec poterit spoliare, etiamsi opinio sit censens illam rem esse suam, & esset scandalum in spoliatione: quia opinio illa est opinio facti, disp. 33. n. 30. & disp. 43. à n. 49.

Conscientia erronea est illa, quæ determinatè iudicat aliquid esse peccatum, quod tale non est, vel esse licitum quod prohibitum est, disput. 41. num. 2.

Conscientia dubia est quæ determinatè non iudicat aliquid esse peccatum, vel minus, sed dubia semper permanet, disp. 41. n. 2.

Conscientia scrupulosa est levis suspicio ex leuibus fundamentis, iudicans id peccatum quod re vera non est, formidans semper contrarium posse veritatem continere, disp. 41. n. 2.

Operans contra conscientiam erroneam, vel dubiam, an aliquid sit licitum agere, vel non, crimen committit: quia periculo peccandi se subicit, disp. 41. n. 2.

Operans contra conscientiam scrupulosam, adhuc illa non deposita per principia intrinseca, hoc est rationes, non peccat, imò melius agit contra illam operando, quia conscientia scrupulosa nullo modo ligat, disp. 41. n. 7.

Deponi tamen debet per principia extrinseca: hoc est, quòd iudicet scrupulosus sibi licere illud, vel aliud agere, quia sic censent Doctores & prudentes confessarii, quamuis per rationes quas habet scrupulosus, iudicet esse peccatum, disp. 41. n. 7.

Conscientia scrupulosa erronea est, non secundum rem, sed secundum scrupulosi iudicium, disput. 41. num. 26.

Qui neglexit acquirere, an sua conscientia in agendo aliquid, esset erronea, & postea dum penitet negligentia, Doctorem, vel monitorem non habet à quo id petquirat, inuincibiliter errat, quia non patet iam via qua vinci possit ignorantia, disp. 41. n. 26.

Regulares aperientes suas conscientias, & ten rationes superioribus, rectè procedunt: quia superioribus incùbit munus regendi subditos, ibid.

## *Consuetudo, siue reincidentia peccandi.*

Consuetudo peccandi non est necessariò confitenda, quamuis à confessatio petatur: quia nullus obligatur confiteri bis peccata, disp. 6. num. 6. Contrarium docent aliqui, disputatione 9. numero 3. & 4.

Aliud est habere consuetudinem peccandi, aliud occasionem, disp. 9. n. 5.

Habenti consuetudinem peccandi, impertinenda est absolutio, si firmiter proponat à peccato cessare, quia sufficienter dispositus est, disputat. 9. num. 6.

Non est iniungenda pœnitentia, vt satisfactoria consuetudini peccati, sed peccato de præsentem in confessione explicatio: quia idem peccatum non potest bis puniri, disp. 9. n. 17.

## *Consuetudo qua habet vim legis.*

Consuetudo à Principe approbata vim habet legis non scriptæ sic decernunt iura, disputat. 26. num. 12.

Consuetudo derogat legi: sic decernunt iura, ibidem.

Alia est consuetudo quæ solum excusat à transgressione præcepti: si tamen fiat contra ipsam, nullum erit peccatum: vt si per consuetudinem non seruaretur iam ieiunium in aliquo oppido, quòd antea erat sub præcepto, ieiunans tunc contra consuetudinem non peccaret, disputatione 26. num. 13.

Alia est consuetudo quæ non solum non excusat, sed accusat operantem contra illam; vt si in aliquo oppido esset consuetudo festum sanctificandi, peccaret qui ageret contra illam, ibid.

Consuetudo quæ liberat ab onere excecendi aliquem actum virtutis, potest frangi sine peccato, quia solum inducitur ad liberandum, & non ad onerandum, ibidem.

Consuetudo quæ præcipit actum virtutis, frangi non potest sine peccato: quia ad onerandum introducta est, ibidem.

Vna consuetudo potest dici præceptiua, alia liberatiua, ibidem.

Consuetudo magis præualens non administrandi pueris statim ac sciunt peccare Eucharistiam, non est præceptiua, quæ videlicet præcipiat contrarium non fieri, sed solum liberatiua, quæ excusantur pueri præcepto communionis vt que dum habeant pleniorum discretionem, ibid.

Consuetudo olim floruit non ministrandi Eucharistiam damnatis ad mortem, quæ iam abrogata est, disp. 26. n. 21.

Consuetudo extabat olim non confirmandi pueros nisi habentes duodecimum, vel decimum quintum annum, quæ iam abrogata est, disput. 26. num. 10.

Plurimi facillè consuetudini obtemperant, etsi palam videant illa maius bonum impediri, disput. 40. num. 7.

Nulla consuetudine se potest iuuare Parochus, aut Episcopus ad non residendum in beneficio: quia contra ius naturæ nulla præualet consuetudo, disp. 47. n. 2. & 7.

Consuetudo potest probabiliter à Legislatore ignorari: quia in facto consistit, disputatione 48. num. 9.

Ex actu negatiuo, seu non vsu, non introducitur consuetudo, cum ea sit communis actuum repetitio, disp. 50. n. 14.

Nisi habeat tacitum actum contra dispositionem iuris, vt non deferendo tonsuram, ibid.

Consuetudo & præscriptio solum differunt sicut commune & speciale quatenus omnis præscriptio est consuetudo, non verò omnis consuetudo est præscriptio, ibid.

Consuetudo circa facta hominum solum versatur, præscriptio verò circa rem certam, vel circa locum aliquem determinatum, disputatione 50. num. 14.

Consuetudo ignorantia nitens vim non habet legis: quia in tantum tunc homines operantur, in quantum arbitrantur ad id se teneri, & non aliàs, disputatione 54. numero 33. & disputat. 51. num. 19.

Ad perspicendum an consuetudo aliqua vim obtineat legis, magis attendendum est ad consuetudinem sapientum, quam illiteratorum propter dictam rationem, disp. 54. num. 33. Gregor. Lopez part. 1. tit. 2. l. 2. principio.

Consuetudo illiteratorum inducit legem in si-  
bi

# siue libri Compendium.

bi proficuis, vidente Principe & tacente: quia sibi vilibus quicumque sponte consentit, disput. 55. num. 3.

## Constitutio.

Constitutio Pij V. præcipientis debere regulares subieci examinationi Episcopi successoris, reuocata est per Gregorium XIII. & ad terminos iuris communis & Concilij Tridentini redacta: constabit illam legenti, disputatione 48. numero 18.

Quamuis Cardinalium declaratio extet dicens, illam constitutionem non esse reuocatam, non intelligitur non esse reuocatam in re, sed quod quia redacta est ad terminos Concilij, ex cuius decisione examinari possunt regulares, habet se illa constitutio ac si reuocata non esset, disput. 48. cum. 18.

Opus fuit Gregor. XIII. reduxisse constitutionem Pij V. non solum ad terminos iuris communis: quia obligati perseverarent regulares licentias suis superioribus consequi ad confessiones, præter approbationes Ordinarij, disputat. 48. num. 27.

Constitutio Gregorij X V. qua cauetur, Confessores monialium etiam regulares debere approbari ab Episcopo, adducitur, disputatione 49. num. 27.

Hæc tamen constitutio executioni mandata non est hæcenus, disput. 49. num. 27.

Constitutio Gregorij X V. contra sollicitantes in confessione feminas adducitur, disputat. 11. num. 67.

Constitutio Pij IV. & Pauli IV. contra sollicitantes in confessione adducitur, disputat. 11. num. 18.

Constitutio Clementis VII. contra sollicitantes in confessionibus adducitur, disputatione 11. num. 19.

Constitutio Societatis I E S V de præmittenda denuntiatione non præmissa correctione. *Vide, Correctio fraterna.*

## Consulens.

Consulens furtum, aut homicidium, & dubitans, an ex suo consilio sequutum sit furtum vel mors, tenetur restituere & se habere vt irregularis: nam cum constet de iusta actione consulentis, & dubitetur de effectu sequuto, fauendum est iuri certo, magis quam iuri dubio, disput. 42. num. 14.

At si delictum committens erat inimicus capitalis interfecti, vel minis vsus fuisset, aut præparasset omnia necessaria ad homicidium, præsumitur consulentem influxum non habuisse ad homicidium, & consequenter non erit irregularis, disput. 42. n. 14.

Consulens furtum, vel homicidium parato furari, vel occidere dum illud certo constet, non tenetur restituere: quia tunc non influit, disput. 42. num. 14.

## Copula.

Copula Sodomitica cum alieno viro sufficiens est ad diuortium, quamuis iura solum loquantur de fornicatione: quia virgenter procedit ratio & Sanchez. Selecta.

ad ea quæ frequenter accidunt, leges adaptantur, disp. 11. n. 12.

Copula habita à confessario cum filia confessionis, non est circumstantia mutans speciem, quamuis notabiliter aggrauet: quia nullum ius id decernit, disp. 9. n. 3.

Copula cum affine vltra secundum gradum non est incestuosa, quia non impedit matrimonium, ibidem.

Copula inter coniuges causa voluptatis non est aliquod peccatum, disputatione 23. numero 25.

Formaliter dicitur habere aliquem copulam, si prope vas femineum semen effundat, & intus suscipiatur: quia tunc vera commixtio reperitur, cum semina misceantur, disp. 11. n. 13.

Die habitæ copulæ à coniugibus non est contra consilium communicare, licet melius fuisset à copula abstinuisse ad communicandum, disp. 23. num. 13.

Copula vxoraria est actus castitatis coniugalis, etiam si causa voluptatis habeatur, disputat. 6. num. 4.

Non est peccatum confessarium auscultare confessionem suæ concubinæ: quia id nullo capite poterit probari, disp. 11. n. 16.

Imò aliquando expedit confessionem excipere, si oportet apud alium confessarium non infamari, vel quia vult femina citius à peccato liberari, vel quia confessarius concubinaris melius scit conscientiam concubinæ scrutari, disp. 11. num. 16.

Copula Sodomitica, & simplex fornicatio solum opponuntur castitati, & tamen differunt species quia diuersa dissonantia ad rationem læditur castitas per vnã ac per aliam, disput. 51. num. 16.

## Contemptus.

Contemptus præcepti, vel consilij est peccatum mortale, & tunc reperitur, quando inutile & vanum indicat quis obtemperare superiori, vel si nolit quis anuere; quia Deum præcipientem, vel consulentem nihil æstimat, disput. 7. num. 12. & disp. 35. num. 6.

Longè diuersum est nolle obtemperare ex contemptu, vel ex indignatione: quæ tunc reperitur quando quis non obtemperat; non ideo quoddam superiori resistit, sed ne ipsum in tali re solatio afficiat, disp. 7. n. 13.

Ob vitandam mortem poterit quis præcepta positiua non seruare: quia non obligant cum tanto rigore. Nisi in contemptum frangi minaretur mors; tunc enim esset cooperati contemptui, quod intrinsecè malum est, disp. 35. num. 6. & disput. 44. n. 12. & disp. 54. n. 26.

## Contumelia.

Contumelia essentialiter consistit in eo quod cum vsu rationis iactetur, alias injuriam non irrogat contumeliam irrogans, disputatione 20. num. 5.

Volens se inebriare intentione iactandi contumelias tempore ebrietatis, non peccat contra iustitiam, sed odio in proximum: quia ebrius, non potest contumeliare, disputatione 20. numero 5.

# Index Rerum,

Se inebrians animo iactandi contumelias tempore ebrietatis, si dum ebrius est illas iactasset, non teneatur confiteri se contumelias dixisse, sed satis erit dicere se inebriasse animo contumelias pronuntiandi, & idem de iuramento, aut blasphemia dicendum est, propter eandem rationem, disput. 20. num. 5.

Tenentur habere animum paratum ad contumelias tolerandos, si expediens fuerit, disput. 46. num. 7.

Quandoque oportet contumeliam illatam repellere, primo propter bonum inferentis, ut eius audacia reprimatur, & de cetero talia non atteret, iuxta illud Proverb. 26. *Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sapiens sibi videatur.* Secundo propter bonum multorum, quorum profectus impeditur ob contumeliam nobis illatam, disput. 46. num. 7.

Appellare aliquem decies furem in eodem intervallo temporis vnicum peccatum est: quia vnicum tantum infert iniuriam. disputatione 6. numero 2.

Diversa peccata erunt si furem & sodomitam appellarit: quia diversas infert iniurias, ibidem.

## Correctio fraterna.

Pauci poenitentes fractionis praecepti correctionis se reos produnt, & pauci confessarij de transgressione interrogant, cum utriusque teneantur, disput. 6. n. 9.

Obligatio huius praecepti non tam frequenter occurrit ac aliorum praeceptorum: quia habet plurimas excusationes, disput. 6. n. 9.

Praelatus, pater, tutor non solum ex misericordia, sed ex iustitia, vel pietate tenentur corrigere sibi subditos, & consuetudo est talis circumstantia, si omittatur correctio: quia specialiter iure pertinet ad ipsos cura corrigendi, disput. 6. n. 9.

Dominus omittens correctionem mancipij peccat duplici peccato, non tamen si famuli omittat correctionem ob salarium servientis: quia famulis non tam stricte sicut mancipium subiicitur heri cura, disput. 6. n. 9.

Plures se excusant leuiter de transgressione correctionis ex quadam tepiditate & leui timore illam omittentes, disput. 6. n. 9.

Qui occuparetur magno timore, vel pudore in corrigendo, à correctione excusatur: quia non obligat eum tanto rigore, disput. 6. n. 9.

Quamuis fructus correctionis statim non spectetur, non ob id est omittenda: quia ad lucrandum fratres nostros de presenti & in futurum adest obligatio, disput. 6. n. 9.

Ob corrigendum proximum tenetur quis Missam non audire, saltem in die non festivo, & non tenetur illam non audire femina propter vitandum peccatum eam desiderantis, quia de correctione fraterna extat praeceptum, non verò de non audiendo Missam propter scandalum aliorum, disput. 37. n. 10.

Regulares possunt cedere iuri suo, quòd praemissa correctione fraterna immediatè fiat denuntiatio, quia quilibet potest remittere illud quod in sui cedit fauorem, disput. 46. n. 28.

Constitutio Societatis I E S V, denunciandi videlicet non praemissa correctione, solum intelligitur de culpa quae ab alio fuerit notata, non de illa quae à delinquente sub secreto fuit commissa

alteri: quia id esset contra ius naturae, nisi ei cessisset Religiosus, vel culpa cederet in damnum tertij, disput. 46. n. 28.

## Curiositas.

Non delinquit peccato curiositatis qui non sibi necessaria cupit scire: quia naturaliter homo scire desiderat, disput. 3. n. 1.

Erit curiositas addicere tempore quo non licet, sive à quo non licet, ut à dæmone, sive quod non licet, disput. 3. n. 2. & 3.

Non est curiositas inspicere picturas & flores, disput. 3. n. 4.

Velle cognoscere non necessaria tempore à quo licet, est actus naturalis appetitus, & virtutis fortè studiositatis, disput. 3. num. 5. & 6.

Erit tamen quid perfectius à cogitatione talium abstinere ob mortificationem, disput. 3. numero 7.

Curiositatis vitio delinquit qui supra facultatem sui ingenij aliquid cognoscere cupit, ut si vellet scrutari mysteria Fidei, disputatione 3. numero 3.

Medicus vel Theologus incumbentes Mathematicis, vel aliis scientiis, quando Theologiae, vel Medicinae incumbere debebant, peccant peccato curiositatis: quia cupiunt scire tempore quo non licet, disput. 3. n. 1.

## D.

### Dæmon.

Dæmon non valet ligare intellectum, nec voluntatem hominis, sed tantum corpus ex permissione Dei, disput. 38. num. 5.

Dæmon quanto minus timetur à vitis sanctis, tanto ipse redditur ignauius, disputatione 41. numero 31.

Scrupulosi maxime oportet dæmonem non timere, disput. 41. n. 31.

### Debitum coniugale. Vide, Jeiunium.

### Declaratio Cardinalium.

Declarationes Cardinalium habent vim legis, quando decisio consultatione Pontificis praemittitur: quia solum Cardinales legem condere non possunt, disput. 48. num. 1.

Quando opposita declarationes cardinalium circa eandem rem feruntur, non est maior ratio assentiendi vni quam alteri, disputat. 48. num. 1.

Quòd Episcopus successor possit examinare regulariter ab antecessore approbatus, testatur declaratio Cardinalium, & quòd non possit, testatur altera. Idèd ad huius dubij resolutionem declarationibus non est vtendum, disputatione 48. numero 1.

### Delectatio venerea. Vide, Pollutio.

Delectationes quae interius consummantur, tot sunt peccata in genere motus, quot in esse physico fuerint actus distincti: quia non habent aliud in quo continentur, disput. 64. 3.

Delecta

# sive libri Compendium.

Delectatio veneris, quamvis modica sit, si sit respectu obiecti grauis semper est mortale peccatum: quia modica vel magna intensio non conducit ad grauitatem, sed materia actus, disp. 21. num. 20. & 25.

In luxuriz vicio leuis materia reperitur, vt tangere manum vel pedem fœminæ, aut vellicare animo ibi sistendi: quia in aliis præceptis materia leuem inueniri est notum, disput. 11. num. 22.

Quando luxuriz peccata sunt venialia, opus non erit statum penitentis, nec fœminæ circa quam declarare: quia talium rerum confessio voluntaria est, disp. 6. num. 7.

Habens delectationem veneream cessante periculo consensus in ea, vel pollutionis, nullo modo peccabit, si solum permittat appetitum delectari, negatiue se habendo: quia sufficienter dirigit appetitum qui illo non fauet, disput. 21. num. 3.

Contrarium huius docent plures, disput. 21. num. 2.

Abque membri erectione, aliquando carnis gustus præsentitur, vt patet in agris vel conualescentibus, senibus, aut in iam defessis ex coitibus, disp. 21. num. 19.

Delectatio venerea tunc est magna, quando turbat rationem, ad aliæque cogitanda præter carnalia non permittit, quæ si deficient, modica iudicari debet, disputatione 21. num. 21. & 22.

Venerea delectatio ex se peccatum est, si voluntate acceptetur, quamvis non in ordine ad pollutionem nec copulam, sed solum intendat quis se delectari cum ea: quia ipsa delectatio castitati opponitur, disp. 21. num. 25.

Sponsus venere se delectans de futura copula, lethali ter peccat: quia delectatio est præsens, & matrimonium futurum, disputatione 21. num. 27.

Scholasticus incumbens actu litteris, & stimulatus venereis delectationibus, si determinatus sit illis non consentire, non tenetur surgere à loco studij: quia ab actione vili non tenemur cessare, cessante periculo consensus, disput. 21. num. 10. & docet Vazquez 1. 2. tom. 1. disp. 115. num. 9.

Assistens in oratione, præsertim mentali, & venerea delectatione vexatus, non tenetur à loco orationis surgere, dum determinatus sit non consentire delectationi, & videat periculum consentiendi clare cessare, propter eandem rationem, disp. 21. num. 11.

Delectationem non sumere specificationem ab obiecto exteriori est probabile, & defenditur etiam oppositum vt verius, disputatione 2. num. 8.

Delectatio venerea per se ordinatur ad effusionem feminis abstrahendo ab effusione extra vas voluntaria, vel inuoluntaria, vel intra vas vxoris propriæ, vel alienæ, disputatione 21. numero 40.

## Deuotio.

Deuotio est actus voluntatis, præsupponens contemplationem intellectus seu meditationem, disp. 23. num. 2.

Deuotio est actus voluntatis, quo quis prom-

*Sanchez Selecta*

ptè se tradit ad Dei famulatum, disputatione 23. num. 2.

## DEVS.

Deus permittens peccatum quod potest impedire, non peccat: quia à nullo obligatur impedire, qualiter obligantur homines à Deo, disput. 37. num. 3.

Deo magis placet status innocentiz, quam penitentiz, disp. 46. num. 14.

## Dilectio. Vide, Charitas.

Dilectionis Dei, & proximi mandata, probabile est non esse præcepta specialia, disp. 1. n. 21.

Dilectionis proximi mandatum negatiuum est, & non obligat ad habendum actum internum, disp. 1. num. 21.

Dilectionis præceptum in quolibet gradu intensiōis impletur, disp. 1. num. 21.

Dilectionis Dei præceptum admissio quod speciale sit, non habet determinatum tempus in vita in quo obliget, sed ad summum obligat non nimis differre dilectionem, disput. 1. num. 21.

Dilectionis Dei præceptum obligat in articulo mortis, admissio quod speciale mandatum sit, disp. 1. num. 21.

## Dispensare.

Dispensare non potest inferior in lege sui superioris. Nec Episcopus in matrimonij impedimenti vtgente causa: quia inferior in superiorum non habet potestatem. Hoc reor principiis intrinsicis ductus; extrinsecis non damno, disp. 43. num. 8. §. *At licet.*

Epicheia non se extendit ad dispensandum, sed solum ad interpretandum legem deficere in hoc, vel illo casu. Constat ex natura Epicheiz, 43. num. 8. §. *Non inquam.*

Causa legitima existente tenetur superior ex iustitia dispensare: quia ex illa est constrictus suam iurisdictionem exercere, disp. 32. num. 8. §. *Præterea.*

Falsò asseruit Suarez, aliquando esse debitam dispensationem ex charitate, vel misericordia, non tamen ex iustitia: quia dispensare est actus iustitiz, disp. 43. num. 8. §. *Et displicet.*

Existente causa ad dispensandum non potest poni aliqua multa: quia petens id quod sibi ex iustitia debetur, non debet tradi cum onere, disp. 54. num. 40.

Dispensare potest Parochus etiam præsentente Episcopo in ieiunio, in esu carniū, in Quadragesima: quia id obtinet consuetudo, disp. 54. num. 36. & 37.

Quid amplius est declarare legem non obligare quando dubia erat eius obligatio, quam in ea dispensare. Cum primum sit mentem Legislatoris attingere, & de illa disponere; secundum verò legis exemptionem efficere, disputatione 54. num. 37.

Dispensatio ab inferiori facta sine causa est nulla: quia non alter habet potestatem; facta verò à supremo Legislatore est valida, sed peccabit dispensando: quia sine causa difformia reddit membra, disp. 54. num. 38.

# Index Rerum,

Inferior validè dispensat sine causa quando putabat interesse : quia id æquum est , disputat. 54. num. 39.

Minor causa requiritur ad dispensandum in aliquo præcepto , quàm ad non seruandum aliquod præceptum : quia hoc est maius quàm primum , disputat. 51. num. 6.

## Doctor.

Doctor potest consulere in illis quæ pertinent ad vtilitatem interrogantis iuxta opinionem aliorum contra primam sententiam , quia potest quis aliorum opinionem sequi , propria reiecta : ergo à fortiori poterit illam consulere , disputat. 43. num. 42. & disputat. 44. num. 50.

Doctor in illis quæ nocent interroganti non potest consulere iuxta opinionem aliorum quâdo illa ligat ; sed iuxta propriam , si ipse habeat opinionem liberantem , quia interrogans propriam sententiam respondentis exoptat , & non aliorum , disputatione 43. num. 42. & disputatione 44. numero 50.

Doctores communiter dicentes dari vnam opinionem tutiorem altera , non in eo sensu loquuntur , quòd sequendo vnam maius periculum sit incurrendi culpam , quàm sequendo aliã , sed quòd vna , non solum recedit à formali peccato , verùm à mortali , disputat. 44. num. 66.

Doctoris minus debet exercere confessarius docendo pœnitentem quæ sint peccata , vel non , disputat. 43. num. 42.

Dum Doctor contrarius est in doctrinis , posterior imitanda est , quia attentius præsumitur esse inspectam , disputat. 54. num. 66.

Poterit tamen quis sequi primam , ibid.

Doctorum absolutè pluralitati non est attendendum , vt iudicetur opinionem esse probabiliorem , sed respectivè iuxta numerum Doctorum agentium de illa re , disputatione 44. numero 67. & 68.

Plures Doctores metuunt consulere opiniones probabiles : quia illic trepidauerunt timore vbi non erat timor , disp. 44. num. 66.

Opinio habens pro se plures Doctores falsò nixi fundamento , idem est ac si nullum haberet : quia in tantum fauent , in quantum fundamentum nituntur , disputat. 48. num. 48.

Magis credendum est vni Doctori ex professo tractanti aliquam disputationem , quàm pluribus illam perfunctoriè tractantibus , ibidem.

Quando graues Doctores aliquam rem assumunt probandam , si illam non probent , signum est rem esse incapacem defensionis : quia in Doctoribus non potest præsumi defectus , disputat. 48. 49.

Plus ratio quàm doctori deferendum est : quia ratio intrinseca conuincit , Doctores verò extrinsecè , disputat. 7. num. 19.

## Doctrina Christiana.

Ob ignorantiam Doctrinæ Christianæ non potest Parochus , imò nec Episcopus , impendere matrimonium inire , cum impediméta matrimonij solus Pontifex ferre possit , disputat. 28. num. 9.

Poterit tamen ex consensu contrahentium per breue tempus matrimonium differre , disputat. 28. num. 9.

Constitutio diœcesana prohibens Parochum assistere matrimonio eorum qui Doctrinam Christianam ignorant , infamatoria est , vtpote quæ deregit peccatum occultum contrahentium , scilicet negligentiam in addiscenda Doctrina Christiana , disputat. 28. num. 10.

Ignorans doctrinam Christianam absolui debet si proponat addiscere : quia id sufficit , disp. 9. num. 8.

## Dolor.

Dolor sensibilis cordis necessarius non est ad Sacramentum pœnitentiæ , sed satis est retractare voluntatem à peccando : quia dolor sensibilis in nostra potestate non est , disputat. 1. num. 8.

Dolor nouus requiritur ad confessionem de peccatis iam confessis : quia nouum Sacramentum nouis partibus constare debet , disp. 1. num. 22.

## Dotare.

Pater restrictus est filiam naturalem dotare : quia id dicat ius naturæ , disputat. 44. num. 54.

## Dubium.

Illam regula iuris : *In dubijs melior est conditio possidentis* , non intelligitur quando res est sub opinione , sed quando manet sub dubio . Vnde dubitans , an res possessa ab alio sit sua , non potest alium spoliare , disputatione 44. num. 54. & disputat. 33. num. 30.

Dubium ius vinci non debet à certo iure ; disputat. 34. num. 9. & disputat. 42. num. 9.

Dubitans , Num dies sequens sit ieiunij ; potest edere carnes , quia possessio est ex parte libertatis , disputat. 42. num. 3. & disputat. 43. num. 5.

Post initum matrimonium bona fide , si superueniat dubitatio de illius valore , facta sufficienti diligentia ad eruendam veritatem , poterit coniux petere debitum , adhuc remanente dubio : quia in dubijs melior est conditio possidentis , disp. 42. num. 3.

Possidens bona fide aliquam rem , si superioratur dubium , an sit sua vel non , facta sufficienti diligentia ad cognoscendam veritatem , poterit vti re , adhuc non deposito dubio propter eandem rationem , disputat. 42. num. 3. & disputatione 43. num. 12.

Emens bona fide rem , & facta diligentia , an sit aliena , adhuc dubio permanente potest rem emere : quia non probata malitia , pro bonitate præsumendum est , disputat. 43. num. 14.

Dubitans an aliquid ore assumpserit & glutierit , poterit communicare : quia possessio stat pro libertate , disputat. 42. num. 3.

Dubitans an expleuerit vigesimum primum annum , non tenetur lege ieiunij , quia possessio stat pro libertate , disputat. 42. num. 3. & disputat. 43. num. 6. & disputat. 54. num. 5.

Sive præceptum sit negatiuum de non agendo aliquid , sive affirmatiuum de efficiendo , dubitans an præcepta pro illo tempore interueniant , facta sufficienti diligentia , potest contra præcepta operari : quia possidet libertas , disputatione 42. num. 5.

Si dubium sit in quo mense beneficium vacauerit , & facta indagazione constare non potest , potest

# sive libri Compendium.

potest Episcopus illud conferre: quia de iure communi ad eum spectat prouiso omnium beneficiorum suæ diocesis cessantibus reservationibus, disput. 42. num. 5.

Qui certus est accepisse mutuo pecunias, dubitat verò an satisfecerit, ad restitutionem tenetur, aliàs ius certum vinceretur à iure dubio, disput. 42. num. 9.

Qui dubitaret an licitè accederet ad sumendam Eucharistiam, vel non, quia dubitat an cibum sumperit, peccabit accedendo: quia tunc dubitans si licitè accedat vel non, dubium practicum habet, disput. 42. num. 11.

Qui certus est consuluisse furtum, vel homicidium, & dubitat, an de facto sequuta sint illa crimina, ad restitutionem tenetur: quia possidet consilium præstitum, & dubitatur de sequuto nocumento, disputat. 42. num. 14. & disputat. 48. num. 10.

Non tamen constrictus erit restituere, si consilium dedisset furi parato rapinam committere, aut occisori determinato occidere, quia tunc præsumitur consulentem non inflaxisse in furto, aut homicidio, disput. 42. num. 14.

Hoc ramen consulenti debebit certò constare, nam si solùm dubitaret, an determinatus fuisset, vel non, fur rapinam aggredi, & homicida occisionem, nequaquam liber ab onere restituendi euaderet, ibid.

Dubitans de emissionem voti non tenetur adimplere: quia possessio stat pro libertate, disput. 43. num. 1.

Bene tamen si opinatur votum emisisse, ita vt magna sit determinatio iudicij, disput. 43. num. 2.

Certus de emissionem voti Religionis, dubius tamen, an Religionem in communi, vel in particulari vouerit, potest quamlibet ingredi: quia possidet libertas, disput. 43. num. 3.

Non tenetur abstinere nuptiis qui certus est se vouisse non copulandum iri alicui fœminæ, dubitat verò an emiserit vorum de accessu fornicario, vel vxorario: quia in dubio voto pro libertate iudicandum est, disput. 43. num. 4.

Dubitans de ætate legitima ad ordines, vel beneficia, tenetur non suscipere: quia possidet præceptum, disput. 43. num. 7.

Dubitans an sit licitum quod superior iubet, tenetur obedire: quia possidet autoritas iubendi, disput. 33. num. 37.

Dubitans an aliquod præceptum sit derogatum, tenetur non contraire præcepto: quia possidet præceptum, disput. 43. num. 8.

Dubitante aliquo, an votum emissum sit ante annos pubertatis, pater poterit irritare: quia possidet ius irritandi, disput. 43. num. 9.

Depositarius dubitans, an sua culpa res sit amissa, non tenetur restituere, quia est in possessione suæ innocentie, quando delictum non præsumitur, disput. 43. num. 11.

In diebus solùm Princeps potest interpretari legem: quia illius est interpretari, cuius est condere, disput. 43. num. 8.

Dubium practicum respicit tanquam obiectum peccatum, aded vt materia circa quam versatur, sit committere peccatum, vel illud fugere, disput. 42. num. 2.

Dubium speculatiuum respicit tanquam proprium obiectum quauicunque rem de qua nascitur dubitatio, ibid.

Dubium practicum essentialiter includit dubium speculatiuum, non verò è contra, disput. 42. num. 11.

Restituere tenetur famam qui certus de læsione, dubius manet de integra satisfactione: quia ius certum non debet vinci à iure dubio, disput. 43. num. 21.

Dubitans an proximus extremè indigeat, indagare tenetur veritatem ad elargiendam elemosynam: quia aliàs verificaretur de illo: *Noluit intelligere, vt bene ageret*, disput. 43. num. 20.

Dubium & opinio habent se sicut superius & inferius, opinio dubium includit, non tamen dubium opinionem, disput. 44. num. 48.

Opinio facti verè dubium est, disputatio-  
ne 43. num. 50.

Tantum ius habet quis ad fugiendum nocumentum dubium atque certum: quia *in dubijs melior est condicio possidentis*: & ita possidet homo respectu nocumenti dubij ac certi, disp. 51. n. 9.

## Duellum.

In duello bellantes siue solemnè, siue priuato, sunt excommunicati: constat Clementis VIII. Decreto, disput. 36. num. 5. & 6.

In duello solemnè morientibus neganda est sepultura Ecclesiastica: quia id sancit Concilium Tridentinum, disput. 36. num. 5.

In duello priuato morientibus forè iam ex consuetudine non negatur sepultura Ecclesiastica, ibidem.

Ex eo quòd Concilium decernat committentes duellum esse excommunicatos, non superflue addidit, esse quoque priuandos sepultura Ecclesiastica: quia ex iure solùm denunciati priuantur sepultura, disput. 36. num. 6.

Quando duellum non fuit euidenter notum, non potest Parochus priuare publicè sepultura defunctum in illo: quia publica pena non est infligenda nisi publicæ culpæ, disputatione 36. numero 12.

Quando Parochus esset notum duellum posse probari per sufficientes testes, tenetur remittere causam Ordinario antequam defunctum sepe- liat, vt præmissa lummaria informatione sententiam ferat: quia Parochus vt minister legis contra in duello decedentes debet illius obseruationem procurare, disput. 36. num. 13.

## E.

### Ebrius.

**E**brius iactans contumelias, siue blasphemias, aut falsa iuramenta tempore ebrietatis, non peccat peccato contumeliæ, nec blasphemie: quia de ratione horum peccatorum est, quòd cù rationis vsu committantur, disput. 20. num. 5.

Se inebrians animo iactandi contumelias tempore ebrietatis, non peccat in causa, hoc est quòd se inebriat, peccato contumeliæ, sed peccato odij in proximum: & idem de iuramento & blasphemia: propter rationem dictam, ibidem.

Se inebrians animo iactandi contumelias tempore ebrietatis, si postea dum ebrius est, iactet, non tenetur confiteri se contumeliã dixisse, sed

# Index Rerum,

fatis est dicere se inebriatum fuisse animo iactandi contumelias, blasphemias, vel iuramenta falsa: quia in ebrietate dicta peccata non sunt, ibidem.

## *Edictum Inquisitorum.*

Edictum Inquisitorum intra sex dies implendum legitur: constat ex illius tenore, disp. 11. num. 60.

Edictum Inquisitorum continet præceptum & excommunicationem latae sententiae: constat ex illius tenore, ibidem.

Præceptum in edicto contentum semper durat, & excommunicatio, donec non reuocantur, disp. 11. num. 60. & 61.

A die notitiae edicti esse terminum numerandum ad denunciandum, est maximè probabile, disp. 11. num. 58.

Edictum Inquisitorum obligat denunciare nulla præmissa correctione, nec consultatione: constat ex illius tenore, disp. 11. num. 56.

Non tamen impedit hoc edictum quin consultatio de delicto fiat cum viro docto, ut cognoscatur quid denunciandum sit, vel non, adert tamen obligatio non declarandi illi viro docto personam denunciandam, si plenè potest dici casus absque manifestatione, ibid.

Edictum Inquisitorum non minus obligat quam lex Canonica, ibid.

Non prohibet edictum Inquisitorum præmittendum esse correctionem, absolutè, dum tamen non ob id denunciatio omittatur, nec fuga delinquentis timeatur: quia corrigere proximos iure naturali tenemur, ibid.

## *Eleemosyna.*

Pauci quamuis diuites se accusant de transgressione eleemosynæ, & pauci confessarij id interrogant, cum ad id utriusque teneantur, disp. 6. num. 10.

Confessarius non potest commutare penitentiam erogandi eleemosynam, per solam applicationem ad ipsummet penitentem tanquam ad pauperem: quia nullus sibi met propriè erogat eleemosynam: nec id est sibi pœnale, disp. 14. num. 18.

Nec votum erogandi eleemosynam potest commutari in applicationem ipsius vouentis ut pauperis: propter dictam rationem, disputat. 14. num. 18.

Si alicui esset commissum inter pauperes elargiri eleemosynam, potest sibi met pauperi partem aliquam applicare: quia ipse non debet esse peioris conditionis, disp. 14. num. 18.

Et sic posset executor testamenti partem sibi pauperi applicare, ibid.

Etiamsi testator paupertatem executoris cognouisset, & nihil ei præstandum iussisset: quia potuit ob pudorem, vel obliuionem non legare illi eleemosynam, ibid.

Eleemosyna imperata à charitate peccata delet, disp. 22. num. 35.

Eleemosyna disponit ad gratiam comparandam, ibid.

De fide est solam eleemosynam, vel fidem homines non iustificare, ibid.

Plures sancti zelo misericordiae rapiti indica-

runt esse crimen mortale non elargiri eleemosynam in communibus necessitatibus, quod tamen contra communem Theologorum est, disp. 23. num. 35. & disp. 31. num. 11.

Elargiens eleemosynam ob bonum proprium beatitudinis, imperatur actus à propria charitate, & actus imperatus pertinet ad eleemosynam, disp. 24. num. 11.

Non inepte pro recens baptizatis & ultimo supplicio puniendis postulatür eleemosyna pro sacrificio Missarum: quia inter Baptisma & mortem interuenire potest aliquod peccatum veniale, & quia Missa dici poterunt in gratiarum actionem pro beneficio exhibita baptizator, disp. 40. num. 5. & 6.

Impediens aliquem per vim, ne elargiatur eleemosynam, peccat contra virtutem eleemosynæ, & iustitiam: quia quilibet habet ius iustitiæ, ne impediatur per vim priuatam ab actionibus licitis, disp. 42. num. 7.

Dubitans an proximus sit in extrema necessitate, tenetur veritatem indagare, ne præceptum eleemosynæ transgrediatur, disp. 43. num. 20.

Dubitans an aliquis sit in extrema necessitate, si facta sufficienti diligentia maneat adhuc dubius, non tenetur eleemosynam erogare: quia libertas ad illam non exhibendam est in possessione, disp. 43. num. 20.

## *Episcopus.*

Episcopus etiam successor potest examinare regulares semel examinatos, disp. 48. num. 16.

Episcopus potest examinare iam Parochos, disp. 50. num. 11.

Episcopus non tenetur ex iustitia elargiri eleemosynam pauperibus suæ diocesis, sed solum ex charitate, quia sit dominus fructuum: erit tamen in illo circumstantia notabiliter aggrauans eleemosynæ omisio, disp. 47. num. 9.

Episcopus ex iustitia tenetur corrigere paterne delinquentes sibi subditos, quia ad partum spiritualem est eius munus principaliter institutum, secundariò verò ad eleemosynam corporalem elargiendam, disp. 6. num. 9.

Episcopus non potest præcipere quòd matrimonium non contrahatur inter illos, qui Doctrinam Christianam ignorant vsque dum addidicerint: quia ad solum Summ. Pontificem attinet impedimenta matrimonio stabilire, disp. 28. num. 9.

Maximum opus charitatis exerceret Episcopus, si infidelem ultimo supplicio puniendum & recens baptizatum vocaret ad Ecclesiam, ut illum confirmaret, & exemplum humilitatis præstaret, si carcerem ad hoc adiret, disp. 40. n. 4.

Maximè deceret Episcopus ministrare aliquoties infirmis Sacramenta, id egit B. Carolus Borromeus, & Christophorus Rojas Archiepiscopus Hispanensis, disp. 40. num. 4.

Episcopus iussè non poterit punire confessarios alibi approbatos audientes confessiones in sua diocesi absque noua approbatione, quia supposito quòd sequentes illam opinionem probabilem non committunt culpam, digni nequam erunt pœna, disp. 44. num. 27.

Episcopus tenetur acceptare Episcoporum, si id necessarium sit bono communi, quamuis acceptando se exponat periculo peccandi: nam ad-

# sive libri Compendium.

huc periculo illo extrante liber remanet ad non peccandum, disp. 10. num. 9.

Episcopo expediret maximè non acceptare officium in Regis Tribunalibus: quia ratio de omnibus reddenda Deo est. Et expediens esset valdè Regibus Episcopos, vel alios aliis officiis detentos nunquam occupare: quia alij sufficientes inuenienter; quòd si non inueniantur, potius Episcoporum vacare permittat, quàm simul eo perseverante aliis officiis incompatibilibus occupari, disp. 47. n. 26.

Episcopus habet iurisdictionem ordinariam, id expressum est in iure, disp. 48. n. 4.

Quamvis mortuo Episcopo maneat materialiter eadem diocesis, formaliter est diuersa: quia diuersum tribunal, disp. 48. n. 18.

Episcopi emottui mandata specialia cessant, non illa quæ feruntur per modum constitutionis & legis: quia de natura legis est esse perpetuam nisi expressè reuocetur, ibid.

Episcopo potest licentias ad confessiones ab antecessore concessas reuocare: quia vnus Legislator potest alterius leges abrogare nisi à superiori impediatur, ibid.

Episcopo admittens ad examen confessarios non potest licentias reuocare illorum qui idonei reperti fuerint (nisi causa deprauatorum morum moueat, vel alia vrgens) quia turpius eicitur hospes quàm non admittitur, disp. 48. 24.

Valde diuersum est, fas esse Episcopo vocare confessarios ad examen, vel posse idoneos inuentos reprobare. Hoc secundum non potest propter rationem proximè dictam, potest tamen primum, vt sciat quinam sint sufficientes, vel non, ibidem.

Dolendum maximè quòd aliqui Episcopi cognoscentes palam aliquos Parochos esse illiteratos, eis non deputant coadiutores, nec concubinaros puniunt iuxta Concilij Tridentini dispositionem, disp. 50. n. 8. 9. & 10.

Episcopus non potest priuare Parochos beneficiis propter simplicem incontinentiam absque qualitate concubinatus. Constat Cardinalium declarationibus, disp. 50. n. 10.

Si Episcopo positiuè constet omnes Parochos suæ diocesis sapientes esse, non opus erit illos examinare, disp. 50. n. 13.

Non excusabuntur Episcopi non examinantes aliquando Parochos per non vsum, seu consuetudinem: quia iure naturali constringuntur Episcopi sui gregis commodo prospicere, disputat. 50. num. 14.

Quamuis possint Episcopi vacare ad examen confessarios, vel si renuant venire, possint illorum licentias reuocare, non poterit iurisdictionem à Parochis auferre, sed solum censuris constringere, vt examinationi compareant: quia ante inuentam sufficientiam per examen, habent à iure approbationem, disp. 50. n. 15.

Episcopus declarans esse Parochum illiteratum, non propterea reddit illum inhabilem ad omnia Sacramenta ministranda (nisi id declaret) sed tantum ad confessiones audiendas: quia ad hoc Sacramentum præcipuè requiritur scientia, disp. 60. n. 16.

Episcopus & illius Vicarius constituunt vnum tribunal, & de Vicario ad Episcopum non datur appellatio. Sicut nec eiusdem ad seipsum, disp. 50. fol. 497. num. 3.

## Epicheia.

Non est locus epicheiæ in dubiis, videlicet quando solum dubitatur, an lex deficiat in particulari casu, aliàs propter ius dubium spoliaretur lex sua possessione obligandi, disp. 43. n. 8.

In dubiis solum Princeps potest interpretari legem: quia nullus potest mentem Legislatoris cognoscere, ibidem.

Epicheia solum locum habet quando manifeste deficit lex, & tunc ad executionem non est opus consulere Principem, ibid.

Ab inferiori epicheia legi adhiberi non potest ex sola coniectura probabili: quia lex possidet, ibid.

Dum asserunt aliqui Doctores in dubiis esse locum epicheiæ, intelligendi sunt non de dubio æquilibri, sed de formidine, quando scilicet est probabile iudicium, licet cum formidine apponatur, ibid.

Epicheia est in quolibet homine capace iudicare legem non comprehendere aliquem casum, verbi gratia, quòd gladius non sit reddendus, furioso, vel volenti alium interficere, quamuis lege statutum sit, deponita esse reddenda dominis, ibidem.

Epicheia non residet in iudice tanquam in iudice & superiore: quia ad iudicium ferendum legem non comprehendere casum manifestum (circa quam solum versatur epicheia) non est opus declaratione superioris, ibid.

Per Epicheiam non potest inferior dispensare in lege superioris, etiam in casu grauissimæ necessitatis: quia epicheia non versatur erga dispensationem casuum qui comprehenduntur de facto sub lege, sed erga manifestos casus qui non comprehenduntur, vt in exemplo de furioso petente gladium, ibid.

Falsò asserunt aliqui non posse inferiorem dispensare in lege superioris in casu ad quem nunquam habuit iure ordinario iurisdictionem vt in impedimentis matrimonij: posse tamen dispensare in casu reseruat ad quem antea habebat inferior iurisdictionem: falsum, inquam, est hoc. Nam reseruatio ita constituit casum extra facultatem inferioris, ac si nunquam fuisset sub illius iurisdictione. Vnde in neutro potest dispensare, disp. 43. num. 8.

## Equites.

Equites Militarium Ordinum maximè decenter accedunt ad Eucharistiam sumendam ense accincti: non ad illos incumbit ex professione Fidem armis defendere, & Sacramentum Eucharistiæ est mysterium Fidei, disp. 45. n. 4.

Et ob eandem rationem decenter suscipiunt Confirmationis Sacramentum ense accincti, & armati, disp. 45. n. 5.

Equites sancti Ioannis sunt in rigore Religiosi: quia tria vota emittunt in manibus Prælati, disput. 49. n. 10.

Equites Alcantaræ, Calatraræ, & sancti Iacobi sunt verè Religiosi, disp. 49. n. 11.

Equites Christi, & Auis in Lusitania, Montefæ in Aragonia, & sancti Stephani in magno Ducatu Florentiæ sunt verè Religiosi, disp. 49. num. 13.

Equites quorumlibet Ordinum Militarium emittentes professionem trium votorum in manibus Prælati, sunt verè Religiosi, disp. 49. n. 13.

Omnes

# Index Rerum,

Omnes Regulares Militarium Ordinum possunt confiteri sua peccata aliis Regularibus sui Ordinis non approbatis ab Episcopo, disputat. 49. num. 13.

Omnes Regulares Militarium Ordinum possunt confiteri sua peccata de licentia sui Prælati Sacrorum Ordinibus secularibus, licet non approbare ab Episcopo, disp. 49. n. 13. & 8.

## Error.

Ex errore communi confertur iurisdictio etiam sine titulo colorato collato à legitimo possessore: quia id magis fauorabile est Reipublicæ, disp. 44. num. 3. Imò Summo Pontifice.

## Examen conscientie.

Qui optima præditus est memoria, non eget tam longum tempus ad examinandam conscientiam consumere ac qui tardiori laborat, disput. 1. num. 7.

Ad scrutandam conscientiam solum obligat Deus, non ad inuenienda peccata infallibiliter, disput. 1. num. 22.

Post mediocrem diligentiam adhibitam in perquisitione conscientie, nullus tenetur ulterius de antea vita cogitare: quia ad moraliter possibile obligat solum Deus, disp. 4. n. 18.

## Excommunicatio.

Qui ab excommunicatione non fuit absolutus, potest celebrare ad vitandam infamiam: quia iura positiua non obligant cum tanto rigore, disp. 32. num. 5.

Excommunicatione non ablata, absolutio Sacramentalis inualida est: quia id decernunt iura, disp. 32. num. 11.

Ligatus excommunicatione minori non solum peccat recipiendo Sacramenta, sed etiam administrando: quia sic decernunt iura, disputatione 32. num. 11.

Vnde receptissima differentia, videlicet quòd excommunicatio maior priuat à receptione & administratione Sacramentorum, minor verò solum à receptione, falsa est: quia contra ius, disput. 33. n. 11.

Confessarius audiens plures reconciliationes eiusdem personæ in eodem intervallo temporis, solum in prima reconciliatione absoluat à censura ante peccatorum abolutionem: nam postea nulla de nouo incurta est, disp. 6. n. 21.

Morientibus ligatis excommunicatione, & non toleratis, non est concedenda sepultura Ecclesiastica, donec absoluantur quoad effectum sepeliendi illos: quia id decernunt iura, disput. 36. num. 1.

Olim excommunicatis etiam toleratis non concedebatur sepultura Ecclesiastica: quia id decedebat per ius antiquum, disputatione 36. numero 1.

Clericus primæ tonsuræ potest absolueri ab excommunicatione in articulo mortis, deficiente Sacerdote, disput. 44. n. 7.

Imò & absolueri potest laicus: quia id præsumitur ex pieiissima Pontificis intentione, disp. 44. num. 7.

Pueri ante annos quatuordecim, & femine

ante duodecim nullas incurrunt censuras: quia sic decretum est in iure, disp. 26. n. 18.

Qui excommunicatur propter aliquod opus licitum secundum opinionem probabilem, excommunicationem non incurrit: quia sine peccato incurri non potest, disp. 48. n. 33.

Excommunicatio maior ferri non potest, nisi præcedat culpa mortalis: quia grauis pœna graui culpa debet respondere, disp. 48. n. 33.

Non restitutus excommunicatione, condemnatus tamen à iudice restituere sub excommunicatione, eam incurrit, si non restituar, quia tunc iudex habet ius ad determinandam vnam, vel alteram partem, disp. 48. num. 33.

In prædicto casu verificatur proprie dictum Diui Gregorij: *Excommunicatio iusta vel iniusta tinenda est*, disp. 48. n. 33.

Quando dubium est circa factum, verbi gratia, an quis Clericum percusserit, timenda est excommunicatio; non verò quando dubium est circa ius, videlicet quando Doctorum versatur opinio, an lata sit in iure excommunicatio: quia ius & causa dubia non potest effectum determinatum producere, disput. 48. num. 33.

Quod nec etiam in dubio facti incurtatur excommunicatio, docet satis facibiliter Sanchez: quia in quocunque dubio melior est conditio possidentis, disp. 48. n. 33.

Subditus furans extra territorium non ligatur excommunicatione sui Episcopi in furantes lata: quia sic iura decernunt, disp. 54. n. 27.

## Extrema vntio.

Extrema vntio causat sanitatem corporis: constat ex Concil. Trident. sess. 14. cap. 2. disp. 22. num. 8.

Extrema vntio abstergit peccata venialia, disput. 27. n. 6.

Et ad id est principaliter institutum Sacramentum Vntionis: ex epist. 1. Iacob. *Et si in peccatis sit, dimittentur ei*, disp. 27. n. 6.

Et immediate per se peccata venialia remittit, non immediate, causando videlicet auxilium, quo excitetur dolor pro peccatis, disputatione 27. num. 6.

Extrema vntio tollit reliquias peccatorum originalis, moralis & venialis. Siue per reliquias peccatorum intelligantur peccata post Sacramentum Pœnitentiæ commissa, siue oblita confiteri, siue intelligatur reatus pœnæ temporalis, siue pronitas ad malum, & torpor, ac difficultas operandi bonum, siue intelligamus tolli debitum illud quod homo per peccatum incurrerat, vt à Deo non iuuaretur superabundantibus auxiliis, quod debitum per Extremam vntionem remittitur, disp. 27. n. 7.

Extrema vntio potest per accidens facere de attrito contritum: quia id concessum est omnibus Sacramentis, disp. 27. n. 8.

Magna cura est adhibenda, quòd infirmi sacramentum Vntionem suscipiant: quia illud Sacramentum maximè proficuum est, disp. 27. n. 8.

Institutum est Sacramentum Vntionis ad confortandum animum ægrotantis contra difficultates occurrentes in articulo mortis: disputatione 27. num. 9.

Æquum erat Sacramentum Vntionis institui pro necessitatibus in morte, cum Sacramen alia sex

# siue libri Compendium.

sex fuerint instituta pro necessitatibus in vita, disp. 27. n. 9.

Sacramentum Vnctionis magis est necessarium puero qui nunquam communicauit, quam adulto quis sacram Eucharistiam iam suscepit, aut in infirmitate, aut in salute, disput. 27. numero 11. & 13.

Existentibus in articulo mortis adulto qui communicauit, & puero qui non, ministranda est vnctio puero, relicto adulto ex charitate vel iustitia (si vtrisque subueniri non possit) quia tunc vnctio magis necessaria est puero quam adulto, disp. 27. n. 12. & 16.

Quando puer sacramentum Pœnitentiæ non suscepisset, non auderem sine vnctione illum relinquere, etiamsi tenemus capacem esse Pœnitentiæ, & non Eucharistiæ, quia non ministrando illi sacram Vnctionem periculo damnationis exponitur, disp. 27. num. 15.

Omnes effectus Extremæ Vnctionis qui dispersim recensentur à DD. paucis explicuit Concil. Trident. sess. 14. cap. 2. Primò, peccata, si quæ sint expianda, remittit. Secundò, peccati reliquias abstergit. Tertiò, ægroti animum alleuiat & confirmat. Quartò, magnam Diuinæ misericordiæ fiduciam excitat, quia infirmus subleuatus & morbi incommoda, ac labores leuius fert. Quintò, tentationibus dæmonijs calcaneo insidiantis facilius resistit. Sextò, sanitatem corporis interdum vbi saluti animæ expedit, confert, disput. 27. num. 16.

Probabile est non adesse obligationem ministrandi Extremam vnctionem cum periculo vitæ propriæ: quia Sacramentum hoc non est necessarium per se ad salutem, disp. 27. n. 16.

Si tamen infirmus Sacramentum pœnitentiæ non receperit, & aliàs iudicet probabiliter Pœnitentiæ contritionem non habuisse, ob accelerationem infirmitatis (licet difficile hoc cognosci queat) teneri tunc ministrare Extremam vnctionem cum periculo propriæ vitæ est probabile: quia in valde necessariis tenetur pastor animam suam ponere pro ouibus suis, disputatione 27. numero 17.

Quando dubitatur de puero, an habeat vsum rationis ad peccandum, ministranda est Extrema vnctio sub conditione, sicut & Pœnitentiæ sacramentum: quia tunc absque periculo sacrilegij subuenitur infirmo, disp. 27. n. 17.

Quando Parochus cognoscit per confessionem puerum nunquam actualiter peccasse, non potest ministrare Extremam vnctionem, ne falsificetur forma Sacramenti, disputatione 27. numero 18.

Adulto in extremis existenti & recens baptizato, nisi post Baptismum constet aliquod peccatum commississe, non potest ministrari Extrema vnctio etiam sub conditione: nam si in illo casu ministrari non potest sacramentum Pœnitentiæ, nec etiam vnctionis, disputatione 27. numero 18.

Extrema vnctio non fuit de facto ministrata B. Virgini, quia cum nullum peccatum habuerit actuale, (nec originale) falsificaretur forma, dicendo: *Indulgent tibi Deus quicquid peccasti*, &c. disp. 27. num. 19. & 20.

Effectus primarius vnctionis est remittere peccata venialia, & reliquias peccatorum, secundarius autem est augmentum gratiæ, & ob secunda-

*Sanchez, Selecta.*

rium solum non potest ministrari, disput. 27. numero 20.

Forma vnctionis magis explicitè exprimit suscipientem Sacramentum illud peccasse, quam forma Baptismi, disp. 27. n. 20.

In aliquibus locis viget consuetudo ministrandi prius sacram Vnctionem, quam sacram Eucharistiam, cum hæc finis sit omnium Sacramentorum, disp. 27. n. 22.

Extrema vnctio datur infirmis, vt detineantur in hac vita, si expediens fuerit, Eucharistia verò vt proficiantur: & ob id Viaticum appellatur, disp. 27. n. 22.

Consuetudo non ministrandi vnctionem pueris qui nunquam sacram Eucharistiam sumpserunt, non est seruanda, vt minus expediens, & in detrimentum puerorum cedens, disputatione 27. n. 22.

Extrema vnctio neganda est publico peccatori casu quo debeat negari Eucharistia: quia peccator publicus nullo Sacramento dignus est, disp. 34. num. 17.

Si infirmus patiatur furorem, quod vngi non patiat, vinciat, vt sic ministrari possit: quia sic vnctus cessabit periculum irouerentiæ, disp. 38. num. 4.

## *Eucharistia & Eucharistia sumptio à laicis.*

*S. 1.*

Eucharistia negari non potest peccatori occulto etiam in occulto penenti, ob peccatum solum notum in confessione: quia aliàs confessio redderetur odiosa, disp. 8. num. 10.

Contrarium huius docent plures, disput. 8. num. 11.

Quamuis intra genus temperantiæ in die ieiunij modicum cibi sumere leue peccatum sit, intra genus Religionis graue crimen est illo sumptu cibo Eucharistiam accipere: quia Ecclesia illud vetat vt materia grauis, disp. 11. n. 22.

Ecclesia ob finem aliquem Religiosum potest obligare, quòd omnes Eucharistiam sumant: quia potest obligare ad alia opera virtutis, si expedit, disp. 13. num. 2.

Si admittatur prius posse aduenire vsum rationis ad peccandum venialiter, quam mortaliter, in illo casu adertit obligatio suscipiendi Eucharistiæ: quia cap. *Omnia vtriusque sexus*, obligat omnes vsum rationis habentes illam sumere, disput. 17. num. 6.

Eucharistiam suscipere cum peccatis venialibus, habitualibus, siue etiam actualibus, nonnullum peccatum veniale non est, erit tamen suscipere ob inanem gloriam: quia tunc vitatur actus ex prauo fine, disp. 21. num. 9. & disp. 23. num. 20. & 21.

In Patafco licitum est laicis sanis Eucharistiam sumere: quia id nullo iure vetatur, nec consuetudine, sed ad summum datur non vsum, disp. 22. n. 20.

Ad dispensandam Eucharistiam volenti communicare ob solam deuotionem, Hostia Missæ potest frangi, quia nullo iure vetatur: & illam non frangere ad extremam vitam agentem communicandum, esset peccatum mortale, disput. 22. num. 21.

Ad dispensandam Eucharistiam moniali infir-

K k k

112

# Index Rerum,

non volenti communicare ob solam deuotionem, potest Sacerdos ingredi monasterium in omnibus festiuitatibus, quibus ex constitutione tenentur moniales Eucharistiam sumere: quia id nullo iure vetatur: imò non posse quotidie nullaratione fulcitur, disp. 22. n. 22.

Quòd ex se sit laudabilius communicare, quàm abstinere ob reuerentiam concors omnium Doctorum sententia est: quia est actus perfectionis virtutis, disp. 22. num. 5. & 7.

Dum D. Paul. 1. Corinth. 11. ait: *Prober autem se homo, & sic de pane illo edat*, &c. intelligendum est de probatione per confessionem quando aliquis habet mortale, vt explicat Trident. sess. 13. cap. 7. disp. 22. num. 6.

Si mundus sit homo à mortali, & aliàs ob nullum prauum finem Eucharistiam sumat, aut ob susceptionem non impediatur aliquod præceptum adimplere, vt assistere infirmo extremè indigenti, sanius consilium erit quotidie communicare, quàm aliquoties abstinere: quia exercet actum perfectioris virtutis, & gratia Sacramentalis & auxilia obueniunt ex reali susceptione, quæ non contingunt ex abstinencia ob reuerentiam, disp. 22. num. 7.

Suscipere Eucharistiam est actus perfectissimæ Religionis, disp. 22. n. 7.

Susceptio Eucharistiæ sine mortali causat gratiam, & remissionem venialium, disputatione 22. num. 8.

Ad remissionem venialium non requiritur attritio necessaria cum Sacramento Eucharistiæ, sed sufficit gratia infusio, & non complacentia peccati: quia sic maior efficacia tribuitur huic Sacramento, disp. 22. n. 8.

Sumptio Eucharistiæ confert congrua auxilia ad vincendas tentationes, sedat passiones, & sanitatem corporis causat, disp. 22. n. 8.

Experientia docet validiorem sanitatem sibi comparare frequenter communicantes quàm qui tardius, disp. 22. num. 8.

Ex sumptione Eucharistiæ plura bona obueniunt fumentis, abstinens verò nullum aliud bonum nanciscitur præter bonum reuerentiæ, & timoris, disp. 22. n. 8.

Accedens ad Eucharistiam quamuis amore concupiscentiæ comparandi sibi bona accedat, etiam amore amicitia Dei accedit quærens illius gloriam: quia quicumque actus virtutis dum exercetur, fit propter gloriam Dei, nisi expressè excludatur talis finis, disp. 22. n. 8. & 49.

Maior laus tribuitur à Fidelibus Deo ob communionem Sacramentalem, quàm ob communionem spiritualement & Eucharistiæ recessum, & ideo quotidie illa frequentanda, disputatione 22. num. 8.

Accedere ad Eucharistiam ob proprium commodum, videlicet gratiam & gloriam comparandi, actus bonus est, aliàs actus spei non esset bonus, quo concupiscentis videre Deum, quatenus bonum nostrum beatificans est, disp. 22. num. 8. & disp. 24. num. 11.

Accessus ad Eucharistiam perfectior actus Religionis est quàm recessus ob reuerentiam, intelligibile ergo erit ex illo accessu non maiorem rezultare Deo gloriam, quàm ex recessu, & ideo quotidie frequentanda, disputatione 22. numero 8.

Licet ad suscipiendam Eucharistiam quotidie

sufficiat mundities à mortali, & quòd ob rectum finem, & tempore quo aliud præceptum non implendum instat, suscipiatur: semper tamen proceranda est maior quæ haberi possit dispositio, & id consulendum à confessariis; supposito tamen quòd non sit adepta, non ob id deferenda communicatio, disp. 22. num. 8.

Recessus à communione nunquam potest disponere ad saltem spiritualiter feruentius communicandum alia vice: quia magis disponit actus ad actum similem, quàm carentia actus ad actum, disp. 22. num. 11.

Concilium Trident. sess. 13. cap. 7. consilium exhibet Fidelibus, vt tanto quanto magis se disponere possint ad communionem, id præstent; nunquam tamen consulit, quòd si adepta non sit illa magna dispositio, à communione recedant disp. 22. num. 12.

Sicut apud homines prudentes nimia familiaritas contemptum non parit, sic nec Fideles dignè communicantes ob quotidianam communionem, Eucharistiam non spernunt, disput. 22. num. 13.

Peccatum mortale irreligiositatis est bis in die communicare: quia id vetatur ab Ecclesia, disp. 22. num. 15.

Infantibus olim dabatur Eucharistia, & eius fructus præcipiebatur, disputatione 22. numero 15.

Ex Sanctis quidam timore reuerentiæ ducti quotidie noluerunt communicare, alij verò amore affecti quotidie Eucharistiam sumebant, vnde nulla ratio vrget, magis illos quàm hos esse imitandos, 22. num. 17.

Iniuriosè aliqui Doctores appellant luxuriam spiritualement, desiderium quotidie communicandi: quia tale desiderium sanctissimum est, disput. 22. num. 17.

In vniuersum sanctius viuunt quotidie communicantes quàm abstinentes à communione, & ideo magis ad quotidie communicandum, quàm è contra, erunt hortandi, disp. 22. n. 17.

Accedentes ad sacram mensam quotidie sine mortali, etiam si vitam perfectiorem non agunt, indecentiam non committunt: quia id nulla mediocri ratione probari poterit, disp. 22. num. 17. & disp. 23. num. 54.

Non est æquum Prædicatores quotidianam communionem reprehendere, non enim reperitur mundus in statu quo refrenandus sit, sed potius quo impellendus ad illam, disputatione 22. num. 18.

Non esse quotidie communicandum, nisi à maxime sanctis, aliquando censui; re inspecta magis, & cum viris doctis rem perferens, mutandam fore sententiam inueni, disputatione 22. numero 18.

Adeo vt me reum criminis iudicem, si hominem non habentem peccatum mortale, sed rectum finem in susceptione Eucharistiæ, ab illa priuem, disp. 23. n. 31.

Qui zelo reuerentiæ ad Eucharistiam quotidianam communionem dissuadent, id quod minus bonum est, indumentis perfectioris boni circumtegunt, disp. 22. n. 18.

Abstinere à communione ob reuerentiam, actus virtutis est Religionis, minus tamen perfectus quàm ob amorem accedentes, disput. 22. numero 18.

Quamuis

# siue libri Compendium.

Quamuis alia bona quotidie dignè communicanti non obuenirent, ad id agendum, æquum esset. moueri, vt scilicet voluntas. Concilij Tridentini sessione 22. cap. 6. impleteretur, ad quotidianam communionem hortantis, illis verbis: *Operare sancta Synodus*, &c. quæ explicantur, disp. 22. num. 19.

Magis decere Fideles communicare quotidie, quàm aliquoties abstinere, comprobatur Cardinalium declaratione per quam reprehenditur quidam Episcopus non permittens quotidianam communionem, disput. 22. num. 19. & disp. 23. num. 31.

Centurioni dicenti: *Domine non sum dignus*, &c. dedit Deus in præmium illius humilis recusatiosis sanitatem filij; Zachæo verò cum gaudio suscipienti Dominum salus totius domus facta est, disp. 22. num. 24.

Quamuis demus tot actus virtutis exercere abstinente ab Eucharistia quàm accedente, & ita intensos, semper tamen excedunt in qualitate actus accedentis; quia respiciunt perfectius obiectum, & vltra hoc gratia Sacramentalis & auxilia obueniunt, disputatione 22. numero 25.

Admisso, disputationis gratia, quòd quotidie communicans non sentiat feruorem deuotionis, multo magis sentiret minus si non quotidie communicaret: & aliunde quàm ex Eucharistia proueniret tunc frigiditas, nempe aut ex demone instigante, aut Deo permittente ad humiliandum hominem, aut ex indispositione corporis, disp. 22. num. 26.

Dicentes ex quotidiana sumptione Eucharistia minui feruorem, dolo afficiunt Sacramentum, & vt nocuum insimulant, disputatione 22. num. 26.

Non est merienda maior, vel minor deuotio in susceptione Eucharistia, ex eo quòd suscipiens gaudium & susceptionem, siue suauitatem sensibilem habeat, sed ex eo quòd habeat promptitudinem animi præstandi famularum & obsequium Deo: quia sanctioribus pluries illa sensibilis delectatio deficit, disp. 22. num. 32.

Plures Sancti adducuntur, qui quotidianam communionem cum sola munditie à mortali consulunt, etsi etiam consulant satius esse ad maiorem dispositionem semper conari, disp. 22. à n. 27. vsque ad 51.

Ex dictis Sanctis non solum argumentum negatiuum, sed affirmatiuum resultat ad consulendam quotidianam communionem, disp. 22. n. 34. & 35.

Malè deducunt aliqui ex illo D. Pauli. *Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit; non diiudicans corpus Domini*, non esse quotidie communicandum cum sola munditie à mortali, disput. 22. n. 36.

Qui sine mortali Eucharistiam sumit, diiudicat corpus Domini iuxta mentem D. Pauli & Concilij Tridentini: quia id quòd præceptum est, agit, disp. 22. num. 39.

Si enim rarò communicantes admittunt aduersarij non committere indecentiam, quamuis cum sola munditie à mortali Eucharistiam sumant, etiam debet admittere illam non commissuros quotidie sumentes, cum vtrique eisdem dispositionibus se possent parare, disput. 22. numero 42.

Sanchez Selecta.

Aduersarij admittentes esse melius celebrare quotidie Sacerdotes; quamuis cum sola munditie à mortali, fortiori debent admittere in sumptione Eucharistia quotidiana à Fidelibus, cum multo altior dispositio ad celebrandum, quàm ad communicandum requiratur: quia altius minus exercet us, disp. 44. 45. & 46.

Ex communiōne Fidelium Ecclesie conciliantur maxima bona. Representatio scilicet Passionis Christi, augetur gloria accidentaliter Beatorum, & saltem indirectè pro pœnitentia animarum existentium in Purgatorio est sumptio Eucharistia expiatiua, quatenus mouentur communicantes opera aliqua satisfactoria pro illis offerre, disput. 22. num. 47. & disp. 25. num. 5. & 12.

Eucharistia cum attritione putata contritione causat gratiam, disp. 22. num. 49.

Asserentes non quotidie esse communicandum, absque fundamento assignant octauum diem, magis quàm quartum, tertium vel secundum, disp. 22. num. 50.

Solum ob hanc rationem deferri deberet talis opinio, quamuis alia non essent, disp. 22. n. 51.

Si homines dediti negotiis Reipubl. non possent quotidie communicare cum sola munditie à mortali, infelices vocari possunt, disp. 22. numero 50.

Conclusio vniuersalis nostræ sententia est, quòd quotiescumque sumendo celestem Panem non peccatur mortaliter, nec venialiter, vtilius est & melius communicare, quàm ob reuerentiam abstinere, disp. 22. n. 51.

Plures multo Doctores & grauios docent non expedire laicis non agentibus vitam perfectam quotidie communicare, sed tamen plus rationi evidenti deferendum est. Quòd confirmat optimè S. Theresia de Iesus in libro suæ vitæ, *en el camino de perfeccion*, cap. 2. t. dicens: *Que grandeza de Dios! que pide mas a las vezes un hombre solo o dos que digan verdad, que muchos juntos. Torna poco a poco a descubrir el camino, da los Dios animo. Si dicen que ay peligro en la oracion, procura se emienda quam buena es la oracion, sino por palabras, por obras. Si dicen que no es bueno a menudo las comuniones, entonces las frequenta mas. Ansi que como aya vno o dos que sin temor sigan lo mejor, luego torna el Señor poco a poco a ganar lo perdido*, disp. 22. n. 18.

Plures etiam Doctores docent expedire laicis, etiam non degenitibus cum perfectione, quotidie communicare, ibid.

Et docet hanc sententiam vniuersa Religio Benedictina, (vno fortè vel alio excepto: dico fortè, nam certò affirmato non possunt num aliquis excipiatur.)

## Eucharistia sumptio à coniugatis.

§. 2.

Coniugatos die habitæ copulæ Eucharistiam suscipere quidam arbitrantur esse peccatum veniale, alij contra consilium, disp. 23. à num 2. vsque ad 10.

Etsi consulendum sit coniugatis à copula abstinere, vt Eucharistiam suscipiant, dato tamen quòd à copula non abstinuerint, non est illis consulendum quòd non communicent, sed potius è contra: quia ex communicatione maxima bona nascuntur, disp. 23. n. 11. & 13.

Kkk 2

Eriamfi

# Index Rerum,

Etiamsi coniugati copulam habuissent causa voluptatis, non sunt dissuadendi à communionem, quamuis melius egissent, si à copula abstinuissent ob reuerentiam Sacramenti, disputatione 23. 24. & 25.

Nec ex hoc datur illis occasio à copula non abstinere: nam semper consulimus melius esse ab illa abstinere ob reuerentiam Sacramenti, disput. 23. n. 27. & 28.

Et tanto melius agent, quanto diutius abstinerint, disput. 23. num. 29.

Habenti pollutionem nocturnam consulendum non est abstinere ab Eucharistia suscipienda, præsertim si in causa non fuisse voluntaria: quia ex susceptione plurima obuenient bona, disput. 23. num. 29.

Imò etiamsi in causa fuisset voluntaria, vel fornicationem noctu commississet aliquis, & ab ea confiteretur vero dolore sui criminis pœnitenda, consultius ager communicando, quam non, cum ex communionem gratia Sacramentalis, auxilia ad præcauenda peccata, remissionem venialium, & alia nobis occulta bona comparet ille, ex abstinentia verò solum meritum reuerentiæ, disput. 23. num. 30. & 26.

Invalidum est votum de non communicando die habitæ copulæ: quia est de minori bono, disput. 22. num. 16. & disput. 23. n. 40.

Sanum consilium est coniugatos post susceptionem Eucharistiam toto illo die à copula vacare, nisi insit periculum pollutionis, aut fornicationis cum aliena, disput. 23. n. 11.

Susceptio Eucharistiæ viam parat ad facilius acquirendas omnes virtutes, disput. 23. nam. 16.

Sanum consilium est distractionem mentis expellere curare ad deuotius sacram Eucharistiam suscipiendam, at supposito, quòd quis nolit curare distractionem expellere, non est sanum consilium non communicare, quia tunc gratia Sacramentali & aliis fructibus priuaretur, & aliam distractio perseveraret, & quia cum illa communicare non est peccatum, nec veniale irreligiositatis, disput. 23. num. 21.

A fortiori sequitur esse sanum consilium communicare, dum accedens ad sacram mensam curasset expellere distractionem, & non potuisset; tunc enim inuoluntaria esset distractio quæ non impedit, aliis qui scrupulis vexantur, non possent communicare, disputatione 23. numero 22. & 23.

Ratò inuenitur qui volens communicare, voluntarias habet distractiones, & id aduertere debent confessarij, supposito quòd ob distractionem impedire velint communionem, disput. 23. numero 22.

Quamuis orate sine attentione peccatum veniale sit, non sic communicare sine attentione, quia oratio est loquutio ad Deum, & attentionem exoptat, manducatio vero illam non exigit necessariò: quamuis curandum semper sit illam consequi, & sic consulendum à confessariis, disput. 23. num. 32.

Asserentes peccare venialiter qui post habitam fornicationem, aut pollutionem voluntariam Eucharistiam suscipit, quantumuis vero dolore sua peccata sit confessus, planè videntur aduersari Concilio Tridentino sess. 13. cap. 7. dicenti dignè accedere qui præmissa vera confessione communicat, disput. 23. num. 30.

Vnde confessarij hos prohibere non debent à Sacramentis: quia pœnitentia auferret omnem indecentiam, disput. 23. num. 31.

Non auderem absque crimine his verè pœnitentibus & absolutis, cupientibus communicare, communionem prohibere: quia sic dispositi ius habent ad Eucharistiam, disput. 23. n. 31.

Reuelatio facta est sanctæ Tertrudi, quòd reprehenderit Christus maxime retrahentes à communionem Fideles mundos à mortali, nec aliam dispositionem exigit, disput. 23. num. 31.

Aduersantur declarationi Cardinalium prohibentes coniugatos communicare die habitæ copulæ, disput. 23. n. 31.

In veteri lege præceptum fuit non manducandi panes propositionis die habitæ copulæ coniugalis. At in noua lege nullum extat mandatum de non suscipiundo Eucharistiam die habitæ copulæ, disput. 23. num. 17.

Non occidit Deus Ozam, quòd arcam tetigerit post habitam copulam, sed quòd præceptum de portando arcam in humero Leuitarum transgressus fuerit, boues oneri subiiciendo, quare non relictum argumentum sit de illo casu ad eum qui post habitam copulam Eucharistiam sumit: constat ex sacro textu, disput. 23. n. 39.

Non impedit refectionem spiritualis dulcedinis, quæ consistit in quodam robore, & firmitate ad gratiam receptam non amittendam, distractio quæ de rebus bonis, aut indifferentibus causatur, vt si quis cogitaret dum communicat de referenda concione, aut de valetudine patris, aut in campum ire, sed illa quæ peccatum veniale est, vt si quis cogitaret de dicendo mendacio, disput. 23. num. 42.

Delectatio verè sensibilis, quæ aliquando causatur ab Eucharistiæ susceptione, per distractionem habitam etiam de rebus bonis impeditur, hæc autem delectatio non est infallibilis effectus Sacramentis, cum illa non semper causetur, etiam si deficiat quæcumque distractio, disputatione 23. numero 43.

Refectio spiritualis dulcedinis, quæ est effectus Sacramenti Eucharistiæ suspenditur per distractionem conceptam etiam de rebus bonis, alio tamen tempore dabitur, at quæ impeditur per distractionem de peccatis venialibus habitam nunquam conceditur, disput. 23. num. 43.

Valde diuersum est ob distractionem effectum dulcedinis ab Eucharistia manantem impediti, vel quòd peccatum veniale sit iudicandum huiusmodi dulcedini obicem ponere, disputat. 23. num. 44.

Mirandum est, quòd aliqui aded inuisi sine quotidianæ communioni, quòd non solum habentes distractiones voluntarias separari velint à quotidiana sumptione, verumetiam habentes distractiones inuoluntarias: cum enim potius genus tormenti sit illas pati, nullam imperportionem habebunt ad communicandum, disput. 23. num. 46. }

Verum non est, quòd irreuerenter communitur qui absque fame Sacramenti accedit, quia cum spontè ad sacram mensam eat, desiderium adeundi habet, & illud dicitur fames, non alia anxietas, disput. 23. n. 52.

Indecentia in communionem non reperitur, quando aliqua culpa non adest, disput. 23. numero 54.

# siue libri Compendium.

Diuersum valde est quod in communione aliqua actio sit indecens, vel quod vna minus sit decens quam alia, disputatione 23. numero 44. & 45.

Non consequenter loquuntur Doctores facultatem facientes coniugatis die habita copula communicare, si reddiderint debitum: non tamen si petierint, cum siue reddendo siue petendo copula sit habita, & mentis distractio orta, disp. 23. num. 57.

Et minus verum est quod censent alij, etiam reddentibus non esse consulendam Eucharistia susceptionem die redditionis, alias infelices fuissent foeminae, quae à suis maritis quotidie reddere inducuntur, disp. 23. n. 57.

Vnde conclusio fit, siue coniuges petierint, siue reddiderint, consultius agent communicando, quam abstinendo, supposito quod à copula non se retraxerunt, quamuis melius egissent si à copula abstinuissent in ordine ad suscipiendam Eucharistiam, disp. 23. num. 58.

## De quibusdam notandis à prohibentibus quotidianam communionem.

### S. 3.

Ad Eucharistiae fructuosam receptionem necessarium non est actualem adferre deuotionem, licet melius esset illam habere, disputatione 24. num. 4.

Communicare etiam solum ob consuetudinem, dum alij recti fines positum non excludantur, laudabile est; & non vituperio dignum: quia habere consuetudinem exequendi opera virtutum laudabile nimis est, disp. 24. n. 5.

Laudabilius esset communicare ob reuerentiam Sacramenti actu cognitam; quia laudabilius est habere actualem intentionem in bonis operibus, quam solum virtualem, disputat. 24. numer. 5. & 9.

Si duo communicent, quorum vnus ex consuetudine, alter non, si in ceteris sint pares, laudabilius operatur qui ex consuetudine communicat: quia promptius & delectabilius, disput. 24. num. 8.

Communicans ex consuetudine, ex Religione infusa & acquisita operatur, disputatione 24. num. 7.

Quando concionatores reprehendunt communicantes ob consuetudinem, si id intelligant ac si communicent inconsiderate, recte in reprehensione procedunt, disp. 24. n. 10.

Sed credendum non est ita inconsiderate aliquos communicare: quia actus accedendi actus humanus est, disp. 24. num. 10.

Suscipiens Eucharistiam ob proprium modum actus imperatur à propria charitate ex fine operantis; ex fine vero operis virtuti religioni est adscriptus, disp. 24. n. 11.

Dissuadentes communionem quotidianam, animos Fidelium repidos reddunt, vt nec frequentiam exoptent, disp. 22. n. 18.

Credendum est omnes beatos gloriam accidentalem capere ex qualibet susceptione Eucharistiae à Fidei habita: quia voluntatem Christi influentes hoc Sacramentum ibi vident impleri, disp. 25. num. 5.

Illam verba: *Hec quotiescumque feceritis, in mei*

*memoriam facietis*: non solum Sacerdotes diriguntur, quatenus Sacramentum conficiunt, sed etiam quatenus Eucharistiam sumunt, disput. 25. num. 5.

Quae etiam verba respectu cuiuscumque Fidelis Eucharistiam suscipientis intelliguntur: cum in susceptione etiam Passio Christi representetur, disp. 25. n. 5.

Illam verba dicta sunt à Christo Apostolis nomine totius Ecclesiae, quae ex Sacerdotibus & Fidelibus laicis constat, disp. 27. n. 5.

Sacramentum Eucharistiae in hoc mundo peccata relaxat, in Purgatorio poenam alleviat, in Caelo gloriam augmentat, disp. 25. n. 5.

Ex susceptione Eucharistiae Fidelium Sancti capiunt gloriam accidentalem, qua ratione aequum esset illam quotidie suscipere, etiam si aliae rationes non iuuarent, disputatione 25. numero 11.

Animabus Purgatorij solatium non leue accrescit ex sumptione Eucharistiae à Fidelibus, quia representari Passionem Christi tunc conspiciantur, & quia cogitant suscipientes Eucharistiam cum fetore charitatis accensi sint pro illis oblaturis opera satisfactoria, disputatione 25. numero 14.

Indigna susceptio Eucharistiae non reuelatur à Deo animabus Purgatorij, & id potius ad tristitiam quam ad solatium verget, disput. 26. num. 14.

Si tamen aliquis in Purgatorio existente fuisset causa consilio, vel exemplo indignae susceptionis, forte tunc indigna susceptio reuelabitur ad maiorem afflictionem, quae in satisfactionem deseruiet, disp. 25. n. 14.

Aliquando etiam Beatis reuelabitur indigna susceptio, vt pro suscipiente orationes fundant, & misericordiam exakent, qua non sustinuit permittere in ipso quod in alio, disputatione 25. numero 14.

Damnatis forte indigna susceptio, cuius ipsi fuerunt causa, reuelabitur, ad poenam accidentalem illorum, disp. 25. n. 14.

Reuelabitur forte damnatis digna susceptio, vt merore afficiantur se non recte vfos fuisse gratia, & Dei auxiliis, disp. 25. n. 14.

## Susceptio Eucharistiae à pueris.

### S. 4.

Cuilibet puero statim ac peccare nouerit, distinguendo inter bonum & malum, ministrari debet Eucharistia licet sexto, aut septimo anno: quia cap. *Omnis utriusque sexus*, esse suscipiendam cum peruenerint Fideles ad vsum rationis, decretum, disp. 26. num. 45. & 13.

Raro tamen in tam infanti aetate vsum rationis aduenit, disp. 26. n. 4.

Peccant parentes puerorum secundum se loquendo, non sinentes eos communicare statim ac sciunt peccare: excusantur tamen quia sententiam plurimorum sequuntur, disputatione 26. numero 10.

Maior discursus requiritur ad implendum debite praecipuum confessionis, quam communionis: quia debet cognoscere puer dolorem & propositum, & integritatem confessionis requiri ad susceptionem Sacramenti poenitentiae: ad

# Index Rerum,

communione verò sufficit cognoscere sub hostia esse Christum & in gratia esse suscipiendum & teine: propria difficilius cognoscuntur à puero, disp. 26. num. 4. 7. 8. & 9.

Puer in gratia suscipiens Eucharistiam, & cognoscens Christum in ea recipi, non indecentius communicat quàm adultus, disp. 26. n. 4.

Quòd omnis fidelis, dum peruenit ad annum discretionis, tenetur præcepto communionis, est propositio definita in cap. *Omnia utriusque sexus*, de pœnit. & remiss. & in Concil. Trident. sess. 13. can. 9. disp. 26. n. 5.

Vnde censentes pueros adhuc, licet annum discretionis sint consequuti, non teneri præcepto communionis, Concilio & iuri aduersari videntur, disput. 26. n. 5.

Habentes debilem & imperfectum vsum rationis, vt sunt Æthiopes, & semisatui, secluso irreuerentiæ periculo, ad suscipiendam Eucharistiam tenentur: quia de illis verificatur habere vsum rationis, disput. 26. n. 5.

In illis in quibus propter rationes est iudicandum, semper præferenda est euidentis ratio auctoritati Doctorum, & ratio ex Concilio & iure adducta conuincit habenti vsum rationis dandam esse Eucharistiam, disput. 26. n. 5.

Eucharistia ita frequenter potest ministrari pueris habentibus vsum rationis ac adultis, cum nulla ratio oppositum conuincat, disputat. 26. num. 5.

Susceptio Eucharistiæ solùm est medium necessarium ad salutem necessitate præcepti: quia sine reali susceptione illius plures salutem consequuntur, disp. 26. n. 12.

Distincta gratia percipitur ex sumptione calicis, ac illa quæ percipitur ex receptione hostiæ, adhuc eadem dispositione durante in diuersis hominibus, quorum vnus sumat vnã speciem, alter vtramque: quia potus diuersimodè reficit ac cibis, disp. 26. num. 12.

Consuetudo quæ modò magis præualet non ministrandi pueris Eucharistiam statim ac sciunt peccare, non est præceptiua, quæ videlicet præcipiat contrarium non fieri, sed liberatiua, qua excusantur pueri à præcepto communionis vsque dum pleniorẽ discretionem habeant, disp. 26. num. 13.

Nulla offensus iusta Fidelibus datur, quòd pueris pollutibus vsu rationis Eucharistia ministratur, disp. 26. n. 13.

Videntes pueros communicare, & inde murmurantes, non rectè se gerunt, cum cogitare debeat examen illius susceptionis à confessario & parentibus puorum esse habitum, disputat. 25. num. 13.

Et horum murmurantium scandalum passivum est, disp. 26. n. 13.

Ex communiõne puorum ad summum oritur admiratio, propter illam tamen præceptum communicandi non erit transgrediendum, disput. 26. num. 13.

Vsus rationis citius aduenit pueris nobilibus ob bonam educationem, vnde citius quàm alij pueri obligantur confessione & communiõne, disp. 26. n. 14.

Zelus reuerentiæ ad Eucharistiam, negando illam pueris, occasio datur illis citius in peccata prolabendi, & in plura, disp. 26. n. 14.

Ex auctoribus dicentibus non statim ac pueri

norunt peccare, ministrandam esse illis Eucharistiam, fatentur dandam in articulo mortis, in quo non consequenter loquuntur, dum eadem sit irreuerentia in articulo, vel extra, vel si illa non obstante ob bonum spirituale pueri admittunt ministrandam, sic & in salute ob idem bonum admittere debebunt, disp. 26. n. 15.

In ciuitate Conchensi edita est constitutio synodalis à D. Andrea Pacheco, quòd Inquisitore generalis, quòd Eucharistia in articulo mortis ministraretur cuiusque qui capax fuerit Sacramenti Pœnitentiæ in quacunque ætate, disput. 26. numero 16.

Statim ac quis habet vsum rationis præcepto communionis obligatur, sed non obligatur præcepto confessionis, nisi habeat peccatum mortale, disp. 26. num. 17.

Puer non implens præcepta communionis & confessionis non ligatur ante annos pubertatis, in viris 14. in feminis 12. pœnis Canonis, scilicet priuatione sepulture Ecclesiasticæ, & ingressus Ecclesiæ, aut pœna excommunicationis, si in particulari diocesi sit imposta, disputatione 26. num. 18.

Pueri adhuc duodeni non sunt capaces ad referendum gratias pro beneficio Eucharistiæ suscepto, & adhuc aduersarij admittunt illis ministrandam esse Eucharistiam, disp. 26. n. 20.

Examen vsus rationis ad communionem potius pertinet ad parentes, si perspicui ingenij sint, vel ad tutores puorum, quàm ad confessarios, cum conuersentur diutius pueri cum parentibus, disp. 26. n. 22.

Quoties parentes inquirunt capaces esse pueros Eucharistiæ, confessarius verò reclamatione standum est iudicio confessarij cum huic dispensatio sacramenti sit commissã. **E** contra, verò, si parentes incapaces esse asserant & confessarius oppositum, parentum dictis erit standum, si alijs perspicui ingenij sunt, non verò si rudis; quia plura requirunt ad corrigendum Eucharistiam, quàm ad negandum, disp. 26. n. 22.

Secundùm se loquendo peccant Parochi non ministrantes sacramentum Vnctionem pueris habentibus vsum rationis ad peccandum, quamuis nunquam susceperint Eucharistiam, disputatione 27. num. 6.

Per accidens ratione ignorantia, aut consuetudinis, si alicubi sit, excusabuntur, disputatione 27. num. 6.

Eucharistiæ gratia solùm metaphoricè dicitur nutritiua, quatenus causatur media manducatione specierum, ad modum quo cibus corporalis media manducatione nutrit, disputatione 27. num. 23.

Specialis effectus Eucharistiæ est conferre auxilia congrua, gratiam vsque ad finem conseruantia, disp. 27. n. 11.

Eucharistia confert vberissima auxilia ad vincendas tentationes in hora mortis, disp. 27. n. 11. & 13.

Eucharistia auxilia quæ confert ad vincendas tentationes, non causat quando actu suscipitur, sed dum occasio tentationis offertur, quamuis multo ante sit suscepta Eucharistia, disput. 27. numero 13.

Quia ab hinc vno anno communicauit, si mortaliter non peccauit post communionem, fortè vincet tentationem oblatam in fine anni virtute auxilij

# siue libri Compendium.

auxilij præstiti ex illa communione, disput. 27. num. 13.

Auxilia quæ causantur ab Eucharistia, vt in plurimum sunt motiones intellectus & voluntatis rectæ, & remotio malarum occasionum, disp. 27. num. 13.

In opinione dicentium restitui omnem gratiam sacramentalem resurgenti ab iniquitate, dicendum est restitui quoque auxilia, quæ communioni antè factæ debita erant, nisi tempore communionis fuerunt concessa, disputatione 27. num. 13.

Potentior erit ad vincenda peccata ratione auxiliorum Eucharistiæ, qui post decem communionem reuixit, quam qui nunquam est lapsus, & semel aut bis Eucharistiam suscepit: quod intellige nisi ante lapsum in peccatum essent præstita auxilia, quæ debita erant communionibus, disp. 27. num. 13.

## *Eucharistia prohibitio à Confessarijs ob peccata venialia pœnitentium emendanda, & mortificationem inducendam.*

S. 5.

Non est expediens confessarius priuare Eucharistia pœnitentes aliàs bene dispositos, sine inducendi emendationem venialium seu imperfectionum; auferendo enim Eucharistiam, remouent medicinam ab infirmitate, cum ad præseruationem venialium sit etiam Eucharistia instituta, disp. 28. n. 5. & 7.

Prudens confessarius à luteo homine, vt Eucharistiam suscipiat, non exquirat diuinam, aut angelicam puritatem, sed satis est, vt de præteritis habeat accusationem, & de præsentibus non habeat delectationem, de futuro verò iustam voluntatem, à peccato cessandi habeat, disp. 27. numero 5.

Quos confessarius iudicat dignos absolutione, potest incitare ad communionem, quamuis facile recidant: quia digni sunt tunc suscipiendæ Eucharistiæ, disp. 28. n. 5.

Qui dignus est absolutione, dignus quoque est communione, nisi vomitus aut dilaceratio Sacramenti, aut alia indecentia timeatur, disput. 28. num. 5. 10. & 12.

Quamuis sciant Theologi plures effectus provenire ex sumptione digna Eucharistiæ, alij plures illi ignoti sunt, & forte innumerabiles. Quod enim fulgur hominem non truculenter dilaniet, fortè euenit quia communicauit. Quod vxoratus pudicam habeat vxorem, filios virtuti addictos, quosdam Religiosos, Respublicos alios, fortè contingit quia communicauit. Quod fructus hæreditas ista pingues reddat, cum & aliorum tenues colligantur, fortè euenit quia dominus hæreditatis dignè communicauit, disputat. 28. numero 6.

Confessarius ignorans tantis vtilitatibus de fraudari pœnitentem ob non susceptionem Eucharistiæ, addiscat, cum ad id tenetur, ne ignorantia damnet, disp. 28. num. 6.

Eucharistia à peccatis mortalibus præseruat, & à venialibus liberat, hoc est, illa remittit: constat

ex Concilio Tridentino sess. 13. cap. 7. disput. 28. num. 7.

Nulla aptior medicina applicari potest ad præseruandum à peccatis venialibus, quam Eucharistiæ susceptio: propter eandem rationem, disp. 28. num. 7.

Sicut malè ageret Parochus qui nollet matrimonio parochiani sui assistere vsque dum emendationem peccatorum esset assequutus, sic & qui prohiberet Eucharistiæ sumptionem vsque dum venialia essent emendata: per illud namque medium ius non habet confessarius emendationem procurare, disp. 28. num. 9.

Confessarius designans certos dies quibus sui pœnitentes communicent, interdicens in alijs, aduersatur Concilio Tridentino & Cardinalium declarationi, disp. 28. n. 10.

Pœnitens non habens conscientiam peccati mortalis, non tenetur obedire ex præcepto confessario præcipienti, ne communicet ob finem acquirendi emendationem venialium vel imperfectionem: infidictio namque confessarij non se extendit ad negandam Eucharistiam puro à mortali, disp. 28. n. 11.

Imò si se inueniat pœnitens sine conscientia criminis mortalis, & adhuc sine vitandi peccata venialia consulat confessarius cessationem communionis, satius ager pœnitens si communique, quam si à susceptione Eucharistiæ absteineat: quia medicina præseruans à venialibus est digna susceptio Eucharistiæ, disp. 29. num. 4.

Per medium iniuriolum non est fas confessario bona pœnitentis comparare, & iniuria fit puro à mortali Eucharistiam denegando, disput. 28. num. 12.

Ratione mortificationis pœnitentis non potest confessarius subtrahere ei sacram Eucharistiam: quia ius non habet ad mortificandum, & multò minus per medium iniuriolum, disput. 28. numer. 16. & disp. 30. numer. 5. & 11. & disput. 51. num. 1.

Nec etiam ratione cauendi mortalia in futurum potest negare Eucharistiam confessarius, si de præsentibus purum à mortali inuenit: quia tunc habet ius pœnitentis ad susceptionem, disput. 28. num. 17.

Doctores contra hanc doctrinam reclamantes; intertego, num ipsi ad celebrandum ita subdantur confessario, quòd imperanti cessationem celebrationis statim pareant, quantumcunque id iubeat sine emendandi venialia siue imperfectiones; disp. 28. num. 19.

Si Sacerdotes vt quotidie celebrent licentiam à confessario non exquirunt, quare laici vt quotidie communicent ad illam petendam erunt cogendi, disp. 28. n. 19.

Expedientius ergo se geret confessarius, si media reprehensione emendationem peccatorum venialium pœnitentis intendat, quam denegando Eucharistiam, disp. 28. num. 10.

Cum peccati venialia vitare non possimus, nisi sanctis cogitationibus à Deo præueniamur, & suis auxilijs adiuuemur, credi non potest potentiora auxilia fore emanatura à dolore denegare communionis, vel à timore perdendæ, quam à susceptione reali Sacramenti ad illa peccata venialia vitanda, disp. 28. n. 10.

Pœnitens purus à mortali sequens consilium confessarij vetantis communionem sine præueniendi

# Index Rerum,

uendi peccata venialia, vel imperfectiones, licitè agit, & meretur, melius tamen egisset, si communicasset contra tale consilium, aliorum Doctorem opinionem sequens non esse sequendam in illo euentu dicentium: quia ex communione plura nanciscetur bona, quàm ex abstinentia, disput. 29. num. 4.

Non expedit Prælatis Religionum priuare susceptione Eucharistiæ suos subditos causa illos mortificandi, nec id expedit confessariis erga suos pœnitentes, quia de se minus bonum mortificatio adducit subdito, vel pœnitenti, quàm suscepcio Eucharistiæ, disp. 30. n. 5.

Suscipiens Eucharistiã dum ex præcepto est prohibita, sacrilegium, seu irreligiositatem committit: quia delinquit contra rem sacram, disp. 30. num. 5.

Sine ope Sacramenti Eucharistiæ non potest homo diutius vitam spiritualem conseruare, moraliter loquendo, disputatione 30. numero 5.

Et susceptione digna Eucharistiæ omnes virtutes infusæ comparantur, disputatione 30. numero 5.

Quod non expedit confessariis priuare mortificationis causa suos pœnitentes Eucharistiã, confirmat quædam reuelatio facta S. Gertrudi, disp. 30. num. 6.

Quod non expedit Prælatis Religiosos priuare Eucharistiã aliquoties causa illos mortificandi, confirmat exemplum S. Luithgardæ, quod punita fuit quædam abbatissa ex eo, disputatione 30. num. 6.

Error est asserere eosdem percipi fructus ex communione spiritali, atque reali, disputat. 30. num. 8.

Piè credo propter desiderium suscipiendi Eucharistiã concedere Deum aliqua specialia, quæ non daret propter alia opeta bona, disputat. 30. num. 8.

Posita obedientia Religioso abstinenti ab Eucharistiã, causa illum mortificandi melius ager non communicando: quia melius est obedire, quàm sacrificare, quando obedientia cadit sub præcepto, disp. 30. num. 8.

Subditi Religiosi qui sæpè communicant, obedientiores sunt suis Prælatis, & ideo ad probationem obedientiæ non expedit illos Eucharistiã priuare, sed potius ad sumptionem hortari, disp. 30. num. 8.

Non vsus Eucharistiæ maximè indurat cor hominis, disp. 30. n. 5.

Ob id Concilium Ibernense noluit quemdam Sacerdotem qui enorme patrarat delictum, à celebratione per nimium tempus priuare, disp. 30. num. 8.

Dato quòd Prælati mortificationis causa ceaseant expedire priuare Religiosos Eucharistiã, id non agant sæpè: quia ex abstinentia ab Eucharistiã priuantur homines plurimis & maximis utilitatibus, disp. 30. n. 12.

Quamuis per accidens contingat ob negationem Eucharistiæ curare magis pœnitentem cauere peccata venialia, non ob id expedit illam denegare: quia quæ per accidens eueniunt, possunt etiam non euenire, & aliàs ius habet pœnitens ut dum mundus sit à mortali, sibi non negetur Eucharistiã, disp. 28. num. 12.

Confessarius potest incitare ad communionem

pœnitentem absolutum, etsi facillè recidat, quia pro tunc dignus est Eucharistiã, disputatione 19. num. 4.

Si aliquis ignoraret totum sumi Christum in parte Hostiæ consecratæ, rectè ageret Sacerdos ministrando Hostiã partem, ut huiusmodi tolleretur ignorantia, disp. 31. n. 2.

Secundùm se loquendo minus rectè se gerunt confessarij siue sint proprij Parochi, siue non, nolentes admittere ad sacramentum Pœnitentiæ pœnitentes non auos accedere ad sacram Eucharistiã absque præuia confessione: nam per Sacramentum illud Confessionis sacramentalem gratiam reciperet pœnitens, quæ iam defraudatur dum non admittitur, disputatione 31. numero 8.

Possunt tamen hi confessarij excusari bona fide & zelo, disp. 31. n. 8.

Si tamen confessatio ferè euidenter constaret ex repetita confessione eorundem peccatorum nulla capi displicentiam à pœnitente, non admittere tenetur ad confessionem, non tamen si id suspiceretur leuibus indiciis, disp. 31. n. 8.

Deficiente copia confessarij, si aliàs vigeat necessitas celebrandi, aut communicandi, potest Sacerdos celebrare, & laicus communicare sine præuia confessione, quantumuis sint conscij peccati mortalis, cum tamen existiment se contritionem habere, disp. 32. n. 4.

Casus necessitatis erit ad celebrandum, vel communicandum, si ex non celebratione, vel communione fama Sacerdotis, vel laici esse amittenda, vel minuenda nimis. Aut si Fidelis, quis in articulo mortis existens communicaturus esset, (nulla existente Hostia consecrata) posset ad infirmum communicandum celebrare. Aut ne totum populum sine Missã relinqueret Parochus. Aut ut perficeret sacrificium ab alio inceprum, disp. 32. n. 4.

Quamuis iniustissimè esset denegata absolutio pœnitenti, & desit copia alterius confessarij, non poterit pœnitens communicare, nisi grauem infamiam notam incurreret ob non communionem, nec sufficere quod incurrat leuem, disput. 32. numero 4.

Non est sufficiens causa ad communicandum absque præuia confessione, expectare alium confessarium, cui deuotius Fidelis confiteatur: quia ob rem leuem præmittendi confessionem ante communionem transgrediendum non est, disp. 34. n. 4.

Si pœnitens quatuor peccata mortalia haberet, & ob vnum solum timeret cerè non fore absoluendum, ob alia verò tria tale non metueret, tenebitur confiteri illa tria ad communicandum, casu quo infert necessitas communicandi ad vitandam infamiam grauem, & poterit tacere quartum: quia tunc facit confessionem formaliter integram, disp. 32. n. 7.

Pœnitens non inueniens alium confessarium quàm omnino surdum, tenetur confiteri per nutus & signa ante sumptionem Eucharistiæ: quia confessio præmittenda est modo possibili & sine graui iactura, disp. 32. n. 7.

Non tamen tenetur confiteri per interpretem, quia præceptum illud positium diuini præmittendi confessionem ante communionem non obligat cum iactura famæ respectu interpretis, disp. 32. n. 9.

Vrgente

# siue libri Compendium.

Vrgente necessitate communionis habens casum reseruatum ad summum tenebitur confiteri peccata non reseruata confessio non habenti potestatem ad reseruatum: quia respectu reseruati se habet, ac si non haberet copiam confessionis, disp. 32. num. 20.

Imò in hoc casu probabilius censeo non tene-ri confiteri non reseruata, cum tunc confessarius absoluere nequeat à reseruatis, & absolutio dimidiari non possit, disp. 32. n. 10.

Fidelis qui communicauit vrgente necessitate absque præuia confessione, non tenetur confite-ri quamprimum possit: nam tale præceptum so-lum est impositum Sacerdotibus, disp. 32. nume-ro 12.

Imò Sacerdotibus non esse impositum, sed so-lum dari consilium censent aliqui, quibus non assentior, disp. 32. num. 12.

Sacerdos celebrans ex malitia cum conscientia peccati mortalis, non tenetur quamprimum fieri possit confiteri: quia in hoc casu non loquitur Concil. Trident. disp. 32. n. 12.

Nec quando ex obliuione desit confiteri ali-quod mortale, disp. 32. num. 12.

Bene tamen si in Parasceue celebret, aut Mis-sam alterius post consecrationem perficiat, talis enim Sacerdos tunc verè celebrat vt minister Ec-clesie, disp. 32. num. 13.

Tenebitur statim confiteri Sacerdos celebrans non præmissa confessione ob inopiam confessa-rij, quamuis cum solis peccatis mortalibus inte-rioribus celebrasset: quia Ecclesia potest modi-ficare præceptum diuinum, disputatione 32. nu-mero 14.

Finita Missa tenebitur confiteri, si sibi adfit confessarius, & aliquid graue non obstat: quia Concilium dicit, quòd confiteatur quamprimum, disp. 32. num. 14.

Celebrans absque præmissa confessione, si an-te consecrationem recorderet criminis mortalis non tenetur quamprimum confiteri, quamuis consultius ager confitendo statim: quia tunc non celebrauit cum conscientia peccati mortalis ob inopiam confessarij, sed ex obliuione, disp. 32. num. 15.

Communiones quæ ex constitutione præfinitæ sunt fieri, potest Prælati impetrare; quæ præfinitæ non sunt, probabile est non posse iubere: quia ad id quod est supra regulam non potest obligare, disp. 33. num. 10.

Non suscepio Eucharistiæ iniungi non po-terit sub pœnitentia, cum cessatio operis virtutis nullius sit entitatis, nec pœnalitas materialis requisita ad Sacramentum, & consequenter nec meriti, nec satisfactionis, disputatione 33. nu-mero 15.

Velle Eucharistia carere de se non est actus bo-nus, sed per accidens ratione timoris, reuerentia, qualiter se habuit actus Centurionis dicen-tis: *Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum*, &c. disp. 33. num. 15.

Confessarius iniungens sub pœnitentia non sumptionem Eucharistiæ, aduersatur Concilio Tridentino & Cardinalium declarationi, disp. 33. num. 21.

Sumptio Eucharistiæ absolute potest imponi sub pœnitentia: quia virtutis Religionis est actus, disp. 33. num. 6.

Non tamen tenetur illam acceptare pœnitens, Sanchez, Selecta.

Quia grauari non potest acceptare opus quod adimplendum sit in statu gratiæ, & status pœnitentis non est aliquid materiale & sensibile, & consequenter non potest rationem pœnitentiæ intrare, disp. 33. num. 8.

Varij textus explicantur, in quibus decerneba-tur delinquentes priuandos fore per aliquod tem-pus communionem in pœnam sui delicti, & resolu-tur ex dictis decretis non posse sumi argumen-tum, quòd possit confessarius imponere sub pœ-nitentia cessationem sumptionis Eucharistiæ, disp. 33. num. 22. & 23.

Quando in sumptione Eucharistiæ, nec mor-talis vel venialis intercedit culpa, non tantum ex suo genere, sed etiam suscipienti, melior erit sumptio quam abstinentia, disputatione 33. nu-mero 36.

*Eucharistia ministranda publicis peccato-ribus, vel non, praxis seruanda.*

§. 6.

Nisi exhibitis signis publicæ pœnitentiæ non est ministranda in publico Eucharistia publico peccatori: quia mortuus in peccato indignus est hoc Sacramento, disp. 34. num. 1.

Confessio Sacramentalis facta videntibus plu-ribus sufficiens signum publicæ pœnitentiæ est, vt ministretur publicè peccatori publico Eucha-ristia: quia per confessionem præsumitur muta-tum fuisse corde prauo in bonum, disputat. 34. numero 2.

Facta sic confessione non est necessarium ex-pectare per aliquot dies quibus constet de emen-datione vt administretur publicè Eucharistia pu-blico peccatori: quia statim ac quis publicæ pœ-nitentia signum ostendit, redditur dignus Eucha-ristia, disp. 34. n. 3.

Publico concubinario accedenti publicè ad confessionem (licet non absoluto) neganda non est Eucharistia, quia quòd absolutio fuerit impen-sa, vel non, manet sub secreto, disputat. 34. nume-ro 4. & 5.

Nec est neganda peccatori habenti consuetu-dinem peccandi publicam, accedenti tamen ad confessionem publicè, disputatione 34. numero 6. & 7.

Peccatori publico in extremis petenti Eucha-ristiam, etiam cotam vno teste, ministranda est: quia coram pluribus peteret, si adessent, & facit tunc quod in se est, disp. 34. n. 8.

Peccatori publico secreto pœnitenti & petenti etiam secreto Eucharistiam, tenetur ministrans porrigere, dummodo præsumatur non fore ven-turam in aliorum notitiam sumptionem, ne oria-tur scandalum: quia secreto pœnitens ius habet ad secreto suscipiendum Sacramentum, disp. 34. num. 8.

Concubinæ in lupinari decumbenti, & non valenti ostendere signa pœnitentiæ Eucharistia ministranda non est: quia manet quoad homines in peccato publico, disp. 34. n. 9.

Peccatoribus ex accidenti publicis (vt si in platea homo hominem occidisset) ministranda est Eucharistia, quamuis non ostendat signa pœni-tentiæ publicæ, quia talis magis dicitur publicè pec-cans quam publicus peccator, & præsumitur esse

# Index Rerum,

habitualmente bonus, disputatione 34. numero 10. & 11.

Quamvis constet aliquem per tres annos & ultra inimicum suum quaesivisse ad occidendum, & tandem occiderit publice, poterit huic ministrari Eucharistia nullis exhibitis signis poenitentiae publicae, cum iam constet peccatum non continuari, disp. 34. num. 11.

Concubinario publico non est neganda Eucharistia publice petita, licet publice ad confessionem non accesserit, si tempore communionis constet de morte concubinae: propter eandem rationem, disp. 34. n. 12.

Et idem est dicendum, si è domo sit expulsa concubina sponte & non metu poenarum iudicis: propter eandem rationem, disputatione 34. num. 12.

Publico usurario poterit ministrari Eucharistia semel & iterum, dum accedat publice ad confessionem, licet nondum restituerit: quia ex modica mora non praesumitur restitutionis non praesumitur velle perseverare in peccato, disputatione 34. numero 13.

Non quicumque declaratur peccator à iudice indignus est Eucharistia, nisi ex consuetudine esset peccator, disp. 34. n. 14.

Publicus peccator, ut illi debeat negari Eucharistia, talis debet esse, quod illius peccatum nulla tergiversatione possit celari: quia ad denegandum tantum bonum maxima euidencia mali requiritur, disp. 38. num. 7.

Et ideo per euidenciam facti constare debet peccatum, & non solum ex infamia publica, disp. 38. num. 7.

Certus numerus personarum, quibus euidencia facti debeat esse nota, definiti nequit, disp. 38. num. 7.

Quando dubitatur, an de peccato habeatur euidencia, semper est iudicandum in favorem peccatoris, quia in dubiis favendum est reo, disp. 38. num. 7.

Rare iam contingit negari debere Eucharistiam publico peccatori, licet publica opera virtutis non exerceat: quia praesumitur non accessurum ad communionem, nisi praemissa confessione, disp. 34. n. 15.

Quando Doctores asserunt negandam fore publico peccatori Eucharistiam in publico, nisi exhibitis publicae poenitentiae signis, intelligendi sunt quod sufficere ostendere palam signa poenitentiae negativae, id est non continuationis peccati, & non positivae, orando scilicet, vel aliis piis operibus insudando: quia cessario à malo signum est mutationis voluntatis, disp. 34. n. 15.

Si peccator publicus minetur mortem, nisi ei porrigatur Eucharistia, poterit ministrari, (nisi in contemptum petatur.) Nam iuxta positivam non obligant cum dispendio vitae, disputatione 34. numero 16.

Et poterit ministrari ob bonum honoris, siue ob vitandam gravem iacturam rei temporalis, ram propriae, quam parentis, fratris, vel maxime amici: quia horum bona velut propria reputantur, disp. 34. num. 16.

Calu quo ministrari debeat Eucharistia publico peccatori, ministranda est sacra Unctio, & quando Eucharistia negatur, debet etiam negari sacramentum Unctionis: quia par in utroque procedit ratio, disp. 34. num. 17.

Ministrans hostiam non consecratam loco consecratae ad vitandum sacrilegium suscipientis, immane sacrilegium committit, quia exponit adorandam creaturam pro Creatore, disp. 35. numero 3.

Non erit licitum fingere hostiam in communicantes immitti, si nulla urgente causa communicaret peccator, posset tamen illud simulari, si ex non facta communione damnum grave esset communicanti pullulandum: quia simulatio sine causa mendacium est, disp. 35. n. 9.

Peccatori publico cui denegata fuit Eucharistia, debet etiam denegari Ecclesiastica sepultura quia praesumit Ecclesia impoenitentem vitam finivisse, disput. 36. num. 3.

Si verò post denegationem Eucharistiae, signa poenitentiae, etiam coram vno teste, ostenderit, concedi debet sepultura Ecclesiastica, cum iam cesset praesumptio impoenitentiae, disp. 36. numero 4.

Ministrari non debet Eucharistia peccatori occulto etiam in publico petenti, si id possit fieri sine infamia peccatoris, ut si fingat sacerdos hostiam deficere, vel limorari non posse in dispensanda communione, vel alia via: quia indigno ministrandum non est sacramentum, nisi ob vitandam infamiam suscipientis, disput. 37. numero 1.

Non tenetur minister consumere omnes hostias, alios absque communione relinquendo, ne indigno administret Eucharistiam. Nam quoties quis non ex passione, aut ignorantia peccat, sed malitia, non tenetur alius ab opere consilij cessare ob vitandum illius peccatum, disput. 37. numero 4.

Secundum se loquendo non est opus maioris perfectionis alios non communicare ob vitandum sacrilegium peccatoris volentis cum illis Eucharistiam sumere, quia perfectius non est defraudare seipsum bono spirituali, ut alius damnus spirituale videret, quod si velit evadere, potest, disp. 37. num. 8.

Per accidens poterit evenire quòd sit perfectus non communicare aliquos ob vitandum sacrilegium peccatoris volentis cum illis communicare, si probabiliter crederent communicaturi, peccatorem amisso pudore ex vna communione sacrilega pluries id criminis commissurum, disp. 37. num. 9.

*Eucharistiae ministranda Energumenis,  
hoc est, demoniacis, seu obsessis à  
dæmone, insanis & vulneratis pyaxis.*

S. 7.

Insanis siue fatuis à natiuitate minimè licet Eucharistiam ministrare: quia id constat ex usu Ecclesiae, disp. 38. n. 1.

Nec etiam est ministranda energumenis, quando timeatur irreuerentia, quamvis in extremis existentibus, disp. 38. n. 2. & 3.

Deficiente periculo irreuerentiae ministranda est Eucharistia energumenis, siue sint obsessi ob propria peccata, siue ob aliam causam: quia obsessio non causat indispositionem in anima, disp. 38. num. 5. & 7.

Energum

# sive libri Compendium.

Energumenis quotidie poterit ministrari Eucharistia sicut cuilibet alij Fideli, dummodo periculum irreuerentiæ cesset, expunctionis scilicet, vel dilacerationis: propter eandem rationem, disp. 38. num. 5.

Si Parochus nolit ministrare Eucharistiam energumeno in extremis existenti cessante periculo irreuerentiæ peccabit mortaliter: quia ius proximi lædit, disp. 38. num. 6.

Et ministrari debet etiam si energumenus blasphemet, quia blasphemix illa peccata non sunt, ut pote ab homine rationis non vrente prolata, disp. 38. n. 8.

Quidam Parochus ministrandam attulit Eucharistiam energumeno, vidensque fidem profiteri noluisse, recessit & absque communione eam reliquit, in quo malè se gessit, disputatione 38. num. 8.

Infans habentibus lucida interualla si tunc ostendant aliqualem deuotionem, ministranda est Eucharistia ex vsu Ecclesiæ id sic agentis, disp. 38. num. 1.

Quod intelligendum est, dummodo nullum periculum irreuerentiæ timeatur, vomitus videlicet, vel dilacerationis, disputatione 38. numero 1. & 2.

Quando vomitus neuriquam adueniret infimo nisi sumpto cibo, & tamen non oriatur quando modicum cibi sumeretur, ministranda erit Eucharistia, quia tunc cessat periculum irreuerentiæ, disp. 38. num. 2.

Imò etsi modicum cibi non retineat, non statim credendum est eiiciendam Eucharistiam: præsertim si Hostia ad eò exigua quantitas esset, quod iudicio medicorum crederetur non moueri stomachum: tunc poterit ministrari Eucharistia, disp. 38. num. 2.

Ad capiendam huius experientiam, portigatur prius hostia non consecrata, qua eiecta minimè consecrata offeratur, disputatione 38. numero 2.

Si vomitus vel secessus ex solâ ægritudine petueniat, & non ex sumpto cibo, & cessauerit per quatuor horas, iudicet medicus, num ministrari possit Eucharistia, disp. 38. n. 2.

Quod si absit medicus, quia oppidum exiguum est, vel alia ex causa, non timerem ministrare Eucharistiam, cum tunc prudenter iudicetur vomitum in melius abire, saltem per tempus quo possit iudicari, nec intra aliam horam rediturum vomitum, sic consuere medici quos in hac Curia Matritensi conspexi, disp. 38. n. 2.

Si futoris periculum timeatur tam circa sancta, quam circa sancta: ita ut omnia indiscriminatim dilaceret infirmus, vinciat infirmus, & Eucharistia ministraretur, habita prius experientia quod omnia comestibilia deglutit infirmus, disp. 38. num. 3. & 4.

Si verò circa sancta mitis sit æger, portigatur prius hostia non consecrata ad captandam experientiam, num expunitio fiat ob furem, & quidem si non sequatur, ministrari poterit Eucharistia, disp. 38. num. 3.

Contingit furem circa omnia, minimè furem pati circa comestibilia, imò tunc leniri oblatio scilicet cibo, tunc poterit ministrari Eucharistia, disp. 38. num. 3.

Ut ministraretur Eucharistia vulneratis in rixa, non est opus quod deponerentur in aliquam do-

*Sanchez Selecta.*

num, sed in calle poterit ministrari, sine solemnitatibus illis quæ in Manuali designantur, disputat. 36. num. 10. & 11.

## Eucharistia.

J. 8.

Consultius est ministrare Eucharistiam adulto illico ac baptizatus est, quam expectare per aliquos dies, constat ex vsu Ecclesiæ id sic agentis cum Catechumenis in sabbatho Sancto & Pentecostes, disp. 39. num. 3. & 4.

Adultus baptizatus in sabbatho Sancto, tenetur in Paschate Eucharistiam sumere sicut alij fideles: quia nulla ratione deobligabitur, disp. 29. num. 7.

Communiter Iudices differunt Baptismum vsque ad pedem patibuli infidelibus ultimo supplicio puniendis, rectius tamen agerent, si pridie ad supplicium permitterent illos baptizari, & Eucharistiam ministrari, & opus maxime charitatis esset curare quod Sacramentum confirmationis reciperent, disputatione 40. numero 3. & 4.

Non est necessarium ut damnato ad mortem ministraretur Eucharistia intercurrete spatium viginti quatuor horarum, sufficere duarum, ut digerantur species, disp. 40. n. 4.

Nec contrarium huius statuitur per legem Regni Castellæ lib. 1. tit. 2. nouæ Recopilat. Disp. 40. num. 4.

Etiamsi vulneratus esset statim moriendus, quo ei esset ministrata Eucharistia, debet ministrari, ex cap. *Is qui*, 26. q. 6. id expresse decernente, disp. 40. num. 4.

Quamuis damnatus ad mortem pridie ad illam communicasset, consilium sanum esset ipso die mortis iterum Eucharistiam sumere, disput. 40. *Hac attendant Iudices per Christi sanguinem.*

Recipiens Eucharistiam contra conscientiam non peccabit, imò melius agit tunc communicando adhuc illa non deposita per principia intrinseca, hoc est per rationes: quia nullus tenetur operari iuxta sententiam scrupulosam, disputat. 41. num. 7.

Deponi tamen debet per principia extrinseca, hoc est quod iudicet scrupulosus sibi licere illud, vel aliud agere, eò quod sic censent Doctores, & prudentes confessarij, quamuis per rationes quas habet scrupulosus iudicet esse peccatum, disp. 41. num. 7.

Diuersum valde est habere assensum dubium, an aliquid cibi, vel potius sit sumptum ante communionem, vel habere assensum opinarium, disput. 41. num. 1.

Si diuersæ sint opiniones, seu (vt proprius loquar) dicta hominum, videlicet quod plerique asserant horam duodecimam noctis sonuisse, opinantibus siue dicentibus aliis quod non sonuerit, horum accedens opinioni siue dicto & comedens, vel bibens, crastino communicare potest: quia in opinione facti siue dubio melior est conditio possidentis, disput. 42. num. 9. & disputat. 33. num. 30. §. *Præterea.*

Etiamsi dubitans, an aliquid cibi, vel potus sit sumptum post dimidiam noctem, poterit communicare: quia possessio stat pro libertate volentis Eucharistiam sumere, disput. 42. num. 9.

# Index Rerum,

Assumens aquam ad oris ablutionem, & dubitans an aliquam guttam diglutiuerit, poterit Eucharistiam sumere; quia in dubiis melior est conditio possidentis: & tunc possessio stat pro libertate volentis communicare, disputatione 42. numero 3.

Qui dubitaret an licite accederet ad sumendam Eucharistiam, vel non, quia dubitat an cibum acceperit, peccabit accedendo: quia tunc dubitans, si licite accedat vel non, dubitat practice de accessu, disp. 42. num. 11.

Et in praedicto casu non dicitur quod tutior pars sit eligenda, videlicet non sumendo Eucharistiam, quia opposita pars sit etiam tuta, & ista tutior, sed idem est dicere, quod in dubiis eligenda sit pars tutior, atque dicere, quod eligenda sit pars tuta & secuta, disp. 42. n. 11.

Cum sit licitum communicare, quamvis dubium interueniat, an aliquid cibi sit assumptum, non erit consilium propter tale dubium ab Eucharistia suscipienda tunc abstinere: quia dum licite sumi potest Eucharistia, semper est melius consilium eam accipere quam abstinere, disp. 42. num. 11.

Præceptum solum datur, quod quis certo sciens se non esse ieiunum, non accedat ad Eucharistiam, non verò quod dubitans de ieiunio non accedat, disp. 42. n. 12.

Vbi sunt diuersa horologia, & aliquorum sonuit hora duodecima noctis, aliorum verò non, potest qui tunc comedit crastino communicare: quia non est maior ratio præstandi fidem vni horologio quam alteri, disp. 48. n. 18.

Si solum esset vnum horologium, & duodecima hora noctis sonare incipiat, cessandum est in prima pulsatione à cibo, vel potu, vt crastino Eucharistia possit suscipi: quia in primo pulsu finitur hora, disp. 42. num. 19.

Qui buccellam habet masticans, & audit primum pulsum horæ duodecimæ noctis, tenetur incontinenti de ore eiecere buccellam, vt crastino possit communicare: propter eandem rationem, disp. 42. num. 20.

Postquam ergo buccellam eiecerit, non tenetur esse nimis anxius ad abluendum os: quia ad moralem diligentiam solum obligat Deus, disp. 42. num. 20.

Sumens saccharum in tanta quantitate, quod probabiliter iudicetur non consumptam iri ante mediam noctem, non poterit die sequenti Eucharistia sumi, disp. 42. n. 21.

Casu, & ex improviso traiciens aliquam guttam aquæ in stomachum dum abluitur, non potest crastino communicare: quia non est naturaliter ieiunus, disp. 42. n. 21.

Accipiens Eucharistiam, & consultò detinens illam in ore, ne tam cito species corruptantur, & traiciens aquam lotionis in stomachum ante Eucharistiam, male agit: quia verè non communicat ieiunium, disp. 42. n. 22.

Error refertur cuiusdam Doctoris consulentis posse frustulum panis benedicti sumi ante communionem, disp. 42. n. 22.

Patum papyri, aut alterius rei comestibilis transgluties potest communicare: non verò si auellanum cum cortice acciperet: quia primum non est materia comestibilis, bene tamen secundum, disp. 42. num. 23.

Accedentibus ad sumendam Eucharistiam opus

non est enssem deponere, nec ense accinctos communicare indecentia debet iudicari, quia id nullo iure prohibetur, nec consuetudo in hac re generat legem, disp. 45. n. 6.

Equites Militarium Ordinum maximè decenter accedunt ad suscipendam Eucharistiam ense armati, quia ad illos ex professione incumbitur Fidem defendere, disp. 45. num. 4.

Licet Eucharistia digna sumptio profit contra omnium tentationum genera, maximè contra tentationes luxuriæ: quia de hoc Sacramento præcipue dicitur Zachar. 6. quod germinat virginis, disp. 23. n. 30.

## F.

### Fama.

Vide verb. *Restituere*, à num. 15.

**F**ama proximi auferre non est intrinsecè malum, sed indifferens: quia aliàs iudex non posset publicè peccata punire, disp. 3. num. 9. & disp. 8. num. 9.

Ille detrahit, qui ad hoc alicui obloquitur eo absente, vt eius famam denigret, disputatione 3. num. 9.

Fama seruanda est tam viuus quam defunctis: quia fama defunctorum etiam Reipublicæ necessaria est ob bonum viuentium exemplum, disput. 4. num. 6.

Fœmina plures denigrantes famam proximi infcio ipso, solent personam iniuria affectam adire, & ab eo veniam petere, quod tamen minimè agendum est. Et factum cuiusdam confessarij reprehenditur, qui hoc fieri penitentem consuluit, disp. 5. num. 9. & 10.

Fama denominatio quædam extrinseca est ex bona opinione, & honore ab alijs præstando pendens, disp. 5. n. 9.

Fama sufficenter ex se redditur iniuria affecto, quando coram audientibus infamiam detractio reuocatur, disp. 5. n. 9.

Fœminæ plures ob solum iudicium de conceptum de proximi culpa veniam ab illo exposcunt, quod ridiculum est, disp. 5. n. 9.

Loquens similitè de proximo in eius præsentia, veniam ab illo per se poscere tenetur, vel aliam æquiualem satisfactionem præstare, disput. 5. num. 9.

Non opus est explicare in confessione quale fuerit iudicium, dicendo, iudicauit proximum esse furem, vel fornicarium, nec contra quam personam, fueritne Ecclesiastica vel secularis: quia ad substantiam peccati nihil conducit, disputat. 5. num. 11.

Fœmina vi oppressa ad copulam non tenetur vociferare, si consensum non timeat, & fama eius esset amittenda: quia tunc omnino inuoluntaria est fornicatio, disp. 10. n. 17.

Fama per commissionem potest tolli narrando defectum proximi, & per omissionem tacendo, videlicet quando opus esset respondere in defensionem detracti, disp. 35. n. 10.

Pluris æstimatur aliquando quis in corde alicuius non infamari, quam si res in magna quantitate esset ab illo furto sublata, disputatione 35. num. 12.

# sive libri Compendium.

Famam restituere tenetur qui certus de læsione, dubitat de integra satisfactione: quia ius certum vincere debet ius dubium, disputatione 43. num. 21.

Per nullum tempus licet differre restitutionem famæ, extante opportunitate restituendi: nisi oppositum rationabiliter præsumatur de voluntate domini, disp. 43. n. 22.

Restituere non tenetur qui tantundem læsus est ab eo quem iniuriavit: quia compensatione fit solutio, disp. 43. num. 23.

In casibus, in quibus est mortale remittere famam, erit etiam mortale non curare de famæ restitutione per media conuenientia, & ordinaria, disp. 46. num. 6.

Nobis necessaria est vita & conscientia, aliis fama nostra, disp. 46. n. 8.

Qui negligit famam aliis necessariam, animas aliorum occidit malo exemplo, disputatione 46. num. 8.

Qui confidens conscientie suæ negligit famam, crudelis est, disp. 46. n. 8.

Curam boni nominis habere iubemur, vel salutem exhortamur Ecclesiast. 41. disp. 46. num. 9.

Fama præferenda est omni temporali commodo, disp. 46. num. 9.

Homo est dominus suæ famæ aliis alligatæ, disp. 46. num. 9.

Sine causa disperdere famam aliis non alligatam, est peccatum veniale prodigalitatæ: sicut & prodigere alia bona sine causa, disputatione 46. numero 9.

Quando scandalum esset exoriturum ex taciturnitate excusandi delicta falsò alicui imposita, extat obligatio excusandi illa, disp. 46. n. 6. 7. 8. & 9.

Quando scandalum esset oriundum ex taciturnitate, & non excusatione commissi re vera criminis occulti, aderit obligatio excusandi, non loquimur quando iuridicè aliquis interrogatur, disp. 46. num. 10.

So infamare non est intrinsecè malum, sed bono sine potest honestari: mortificationis videlicet, vel humilitatis, dum scandalum aliis non exoritur, disp. 46. num. 11.

Quando se excusans à delictis sibi falsò impositis tantum intendit sui honoris, & famæ defensionem, perfectius erit tacere, quàm se defendere: quia maius bonum est mortificatio quàm honoris defensio, disp. 46. n. 13.

Appetere vilem æstimationem mediis peccatis, vel speciem peccatorum habentibus est prohibitum, quia per media illicita bonus finis comparandus non est, disp. 46. n. 14.

Appetere abiectum nomen ob finem humiliationis per media aliàs licita, vt induendo se vilibus vestibus, dignitates sibi oblatas non acceptando ( nisi eas acceptare bono communi esset maxime vtile) est licitum, & hoc solum consulit Christus Lucæ 14. instituens nos primos accubitus, hoc est bonorum splendores non appetere, disp. 46. num. 14.

Valdè diuersum est nouos honores non appetere, vel à iam adeptis mediis veris culpis, vel estimatis cadere, disp. 46. n. 14.

Aliquem permittere suam opinionem maculari mediis peccatis à diffamante solum excogitatis, à patiente verò minimè datis, nullum peccatum est, disp. 46. num. 15.

Ob viranda grauius tormenta fas est cuiunque falsum sibi imponere, etiam cum iuramento, quamuis ob id sit morte plectendus: quia vita non est digna tanto dolore, & mendacium excusatur æquiuocatione in mente retenta, disputatione 46. num. 16. & 17.

Non consequenter loquuntur Doctores excusantes à mortali imponentem sibi falsum delictum metu grauius tormentorum, & non à veniali, par namque in vtroque procedit ratio, disp. 46. num. 16.

Ob viranda leuia tormenta non licet falsum sibi imponere, ob quod reus esset morte afficiendus, quia quilibet constringitur vitam suam conseruare cum aliquo dolore, disputat. 46. numero 18.

Secundum se loquendo illicitè ageret qui in cubiculum suum includeret fœminas impudicas, vt illa infamia effugeret Episcopatus dignitatem: quia nullo bono sine fas est occasionem aliis scandalati actui offerre, disp. 46. n. 20.

Licitum fuit quibusdam Sanctis scriptis sua peccata nobis propalare, quia cum comiter illos sanctè egisse extremum vitæ, potius ad pœnitentiæ exemplum quàm perditionis ducimur ex cognitione suorum peccatorum, disputatione 46. numero 21.

Maximè cauendum est confessario facultatem exhibere pœnitenti conclamandi sua peccata publicè sine humilitatis, & confusionis, aut excitandi in se maximum dolorem. Nam timeri potest satis probabiliter scandalum, disputatione 46. numero 22.

Maximè cauendum est Prælatis Religionum facultatem exhibere subditis manifestandi suos naturæ defectus, quod videlicet sint ex infima prosapia, aut ex illegitimo matrimonio, &c. quia fortè aliquando necessarium erit hos defectus in occulto manere, disp. 46. n. 23.

Curandum est famam procurare circa obseruationem consiliorum, præsertim regularibus, disp. 46. num. 29.

Principium illud naturale: *Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris*; &: *Quam famam noles à te auferri, non debes ab alio auferre*; non est intelligendum absolute, sed quod id quod sibi non vult aliquis meritò & rationabiliter, nec etiam id euenire proximo suo conetur: at è contra, quando aliquis iniuste conqueritur de damno sibi illato, cum illud iuste patiatur, illud inferre iuste proximo poterit, disp. 43. n. 27.

## Fœmina.

Fœminæ etiam ignobili licet non ostendere verenda Chirurgo cum periculo vitæ ratione pudoris, disp. 3. num. 7.

Fœmina cogitans se peccare, nisi in die festino Missam audiat, & existimas etiam se delinquere, si maritum ægotantem deserat, non peccabit quodlibet illorum eligendo, cum impossibile sit vtrumque præceptum simul adimpleri, & Deus ad impossibile non obliget, disp. 41. n. 27.

## Festum.

Qui dubitat an aliquis dies sit festinus, tenetur veritatem indagare: quia aliàs periculo voluntario frangendi præceptum se exponeret; & de

# Index Rerum,

illo verificaretur illud Psalm. 35. *Noluit intelligere, ut bene ageret, disp. 43. n. 29.*

Qui in fraudem festi ad aliud oppidum tendit, vbi non seruatur, non peccat: quia tunc potius reperitur fuga præcepti quàm violatio, disp. 54. num. 14. & 20.

Fœmina non tenetur non audire Missam in die festivo ob scandalum aliorum illam lascivè concupiscentium: quia ob scandalum passiuum opera præcepti omittenda non sunt, disp. 37. n. 2. & disp. 54. num. 26.

Egredientes ab oppido vbi festum seruatur, peruenientes ad locum vbi non seruatur, non erunt stricti Missam audire: quia non tenetur quis seruare festum, nisi permaneat in loco festi, disput. 54. num. 29.

## Fidelis.

Olim Fideles assistentes Euangelio Missæ arma assumebant in signum defendendæ Fidei, disput. 45. num. 3.

## Fides.

Fides & scientia repugnant de eodém obiecto: quia sunt omnino contraria, disputatione 26. num. 7.

Licet Deum esse sit per se notum lumine Fidei, est tamen definitum in symbolo propter tudes, disp. 26. num. 7.

Quomodo sit lumine naturæ notum simplicem fornicationem esse peccatum, definitum iam est de Fide, disp. 26. n. 7.

Fides est habitus illuminatiuus residens in intellectu, disp. 7. num. 1.

Non est opus instruere in rebus Fidei adultum, qui in articulo mortis baptizatur, & propositionem mysteriorum non vult percipere: quia ad impossibile non obligat Deus, disputat. 44. num. 41.

## Finis.

Aliquando finis delectabilis & honestus conuertuntur, disp. 23. num. 25.

Vt operetur quis virtuosè, satis est quòd agat propter finem honestum operis, vel operantis, disp. 23. num. 25.

## Forum interius & exterius.

Forum exterius dum pœnas infligit delinquentibus, non eo fine inducit, vt delinquentes ex illarum tolerantia Deo satisfaciant, sed vt debita reddatur satisfactio Reipublicæ solùm, vel illi & personæ iniuria affectæ, disputatione 33. num. 23.

Forum exterius aliquando punit, obligando delinquentes actiones positivas exequi, vt quòd restituat, vel pœnam positivam iniungit, vt flagella. Aliquando punit per priuationem actionis, vt quòd Sacerdos non celebret, & Fidelis non communicet cum aliis Fidelibus, disput. 33. num. 23.

Forum interius & exterius idem debent iudicare, nisi funderet forum exterius in falsa præsumptione, disputat. 42. num. 4. & disput. 48. numero 55.

Fori interni iudex ex intentione directa debet iniungere pœnam, vt ex illius tolerantia Deo satisfiat, & pœna debita remittatur, disputat. 33. num. 33.

Si homines id agerent quod in conscientia restricti sunt efficere, non esset opus foro exteriori nec tribunalibus: quia forum exterius non est constitutum ad novas obligationes hominibus inducendas, sed ad cogendum implere ea quæ secundum conscientiam eis erat debitum efficere, disp. 48. num. 54.

Per accidens & per errorem discordat aliquando forum exterius ab interiori: quia videlicet non satis prohibetur obligationem, verbi gratia, restituendi interuenire in foro interiori, & tunc sanè iudex ad restitutionis impletionem non premit, ne discordet à foro interiori, disputatione 48. num. 55.

Præscriptioni rigorosa lex non solùm tribuit ius in foro exteriori, sed etiam interiori: quia id iura decernunt, disputatione 48. numero 56. & 59.

Præscriptionis improprie lex solùm denegat actionem repetendi in foro exteriori, in nihilo attingens animæ forum: quia id verbis legis constat, disp. 48. num. 59.

Quando per legem aliquam est decretum, quòd videlicet iudex non cogat soluere illud quod in animæ foro debitum est, tunc forum exterius non iuuabit forum internum, nec propterea ab illo discordabit; vt qui amisit aliquid in ludo ad creditum, tenetur in conscientia restituere, in pœnam tamen delicti forum exterius non vult cogere ad solutionem, disputatione 48. numero 60.

Econtra etiam poterit iudex cogere ad restitutionem agendam, quamvis in foro conscientie nulla restituendi obligatio præcedat. Sicut qui ludo aleatum aliquid est lucratus, in conscientia potest illud retinere, & tamen si reperatur coram iudice cogetur illud reddere: quia id legibus sancitum est, disp. 48. num. 61.

Ante latam sententiam à iudice ad plura agenda, non tenetur aliquis, ad quæ post latam est obstrictus in ytroque foro: quia obligatio intercedit in foro conscientie sustinendi sententiam iustam, disp. 48. num. 64. & 65.

Quamvis lex purè pœnalis ad solam pœnam subeundam obliget, & non ad incurrandam culpam, tamen ex suppositione quòd infligatur à iudice, aderit obligatio in foro conscientie eam pœnam acceptandi: quia aliàs daretur per se bellum iustum ex vtraque parte, disputatione 48. num. 65.

## Fructus.

Possessor bonæ Fidei non tenetur restituere fructus mixtos (quos industriales Sanchez appellat) ex dispositione iuris civilis, etiam dum ex illis redditur ditior: quia aliàs magnum dubium semper suboriretur quænam pars hæreditatis, & quænam industriæ esset restituenda, & inhumanum esset industriam totaliter deperdi, disput. 43. num. 19.

Quamvis expectato iure naturæ, partim fundo & partim industriæ essent applicandi, ibid.

Denominatio fructuum à prævalenti sumitur, taliter quòd appellantur industriales, si magis industria

# sive libri Compendium.

industria quam natura operatur, è contra verò naturales, si plus natura, quam industria, disputat. 43. num. 19.

Fructus rerum vsu consumptibilium vt nummi, vinum, merè industriales appellantur: quia res illæ merè passivè se gerunt in ordine ad lucrum, totumque ab industria actiue procedit, disp. 43. num. 19.

Fructus tritici in rigore mixti sunt, quia segetes producit: quia tamen ibi magis intercedit industria, ab aliis nuncupantur industriales, disp. 43. num. 19.

Possessor bonæ fidei qui consumpsit fructus naturales, si ex illius lucri augmentum est consequutus, non grauetur restituere illos, quia tunc non constringitur ratione in istâ acceptionis, nec rei acceptæ in se, nec in suo effectu, disputat. 43. num. 19.

## Furiosus.

Si infirmus fureseat circa omnia etiam comestibilia ea expuendo, ministranda non est Eucharistia: si circa comestibilia non fureseat, imò lenis redditur sumpto cibo, poterit ministrari, disp. 38. num. 3.

Si solum timeatur periculum dilacerationis, poterit ligari furiosus, & ministrari Eucharistia: nam sic ligatus cessat periculum dilaniandi, disp. 38. num. 4.

Furiosus non consentiens vngi Extrema vntione, ligetur vt possit ministrari, disput. 38. numero 4.

## G.

### Garcia.

Nicolaus Garcia insignis supra modum, ob Neditum tractatum de beneficiis, in materia de dubio, loquens, impugnatur, disp. 42. n. 5.

Et in materia de episcopis, & de dispensatione, disput. 43. num. 8. 5. Vnde non placet.

### Gloria Beatorum.

Gloria essentialis, in eo quòd Beatus videat Deum consistit, disp. 25. n. 1.

Major gloria essentialis consistit in eo quòd perfectius, vel intensius, siue quòd plures creaturas videat Beatus in Deo, disputatione 26. numero 1.

Gloria accidentalis consistit in eo quòd Beatus habeat cognitionem & gaudium de aliquo obiecto creato, seu successu absque eo quòd intensius Deus inspicitur, disputatione 25. numero 1.

Gloria essentialis integra datur Beatis statim in ingressu beatitudinis, disp. 25. num. 1.

Gloria essentialis mensuratur aternitate participata, disp. 25. num. 1.

Beati omnia illa vident in Deo, quæ ad illorum statum pertinent: quia oportebat Beatorum desiderium expleri, disp. 25. numero 2.

Non tamen videt illa ex vi visionis beatæ, sed particularis reuelationis: quia aliàs non esset maior ratio quate vna quam alia videretur, disp. 52. num. 3. & 7.

De Fide est Sanctos habere gloriam accidentalem, disp. 25. num. 4.

Credendum est omnes Beatos habere gloriam accidentalem ex sumpta Eucharistia à Fidelibus, disp. 25. num. 5. & 11.

Gloria accidentalis communicatur Beatis quando essentialis, cum id sit possibile, & proprium sit amici beneficia impendere statim ac potest, disp. 25. num. 9.

Et saltem de anima Christi hoc certissimum arbitror, disp. 25. n. 9.

Quod vulgi opinione tunc habent Sancti gloriam accidentalem, quando successus in tempore eueniunt, disp. 25. n. 9.

Nos orare possumus pro Beatis, vt illorum gloria accidentalis augeatur, disputatione 25. numero 12.

Gloria accidentalis secundum quòd importat perfectionem aliquam realem non aduenit Deo de nouo, solum enim capax est extrinsecæ denominationis gloriæ & honpris; quæ non ponit mutationem in ipso, sed in aliis à quibus glorificatur, vel honoratur, disputatione 25. numero 13.

Probabile est, quòd quoties aliquis Beatus habet gloriam accidentalem, eadem indirectè fruatur alij Beati, quatenus de lætitia sui fratris condelectantur, disp. 25. num. 15.

Vel etiam directè gloriam accidentalem habent, quatenus omnibus reuelatur euentus de quo gloria capitur, disp. 25. n. 15.

## Gula.

Gula non est comedere, vel bibere absque fame seu necessitate, dum saluti ex aduertentia non proueniat nocumentum, disp. 2. num. 14.

Gula contrariatur temperantiæ, & propriæ charitati, quatenus nocet saluti, disputatione 2. num. 14.

Gula committitur quinque modis, videlicet propere comedendo, lautè, nimis, ardentè, & studiosè, disp. 2. num. 14.

Propere edit quis quando tempore ieiunij ante horam comedendi sit comestio.

Ardentè, quando ex modo comedendi læditur modestia.

Lautè, quando perquisitione ciborum læditur modestia, querens tanta sollicitudine & cura, quòd in illis fecilitatem esse sitam ostendatur.

Studiosè, querens cibos nimis accuratè præparatos.

Nimis, quando ex nimio cibo & potu damnum aduenit saluti, disp. 1. n. 14. in fine.

Prægnantes comedentes parum salis, carbonis, cineris, terræ Bucari, &c. ob appetitum prolis, Hispanè *por amojos*, non peccant, disp. 2. n. 15.

## H.

### Henriquez.

Henriquez insignis Religionis Societatis Iesu filius laudatur, disp. 47. num. 21.

### Horæ Canonice.

Horas Canonicas Matutinas non tenetur cæ-

# Index Rerum,

cus recitate, licet memoria retineat Psalmos, si tamen non retineat lectiones, quia pars substantialis Horæ Matutinæ sunt lectiones, disput. 15. num. 2.

Qui posset Psalmos seriales Horæ Matutinæ recitare, & non lectionem, ad nihil tenetur: ob rationem dictam, disp. 15. n. 2.

Et non tenetur socium querere qui adiuret, quia præceptum recitandi ad id non obligat, sed solum permittit socium posse haberi, disput. 15. num. 2.

Si cæco offerat se aliquis in socium ad recitandum, non tenetur illum admittete, quia cum socio recitare privilegium est quo non vti potest liberè, disp. 15. num. 2.

Infirmus et si valeat conuersari cum amicis se inuisentibus, non ob id Officium Diuinum recitandum erit constringendus: quia conuersari potius animi diuersionem vt proprium obiectum respicit, quàm attentionem, è contra Officium Diuinum recitare, disp. 15. n. 2.

Et erit peius sine attentione recitare tunc, quàm penitus à precibus cessare; quia de natura orationis est attentionem sibi sociam semper habere, eò quòd orantes Deum alloquantur, disp. 15. num. 2.

Si aget recreationis causa, & diuertendi animi cupiditate ductus psalmos, vel cætera legere velit sine attentione, præceptum Officij Diuini recitandi minimè implebit, ob id tamen non deterius se getet, quàm si à presum lectione abstineret, disp. 15. n. 2.

Quòd si mortificationis desiderio decernat tunc illa non legere, cupiens potius angustia crucem pari, quàm solatio ex lectione exoriundo refici, melius aget à lectione abstinendo, quàm illi se itadendo, disp. 14. n. 2.

Scholasticus in oppositione beneficij aut cathedra non potens legere, si Horas Canonicas recitet, non tenetur recitare: quia illud præceptum non obligat cum tanto rigore, disput. 54. numero 17.

## *Hereticus. Vide, Infidelis.*

Heretici denunciandi sunt Inquisitoribus, quamuis sint iam correcti: quia licet ex vi iuris natura esset obligatio, oritur tamen ex vi iuris posituiu impositi ab Inquisitoribus, disp. 11. n. 51. & 58.

Heretici iam correcti non sunt denunciandi ex præcepto naturali, sed positiuo Inquisitorum, disp. 11. num. 51. & 56.

Si omittatur hereticorum denunciatio præter transgressionem præcepti, incurritur excommunicatio lata in edicto Inquisitorum, à qua absolui non potest non denuntians vsque dum denuntiatio sit facta: quia dum quis non parat Ecclesiæ, absolui non debet, disputatione 11. numero 59. & 61.

Heretici excusantur ab hæresi donec Fides sit illis sufficienter proposita, disputatione 19. numero 3.

Tunc sufficienter proponitur Fides quando ipsius mysteria confutatione hereticorum errorum sufficienter confirmantur vitæ sanctitate, & bonis rationibus, quæ ipsis sufficientes esse possint ad credendum, disp. 19. n. 3.

Non cuiilibet proponeantur mysteria Fidei tene-

tur credere hereticus: quia qui citò credit, leuis est corde, disp. 19. n. 3.

Paruuli hereticorum qui ab initio inani fide fuerunt instructi, ab hæresi excusantur, donec illis sit sufficienter proposita Fides: quia vsque ad illud tempus habent ignorantiam inuincibilem, disp. 19. num. 4.

Filij hereticorum nati ante parentum crimen non afficiuntur poenis statutis in hereticorum filios: quia ille qui habet esse ante parentis peccatum, eo non inficitur, disp. 44. num. 54.

## *Horologium.*

Quando horologia diuersa sunt, ad pulsationem primi poterit comedi in die ieiunij: quia non est maior ratio quare fides præstanda sit vni, quàm alteri, disp. 53. n. 3.

Comedentes post horam duodecimam noctis ab vno horologio designatam, crastino poterit Eucharistiam sumere, si aliud horologium sonuisse constet esu expleto: propter adductam rationem, disp. 35. num. 3. & disp. 42. n. 18.

## *Hyperbole.*

Hyperbolica loquutionis tam in diuinis, quàm humanis plura adducuntur exempla, disput. 5. num. 1.

## I.

### *Ieiunium. Vide, Carnes.*

**N**on ieiunans indie Quadragesimæ in quo occurrit vigilia Sancti, non peccat duplex peccatum: quia illa duo præcepta dantur in ordine ad obseruationem eiusdem virtutis eodem modo consonantia ad rationem seruandæ, disp. 12. num. 17.

Non ieiunus sumens Eucharistiam mortaliter peccat, quamuis modicum cibi vel potus sumptum esset: quia sic iubet Ecclesia, disp. 11. n. 22. & disp. 55. num. 1.

Ecclesia potest obligare quòd omnes volentes ieiunare, ieiunium obseruent ob finem aliquem religiosum: quia potest præcipere ob bonum publicum licitas actiones fieri, disputatione 13. num. 2.

Non potens ieiunare in pane & aqua quando id ex voto, vel poenitentia esset iniunctum, non tenetur modo consueto ieiunare: quia promissio fuit de ieiunio in pane & aqua, disputatione 15. num. 3.

Tenebitur tamen, si posset ieiunare modico vino vel cibo sumpto: quia illa parua quantitas non dissoluit naturam ieiunij panis & aquæ, disp. 15. num. 3.

Diues vt possit ieiunare non tenetur ab operibus seruilibus vacare, nec seruis alium dominum quarere, qui opera seruilia non imperet: quia ad id non constringit præceptum ieiunij, disput. 15. num. 9. & disp. 54. n. 14.

Non minus meretur qui promptè & delectabiliter ieiunat, quàm qui agere: quia ille preparatum habet animum ieiunandi, quamuis moleste perferret, disp. 24. n. 8.

Plura

# siue libri Compendium.

Plura bona eueniunt ob ieiunium : contra vitia nos faciunt fortiores, concupiscentias vincunt, tentationes repellunt, superbiam inclinant, iram mitigant, & omnes bonæ voluntatis affectus ad maturitatem totius virtutis enutrient, disput. 24. num. 8.

Masticans buccellam carnis, si dies sequens sit ieiunij, non tenetur eicere illam, quia præceptum illud semoto contemptu non obligat cum tanto rigore, disp. 42. n. 20.

Ieiunium Ecclesiasticum est abstinencia à cibo iuxta Ecclesiæ ritum, disp. 51. num. 2.

Ieiunium naturale est abstinencia à quocumque genere rei quæ per os sumitur, siue per modum cibi, vel potus, siue per modum medicinæ, disp. 51. num. 1.

A tempore Apostolorum obseruatum est, ieiunium naturale requiri ad sumendam Eucharistiam, disp. 51. num. 1.

Etiã sumpta minima gutta aquæ frangitur ieiunium naturale necessarium ad Eucharistiæ summptionem, nisi per modum salinæ diglutiat: quia id statuit Ecclesiæ, disp. 51. n. 1.

Dormiens per totam diem, quæ præcipitur ieiunium, verè implet præceptum, quia sufficit quòd abstinencia à cibo sit non inuoluntaria, & coacta, disp. 51. num. 2.

Potus etiã vini siue sumatur ante prandium, siue post, ieiunium non soluit: etiã si sumatur manè ad famem extinguendam: quia non vetat id Ecclesiæ, disp. 51. num. 2.

Frangitur ieiunium lacte sumpto: quia id per modum cibi communiter sumi solet, disput. 51. num. 2.

Quod sumitur per modum medicinæ licet nutriat, non soluit ieiunium: quia id non vetat Ecclesiæ, disp. 51. n. 2.

Qui ægritudine laborant, vel afficiendos iri metuunt, præseruationis iure aliquid per modum medicinæ sumere fas erit absque ieiunij fractione: quia ius positium non est supra ius naturæ, disp. 51. num. 2.

Qui differre prandium coguntur, sumere possunt aliquid absque fractione ieiunij: propter dictam rationem, disp. 51. num. 2.

Sumens potum in die ieiunij potest aliquid cibi accipere ne noceat: quia ius naturæ per positium non potest derogari, dispensatione 51. numero 3.

Quod nefas erit si potus sumatur absque aliqua causa: quia tunc sine causa sumeretur cibus, disp. 51. num. 3.

De essentia ieiunij est abstinencia à carnibus: vnde illas comedens præseruationis causa in die ieiunij cœnare potest, disp. 51. num. 4. & 5.

Dubitans an aliquis dies sit ieiunij, teneret veritatem indagare: quia aliàs voluntariè periculo frangendi præceptum se exponeret, disputat. 43. num. 20.

Vnica refectio est de substantia ieiunij: quia sic decernunt iura, disp. 52. n. 1.

Comedens inaduertenter etiã carnes pluries in die ieiunij, tenetur ieiunium seruare: quia ieiunium non infringitur, nisi per actum voluntarium, disp. 52. n. 2.

Nec inde à collatiuncula noctu sumi solita abstinere tenebitur, nisi nimis proximè ad horam refectiois nocturnæ esset sumptus cibus, & in tanta quantitate, quanta pro collatiuncula esset

Sanchez Selecta.

aliàs recipiendus: quia quod absque peccato factum est, auferre non debet ius collatiunculæ, disp. 52. num. 3.

Idem procedit si ientaculum sumptum esset manè, illud non impedit comestioem meridiæ nam, disp. 52. num. 3.

Impeditus negotio in medio prandij exortiente diuidere potest comestioem: quia moraliter vna comestio reputatur. Nisi à mensa surgat cum voluntate non comedendi amplius, disputat. 52. num. 4.

Sentiens maximam debilitatem & ob id secundo comedens, ieiunium soluit, non tamen peccat: quia de substantia ieiunij est vnica comestio, disp. 52. num. 5.

Refectio nocturna sumi potest ratione consuetudinis etiã absque indigentia, disput. 52. num. 6.

In quantitate dimidiæ libræ potest sumi refectio nocturna: quia modica quantitas est, disp. 52. num. 7.

Et illam sumere poterit qui ita saturaretur, ac alius qui cœnaret splendè: quia id per accidens contingit, disp. 52. num. 7.

Poterit que sumi ex pluribus generibus condimenti, ad cœnam tamen non deseruentibus, disp. 52. num. 7. & 8.

Nobilioribus licet aliquantulum maiorem collatiunculam sumere: quia id habetur ex consuetudine, disp. 52. num. 9.

In vigilia Natiuitatis Domini sumi potest refectio nocturna vsque ad saturitatem ex condimentis ad cœnam non deseruentibus: quia id obrinet consuetudo, disp. 52. num. 10.

Asserit Basil. de Leon talem obseruari morem apud Granatenfes in Vigilia S. Ioannis Baptistæ. At seruant ego id à Granatensibus negarunt, disp. 52. num. 10.

Soluitur tamen ieiunium, quamuis non peccetur: quia vna comestio est de substantia ieiunij, disp. 52. num. 11.

Hora nona antiquitus requirebatur ad comestioem in die ieiunij, modò post vndecimam potest fieri comestio: quia id obrinet consuetudo, disp. 53. num. 1. & 2.

Quando horologia sunt diuersa ad pulsationem primi poterit refectio fieri: quia non est maior ratio de vno quàm de alio, disput. 53. numero 3.

Dubitanti an hora vndecima diei sonuerit, nefas erit prandere in die ieiunij: quia præceptum possidet, disput. 53. num. 4.

Qui ob iustam causam comederet hora octaua, ieiunare non teneret: quia hora vndecima ob consuetudinem est de substantia ieiunij, disp. 53. numero 5. & 7.

Qui in die ieiunij malitiosè sumpsit ientaculum manè, non tenetur amplius ieiunare: propter dictam rationem, disp. 53. n. 6.

Refectio nocturna sumi non poterit absque causa manè; differendo prandium ad noctem: quia obstat consuetudo, disp. 53. num. 8.

Nec etiã interueniente causa poterit sumi manè refectio parua: quia obstat consuetudo non comedendi aliquid ante horam vndecimam, disp. 53. numero 9.

Si necessitas cogat, sumitur per modum medicinæ, & quamuis frangitur ieiunium, non ob id peccatum committitur, disp. 53. n. 9.

# Index Rerum,

Refectio parua poterit sumi hora vndecima diei absque causa prandium differendo ad noctem, imò ieiunium perfectius observatur: quia quo tardius prandium prorogatur, eo est inedia productior & longior corporis afflictio, disp. 53. num. 10.

Ante expletum vigesimum primum annum nullus tenetur ieiunare, nisi ex voto aut penitentia iniuncta: quia sic decreta sanxerunt, disp. 54. num. 1. & 6.

Nec etiam Religiosi, tenebitur tamen lege sua Religionis, si posita fuerit, disput. 54. numer. 1. & 3.

Vigesimus primus annus non computari debet de momento ad momentum, quod si quis illum expleverit hora octava mane, teneatur in reliquo die ieiunare: quia præceptum de ieiunio integrum diem respicit, disputat. 54. numero 4.

Dubitans an expleverit vigesimum primum annum facta sufficienti diligentia non tenetur ieiunare: quia libertas possidet, disput. 54. numero 5.

Decipiuntur Syluest. Angel. & Cordub. arbitantes teneri iubens in Quadragesima ieiunare per aliquot dies, etiam ante vigesimum primum annum expletum, disp. 54. num. 7.

Sexagenarij siue viri, siue foeminae deobligantur absolutorè à ieiunio ex consuetudine, etiam dum incipit sexagesimus annus: quia fauores sunt ampliandi, disputatione 54. numero 8. 9. 10. & 11.

Immetitò Ludouicus de San Ioan. Regulares etiam sexagenarios non excusari à ieiuniis suæ regulæ ait: cum vires etiam deficient, disput. 54. num. 8.

Pregnantes aut lactentes paruulos non constringuntur ieiunare: quia noceret fœtui vel proli, disp. 54. num. 12.

Non tenentur ieiunare, qui nisi cœna cœpta dormite non possunt: quia præceptum non obligat cum tanto detrimento, disputat. 54. numero 12.

Non tenentur ieiunio qui labore aliquo defatigantur, etiam si id agant in fraudem ieiunij: quia dum defatigatio acquiritur, non adest ieiunij mandatum, dum verò iam acquisita est, impossibilitas adest ad ieiunandum, disp. 54. num. 14. & 15.

Eximuntur à ieiunio agricolæ, fabri lignarij & ferrarij, quantumvis diuites sint: quia ieiunij mandatum non obligat officialem vacare à sui officij exercitio, disp. 54. num. 15.

Non excusantur sartoies, pictoies, barbitonfoies, notarij, aduocati, & alij: quia horum officiorum exercitia non fiunt magno labore, disput. 54. num. 15.

Scribens per integrum diem censulat conscientiam suam, an defatigetur maximè, disp. 54. num. 16.

Excusatur à ieiunio Scholasticus, qui ob consequendum beneficium esset vacaturus lectioni oppositionis: imò si tantum legeret ostentationis causa ad comparandam opinionem vt adueniente Cathedra oppositione merita illius dignoscantur vberius: quia cum iactura tanti boni non obligat ieiunium, disputatione 54. numero 17.

Excusantur à ieiunio cantores præbendam ad

canendum habentes: quia nullus tenetur ob ieiunium seruandum minus sufficienter muneri suo incumbere, disp. 54. num. 18.

Qui culpa sua defatigantur, aut in morbum incidunt, quod ieiunare non valeant, non peccat contra præceptum ieiunij: quia dum infirmitas acquiritur, præceptum ieiunandi non adest, cum verò acquisita est, impossibilitas intercedit ad ieiunandum, disp. 54. n. 22.

Excusantur à ieiunio qui pedestres visitant loca sancta, quamuis possent commodè in alium differre diem profektionem: quia non est præceptum non iterandi in die ieiunij, disp. 54. num. 21. & 22.

Coniux si reddatur impotens ad reddendum debitum coniugale, postularum non nimis frequenter, à ieiunio excusatur: quia strictius est vinculum iustitiæ quàm temperantiæ, disput. 54. num. 23. & 24.

Excusatur à ieiunio vxor ne deformis reddatur, & inde sit exosa marito, vel notabiliter minus dilecta: quia cum notabili iactura ieiunium seruandum non est, disp. 54. n. 24.

Excusatur à ieiunio foemina ne deformis reddatur ad nuptias: propter rationem dictam, disp. 54. num. 25.

Excusatur à ieiunio vxor cui præciperetur à marito non ieiunare, & ex inobedientia notabiles discordiæ exoriundæ forent: propter dictam rationem, disp. 54. num. 26.

Excusantur à ieiunio proficiscentes ab oppido in quo seruatur ieiunium, nocte in locum peruenturi in quo ieiunium non obligat: quia potest quisque se conformare consuetudini loci in quo inuenitur, & consequenter cœnare, disp. 54. num. 27.

Imò quamuis nocte sint peruenturi ad proprium oppidum à quo manè exierunt, & vbi ieiunium seruabatur, disputatione 54. numero 28.

Captioies animi siue leporum proficiscentes ab oppido vbi seruatur ieiunium, & peruenientes ad locum vbi non seruatur, ieiunio non tenentur: propter eandem rationem, disput. 42. numero 29.

Proficiscens ab oppido vbi ieiunium non seruatur, tendens ad locum etiam proprii domicilij vbi seruatur, poterit ientaculum sumere, & carnes edere: propter eandem rationem, disput. 54. num. 30.

Accedens ad aliquod oppidum animo ibi habitandi, si postea decernat se breui discessurum, lege ieiunij non tenetur, in quo discedo à Sancio: quia animus requiritur ad conseruationem domicilij, sicut ad acquisitionem, disput. 45. numero 35.

Existens in oppido per modum transitus, alius cuius negotij agendi causa, dummodo ibi maneat per maiorem partem anni, non tenetur ieiunare: quia vique tunc non dicitur incolæ, disp. 53. n. 31. 32. & 33.

Vagantes nullibi domicilium habentes solum constringuntur ad ieiunia ex iure communi constituta: quia cum non percipiunt commoda oppidorum, nec contra perferre debent, disput. 54. num. 34.

Falsò putat Sanchez proficiscentem ab oppido, vbi non seruatur ieiunium, & accedentem meridie ad proprium domicilium, vbi seruatur, constri

# sive libri Compendium.

constrictum iri seruare, si nondum violatum est: quia cum ille poterit ientaculum sumere, vt ipse Sanchez fateatur, sic non obstringitur ad ieiuniam per integrum diem, & consequenter nec ad partem, disp. 54. n. 4.

Dispensatus in ieiunio non tenetur ieiunare, & illam dispensationem potest impetrari Parocho, aut eius vices gerens, etiam presente Episcopo, ex consuetudine, disp. 54. n. 36.

Quæ potestas extenditur ad dispensationem etiam in esu carniû: quia id obtinet consuetudo, disp. 54. num. 37.

Si dispensetur à Parocho in lege ieiunij sine causa, est nulla dispensatio, non tamen si dispensatio præmittatur à summo Pontifice: quia id decernunt iura, disp. 54. num. 38.

Valebit tamen dispensatio exhibitâ à Parocho sine causa, si ipse bona fide putabat causam sufficientem esse, & non solum excusari à peccato dispensantem & dispensatum; hoc enim manifestum erat, disp. 54. num. 39.

Existente causa ad dispensandum non erit integrum Parocho ieiunium in aliquod opus pium commutare etiam ex parte, renuente illo qui petit dispensationem: quia quod deberet ex iustitia alicui, absque onere tradi debet, disp. 54. numero 40.

Præceptum ieiunij negatiuum est: quia explicatur per hoc quod nisi semel non comedatur, disp. 54. num. 41.

Non toties peccat quis quoties comedit in die ieiunij, sed solum secunda vice: quia fracto semel ieiunio amplius impossibile est illud seruare, disp. 54. num. 42.

## *Ignatius.*

B. Ignatius laudator ob fudationem tam proficua Religionis, disput. 46. num. 26. & disput. 43. num. 17.

## *Ignorantia.*

Ignorantia inuincibilis est quæ nulla diligentia vinci potest, disp. 42. num.

Ignorantia inuincibilis est quando circa obiectum nulla præcessit aduertentia actualis saltem in consulo: quia nulla præcedente aduertentia inuoluntariè operatur homo, disp. 19. n. 1.

## *Illegitimus.*

Filij expositi ad Ecclesiæ lapidem reputantur illegitimi: quia communiter legitimi non exponuntur, disp. 44. num. 54.

## *Immunitas Ecclesiæ.*

Probabile est quod egredienti ab Ecclesia causa committendi criminis, non fauet Ecclesia, propter iniuriam ipsi irrogatam, disput. 44. numero 52.

Probabile est committenti delictum in Ecclesia non fauere ipsam Ecclesiam in aliis delictis extra ipsam perpetratis: propter dictam rationem, disp. 44. num. 52.

Probabile est occidenti Clericum non fauere Ecclesiam: propter eandem rationem, disput. 44. num. 52.

*Sanchez Selecta.*

Probabile est non fauere Ecclesiam delinquentem qui è manibus sacellitum eripitur & ad Ecclesiam confugit: quia vis illa alteri non debet commodum operari, disputatione 44. numero 52.

## *Impedimentum matrimonij. Vide, Dispensare, Episcopus.*

Super impedimenta matrimonij etiam occulta non potest per episcopiam inferior dispensare: quia episcopia non versatur erga dispensationem casuum qui comprehensi inueniuntur sub lege, sed erga casus qui manifestè non comprehenduntur, v. g. quod non reddatur gladius furioso, quamuis adest lex statuens reddenda esse deposita, disp. 43. num. 8.

## *Imperfectio.*

Imperfectiones narrare in confessione ac si esset materia illius, improprium est: quia solum à peccatis impeditur absolutio, disputatione 1. numero 4. & 6.

Imperfectiones narrare confessario causa humilitatis, mortificationis, vel capiendi consilium maximè vtile est, disp. 1. num. 4.

Imperfectiones fateri vt absoluendas non permittatur penitenti qui certò scit peccata non esse, sicut nec permitti debet scrupuloso suos scrupulos confiteri, disp. 1. num. 6.

## *Incarcerare.*

Nullus priuata autoritate potest aliqui incarceratione ultra duas vel tres horas, etiam sine impediendi damnum proximo, & tempus supplicite certiorandi iudicem de nefaria intentione: quia soli publicæ authoritari concessum est incarceratione ex iuris dispositione, disputatione 28. numero 12.

Iudex potest incarceratione delinquentem extra suum territorium: quia fas est illi sectari opinionem probabilem. Quamuis sic incarceratione absque requisitione non sit in vû, disp. 44. numero 52.

## *Incestus.*

Incestus non est habere copulam cum affina ultra secundum gradum ex copula illicita: quia non impedit matrimonium, disputatione 11. numero 3.

Incestus non est habere confessarium cum filia confessionis copulam, disputatione 11. numero 3.

## *Incontinentia.*

Incontinentia minus peccatum est quàm iniustitia: quia maior virtus est iustitia quàm continentia, disp. 42. num. 7.

## *Infidelis.*

Infideles excusantur ab infidelitate quando Fides non fuit illis sufficienter propoita, disput. 10. num. 3.

M m m 2 Fides

# Index Rerum,

Fides non sufficienter proponitur infidelibus, quando mysteria Fidei non confirmantur confutatione suorum errorum, vitæ sanctitate, & bonis rationibus, quæ illis sufficientes esse debeant ad credendum, disp. 19. num. 2.

Non cuiuslibet proponenti mysteria Fidei tenetur credere infidelis: nam qui citò credit, leuis est corde, disp. 19. n. 3.

Parvuli hæreticorum qui ab initio inani fide à parentibus fuerunt instructi, à crimine hæresis excusantur, donec illis sufficienter Fides proponatur: quia usque ad illud tempus ignorantia inuincibili laborant, disp. 19. n. 4.

Plurimi etiam rusticis fideles inuincibiliter ignorant mysteria Fidei, quæ explicite credere tenentur, disputat. 19. num. 4. & 5. Constat experientia.

Infideles etiam si aliquam dubitationem de sua secta concipiant, satisfacere videntur conscientia, si eos qui apud ipsos DD. habentur, consulant: quia indoctus satisfacit consulendo doctum, disp. 19. num. 5.

Expertus in ebrietate se hæreses proferre, non incurrit excommunicationem: quia illa non incurritur, nisi ob actum humanum, disput. 20. numero 5.

Et sic quando se inebriat, non incurrit peccatum hæresis, cum tunc non proferatur, & quando in ebrietate proferatur, sine rationis vsu pronuntietur, disp. 20. num. 5.

Se inebrians intentione proferendi hæreses tempore ebrietatis, proprie non peccat peccatum hæresis, sed aliud peccatum infidelitatis ex prava affectione ad fidem, disputatione 20. numero 5.

Infidelis habens opinionem probabilem etiam per principia extrinseca de sua secta, non peccat fidei non assensiendo: quia opinioni aliorum fas est hæere, disp. 19. num. 6.

Nec etiam si opposita opinio sit probabilior pro fide, peccabit fidem non amplexando: quia licitum est amplexari opinionem minus probabilem, disp. 19. num. 6. & 7.

Et in prædicto casu, nec etiam in articulo mortis, tenetur opinionem probabiliorē sequi: quia opinio sufficiens ad reddendam tutam conscientiam tempore salutis, sufficit tempore mortis, disp. 19. num. 8. disp. 44. n. 1.

Non ad omnes partes Orbis notitia Euangelij peruenit, & explicatur locus ille Psalm. 18. *In omnia terram exiuit sonus eorum, & in fine Orbis terre verba eorum*, disp. 19. num. 9. & 10.

Infidelis baptizans non contrahit cognitionem spiritualem cum à se baptizato: quia cum infidelis non sit contra Ecclesiam, legibus illius ligari non potest, disp. 40. num. 14.

Infidelis catechumenus baptizans non contrahit cognitionem spiritualem cum à se baptizato, propter dictam rationem, disputatione 40. numero 15.

Nec quamvis postea baptizentur contrahent infidelis & catechumenus cognitionem spiritualem: quia in tempore inhabili baptizantis, vel patris personam gesserit, disput. 40. n. 16.

Infidelis non est capax cognitionis spiritualis passivæ, unde Fidelis baptizans filium scemine infidelis non contrahit cognitionem cum matre infideli baptizati: quia cognatio est relatio, & non potest ab altero contrahi, quin ab utroque

contrahatur, disp. 40. n. 16.

Infidelis quamvis catechumenus cognoscens carnaliter fornicatam à se baptizatam, aut baptizari matrem, non incurrit incestum spiritualem: quia legibus Ecclesie infidelis non est subiectus, disp. 40. num. 17.

Quod dictum est in Baptismo respectu infidelis, dicendum est in Confirmatione: quia ex iure in utroque par procedit ratio, disp. 4. n. 18.

## Ingratitudo.

Ingratitudo formaliter constituit distinctam speciem, quando formaliter contemnitur beneficium, disp. 7. num. 11.

## Iniuria.

Aliquando expedit iniuriantibus respondere ad ipsorum correctionem, & aliorum instructionem: constat Ecclesiast. 7. *Responde stulto in iuxta stultitiam suam, ne sapiens sibi videatur*, disp. 46. numero 6.

Et aliquando facto resistere oportet, ne detur occasio malis prius agendi, disp. 46. n. 6.

Dum à Christo dicitur Matth. 5. *Qui se percutit in maxilla una, probe illi & alteram*: idem est, ac si diceret, paratos nos esse debere secundam iniuriam recipere, potius quam primam iniuriam propria autoritate vindicare, disputatione 46. numero 31.

Nec ob id erit consilium inuitare iniuriantem, quòd secundam iroget iniuriam, quia illud esset inuitare peccatum, sed solum consilium erit, nos esse paratos manifestare ad excipiendam iniuriam, dum alius intulerit, vel quando ob resistantiam primæ maius scandalum esset exoriturum, disp. 46. num. 31.

Ad refarciendam iniuriam etiam materialiter factam quilibet habet ius, quia cuiuslibet fas est ius suum illæsum seruare, disp. 44. n. 19.

## Infans.

Infans à natiuitate siue perpetuò fatuus non debet ministrari Eucharistia, ex vsu Ecclesie illud verantis, disp. 38. num. 1.

Infans habentibus incida interualla, si tunc ostendant aliqualem deuotionem, ministranda est Eucharistia ex vsu Ecclesie id sic agentis, disp. 38. num. 1.

Quod intelligendum est dummodo nullum periculum irreuerentiæ timeatur, vomitus videlicet, vel dilacerationis, disputatione 37. num. 1. & 2.

Quando vomitus nequitiam adueniret infans nisi sumpto cibo, & non oriatur quando modicum cibi sumeretur, ministranda erit Eucharistia, quia tunc cessat periculum irreuerentiæ, disp. 38. num. 2.

Imò et si modicum cibi non retineat, non statim credendum eiiciendam Eucharistiam, præsertim si hostia adeò exiguæ quantitatis esset, quòd indicio medicorum crederetur non motura stomachum, & tunc poterit ministrari: quia cessat irreuerentia, disp. 38. num. 2.

Ad capiendam huius experientiam portigatur hostia non consecrata, qua eiecta, minimè consecrata offeratur, disp. 38. num. 2.

# sive libri Compendium.

Si vomitus vel secessus ex sola corporis aegritudine proueniat, etiam nullo sumpto cibo, & cessauerit per sex horas, iudicet medicus, num ministrari possit Eucharistia, disp. 38. n. 2.

Quod si ablit medicus, quia oppidum exiguum est, vel alia ex causa, non timerem ministrare Eucharistiam, cum tunc prudenter iudicetur vomitum melius abire, saltem per tempus quo possit iudicari, nec intra aliam horam rediturum vomitum, sic censuere medici quos consului, disput. 38. num. 2.

Si furoris periculum timeatur indiscriminatum circa non sancta, quam circa sancta, ut omnia dilaceret infirmus, ministranda est Eucharistia vinciendo infirmum, & habita prius experientia, quod omnia comestibilia deglutit, disput. 38. numero 3. & 4.

Si verò circa sancta mitis sit aeger, porrigatur prius hostia non consecrata, ad captandam experientiam, num expulio ob furorem fiat, & quidem si non sequatur, ministrari poterit Eucharistia, disp. 38. num. 3.

Contingit furentem circa omnia, minimè furorem pari circa comestibilia, imò tunc leniri, oblato scilicet cibo, tunc poterit ministrari Eucharistia, disp. 38. num. 3.

## Inspiratio diuina.

Inspirationibus Diuinis ad consilia exhortantibus non respondere, peccatum non est: quia non est peccatum consilium non implere, disput. 7. num. 4.

Dictis inspirationibus non respondere non iudicabitur à Deo iudicio punitionis, sed iustificationis seu discussionis: quia solum peccata puniuntur, disput. 7. num. 6.

Confessarij moneant poenitentes nullum esse peccatum non respondere inspirationibus ad consilia: quia alijs poenitentes peccabunt ex conscientia erronea, disput. 7. n. 10.

Hic actus: Nolo respondere huic inspirationi, quia ad id non obligor à Deo, habet intrinsecè coniunctum alium actum, videlicet, Respondere si obligarer, disput. 7. num. 10.

Resistere inspirationi vocanti ad præceptum non est distinctum peccatum, ab illo per quod præceptum transgreditur, disput. 7. n. 11.

Nolle respondere inspirationibus Diuinis ex contemptu, peccatum mortale est: quia tunc despicitur Deus qui inspirat, disput. 7. num. 11.

## Intellectus.

Intellectus Beati vel viatoris perficitur cognitione indiuiduorum, & non solum specierum, imò magis illis quam istis: quia vltimum quod intendit intellectus concipere, est indiuiduum, disput. 3. num. 6. & disput. 2. 5. num. 8.

Intellectus cognitione scientifica magis perficitur cognitione specierum quam indiuiduorum; cognitione verò prudentiali è contra, disputat. 3. num. 6.

Intellectus hominis in prima cogitatione cuiuscumque negotij excitatur à Deo, vel ab Angelo mouente imaginationem illius, & deinde intellectu, vel à sensibus exterioribus, vel à causa aliqua interiori ipsius imaginationis, disputat. 19. num. 2.

## Interdictum.

Tempore interdicti Fideles non habentes Bullam Cruciatam sepeliri non possunt in loco sacro, quantumuis receperint Sacramenta poenitentia & Eucharistia: quia id vetat ius, disput. 36. num. 8.

Habentes tamen Bullam sepeliri possunt in loco sacro tempore interdicti, licet confessionem non præmiserint, præstiterint tamen signa poenitentia: quia id exprimit Bulla, disput. 38. numero. 8.

Adhuc si signa poenitentia manifestauerint & Bullam habeant, sufficiens neququam erit vt sepeliri possint in loco sacro tempore interdicti, si annua confessionis mandatum non impleuerint, vel excommunicati desecerint: quia id exprimit Bulla, disput. 36. num. 8.

Interdicti tempore habens Bullam Cruciatam tenetur audire Missam, quia tunc Bulla non est privilegium quo liberè quis potest vt, vel non, sed remouet prohibens, scilicet interdictum, disput. 15. num. 2.

## Inuidia.

Inuidia non est tristari aliquem de sua infelici fortuna, sumpta occasione quòd ad altioremeuè hi alios inspiciat, disput. 3. num. 8.

Inuidia est tristari directè de bona fortuna alterius, quatenus ex illa minuitur propria inuidentis, disput. 3. num. 8.

Inuidia non est tristari aliquem de bono alterius, quatenus ex eo rimet nocuentum, vel sibi ipsis, vel communitati: quia talis tristitia naturalis est, & licet sit actus liber, est de bono siue, disput. 3. num. 9.

## Ira.

Ira est laudabilis, si ratione regulatur, disput. 2. num. 2.

Ira est mala, si appetat aliquis vindictam fieri qualitercumque contra ordinem rationis, disput. 2. num. 2.

Motus iræ, quantumcumque seruescat, non est peccatum, nisi sit contrarius modestia, aut exponat periculo maledicendi, aut aliud peccatum perpetrandi, disput. 2. n. 2.

Ira motus vtilis est ad hoc quòd homo promptius exequatur id quod ratio dicat agendum vel omittendum, disput. 2. n. 2.

Ira est satellitium rationis, disput. 2. num. 2.

Patrem irasci in filios, maritum contra vxorem, aut dominum in seruos ex iusta causa non est peccatum, imò necessarium, & virtus, ex David. dicente Psalm. 90. *Irascimini & nolite peccare*, disput. 2. num. 2. & 3.

Manuetudinis defectus non reperitur ex eo quòd aliquis irascatur ex causa: quia nulla virtus læditur ob rem iustam, disput. 4. num. 14.

## Irregularitas, Irregularis.

Irregularitas non incurritur à pueris ante decimumquartum annum: quia id satis probabiliter decernunt iura, disputatione 26. numero 18.

Qui certus est se vulnus lethale alicui influxisse, dubitat tamen ex vulnere sine mortuus, re-

# Index Rerum,

netur abstinere à sacris vt irregularis, & sic intelligendi aliqui textus difficiles: quia sic decernunt iura, disp. 42. num. 14.

Irregularis potest celebrare ob vitandam sui infamiam: quia ius positium non obligat cum tanto rigore, disp. 43. num. 38.

Probabile est collationem beneficij factam irregulari non esse nullam ipso iure: quia id decernunt iura satis apparenter, disputatione 44. num. 54.

## *Iubileum, vel Indulgentia.*

Iubileum, vel indulgentia concessa sub onere confessionis, non lucrabitur nisi præmissa confessione, etiamsi nullum adsit mortale, disput. 13. num. 2.

Indulgentia alicui concessa, si det elemosynam, ille non potest alij applicare talem indulgentiam: quia illud esset thesaurum Ecclesiæ dispensare, ibid.

## *Iudex. Vide verb. Reus.*

Iudices permittere deberent quòd damnati ad mortem ipso die mortis Eucharistiam sumerent, quamvis pridie communicassent: quia huiusmodi Sacramentum maximè fauet morientibus, disput. 40. num. 4.

Iudices rectius agerent, si adultum infidelem damnatum ad mortem & cupientem Baptismum pridie ad supplicium permitterent baptizari, & Eucharistiam sumi: quia morientibus viaticum ministrandum est, disp. 40. num. 3. & 4.

Si tamen damnatus nollet baptizari, nisi ad pedem patibuli, tali deuotioni esset annuendum: quia tamen ex ignorantia posset euenire illa deuotio; moneatur reus plurimis vtilitatibus priuari ex non receptione Eucharistiæ, disput. 40. num. 8.

Ministrare Eucharistiam etiam ad pedem supplicij reo, cadit ex se sub præcepto: quia in articulo mortis quilibet Fidelis illam accipere debet. Excusat consuetudo, disp. 4. n. 8.

Iudex iuxta privatam scientiam potest absolueret reum in causa mortis, & grauis membri mutilationis, exilij perpetui ad remotas terras, perpetuarum trirerum, quæ morti æquivalent: quia cuique est fas opinionem probabilem sectari, disp. 8. num. 16.

Iudex potest vti opinione minus probabili dum fert sententias, quæ ex probatione facti non pendunt, sed ex probabilitate legis: quia temerè, nec imprudenter non agit qui probabili ratione ducitur, disp. 44. num. 50. in princ. & fine.

Iudex dum fert sententiam circa ius partium super aliquod factum testibus probandum, tenetur sequi meliorem probationem: quia in hoc casu debet iudicare iuxta allegata & probata, disp. 44. num. 51.

Iudex arbiter potest iudicare secundùm opinionem aliorum propria relicta: quia eadem est de ipso ratio ac de iudice ordinatio, disput. 44. num. 50.

Nisi à collitigantibus eligatur sub conditione, quòd iuxta suum iudicium debeat iudicare, disp. 44. num. 50.

Iudex, quamuis sit supremus potest vti opinione minus probabili: quia eadem est de illo ratio

ac de iudice inferiori, disputatione 44. num. 50.

Iudex debet punire reum iam emendatum, si accusetur vel denunciatur, vt satisfaciatur Reipublicæ, & ne alij exemplum arripiant delinquendi, disp. 43. num. 38.

Plures sunt iudices qui viam agendi gratis seruata iustitia non inuenerunt, quia inhumanæ conditionis sunt, disp. 43. num. 8.

Iudex non debet esse iustus multum ad crudelitatem declinandus: quia tam per excessum, quam per defectum iustitia læditur, disp. 40. n. 9.

Alienum non est à iudicibus pie erga reos procedere seruata iustitia: quia vna virtus non est contraria alteri, disp. 40. num. 9.

Aliqui iudices arbitrantur se ministrorum iustitiæ nomen demereri, nisi summum ius seruent, disp. 40. num. 9.

Magis delinquit iudex, si excessum committat crudeliter puniendo, quam si remissionem habeat: quia per crudelitatem magis nocet reo, & Reipublicæ maius scandalum iniquitatis offert, quam si punire omittat: quia ad omissionem aliquas causas occultas posset habere, disputatione 40. num. 9.

Iudex communiter quando ad crudelitatem declinat, idè est quia nimis & altè sentit de sua iustitia, & ob id Salomon, Ecclesiast. 9. dixit de illo: *Ne plus sapias, quam necesse est*, disputatione 40. num. 9.

Plures iudices putant Rhadamanteo pollere iudicio qui apud Gentiles inter iudices maximus habitus est, disp. 40. num. 9.

Plures iudices suspicantur immeritò se esse similes Minoi Cretensium Regi, qui propter exterram seueritatem, quam viuens exercuerat, post mortem iudex inferorum factus conclamatur, disp. 40. num. 9.

Iudex habet ius interrogandi de delinquente occulto, etiamsi vnicus tantùm testis notit delictum: quia ad testem non attinet curare, an sit probandum delictum, vel non, sed solum ad interrogata respondere, disput. 43. num. 9. & disput. 44. num. 52.

## *Iudicium temerarium.*

Plures poenitentes se accusant de iudicio temerario, vbi non est, disp. 5. n. 8.

Plures poenitentes iudicium temerarium appellant, dum sinistram opinionem concipiunt de proximo, vel mala de illo suscipiantur, quantumuis id iudicent ex sufficientibus indiciis, in quo tamen decipiuntur, disp. 5. num. 8.

Iudicium temerarium est sinistram opinionem de proximo concipere absque sufficientibus indiciis, disp. 5. num. 8.

Ad cautelam meam suspicari de proximo quòd forte poterit malum operari, vt quòd mater suspicatur de filia, quòd forsan poterit in leuitatem prolabi, & ideo illam obseruat, & sic superior respectu subditi, nullum peccatum est, disputat. 2. num. 5. & disp. 50. num. 19.

Fœminæ plures ob solum iudicium de proximi culpa veniam ab illo exposcunt, quod ridiculosum est: quia nullus tenetur suum peccatum manifestare alteri, nisi in sacramentali confessione, disp. 5. num. 9.

Non est opus explicare in confessione quale fuerit iudicium, dicendo, iudicavi proximum esse furem,

# siue libri Compendium.

torem, vel fornicarium: nec contra quam personam, fuerit ne Ecclesiastica, vel secularis: quia id non mutat speciem peccati, disputatione 5. numero 11.

Plures fœminæ se accusant de iudicio temerario, quòd de proximo conceperint habere pecunias, vel alia bona, quòd ridiculum est, cum ob id malum culpæ de proximo non sint suspicatae, disp. 5. num. 8.

Ex iudicio, temerario magis læditur fama quam ex suspicione: quia iudicium est firma sententia de malo proximi, suspicio verò cum formidine, disp. 35. num. 10.

Iudicium temerarium de proximi naturali defectu, verbi gratia, quòd sit infans, aut quòd ex sanguine Hebræorum descendat, est peccatum saltem veniale: quia à tali iudicio inseparabilis est aliquis despectus proximi, disputatione 35. num. 10.

Authores contrarium huius sentientes adducuntur, disp. 35. n. 10.

Qui audito defectu naturali, vel peccato proximi, non desistit indagare vsque dum certò cognoscat veritatem, peccat mortaliter, vel venialiter iuxta qualitatem defectus cuius, sit inquisitio, cum per suspensionem multo minus lædatur fama proximi, quàm per iudicium certum omni carens dubitatione, disp. 35. num. 10.

Lenones zelotypos se ostendentes leuibus indicis de suis concubinis, & certò indicantes illas carnaliter se copulasse aliis, peccabunt mortaliter, quia illæ grauem reputant iniuriam faciles ad committendum se aliis iudicari: & infamatur de vno crimine, alio etiam eiusdem generis non potest infamari, disp. 35. n. 12.

Leuiora indicia sufficiunt quòd leno possit iudicare de sua concubina commissionem cum aliis, quàm si id criminis iudicaturus esset respectu aliarum fœminarum, disp. 35. num. 12.

Iudicium temerarium nisi aliis manifestetur, ad nullam obligat restitutionem nisi velis appellare restitutionem, quòd deponatur statim iudicium, disp. 35. num. 12.

## *Iuramentum.*

Si ad confirmandam eandem falsitatem plura proferantur iuramenta in eodem spatio temporis, vnicum solum crimen erit: quia actus solum materialiter sunt diuersi, disp. 6. num. 6.

Si ad confirmandam eandem veritatem plures attestaciones iurate enuntiantur, solum primum iuramentum habebit rationem virtutis, cætera verò regulariter peccata venialia erunt, vtpote iuramenta absque necessitate, disp. 6. n. 6.

Pluries iurare ex necessitate ad confirmandam eandem veritatem, vnicus actus virtus Religionis erit, & pluries idem votum confirmare, disp. 6. num. 6.

Omnia iuramenta falsa eiusdem speciei sunt: quia sunt contra eandem virtutem eodem modo tactam, disp. 6. num. 6.

Non opus est pœnitentibus confiteri iuramenta individualiter dicendo: iuravi per Deum, per meam vitam, &c. sed satis erit dicere, decies iuravi: quia quòd tale, vel tale sit iuramentum non mutat speciem, disp. 6. num. 6.

Iuras falsò etiam ex consuetudine, si actu non recordatur, nec aduertit ad falsitatem, nec

dubius est de illa, peccatum non committit: quia peccatum debet esse actus voluntarius, disp. 20. num. 2.

Per consuetudinem iurandi minus potens redditur iurans ad aduertendum quòd iuret: quia consuetudo transit in alteram naturam, disp. 20. num. 3.

Falsa iuramenta indeliberata etiam ex praua consuetudine iurandi falso orta, non sunt peccata, nec etiam in causa: quia de ratione iuramenti est quòd fiat cum vsu rationis, disputatione 20. num. 5.

Se inebrians animo iuramenta falsa dicendi tempore ebrietatis non peccat contra Religionem, sed contra veritatem, disp. 20. num. 5.

Poterit etiam contra iustitiam esse peccare falso iurans indeliberatè, si cognoscat ex consuetudine sua iurandi indeliberata iuramenta emanare in tertie personæ damnum, quæ ipse nequaquam retractat: quia positivè lædens proximum contra iustitiam agit, disp. 20. num. 5.

Quando Doctores dicunt negandam esse absolutionem habenti consuetudinem iurandi absque indagine sine verum, vel falsum quòd iuratur, intelligendi solum sunt de habente consuetudinem iurandi cum aduertentia, & aduertenter omittere indagationem, non autem quando inaduertenter proferuntur iuramenta: quia neganda non est absolutio, nisi ob peccata, disputat. 20. num. 7.

Sed tamen adhuc in hoc casu in nostra sententia, neganda nec differenda non est absolutio (quòd idem est) si pœnitens firmiter proponat emendationem: quia sufficienter est dispositus pœnitens ad absolutionem, disp. 20. n. 7.

Iurans latroni se illi daturum pecunias sine intentione dandi non peccat, si mente concipiat æquiocationem, videlicet dabo, si ad id tenear: quia intercedente causa iusta iuramentum potest proferri iuxta sensum propriæ mentis, & non eius qui extorquet iuramentum, disp. 35. n. 7.

Cui fas est occultare veritatem, licet pariter cum iuramento negare: quia causa quæ excusat mendacium, excusat quoque iuramentum, disp. 43. num. 29. & disp. 46. num. 17.

Medicus absque causa concedens licentiam edendi carnes in die prohibito qui simul est dies ieiunij, tenetur illas circumstantias fateri: quia duplex committit peccatum, disp. 51. n. 16.

Tamen si licentiam concedat edendi in Quadragesima, sufficit dicere, in Quadragesima concessisse licentiam: quia notum est in Quadragesima ieiunium obseruari, disp. 51. num. 16.

## *Iurisdictio.*

Ecclesia supplet iurisdictionem in habente titulum coloratum, & in ex errore communi, seu potius bona fide reputato iudice, vel Parocho, disp. 41. num. 3.

Quòd Ecclesia supplet iurisdictionem in operante ex opinione probabili Doctorum, cum non minus potens sit opinio Doctorum, quàm vulgi error, seu bona fides ad inducendam iurisdictionem, censent plures, disp. 44. num. 3.

Sed tamen id non pnto verum in opinionibus quæ versantur in administratione Sacramentorum, disp. 44. num. 10.

Imò et si Pontifex ignoraret adesse talem opinionem,

# Index Rerum,

nionem, iurisdictionem conferre, ex alio subintellecto principio, videlicet, quod velit illam concedere cuiusque operanti ex probabili opinione, censent etiam plures, disp. 44. numer. 3. Quod verum non est in opinionibus Sacramento- rum.

Ex sola communi errore confertur iurisdictione, etiam sine titulo colorato: quia id magis fauet Reipublicæ, disp. 44. n. 3.

Iurisdictione sola præscriptione, vel consuetudine acquiritur, etiam sine titulo à legitimo superiore: quia sic iura decernunt, disputatione. 44. num. 3. ante finem.

## L.

### *Lex, Legislator.*

**Q**uando communiter dicitur quod legibus pœnalibus non fit extensio etiam ex identitate seu maiori ratione, id intelligendum in criminibus diuersi generis, vt in sodomia, & bestialitate, non in eiusdem generis, vt in sodomia cum femina, vel cum viro, disputatione 11. numero 12. & 13.

Ea quæ fieri contingit, nominatim à lege prohibentur, quamuis alia etiam vetantur quæ non nominantur: quia ad ea quæ frequenter accidunt leges adaptantur, disp. 11. n. 12.

Licet lex prohibens sollicitationem sceminarum in confessione pœnalis sit respectu confessorij, est tamen fauorabilis respectu Sacramenti, & ideo extendenda, disp. 11. num. 12.

Lex pœnalis ad simillima frequentissime extenditur, vbi ipsissima reperitur legis ratio, adducuntur de hoc aliqua exempla, disput. 11. numero 12.

De natura legis est esse perpetuam donec reuocetur, disp. 11. num. 60.

Lex posita ab Inquisitoribus non minus obligat, quam Canonica, disput. 11. n. 56.

Lex humana obligare non potest ad bis eadem peccata confitenda: quia per semel validam confessionem sufficienter remissa sunt, disp. 13. num. 1. & 11.

Legislator potest iubere rem grauem cum obligatione tantum ad veniale: quia leges non obligant ultra intentionem Legislatorum, disput. 15. num. 16.

Legislator secularis vel Ecclesiasticus imperans rem leuem non potest obligare sub mortali: quia frangens legem semper delinqueret in te leui, disp. 15. num. 15.

Legislator potest imperare rem grauem sub onere peccati venialis: quia lex non obligat ultra intentionem Legislatoris, disputatione 15. numero 16.

Licet lex, aut ius non distinguat, nos distinguere debemus, quando ratio ad distinguendum cogit: quia ratio naturalis est supra legem scriptam, disp. 41. n. 4.

Lex sine obligatio abstinendi ab aliqua actione, aliquando grauior est quam obligatio efficiendi aliquod opus: sicut grauior videtur obligatio abstinendi à matrimonio, quam quotidie recitandi aliquos Psalmos, disputatione 42. numero 5.

Legislatores dum condunt leges, attendunt ad id quod communiter euenit: quia omnes casus comprehendere est impossibile, disput. 43. num. 8.

Seruare rigorem legis in aliquibus casibus est contra æqualitatem iustitiæ, & contra commune bonum quod lex intendit: quia episcopia ad id datur, disp. 43. n. 8.

Vnde depositum gladium non est reddendum furioso, dum timeretur se, vel alium velle occidere, nec reddendum depositum illud poscenti ad patriæ impugnationem, disp. 43. num. 8.

Non est possibile aliquam legem institui, quæ in nullo casu deficiat: quia euentus sunt varij, disp. 43. numero 8.

Lege humana sanciri non potest quod constringatur homo sua publicè detegere delicta, quia illa lex intolerabilis esset, disp. 46. num. 23. & 24.

Imò nec quod obligatur ad manifestandos delictus culpa grauis extra Sacramentum Pœnitentiæ: est enim contra ius naturæ quod quis obligetur se rem prodere, disp. 46. num. 26.

Vt lex antiqua reuocetur non est opus expressam mentionem fieri de illa in lege noua opposita: quia contrarium destruit contrarium, disp. 48. num. 7.

Lex generalis posterior derogat legi speciali, quando intentione legis generalis est omnino contrariæ intentionis ad legem specialem: quia intentiones penitus oppositæ persequere non possunt, disp. 48. num. 7.

Legislator non præsumitur velle derogare leges alterius legislatoris, nisi id expressè exprimat: quia id commodum est omnibus legislatoribus, disp. 48. num. 9.

### *Licentia.*

Licentia ad audiendas confessiones pro determinato tempore, non expirat transacto illo tempore, quando intra tempus licentiæ incepta fuit confessio: quia in tempore habili incepta est iurisdictione, disp. 44. num. 6.

Licentia præsumitur concedi à Parochis suis parochianis non habentibus Bullam, ad eligendum confessorium approbatum ab Ordinatione: quia id in utilitatem Parochorum cedit, disp. 44. num. 30.

Licentiæ expressæ æquiualeat ratihabitio de præsentibus: quia sic decernunt iura, disput. 44. numero 3.

Licentia ad audiendas confessiones non expirat morte concedentis, nisi expressè reuocetur: quia iura decernunt potestatem iurisdictionis delegatæ perire morte delegantis agunt de potestate contentiosa, qualis non est hæc, disput. 48. num. 19.

Opus erit ad reuocationem illius licentiæ edito publicati, vel certo nuntio intimari reuocationem, quamuis confessorius cognoscat esse reuocatum: quia dum index non vtiur reuocatione eam intimando, præsumitur velle licentiam persequere, disp. 48. num. 19.

Licentia ad confessiones potest reuocari etiam sine causa ab eodem qui illam concessit: quia illas concedere est quid merè gratuitum, disput. 48. num. 23.

Licentiam ad audiendas confessiones non potest

# siue libri Compendium.

test Parochus conferre simplici Sacerdoti : quia id veratur per Concilium Tridentinum, sess. 23 cap. 15. disp. 48. n. 51.

## Ludus.

In ludo ad creditum amittens, tenetur restituere: quia lex verans ludum ad creditum solum denegat actionem repetendi in foro exteriori, disp. 48. num. 60.

Lucrans aliquid ludo verito potest in foro astricti retinere: quamuis in foro externo cogetur in pœnam delicti illud reddere, disputat. 48. numero 61.

Votum de ludo honesto non valet, quia est de minori bono, disp. 3. num. 7. & disp. 23. num. 40. & disp. 33. num. 20.

## M.

### Magister.

**Q**ui munus magistri, & docendi exequitur, suæ doctrinæ veritatem defendere tenetur, nec erit perfectio contemptum admittere: quia illud potius læderet discipulos quam prodesset, disp. 46. num. 34.

Ob hoc respondit Christus Phariseis impotentibus illud dæmonium habere, & in eius virtute dæmonia eicere, disp. 46. num. 34.

### Maldonatus.

Maldonatus vtilissimæ Religionis Societatis *Te s v* filius laudatur, disp. 49. n. 11.

### Maledictio. Vide, Malum pœnæ.

Maledicere ex animo in re grati est peccatum mortale, & in re leui veniale, disput. 2. numero 2.

Maledicere etiam ex non animo est veniale, & ratione scandali poterit esse mortale, disp. 2. num. 2.

Maledictio non est aliquod malum alicui imprecari, quando id necessarium esset ad proximi correctionem, disp. 2. num. 6. & 7.

Plures maledictiones prolatae in eodem intervallo temporis, vnicum tantum peccatum sunt, dum tamen eandem inferant iniuriam, disput. 6. num. 1.

In charta anathematis rebelles maledicuntur ab Ecclesia, quia renuunt obedire illi, quæ illorum correctionem desiderat, disp. 2. n. 6.

### Malum pœnæ.

Malum pœnæ licet optare proximo ob bonum spirituale proprium vel proximi, vel temporale, si proximus ex malitia impedit: quia iactura minoris boni sustineri debet ob luctum maioris, disp. 2. num. 6.

Religiosis licet inopiam annonæ optare, ve oppressione populus in melius viam mutet: propter eandem rationem, disp. 2. n. 6.

Lusori licitum est desiderare aliquod malum, ne dissipationem bonorum compleat: propter eandem rationem, disp. 2. n. 6.

*Sanchez Selecta.*

Licitum est imprecari mortem Turcis, quamuis in mortali vitam acturis, ob pacem Reipubl. quia bonum publicum intenditur, & sibi impudent malum, disp. 2. n. 6.

Tantum illud nocuum fas est desiderare proximo ob honestum finem, quantum ad talis finis consequutionem necessarium est: quia alias sine fine seu necessitate exoptaretur malum, disp. 2. n. 7.

Per se nunquam licet desiderare proximo damnationem æternam, licet interdum nefas non sit permittere illam: quia damnatio æterna non est medium ad consequendum finem, disp. 2. num. 7.

Propositum sumendi vindictam de proximo, si licuerit, peccatum non est: quia conditione honestatur actus, disp. 2. n. 8.

Delectari de malo proximi ex displicentia ipsius, quantumuis sub conditione vindicta seu malum apprehendatur, peccatum est: quia delectatio non sumit suam peccatum ab obiecto externo, sed ab oppositione cum virtute, disp. 2. num. 8.

Ecclesia in charta anathematis plura mala imprecatur excommunicatis, & etiam æternam damnationem, si non obediant, disputatione 2. num. 9.

Licitum est sibi, vel proximo optare mortem ob vitandam molestiam infirmitatem, mendicitatem, vitam pœnalem à marito scemina inflicitam, & alia huius generis, dummodo desideretur mors vt à Deo infligenda, non ab homine iniuste: quia cuique licet suam defensionem desiderare, disp. 2. n. 9.

Ob bonum virtutis, scilicet ob defensionem Fidei, licitum est exoptare sibi mortem à Tyrannis inferendam, & occasione prudentes quærere, quo publicetur Fides, disp. 2. n. 9.

Licitum est vindictam coram iudice petere, & est actus iustitiæ vindicatiuæ, vel commutatiuæ, disp. 2. num. 11.

Licitum est petere iustam vindictam coram Deo, dum non est odio, sed ex zelo iustitiæ procedat, disp. 2. num. 11.

### Maritus. Vide, Vxor.

Marito licet impunè in foro exteriori occidere adulteros in flagranti delicto inuentos, non in foro conscientie: quia id sanxerit leges ob leniendum dolorem, disp. 48. n. 60.

### Martyr.

Iniuriam irrogat martyri qui orat pro illo, disput. 40. num. 6.

Martyri, licet non baptizato aqua, concedenda est sepultura Ecclesiastica, disputatione 44. num. 40.

### Martyrium.

Non se occidit qui prudenter occasiones martyrii quærit, intendens primò Fidei proclamationem, disp. 3. n. 7.

Qui ob vanam gloriam martyrium subiret, tale peccatum tolleretur in ultimo vitæ exitu: quia martyrium est actus perfectissimæ charitatis, disp. 40. num. 6.

# Index Rerum;

## Matrimonium.

Quando dubitat aliquis de valore matrimonij facta sufficienti diligentia, potest reddere, & petere: quia melior est conditio possidentis, disput. 42. num. 3. & 12.

Parochus contrahentis, assistens tamen in alterius Parochia ex opinione probabili, validè assistit matrimonio, disput. 44. n. 8.

Sed peccabit contra charitatem & iustitiam illa opinione vtens, nisi defectum eius explicet contrahentibus, disput. 44. num. 13. & 14.

Cum opinionum varietas versetur, an metus reuerentialis sine minis, validum, vel inualidum reddat matrimonium, pro valido, aut inualido iuxta opinionum varietatem haberi potest, disput. 44. num. 8.

Matrimonium ratum dissoluitur per professionem in Religionem. Militari sancti Ioannis: quia id sic sanxere Pontifices, disputatione 49. num. 10.

Ad contrahendum matrimonium sufficit in forma quòd dies vltima anni duodecimi & decimi quarti in viro sit incepta. Nam in favorabilibus dies inceptus habetur pro completo, disput. 54. num. 10.

## Medicus. Vide, Bulla, Oua, Licentia.

Medicus, vel Theologus incumbentes extraneis scientiis tempore quo propriis studere debent, peccant peccato curiositatis: quia student tempore quo non licet, disput. 3. n. 1.

Agrotus tenetur parere medico applicanti medicinas, non distincto præcepto obedientiæ, sed præcepto quo est affectus propriam conseruare vitam, disput. 13. n. 8.

Medicus potest offerre prægnanti medicinam æquè tendentem ad salutem, & ad fœtus necem: quia non debet esse fœtus qui aggressor est potioris iuris quàm mater, disput. 2. numero 36. & 29.

Peritior medicus est aptus medicinas ad salutem infirmi applicans, etiam si cum mori contingat, quàm ille qui ineptus, et si contingat viuere. Ex Aristot. inquit: *Non ideo malus medicus, si non semper sanat, dum nihil omiserit eorum quæ sunt ex arte*, disput. 28. n. 7.

Medicus potest vti opinione minus probabili in applicatione medicinarum: quia quod alij fas est, ipsi denegari non debet, disput. 44. numero 36.

Medicus obstrictus est gratis mederi pauperibus: quia potens elemosynam tenetur elargiri, disput. 47. num. 18.

Medicus cognoscens ex præterita experientia abstinentiam à carnibus esse nociuam alicui, vel presbytero abstinentiam ab ouis in Quadragesima, non tenetur in futuris Quadragesimis licentiam denegare, nisi præmissis experimento: quia licentia potest dari ratione præseruationis, disput. 51. num. 42.

Quod intellige, nisi maximè dubitetur causam nocuenti cessasse, disput. 51. n. 24.

Quando Bulla dicit, quòd ex licentia vtriusq; medici possint carnes comedi, & à Sacerdotibus oua, Medicus corporalis solum declarat infirmitatem, medicus verò spiritalis vel dispensat, vel

ad ipsius consensum dispensat Summus Pontifex, disput. 51. num. 6.

Quando medicamentum est certum, peccabit medicus contra charitatem & iustitiam vtens medicina probabili: quia certum pro dubio relinqui non potest, disput. 44. num. 36.

Medicus cautus esse debet in concedenda licentia ad edendas carnes in diebus vetitis: quia aliàs rei erunt fracti mandati, disput. 51. n. 16.

Medicorum præcepta pluries sunt diuinis præceptis contraria: quia illum iubent edere carnes, qui illis non egebat, disput. 51. num. 16.

## Mendacium.

Exaggerationes non sunt mendacium: quia ab audientibus accipiuntur vt tales, & à proferentibus non dicuntur animo æquandi rem cum præcepto, disput. 5. num. 1.

Loquutio parabolica non est mendacium: propter eandem rationem, disput. 5. n. 2.

Loquutio per metaphoras non est mendacium: propter eandem rationem, disput. 5. n. 3.

Loquutio per ironiam non est mendacium: propter eandem rationem, disput. 5. numero 4. & 5.

Loquutio per charientismos siue vrbana non est mendacium, propter eandem rationem, disput. 5. num. 6.

Mendacium non est illud affirmare quòd verum esse putatur, licet res aliter se habeat: quia mentiti est contra mentem ire, disput. 5. numero 7.

Nec necessarium est retractare illud mendacium materiale, nisi sit in damnum proximi: quia ex non retractatione nullum damnum sequitur, disput. 5. num. 8.

Mendacium non est, falsum dicere sine intentione decipiendi; contrarium docent plures, disput. 51. num. 1. & 5.

Plures excusantur à mendacio, qui ex Scriptura mentiti fuisse videntur, disputatione 5. num. 1.

Quamuis sustineamus mendacium esse falsum dicere, etiam sine intentione decipiendi, erit opus vt sit mendacium, quòd dicatur falsum vt falsum, non vt exaggeratiuum, disput. 5. numero 5.

Mendacium iocosum non est dicere aliquod falsum, vt lepidum & iocundum, sed erit mendacium iocosum, si enuntietur aliquod falsum tanquam verum, & tanquam cum vera re lepida, & iocunda intruderet aliquis iocunditatem in aliis causare & risum, disput. 5. num. 5.

Mendacium formale vel materiale in damnum proximi cedens, retractandum est à dicente, nisi longè maius damnum obuenerit retractanti ob retractationem, quàm quòd euenit alteri, tunc tamen alia via satisfaciendum est iniuriz ex mendacio proueniendi, disput. 5. n. 8.

Existente iusta causa potest quis vt iæquiuocatione, & non loqui iuxta intentionem interrogantis, disput. 35. num. 1. & 3.

Stratagemata in bello licita sunt, & excusantur à mendacio, disput. 35. n. 1.

Sacerdos fingens absoluerè pœnitentiam ob vitandam infamiam illius, non committit mendacium; quia ob iustam causam vitur æquiuocatione, disput. 35. num. 1.

# siue libri Compendium.

Committit tamen mendacium & sacrilegium simulans potrigere hostiam non consecratam loco consecrata, quia nulla potest assignari causa legitima ad id simulandum, disp. 35. n. 1.

## Molina.

Molina præclaræ Religionis Societatis I. S. V. filius laudatur, disp. 48. n. 62.

## Monialis.

Moniales non posse eligere confessarios, nisi approbatos ab Ordinario, decretum est per Gregorium X. V. sed tamen huius decreti executio suspensa est vsque adhuc, disp. 49. n. 27.

## Mortificatio.

Mortificatio aut ad nullam virtutem specialem pertinet, sed ad omnes virtutes in quatum actibus sumitur mortificatio, verbi gratia, mortificatio non comedendi ad abstinentiam, mortificatio non vrèndi rebus splendidis ad humilitatem, &c. vel solum pertinet ad iustitiam vindictam, vel penitentiam, disp. 46. numer. 29. & disp. 30. num. 5.

*Murmuratio seu detractio. Vide, Fama, Judicium temerarium, & Suspicio.*

## N.

### Nauarra.

Nauarra Clericus laudatur, disputatione 46. num. 9.

## O.

### Occasio peccandi.

Occasio remota peccandi est illa quàm nisi peccator inquirat, aut non inueniet, aut saltem difficulter, ob quod facilis erit vitatio peccati, disp. 10. n. 1.

Occasio proxima est, qua stante difficile erit peccatum vitare, disp. 10. n. 1.

Occasionem remotam peccandi non tenetur quis vitare, bene tamen proximam: quia ex prima non amatur periculum peccandi, bene tamen ex secunda, disp. 10. num. 1.

Inuidia proxima occasio peccandi erit si quis domi suæ concubinam retineat, aut si in aliena domo liberè pateat aditus, disp. 10. numero 3.

Concubinarius qui per longum tempus non est confessus sua peccata, vel etiam ter vel quater promiserit in confessione concubinam abire, absolui poterit, si firmiter proponat deinceps excludere: quia tunc non præsumitur propositum esse hæciturum, disp. 10. num. 4.

Potest absolui qui ter vel quater promissioni de facienda restitutione non stetit: propter eandem rationem, disp. 10. n. 4.

*Sanchez Selecta.*

Qui occasionem proximam peccandi vitare neglexerit sæpè iam admonitus, non est absolendus vsque occasionem expulerit, dum possit absque scandalo, seu aliis magno pondetis incommodis: quia absque causa amat periculum, disp. 10. num. 6.

Filius familias, aut alius, qui sui iuris non est, absolui debet adhuc occasione permanente, si proponat non peccatum: quia ex causa manet in periculo, disp. 10. n. 10.

Scriba, mercatores & aliorum officiorum persona, in quibus officiis adest occasio peccandi, absolui possunt adhuc officiis non dimissis: propter eandem rationem, disp. 10. n. 11.

Cessante periculo labendi non est cogendus peccator concubinam eiecerit: quia illam domi retinere intrinsecè malum non est, disputat. 10. num. 12.

Concupiscens pluries feminam domi retentam absolvendus non est, donec eiecerit, si promissionis trinxit, vel quaterne de eieciendo defecit: quia voluntariè manet in periculo, disputat. 10. num. 13.

Non soluens debitum pecuniam dum potest absque graui incommodo, sæpèque admonitus fuit, absolui non debet, donec cum effectu soluerit: quia præsumitur esse fictitium propositum, disp. 10. num. 14.

Peccator tamen iam non habens cum concubina, sed tamen præbet scandalum ob neglectam eiectionem, absolvendus non est donec eiecerit: quia peccatum committit scandalizando, disp. 10. num. 15.

Et in prædicto casu eiecienda est concubina, etiam si scandalum solum sit vnus persona: quia salus spiritualis proximi etiam vnus diligenda est, disp. 10. num. 15.

Quando populus iudicat feminam ab aliquo retentam esse eius concubinam, quamuis non sit, nec fuerit, eiecienda est: quia scandalum vitare tenetur, disp. 10. n. 15.

Filius familias vel alius, qui sui iuris non est, absolui debet toties quoties peccauerit, etiam si aliqua emendatio non notetur, & occasio perseveret: quia inuoluntariè perseverat in occasione, disp. 10. num. 16.

Fœmina cum viro habitans absoluenta est, etiam si non proponat domum deserere, dum semel aut iterum copula consentit, pluries verò restitisset: quia non censetur in animo esse occasionem proximam, quamuis sit proxima quantum ad locum, disp. 10. n. 17.

Parochus non tenetur deserere officium, etiam si ex auscultatione confessionum expertus sit procurare pollutiones; determinatur tamen semper debet esse illas non procurare: quia inuoluntarium est periculum, disp. 10. n. 18.

Confessarius ex denotione, & expertus pollutionem procurare, tenetur confessiones non audire: quia periculum voluntarium est, nisi ex desertione sequeretur infamia confessario, & tunc erit illi fas periculo peccandi se exponere; dum tamen determinatus semper sit non peccare, disp. 10. num. 18.

Insciens se pluries pollutionibus non dicitur manere in occasione peccandi, sed habere consuetudinem, disp. 10. n. 19.

Concubinarius qui mutò dedit centum aureos concubinae, non tenetur illam eiecerit, si sit

# Index Rerum,

amissurus illa centum, tunc enim potius permittit occasionem quam veli, disp. 10. n. 20.

Qui famam suam vel feminæ amitteret ob exclusionem concubinæ, non tenetur eiicere, sed absolvendus, si firmiter proponat non peccare: quia involuntarium est periculum, disputat. 10. num. 21.

Rare tamen amittitur fama ob concubinæ eiectionem: quia si vicini norint esse concubinam: potius eiectione comparabitur fama, si verò id ignorent, non amitteretur, disputatione 10. numero 23.

Quomodo sit intelligendum quòd conscientia proponenda sit famæ, explicatur, videlicet, quòd nullum peccatum committatur ob famæ conservationem, non verò quòd non possit quis se exponere periculo peccandi ex causa, disp. 10. num. 22.

Si pœnitens firmiter proponat non peccare cum concubina confusus divinis auxiliis, & expectas non sit, se lapsum fuisse post semel & iterum datam fidem, & post mutationem voluntatis de malo in bonum: unò potius è contra experimentum habeat, idè pluries prolapsus fuisse, quia voluntas cessandi à peccato nunquam fuit interposita, tunc pœnitens non solum vt absolui possit cogendus est eiicere prius concubinam, verùm non est compellendus vt proponat eiicere: quia tunc non præsumitur esse proximam occasionem animo ad peccandum, quamvis sit proxima loco, disp. 10. n. 4.

Potest aliquando absolui pœnitens ante eiectionem concubinæ, non solum quando retenta fuisset titulo famulæ servientis, verùm solo titulo concubinæ, vt quando eiici non posset sine graui iactura boni temporalis vel famæ, disp. 10. num. 4.

Offerte alicui occasionem ad peccatum, vt deprehensus in illo respiscat, vel ob alium rectum finem, non est peccatum, & sic excusantur custodes nemorum se abscondentes, vt euntes ingrediantur liberè, & deprehensi caueant in futurum illuc redire, & excusantur parentes, & heri apponentes filiis vel famulis occasionem futandi, vt sic in furto deprehensi respiscant: & excusantur viri suspicans adulterium vxoris illam obseruare abscondendo, vel domum deserendo vt amasus ingrediatur: quia offerre tales occasiones intrinsecè malum non est, & honesto fine possent honestari, disp. 35. n. 12.

## Opinio.

Opinio habens pro se plures Doctores falsò nixos fundamento, idem est ac si nullum haberet: quia in tantum fauent in quantum fundamento nituntur, disp. 48. num. 8.

Per principia extrinseca, videlicet ob auctoritatem aliorum potest licitè quilibet operari contra suam propriam opinionem, disput. 14. num. 8. & disp. 41. num. 7. & disp. 33. numer. 33. & disp. 44. num. 31. 32. & 33.

Quòd tamen verum non est quoties ratio omnino euident, & conuincens auctoritati Doctorem opponitur: quia tunc non patet aliquis aditus, quo possit haberi opposita sententia pro opinione, sed pro errore, disp. 14. num. 8.

Cui fas est sequi aliam opinionem probabilem in vita, etiam licet sequi illam in articulo mortis:

quia par procedit ratio in vtroque tempore non offendendi Deum, disp. 19. n. 8.

Vt opinio probabilis sit, non sat est eam asserere viros sapientes, sed etiam opus est eam confirmare optimis argumentis, disp. 29. n. 7.

Aliquando turba Doctorum sequitur aliquam opinionem absque delectu rationum, aut saltem non tam exactè rationibus ponderatis, disput. 29. num. 7.

Modò sunt in Scholis multæ opiniones quæ communes olim non fuere, verbi gratia, quòd stuprum non sit species distincta à fornicatione, quando vis non inferatur feminæ, disput. 29. numero 7.

Quoties fertur opinio probabilis dicens in aliquo casu superiorem non posse obligare, liberum erit subdito obedire vel non, cum possit tunc alterutram opinionem sequi, disputatione 33. numero 28.

Quòd idem procedit quamuis subditus iudicet suam opinionem esse minus probabilem: quia nullus tenetur propriæ adherere sententiæ, disp. 33. num. 46.

Differentia quam aliqui Doctores agnoscunt, videlicet, quòd subditus tenetur obedire quoties versatur opinio, an res præcepta sit licita vel non; non tamen constringatur parere, quando opinatur num superior possit præcipere, & num subditus teneatur obedire, non placet: par enim ratio in vtroque casu procedit, disputatione 33. num. 29. & 30.

Subditus doctus qui per seipsum solum potest opinionem introducere, si iudicet opinabiliter, non teneri parere in aliquo casu superiori, potest tunc non obedire, disp. 33. n. 30.

Si tamen solum iudicium dubium habeat, & non opinatum, tenetur obedire, disp. 33. n. 30. quia in dubiis melior est conditio possidentis, disp. 33. num. 37.

Confessarius tenetur (& non solum potest, vt quidam dixerunt) opinionem pœnitentis sequi vel permittere, quia pœnitens qui sequitur opinionem probabilem, indignus non est absolutione, disp. 33. num. 54. & disp. 44. n. 35.

Si opinio pœnitentis censet aliquid non esse restituendum, & confessariis affirmet, poterit vinculo pœnitentiæ obligare ad restituendum: quòd intellige, dum proportionata sit illa pœnitentia peccatis confessis, disp. 33. num. 54.

Opinio quòd Episcopus, etiam successor, non potest examinare regulares semel examinatos, non est vera, disputat. 48. num. 16. 19. 20. 21. 22. & 23.

Opinio quòd hostia non consecrata possit portari loco hostiæ consecrate ob vitandum sacrilegium peccatoris volens communicare, est improbabilis, disp. 35. num. 3.

Opinio quòd pœnitentia possit commutari extra confessionem, est improbabilis, disputat. 12. num. 7. & 8.

Ex tante plurium subditus tenetur obedire contra propriam opinionem, quantumcumque iudicet opinionem superioris præcipientis esse falsam, disp. 41. num. 8. Sed id falsum est, disp. 33. num. 32.

Inter opiniones probabiles vna potest esse magis tuta quoad imputabilitatem ad culpam, quam alia: nam supposito quòd peccatum non committatur quamlibet earum sequendo, non magis

# siue libri Compendium.

magis securè incedet qui vnā, quā qui aliam sequitur, disput. 42. numero 12. & disput. 44. numero 66.

Qui contra opinionem minūs probabilem operatur, non agit contra consiliū, quia supposito quōd probabilis est, non est minūs bonum illam sequi quā oppositam, disput. 42. numero 12.

Aliquando erit saltem contra consiliū nolle sequi opinionem quæ minus probabilis videretur operanti, vt si nollet absoluerē infirmum per signa dolorem de peccato ostendentem: quia in opinionibus Sacramentorum semper eligenda est quæ fauet suscipienti, cū illa instituta sint in fidelium remedium, disput. 42. num. 12. & disput. 44. num. 35. §. *Aduertendum.*

Opinionum moralium veritas non consistit in indiuisibili: nam illa veritas, cū sit practica, iuxta quamlibet opinionem probabilem operando reperitur, disput. 44. n. 33.

Pontificem conferre iurisdictionem operanti iuxta probabilem opinionem, in illis rebus quæ vt validè fiant necessaria est iurisdictione, docent plures, & disput. 44. n. 3.

Imò quōd illam confert, etiam si ignoraret adesse talem opinionem, ex alio subintellecto principio, videlicet, quōd velit illam conferre cuiusque operanti ex opinione probabili, sequitur ex illorum doctrina, disput. 44. numer. 3. Sed tamen quamuis ex errore communi operanti conferat Pontifex iurisdictionem; non tamen operanti ex opinione probabili, disput. 44. n. 10.

Qui ex opinione probabili iudicat suum priuilegium non esse reuocatum, validè virtute illius operari consent plures, disput. 44. num. 4. Sed iam diximus quōd ex errore communi conferatur iurisdictione, non ex opinione, disput. 44. numero 10.

In illis rebus quarum veritas à Summo Pontifice pendet, idem est opinionem aliquam niti probabilibus fundamentis, & veris à parte rei, debent fateri Doctores defendentes conferri iurisdictionem ex opinione probabili, disputatione 44. num. 4.

Confessarius arbitrans, quōd approbatus ab vno Ordinario non possit eligi in aliena diocesi absque noua approbatione, non potest cogi à penitente oppositam opinionem habente ad ipsius excipiendam confessionem, quia tunc defectus ob quem non impenditur absolutio tantum se tenet ex parte ministris, disput. 44. num. 10. §. *Sed valde notandum.*

Confessarius tunc tenetur amplecti opinionem penitentis, quando incepta iam confessione inuenit oppositas esse opiniones inter se, & penitentem, non autem ante inceptionem confessionis, disput. 44. num. 10.

Sequentem opinionem probabilem in materia Sacramentorum, relicta sententia certa, peccare contra Religionem arbitror principiis intrinsicis ductus, & contra charitatem & iustitiam: quia iniuria fit suscipienti Sacramentum, si via certa omittatur, & accipiatur dubia, disput. 44. n. 10. 12. & 14.

Forma illa: *Ego te baptizo in nomine Genitoris, & Geniis, & Procedentis ab utroque*, vt poterit, aliquis, si timore mortis ad vtendum ea constringeretur: quia cum dispendio proprio, non tenetur quis securiorem in fauore alterius sequi

opinionem, disput. 44. numero 12.

Sine consequentia videntur loqui Doctores asserentes, non delinquere contra religionem in materia Sacramentorum sequentem opinionem probabilem; peccare tamen contra charitatem si non sequatur magis fauorabilem suscipienti Sacramentum, disput. 44. num. 12. & excusantur, num. 13.

In materia Sacramentorum tollit Ecclesia iam libertatem eligendi opiniones absque urgente causa, quia ab ipsa determinatur opinio, quam debeamus sequi, vtendo videlicet talibus verbis pro forma, & non aliis, & tali re pro materia, & non alia, disput. 44. n. 26.

Et nolle vt forma consueta ab Ecclesia in Sacramentorum administratione sacrilegium erit: quia in re sacra committitur delictum, disput. 41. num. 26.

Vtens opinione probabili, & nolens vt in administratione Sacramentorum forma consueta ab Ecclesia, non peccat contra religionem intrinsicam Sacramento, sed extrinsecam, videlicet quia consuetudini Ecclesie, vel præcepto nolit parere, disput. 44. num. 11. & 26.

Medicus potest vt in applicatione medicamentum opinione minus probabili, disput. 44. num. 36. Vide Medicus.

Iudex potest vt opinione minus probabili, disput. 44. n. 50. Vide Iudex.

Iudex, quamuis sit supremus, potest vt opinione minus probabili: quia cū licitum sit illi alios consulere, integrum quoque erit illorum consiliū seu opinionem sequi, disput. 44. numero 50.

Si iudex sit arbiter, & à collitigantibus eligatur, vt ipse iuxta suum iudicium, & non aliorum sententiam ferat, tenebitur propriam opinionem sequi, disput. 44. n. 50.

Si tamen vtramque opinionem æquè probabilem esse iudicet, poterit qualibet vt, quia tunc verificatur propriam sequi opinionem, disput. 34. num. 50.

Opinione minus probabili potest vt aduocatus, dāmodo illius minoris probabilitatis certiorē efficiat clientem, disputatione 44. num. 54. Vide Aduocatus.

Confessarius vtens opinione probabili, auscultans scilicet confessiones vnus Episcopi approbatione habita iniuste punietur ab Episcopo, quia ab illo quoque non sit approbatus: quia culpam non committens haud dignus est pœna, disput. 44. num. 27.

Et minus æquum esset Parochos punire, ed quōd in aliena diocesi absque noua approbatione confessiones auscultent, quia Parochi iure ipso sunt approbati, disput. 44. num. 28.

In nullo casu tenetur quis suam sententiam deserere, & alienam sequi, disputatione 33. numero 36. & 46.

Iam non est probabilis illa opinio, quōd per nutus, & signa non possit quis absolui: quia sacris canonibus absoluendum esse sancitur, disputat. 44. num. 34.

At dato quōd aliquis illam probabilem esse iudicaret, teneretur absoluerē sub conditione infirmum per nutus, & signa consistentem: quia conditio sacrilegium vitatur, & aliàs posset prodelle sacramentum suscipienti, disput. 44. numero 32.

# Index Rerum,

Quando opinio aliqua fauorabilis est Sacramento, v. g. quod absolutio non impendatur ostendenti solum signa doloris, & alia opinio est fauorabilis suscipienti, v. g. quod in prædicto casu absolutio detur, semper eligenda est opinio quæ fauet suscipienti Sacramento: quia Sacramenta instituta sunt in fauorem fidelium, disp. 44. numero 35.

Doctores asserentes non posse aliquem contra propriam sententiam operari, & aliorum sequi quam arbitratur falsam, non potest habere locum inter confessarium, & penitentem contrarias opiniones habentes: nam confessarius penitentis opinionem sequi debet, quantumvis opinetur illam esse falsam, disput. 44. num. 31. & disput. 33. num. 28. & 54.

Opinio probabilis est quam vnus solus Doctor boni nominis asserat: imò etiam nullus, dum tamen qui suscipiat opinionem sit vir doctus, & probabilibus rationibus incedat, disputatione 44. numero 51.

Doctor in illis quæ pertinent ad utilitatem interrogantis potest consulere iuxta opinionem aliorum contra propriam, quia licet cuique aliorum opinionem sequi, disp. 43. num. 42. & disp. 44. num. 50. & disp. 41. n. 7.

Doctor in illis quæ nocent interroganti, debet respondere iuxta propriam opinionem si ipse habet opinionem quæ liberat interrogantem: quia iudicium proprium respondentis exquiritur, disputatione 43. numero 42. & disput. 44. numero 50.

Aliquando expedit consulere opinionem minus probabilem, quando probabiliorem difficilem fore penitenti vel consilium roganti iudicauerit confessarius aut Doctor, disputatione 43. num. 36.

Dum communiter Doctores asserunt licitum esse sequi opinionem probabilem, non de opinione facti, sed iuris intelligendi sunt: quia opinio facti verè & essentialiter dubium est, & non opinio, disp. 43. num. 50. & 51.

Habens opinionem probabilem aduocatorum, quod ex probationibus factis habet ius ad rem, non potest priuata auctoritate accipere rem, etiam sine scandalo præsentis, nec futuro, licet res non sit vocata ad forum contentiosum. Nam tunc patet collitigantes tacite expectare determinationem à iudice, disputatione 43. numero 54. & 56.

Nec illam poterit accipere quando actu non consulit aduocatos, licet cognoscat certo ipsos in similibus casibus docuisse ius habere ad rem habentem tales vel tales probationes, disputat. 43. num. 57.

Regibus licitum est ex opinionibus probabilibus iuris inter se debellare, & priuata auctoritate regnum ab altero possessum accipere, disput. 43. num. 55. & disp. 44. num. 57. & 58. latius.

In opinionibus datur bellum iustum ex vtraque parte: quia cuique fas est ius suum defendere, disput. 47. num. 58.

Id tamen verum non est in opinionibus Sacramentorum, an sic vel aliter licite recipiantur: quia qui probabiliter digne suscipit, nullam iniuriam irrogat Sacramento, disp. 43. num. 58.

Aliqui falsò inquirunt tres aut quatuor summissas non posse constituere opinionem probabilem, disp. 43. num. 37.

Sicut licet vim vi repellere, sic licet opinione opinionem: quia vna opinio alteri vim infert, disp. 44. num. 57.

Vt iudicemus aliquem auctorem docere aliquam opinionem, non est attendendum ad illud quod inscriptum in indice reperitur, sed ad illud quod in corpore libri est inclusum: quia indices non tanta diligentia inspecti sunt auctoribus, ac sunt considerata ea quæ in corpore libri continentur, disp. 44. num. 69.

Opinio probabilis poterit indicari doctrina adducta pro argumento, aut incidenter dicta, aut gratia disputationis relata, quando aliàs doctrina illa probabili fauetur ratione, etiam si illa doctrina à nullo affirmetur Doctore: quia probabilitas ex ratione probabili sufficienter desumitur, disp. 44. num. 62.

Imperceptibile est aliquam opinionem esse speculatiuè probabilem, & non practicè: quia probabilitas practica mensuratur per probabilitatem speculatiuam, disp. 44. num. 53. & disp. 54. num. 11.

E contra poterit opinio esse practicè probabilis per principia extrinseca, hoc est ob auctoritatem Doctotum illam docentium, & non esse probabilem speculatiuè per principia intrinseca, hoc est per rationes, disput. 44. numero 65. & disp. 54. num. 11.

In scientiis scientia speculatiua est distincta à scientia practica, quia illius munus tantum est res per causas cognoscere, opinionibus verò practica est obiectum speculatiuæ, disputatione 54. num. 11.

Indicans aliquam opinionem esse speculatiuè probabilem, & pertimescens ea uti in praxi, similis est Tantalo habenti prope labia poma & aquam, impedito tamen illis frui, disput. 54. numero 11.

De vsu opinionum in materia sacramentorum communiter agunt Doctores, sed tamen non distinguunt, quando opus erat: quia aliud est dari opinionem pro vtraque parte, aliud est pro vna parte dari sententiam certam citra opinionem, pro alia verò inueniri opinionem, disput. 44. numero 11.

Aliqui tristantur nimis quod in rebus moralibus tot versentur opiniones. Cùm tamen id prouidentia diuina cautum sit, vt iugum legis suauius sustineretur, disp. 44. num. 70.

Iurisperiti non audientes in praxi sectari opiniones Cuiacij, Duateni, Donelli, Antonij Fabri, & aliorum recipiuntur: quia imperceptibile est esse aliquam opinionem speculatiuè probabilem, & non practicè, disp. 44. num. 65.

Si tamen Rex iubet horum non sectari opiniones, iam desinerent esse speculatiuè probabiles, vt pote contra legem, disp. 44. n. 64.

Iam quoties operatur aliquis ex opinione minus probabili, operatur consequenter ex opinione probabiliori: quia probabilior est opinio quæ docet posse sectari opinionem probabilem, disp. 44. num. 72.

Quando datur opinio an lex iusta sit, poterit contra illam operari: quia lex non habet vim obligandi, nisi quatenus est iusta, disputatione 44. num. 72.

Iurisperiti syndicatui non subiciuntur quando iuxta opinionem probabilem sententiam ferunt: quia prudenter agit, qui iuxta opinionem probabilem

# sive libri Compendium.

probabilem operantur, disputatione 44. numero 72.

In principiis moralibus minus habendæ sunt opiniones Iurisperitorum quam Theologorum: quia illi minus rationes discutunt, disput. 44. num. 72.

Opinio dubium includit, non tamen omne dubium includit opinionem, disputatione 43. num. 48.

Opinio facti est verè dubium, disputatione 43. num. 50.

Facta Doctoris non potest quis imitari ac si esset opinio probabilis: quia Doctor potest operari ex malitia, aut passione, disputatione 44. num. 11.

## Orare.

Orare tenetur homo dum adhibitis mediis ordinariis, à tentatione liberari nequit: quia constringimur omnia media possibilia adhibere, ne in peccatum incidamus, disputatione 22. numero 20.

Et tunc non orans contra religionem & castitatem, v. g. delinquit: quia duplici præcepto aduersatur; vni obliganti per se, v. g. castitatis; alteri per accidens, orationis videlicet, disput. 21. num. 20.

## Oscula.

Oscula & tactus antecedentes ad copulam opus non est confiteri sequuta copula: quia præhabita fuisse intelliguntur, & vnum constituent peccatum cum copula, disputatione 6. numero 3.

Oscula post copulam probabile est non esse confitenda: quia habita fuisse intelliguntur, & sunt partes præteritæ copulæ, disputatione 6. numero 3.

Oscula, tactus, & verbum lasciuum in conjugatis ad luxuriam conjugalem prouocantia, ad virtutem castitatis conjugalis pertinent, & in non vxoratis ad luxuriæ vitium, disputatione 6. num. 4.

Pluries feminam deosculari in eodem intervallo temporis vnicum tantum crimen est: quia solum materialiter distinguuntur actus, disp. 6. num. 3.

*Oua, vide, Medicus, Licentia, Bulla, Ieiunium.*

Regulares Ordinum Militarium, quamuis in rigore sunt Religiosi, possunt edere oua in Quadragesima: quia illos excipit Bulla, disput. 42. num. 11.

Presbyter habens longam experientiam nocimenti ex abstinentia ab ouorum esu in Quadragesima, non tenetur in futuris Quadragesimis experiri prius, an nocimentum causetur ex piscato: quia aliàs nunquam liceret ob præseruationem oua edere, disp. 51. num. 24.

Nisi maximè dubitetur causam nocimenti cessasse, disp. 51. num. 24.

Presbyter nec Religiosus non poterat in diebus Dominicis Quadragesimæ oua edere: quia id declaratum est per Pontificem, disput. 51. num. 25.

Præceptum abstinentiæ à lacticiis & ouis negatiuum est, & ideo toties frangitur, quoties in die comeduntur, disput. 51. num. 26.

Presbyter edens carnes & oua in Quadragesima duplici peccato inquinatur: quia duplex frangitur præceptum, disput. 51. num. 27.

Quo duplici peccato inficietur laicus comedens carnes & oua sine Bulla in Quadragesima, etiam in diebus Dominicis: propter rationem dictam, disput. 51. num. 27.

Sacerdotes sexagenarij non poterunt absque Bulla comedere oua & lacticia in Quadragesima: quia præceptum illud absque discretionem æratur intimatur non sic præceptum ieiunandi, disput. 51. num. 28.

Oua & lacticia in Quadragesima non vetantur ob ieiunium, sed ob abstinentiam à carnibus: quia illa sementiam originem à carnibus trahunt, disput. 51. num. 28.

Oua non edere in die Veneris vel vigiliis sine Bulla non est iure communi vetitum, sed consuetudine in aliquibus Prouinciis: quia ius solum prohibuit illis vti in Quadragesima, disp. 51. num. 18.

Illæ consuetudo ignoranter est inducta, & ideo non obligat, disput. 51. num. 19.

In Vigiliis & Quatuor temporibus possunt edi oua & lacticia sine Bulla: quia id iure communi vetitum non est, nec consuetudo allegari potest, disp. 51. num. 19.

Qui habet facultatem edendi oua, habet quoque ad lacticia: quia vnica est vtriusque prohibitio, disp. 51. num. 17.

Presbyteris erit fas in Quadragesima ouis vesci, causa vocis conseruandæ: quia cum notabili iactura abstinentia ab ouis seruanda non est, disp. 51. num. 19.

Presbyteri vescentes ouis sine causa in Quadragesima toties peccant, quoties illa comedunt: quia præceptum negatiuum est, & diuiduam habet materiam, disput. 51. num. 26. & disput. 54. numero 41.

## Oza.

Oza non occidit Deus ob contactum arcæ præmissa copula cum propria vxore, sed quia impositum præceptum Leuitis arcam humeris portandi, id contempsit, boues arcæ oneri subiiciendo: quia id ex sacro textu constat, disput. 23. num. 39.

## P

### Patientia, Impatientia.

**N**on est impatientia sentire ærumnas à Deo iniectas: quia sentire est effectus naturalis causarum à damno, disp. 4. num. 10.

Longè diuersum est ob iniustam sortem affligi, atque impatienter labores ferre, disput. 4. num. 10.

Patientia datur ad id quod ratio non absumat tristitia, disput. 4. num. 10.

Patientia non solum est prohibitiua tristitiæ excedentis, sed etiam excitatiua tristitiæ deficientis seu insensibilitatis: quia vitium in inferioribus existit, disp. 4. num. 10.

# Index Rerum,

Tantum distat impatientiam esse, dolores siue miserias à Deo inflictas sentire, quòd potius ut sentiantur à Deo infliguntur. Et hoc aduertant confessarij, quia inde corriguntur pluries mali, disp. 4. num. 11.

Non erit imperfectius cum tristitia miserias perferre, dum alias patienter sustineantur quàm hilari animo: quia gaudium & tristitia passiones naturales sunt, disp. 4. n. 13.

Non minus meretur qui cum gaudio perfert labores & miserias, & ideo facilius, quàm ille qui cum tristitia & difficiliter: propter eandem rationem, disp. 4. n. 13. & 14.

Patientia necessaria est in his quæ contra nos fiunt, & in his quæ contra nos dicuntur, disp. 46. num. 7.

## Parabola.

Parabola: *Quis purus est fidelis dispensator, &c.* explicatur, disp. 33. num. 38.

Parabola de quinque virginibus prudentibus, & quinque fatuis explicatur, disp. 5. num. 2. & disp. 7. num. 1. & 14.

Parabola Sacerdotis & Samaritani descendenti in Hiericho adducitur, disp. 5. num. 2.

Parabola est & non historia quòd Publicanus & Pharisæus ingressi fuerint in Templum, & Publicanus oculos leuare non fuerit, &c. disp. 5. num. 2.

Parabola Domini volentis succidere ficum infructiferam adducitur, disp. 5. n. 2.

## Parasceue.

Celebrationi quæ fit in die Parasceues seu Veneris Sancti, quamuis ille dies sit festiuus, non tenentur Fideles assistere: quia illa celebratio non est propriè Missa, disp. 32. n. 13.

In die Parasceues potest sanis ministrari Eucharistia: quia nec iure nec consuetudine vetatur, disp. 2. n. 20.

## Parochus.

Parochus tenetur matrimonio oculi peccatoris assistere: quia aliàs infamaret contrahentes, disp. 8. num. 6.

Parochus habens copulam cum filia confessionis parochiana, non tenetur confiteri circumstantiam, sicut nec alius mercenarius confessor: quia id nullo iure præcipitur, disp. 11. n. 5.

Parochus non potest impedire matrimonium, donec contrahentes addicant Doctrinam Christianam: quia ad solum Summum Pontificem atinet impedimentum matrimonio designare, disp. 28. num. 9.

Suauius tamen, si non insistent contrahentes, poterit ad breue tempus differre: quia tunc illis nullam irrogat iniuriam, disp. 28. n. 9.

Parochus non ministrans Eucharistiam energumeno in extremis existenti, dum periculum irreuerentiæ cesserit, peccat mortaliter: quia tunc energumenus habet ius sicut quilibet alius, quòd sibi ministretur, disp. 38. n. 6.

Parochus potest vbique audire confessiones habentium Bullam absque noua approbatione: quia est approbatus à iure, disputatione 44. numero 28.

Quòd intellige quatenus ex eo non peccabit contra Religionem, bene tamen contra charitatem & iustitiam, si de defectu opinionis non moueat penitentes, disp. 44. num. 10. 13. 14. & 17.

Et ideo iuxta dictam limitationem non habentium Bullam, potest Parochus excipere confessiones de licentia proprii Parochi penitentium absque noua approbatione, disp. 44. numero 28.

Parochus non potest dare facultatem simplici Sacerdoti ad audiendas confessiones suorum Parochianorum; quia post Concilium Tridentinum quicumque audiens confessiones debet esse ab Ordinario approbatus, aut beneficium Parochiale actu habere, disp. 48. n. 51.

Peccat contra charitatem & iustitiam Parochus tribuens licentiam simplici Sacerdoti ad excipiendas confessiones, & Sacerdos illas auscultans: quia si fortè talis opinio vera non sit, periculo se exponunt irritum efficiendi Sacramentum, & consequenter frustrandi gratia penitentes, disp. 44. n. 13. & 14.

Parochus ministrans Sacramenta iuxta opinionem probabilem relicta sententia certa peccat contra iustitiam: quia Parochiani habent ius ut certa via ministrentur, disp. 44. n. 14.

Parochus qui sui parochiani assistit matrimonio in aliena parochia peccat contra charitatem & iustitiam: quia cum sub opinione iaceat, an validum sit matrimonium, periculo irritandi illud exponit, disp. 44. n. 21.

Parochus assistens matrimonio contracto ex metu reuerentiali peccat contra charitatem, & iustitiam: propter dictam rationem, disp. 44. num. 21.

Parochus gerit personam Iudicis, Pastoris & Medici, disp. 47. n. 1.

Parochus tenetur per semetipsum Sacramenta ministrare: quia beneficium datur propter officium ex iure naturæ, disp. 47. n. 2.

Parochus non dicitur verè & iuxta Concilij Tridentini mentem residere ob solam habitationem in loco beneficii, nisi per se ipsum Sacramenta ministret: propter dictam rationem, disp. 47. num. 3.

Parochus non acquirit fructus beneficii, nisi per se ipsum Sacramenta ministret, propter dictam rationem, disp. 47. n. 4.

Nec satisfacit ministrando per substitutum, sed tenetur quæ ex æquitate potest ministrare: quia beneficium datum est illi & non substituto, disp. 47. num. 5.

Parochus tenetur ex iustitia audire confessiones quotidianas suorum parochianorum, quas ex æquitate potest: quia non solum necessitati tenetur subuenire, verùm utilitatem, commodum ac profectum sui gregis procurare, disp. 47. num. 6. & 7.

Semel verò & iterum illas non admittere solum erit peccatum veniale: quia tunc negatio leuis materia est, disp. 47. n. 10.

Parochus non ministrans per se ipsum Sacramenta, lucrum spirituale non acquirit: quia cessat ab exercitio virtutis, disp. 47. n. 8.

Parochus quotidianas confessiones non auscultans, quas ex æquitate potest, peccat contra iustitiam commut. Religionem & penitentiam: quia impedit exercitium harum virtutum quas tenebatur exequi, disp. 47. num. 9. & 10.

Parochus

# sive libri Compendium.

Parochus ministrans Sacramenta ægè & molestè, exhibet parochianis occasionem non postulandi toties quoties vellent, & consequenter muneri suo non satisfacit: quia impedit profectum sui gregis, disp. 47. n. 11. & 12.

Parochus tenetur Vicecuratum præditum scientia & probatis moribus eligere coadiutorem: quia constrictus est impedire damna gregis sui, disp. 74. num. 13. 14. 15. & 16.

Parochus tenetur auaritiam fugere: quia peccatum est, disp. 47. num. 17.

Parochus obstrictus est sepelire gratis defunctos pauperes: quia ad erogandam elemosynam quicumque potens tenetur, disputatione 47. num. 18.

Parochus tenetur ceremonias sui muneris rectè scire: quia aliàs periculo errandi se committet, disp. 47. num. 19.

Parochus tenetur promissum sacrificium absque mora implere: quia iniuria grauis est animam in Purgatorio ob eius culpam detineri, vel consequutionem rei postulatæ differri, disp. 47. num. 20.

Parochis expedit nimiam familiaritatem cum parochianis vitare: quia aliàs ab illis despicietur, disp. 47. num. 21.

Parochus tenetur nimium garrientes ex Ecclesia abigere: quia reuerentiàm Templo debitam obseruari constrictus est procurare, disp. 47. numero 22.

Parochus tenetur discordias inter parochianos componere: quia obligatur damna sui gregis vitare, disp. 47. num. 23.

Parochus tenetur non extorquere oblationem veriorum pro funere quàm defuncti heredes offerre volunt: quia oblatio voluntaria est, disp. 47. num. 14. & 25.

Quæ dicta sunt de Parochis, comprehendunt Episcopos comparando singula singulis: quia illi etiam Parochi sunt, disp. 47. n. 26.

Parochus tenetur iure naturali in suo beneficio residere: quia ille qui officium habet, iure naturæ illud implere debet; si verò non residet Parochus, non poterit illud executioni mandare, disp. 48. num. 2. & 3.

Nulla consuetudine potest se iurare Parochus ad non residendum: quia contra ius naturæ nulla præualet consuetudo, disp. 47. n. 2.

Aliqui Parochi potius sunt umbra parochorum quàm Parochi: quia omnia munia aliis agenda committunt, disp. 47. n. 3.

Amisio fructus Parochi non ministrantis potius non lucratio est quàm pœna imposita; & ideo ad restitutionem fructuum agenda, sententiam iudicis expectare non erit opus, disp. 47. num. 4.

Parochus ad minus tenetur se præsentem constituere in Ecclesia, vt parochiani, si velint, ipsum eligant Sacramentorum administratorem, præsertim confessionis: quia ius habent parochiani postulandi, & à suo Parocho quòd per semetipsum ministret; cum ipse ab eis alatur, disp. 47. numero 5.

Parochus per duos menses continuos siue discretos poterit cessare ab administratione Sacramentorum: quia per illud tempus licitè se poterat absentare, etiam non petita licentia ab Episcopo dum Vicecurato curam Ecclesiæ committat, disp. 47. num. 5.

*Sanchez Selecta.*

Parochus qui tempore Iubilæi, aut magnarum festiuitatum per se ipsum solum non valet omnium parochianorum excipere confessiones, tenetur de ministris prouidere: quia constrictus est magnam utilitatem ouium procurare, disp. 47. num. 6.

Parochi aliqui nunquam aut ferè nunquam sepeliendis defunctis interfunt, & tamen stipendium integrum eslagrant, quod iniunctum est: quia qui sentit, commodum, sentire debet damnum, disp. 47. num. 7.

Parochi aliqui ex quadam vana grauitate renuntiant Missas maiores celebrare, nisi in Paschate vel alio solempni festo, disp. 47. num. 8.

Parochus nolens audire confessiones hominis vexati, luxuria peccat contra castitatem: quia castitas habet ius perendi à Parocho auxilium ad sui conseruationem, disputatione 47. numero 9.

Parochus impediens confessarios probos in Ecclesia sua auscultare confessiones, quando per seipsum aut non possit, aut nolit omnes excipere, iniquissimè se gerit: quia propria dæmonis est animarum salutem impedire, disputatione 47. mero 14.

Parochi aliqui eligunt Vicecuratos qui minori pretio stipendiantur, minimè curantes quòd sufficientes sint, peccant grauissimè in hoc: quia causa sunt damnorum exorientium, & ad restitutionem sunt deuincti, disputatione 47. numero 15.

Parochi aliqui minimè curant qualibus sint præditi moribus Clerici eorum Ecclesiis seruietes; tenetur damna suæ Parochiæ impedire, disp. 47. num. 15.

Parochi aliqui curam prædicandi in alienis Ecclesiis libenter assumunt, & propriam deserunt; cum potius è conuerso esse deberet. Maxima reprehensione digni sunt huiusmodi, & Episcopi illos non puniens, disputatione 47. numero 18.

Parochi aliqui minimè curant de munditia altarium, purificatoriorum nec corporalium, & tamen in illorum mensa immunditiam reperiri sustinere non valent. Reprehensione digni sunt & visitator Episcopi illos non puniens, disp. 47. num. 19.

Parochorum aliquorum desiderium nunquam satiatur Missarum pitantiis, & differunt nimium celebrationem, quòd maximum peccatum est contra charitatem & iustitiam: quia in iure lapellantur defunctorum necatores, renentes illorum oblationes, necdum Missas, disputatione 47. num. 20.

Parochus non potest exhibere facultatem simplicis Sacerdoti excipiendi confessiones suorum parochianorum: quia id verum est per Concilium Tridentinum sessione 23. cap. 15. Et oppositum est plusquam falsum, disputatione 48. numero 51.

Doctores censentes posse Parochum dictam facultatem dare, non consequenter loquuntur, dum inquirunt posse Episcopos punire Parochos & confessarios: quia dignus pœna non est qui culpam non committit, disputatione 48. num. 52.

Qui iam Parochus est, potest examinari: quia scientia extenuari potest, disputatione 50. numero 11.

# Index Rerum,

Parochorum licentia non poterit reuocari, si inuenti sunt examine idonei: quia licentia Parochorum de iure est, disputatione 50. numero 2.

Parocho illiterato coadiutor dari debet: quia alias damna sequuta Episcopo imputarentur, disp. 50. num. 2. & 7.

Et quamuis derur appellatio à deputatione coadiutoris, non habebit effectum suspensiuum, sed deuolutiuum, ne executio in re tanti momenti impediatur, disp. 50. n. 4. & 5.

Et poterit interponi appellatio ad Metropolitanum, non obstante quòd procedat Episcopus tanquam Sedis Apostolicæ Legatus, disput. 50. num. 6.

Parochus cui designatus est coadiutor, non ob id excusatur à residentia: quia coadiutor non deputatur ut vniuersum onus sustineat, sed partim ut adiuuet, disp. 50. n. 17.

Parocho nulla fit iniuria quòd suspicetur de ipso posse illius scientiam extenuari: quia quando agitur de vitando damno, & adhibendo remedio, suspiciones & dubia sunt in deteriorem partem interpretanda, disputatione 50. numero 19.

Parochus non acquisiuit ius quòd iterum non examinetur: quia examen in fauorem boni communis est necessarium, cui cedere debet Parochus, disp. 50. num. 20.

## Pater.

Pater potest punire moderatè filios ad correctionem, & etiam ad vindictam, dum non ex odio procedat: quia cum superior sit, aliquale ius puniendi habet, disp. 2. num. 2. & 3.

Pateri punitiõni moderatè resistere est illicitum, poterit tamen filius punitiõnem fugere: quia fugere malum est iure naturæ concessum, disp. 2. num. 3.

Pater puniens filium moderatè & ex causa non peccat, etiamsi filius maledictiones iacet, aut falsò iuret: quia ex sua malitia falsò iurat, non ex causa iniuste oblata, disputatione 2. numero 4.

Pater cautè obseruans filiorum mores, aut dominus seruorum, maritus vxoris & superior subditorum, ineptè ex eo se accusant de iudicio temerario: quia ad cautelam fas est de aliorum motibus suspicari, ac si improbi essent, disp. 2. n. 5. & disp. 58. num. 19.

Filius etsi pro patre defuncto non oret, non peccat: quia ad id nullo præcepto astringitur, disp. 4. num. 6.

Filius patrem damnatum ad suspendium liberare non tenetur: quia iustè patitur bonis temporalibus, impientissimum tamen esset illud non agere, disp. 4. num. 7.

Filius potest patri publicè proscripto alimenta denegare: quia potest parere iustæ sententiæ, disput. 4. num. 7.

Filius tenetur orare pro patre in hac vita multis repleto miseriis, ut ab illis euadat: quia ad id obligat ius charitatis, disputatione 4. numero 8.

Filius tenetur patrem sepelire, & exequiis iuxta iuxta patriæ consuetudinem, & huius defectus erit peccatum commissionis debonationis parentis, disp. 4. n. 9.

Pater tenetur filiam naturalem dotare: quia id dicitur ius naturæ, disp. 44. num. 54.

## Peccatum absolutè, & Peccatum veniale.

Peccata venialia sacramentaliter confiteri maxime vtile est: constat ex Concil. Trident. disp. 1. num. 5. & 6. & disp. 17. num. 7.

Quando pœnitens arbitratur aliquod esse peccatum veniale, quod tamen non est, instruatut à confessario, ne ex conscientia erronea peccet: quia munus confessarij est docere pœnitentem quænam sint peccata, vel non, disputatione 1. num. 6.

Quòd defectus examinationis seu doloris ad confessionem sit tantum peccatum veniale, forte non est dabile, disp. 1. n. 8.

Peccata solum sigillo confessionis gaudent, aut ab illis dependentia: quia tantum illa sunt materia confessionis, disputatione 1. numero 29.

Peccatum veniale esse commissum ex plena aduertentia, vel non, opus non est confiteri, erit tamen vtile ob maiorem mortificationem: quia sicut voluntaria est venialium confessio, ita quòd sit commissum ex aduertentia, disputatione 6. numero 8.

In peccatis venialibus carnis, ut premere pedem fœminæ, vel digitos intotqueri, vellicare, aut manum deosculari, solum animo ibi sistendi, opus non est confiteri statim fœminæ, nec pœnitentis, nec in desideris semideliberatis: quia horum venialium confessio voluntaria est, disp. 6. num. 7.

Ob maiorem tamen mortificationem vtile erit statum declarare, ibid.

Nullus tenetur bis eadem peccata confiteri: quia ad id nullo præcepto constituitur, disp. 9. num. 6.

Peccata iam confessa possunt esse materia confessionis, disp. 1. num. 22.

In eadem peccata venialia semper irruens ex consuetudine, & non ex occasione, absolui debet; dum proponat pœnitens non peccare, disput. 10. num. 16.

Peccatum minoris malitiæ aliquando punitur à Republic. pari pœna ac peccatum maioris: quia minus peccatum quoad Deum aliquando nocet magis Reipublicæ, disputatione 11. numero 4.

Ecclesia potest obligare quòd peccata venialia confiteantur: quia ad actum bonum potest ex causa obligare, disput. 13. num. 2. & disput. 17. num. 7.

Limita nisi adsint mortalia, vel mortalia, vel venialia iam confessa vellet pœnitens confiteri, ibidem.

Peccatum veniale aliud est ex suo genere tale, ut mendacium iocolum; aliud ex paruitate materiæ, ut furtum rei modicæ; aliud ex imperfectione libertatis, disp. 17. num. 2.

Regulatitè peccata mortalia notiora sunt quam venialia, ut furtum, aut homicidium quam vana gloria: aliqua tamen venialia notiora sunt aliquibus mortalibus; ut mendacium quam concupiscentia rei alienæ, disput. 17. numero 5. & 6.

# siue libri Compendium.

Aduertens se peccare in communi, non discernens, an mortaliter vel venialiter, mortaliter peccat peccatum committens ex illa aduertentia: quia periculo peccandi mortaliter se exponit, disp. 18. num. 1.

Quam probent nullum dari peccatum veniale ex subreptione, vide: quia scitu digna sunt, disputatione 18. a numero 2. vsque ad 6. inclusiue.

Qui timorata est conscientia paratus potius mori quam veniale peccatum committere, quamuis iudicet se semiplenum consensum praestitisse, credendum est a confessario illum motum naturalem fuisse, disput. 18. n. 6.

Aduertentia interpretatiua, quod uicelicet non aduertat quis, dum posset, & teneretur, non sufficit ad peccandum, nisi actualis consideratio de peccato saltem in communi se offerat: quia dum recordatio non interuenit, obliuio naturalis reperitur, disp. 19. n. 1.

Plurima sunt peccata, quorum essentia consistit in eo quod committantur cum usu rationis: vt blasphemia, periurium, contumelia, disput. 20. num. 5.

Eucharistiam sumere cum peccatis venialibus habitualibus, vel etiam actualibus, nouum peccatum veniale non est, erit tamen si ob inanem gloriam susciperetur: quia in primo casu non ponitur obex effectui principali Sacramenti, & in secundo ob prauum finem uiciatur actus, disp. 22. numero 9. & disp. 23. n. 20. & 21.

Omnia peccata vt impurentur ad culpam, necessarium est vt cum rationis usu committantur pleno vel semipleno, non autem vt peccata sint: diuersum namque est aliquid esse peccatum ex se, vel ad culpam imputari, disputatione 20. numero 5.

Melius est homini non committere aliquam venialem labem, quam habere omnem gratiam quam B. Virgo & Sancti modo habent, & habere possunt: cum culpa maius malum sit, quam carentia cuiusque doni, disp. 28. n. 4.

Probabile est, essentialiter consistere peccatum mortale in priuatione gratiae, disput. 28. numero 4.

Si homo in puris naturalibus constitueretur, qui nec esset amicus, nec inimicus Dei, & daretur ei optio, uelletne magis, carere culpa veniali, quam habere primam gratiam; inordinatè eligeret, si praefertet culpam, cum de vitanda culpa habeat praecipuum, de acquirenda uero amicitia nequaquam, quando alias homo non est inimicus Deo, disp. 28. num. 4.

Peccatum veniale nullo bono fine committi potest: quia intrinsicè malum honestari non ualeat, disp. 46. num. 16.

## *Pœnitens. Vide verb. Confessarius.*

Pœnitens putans imperfectiones esse peccata, doceatur a confessario, quod non indiget amplius eas confiteri, disput. 5. num. 4. & disput. 2. num. 1.

Pœnitens narrans imperfectiones quae peccata non sunt vt absoluendas, onus iniungit confessariis, disp. 1. n. 5.

Pœnitens si examinationem sufficientem egisse bona fide arbitratur, & dolorem adducere, quamuis non egerit maximam examinationem

quam posset, aut non adducat magis intensum dolorem, non opus est huius defectus se accusare: quia ad moralem diligentiam solum obligat Deus, disp. 1. num. 1.

Pœnitens ueliori memoria praeditus non egerit consumere tam longum tempus in examinatione suae conscientiae, ac ille qui ratiiori memoria laborat, disp. 7. num. 8.

Pœnitens retrahens uoluntatem a peccato, habet sufficientem dolorem ad confessionem, quamuis careat dolore sensibili & materiali, & de hoc doceatur a confessario, disp. 1. n. 8.

Pœnitens minus bene procedunt, dum quolibet narrato peccato aiunt, me accuso huius, a Deo peto ueniam, & a te Patre illius uicem gerente pœnitentiam, disp. 1. n. 9.

Pœnitentes modum accusationis per generalia vitare debent, quare non dicant, me accuso ex septem peccatis mortalibus, ex abusu quinque sensuum & animae potentiarum, ex omissione operum misericordiae: quia dum speciale peccatum dici potest, non sufficit generale narrari, disp. 1. num. 10.

Pœnitentes plures se deliquisse fatentur, quia putant possibile fore quod deliquerint, in quo errant: quia materia Sacramenti non est peccatum possibile, sed factum, disp. 1. n. 10.

Pœnitentibus non expedit se accusare sub conditione, dicendo: me accuso huius, si forte deliquerim: quia licet materia dubia sit consistenda, non tamen materia sub conditione, quia conditio nihil ponit in esse, disputatione 1. numero 12.

Pœnitens nolens auferte occasionem dubiam peccandi non debet absolui: quia indispositus est, disp. 1. num. 14.

Non opus est pœnitenti dicere se suffuratum esse tempus, aut amisisset nam id speciale peccatum non est, praeter illud in quo male consumitur tempus, disp. 1. n. 15.

Plures se accusant quod diuinis inspirationibus non obtemperauerint. Vide Inspiratio diuina, ubi scitu digna inuenies.

Pœnitens qui tristatur de eo quod aliquis eum cogat implere opera uirtutis ad quae non tenetur, peccatum aedie non committit: quia sicut non est peccatum consilia non implere, sic nec tristari de illata vi ad illorum impletionem, disp. 1. n. 15. & disp. 7. num. 15.

Pœnitens se accusans in quinto praecipuo animam suam occidisse, minus bene procedit: quia illo praecipuo non prohibetur animae occisio, disput. 1. num. 16. & disp. 8. num. 17.

Pœnitentibus opus non est in fine confessionis dicere, me accuso ex uiculis omissionibus, & ex omnibus commissis opere, uerbo & cogitatione: quia huiusmodi generalis accusatio inibita est in specialium confessione, disput. 1. numero 19.

Pœnitentibus opus non est in fine confessionis dicere, me accuso ex omnibus de quibus caro, mundus, & diabolus me accusare possunt in die iudicij: quia iudicium illud non fit cum strepitu accusatoris, & quia illa accusatio generalis est, disp. 1. num. 18.

Pœnitens dicens in generali peccata quando potest in particulari illa referre, absolui non potest: quia non fit confessio integra, disput. 1. numero 18.

# Index Rerum,

Pœnitens absolui debet quando solum signa pœnitentiæ offerre potest : quia sic decernitur per decreta Pontificum, disp. 44. num. 27. & disp. 1. num. 18.

Pœnitentibus opus non est in fine confessionis dicere, *Me accuso ex omnibus quorum oblitus sum*, quæ si in memoriam reuocentur, propalantur : quia huiusmodi repositum inclusum est in peccatorum accusatione, disputatione 1. numero 19.

Pœnitentibus opus non est se accusare non amasse Deum tota intentione actus qua possent quia in minima intentione impletur præceptum, disp. 1. num. 21.

Pœnitens omnia peccata eiusdem speciei vno numero narret, vt adulteria tria commissa, tria furta, &c. disp. 1. num. 24.

Pœnitenti qui carnaliter decem fœminas solutas cognouit, satis erit fateri se commisisse decem simplices fornicationes, non explicando, an cum vna, vel cum decem sint habitæ : quia id non mutat speciem, disp. 1. n. 24.

Pœnitens qui extraordinariis precibus inuitauit fœminam ad copulam, id debet explicare : quia inferitur vis moralis, disp. 1. num. 24.

Si fœmina inuitasset virum ad copulam etiam paratum, docent plures id explicandum : quia tunc circumstantia scandali non intelligitur, nisi dicatur : non verò si vir inuitat fœminam, cum commune sit viros fœminas inuitare, disput. 1. num. 24.

Pœnitentes cautiùs viuentes solent molestiores esse confessariis, disp. 1. num. 22.

Pœnitentes aliquando solent tristici quoddam peccata in se non reperiant, in quo errant : quia non ad inuenienda peccata, sed ad inquirenda obligat Deus, disp. 1. num. 22.

Volens confiteri reincidentiam absque necessitate in ingressu confessionis dicit, *me accuso ex defectu emendationis vitæ, sed peccatum fateatur*, & asserat illud pluries commisisse, disput. 1. num. 23.

Pœnitentes coramuniter conuersantes ante confessionem de salute confessarij : imò & de tota eius familia inquirentes, impetenter procedunt : quia deuotio & dolor minuitur, & fortè pudor, disp. 1. num. 25.

Pœnitentibus opus non est dicere, *Me accuso eo modo quo scit Deus me deliquisse*, quia confessio faciendâ est iuxta conscientiam pœnitentis, disput. 1. num. 25.

Pœnitentes discretum modum confitendi non seruantes excusantur, quia non docentur à confessariis, disp. 1. num. 26.

Pœnitentes solum mendacia, vel maledictiones confitentes absque necessitate in principio confessionis, num vxorati sint ; vel soluti declarant : quia illa peccata non differunt specie ob statum diuersum pœnitentis, disputatione 6. numero 12.

Non est opus pœnitentibus habentibus desideria carnis cum non pleno consensu explicare statum fœminæ circa quam : quia venialium confessio voluntaria est, & consequenter circumstantiarum, disp. 6. num. 6.

Non opus est pœnitentibus explicare, num venialia quæ commiserunt, fuerint facta ex plena aduertentia, vel non : propter eandem rationem, disp. 4. num. 8.

Non opus est pœnitentibus, dum iuramenta falsa confitentur, aut vera sine necessitate illa narrare individualiter, dicendo : *Iuravi per Deum, per vitam meam, sic me Deus adiunget*, &c. quia illa non variant speciem, disp. 6. n. 6.

Pœnitentibus se accusantibus de decem carnis desideriis parum plus, vel minus, etiam si postea recordentur duodecim fuisse, non erit opus illa duo fateri : quia in voce, *Parum plus vel minus*, illa duo, vel tria includuntur, disputatione 2. numero 13.

Non opus est pœnitentibus se accusare quoddam coram Deo, vel terreo iudice iustam vindictam seu satisfactionem exposcant, dum non ex odio, sed zelo iustitiæ fiat : quia actus perendi satisfactionem est bonum virtutis, scilicet iustitiæ vindictatiuæ, disp. 2. num. 11.

Non opus est pœnitentibus se accusare eorum quæ ante usum rationis egerunt : quia gesta in illa ætate peccata non sunt, disputat. 2. numero 12.

Non opus est vxori, filiis & seruis se accusare quoddam iniurias acceptas à marito, patre, vel domino retulerint causa sumendi consilium, vel consolationem : illa enim murmuratio non est ; quia infamare non est intrinsecè malum, sed redditur honestum dum fit ex iusta causa, disputatione 2. num. 10.

Non opus est pœnitentibus se accusare quoddam comederint vel biberint absque fame ; vel necessitate, dum saluti non nocuerint aduertenter : quia tunc gula non committitur, disputatione 2. num. 14.

Plures pœnitentes se accusant peccato curiositatis, quoddam videlicet non sibi necessaria concupierint addiscere, cum tamen peccatum hoc non sit, disp. 3. n. 1. Vide verb. Curiositas.

Plures pœnitentes se accusant de inuidia, ex eo quoddam tristearur de sua infelici sorte, tempore quo alios euehi ad altam fortunam conspiciuntur, doceantur à confessario hoc inuidiam non esse : quia non est dolor de felici sorte aliorum ob diminutionem propriæ, sed dolor de infelicitate propria, recordatione accepta de aliorum bona sorte, disp. 3. num. 8.

Se item accusant de inuidia, quoddam tristantur de bono alicuius, qui nociturus est reipublicæ, doceantur hoc inuidiam non esse : quia potius est zelus reipublicæ, disp. 3. n. 9.

Plures pœnitentes arbitrantur murmuratiõis labe inquinari, quoddam delicta quæ publica sunt, & maxime nociua reipublicæ, damnant coram aliis, doceantur à confessario hoc murmuratiõem non esse, sed zelum reipublicæ, disputatione 3. num. 9.

Plures pœnitentes se accusant de gula vbi non est. Vide verb. Gula, vbi inuenies aliqua scitu digna.

Plures pœnitentes se accusant de transgressione præcepti conseruandi salutem, vbi violatio præcepti minimè reperitur. Vide verbum, Vita, & verbum, Cibum, vbi aliqua scitu digna adducuntur.

Non est opus pœnitentibus se accusare, quoddam malum proximo optauerint ob bonum spirituale ipsius vel proprium, vel ob temporale, si proximus ex malitia illud impediatur, disputat. 2. numero 6. Vide verb. Malum pœnæ, vbi scitu digna inuenies.

# siue libri Compendium.

Patres aliqui erga filios agentes, & mariti erga uxores, & superiores erga subditos, se accusant de illis quæ peccata minime sunt. Vide verb. *Patres, Vxor, Prælarus.*

Plures pœnitentes vxorati se accusant quòd tempore habitæ copulæ, vel extra, verba impudica cum vxoribus propriis fuerint colloquuti, quod tamen peccatum non est: quia illa honestantur matrimonio, sicut honestatur copulæ, disp. 6. num. 4.

Plures pœnitentes se accusant de mendacio vbi non est. Vide verb. *Mendacium*, vbi inuenies scitu digna.

Plures pœnitentes se accusant, quòd non hilarem vultum ostenderit peccatoribus, se enim in affabilitate, & charitate defecisse putant, quod tamen tale non est si fiat sine detestandi peccata: *Quia iniquos odio habui*, ait David, disp. 4. numero 4.

Plures pœnitentes se accusant de inani gloria vbi non est, disputatione 4. num. 5. & disputat. 23. num. 14.

Plures pœnitentes se accusant, quòd pro defunctis parentibus orationes non suderint, cum tamen hoc peccatum non sit, nisi ad id sint deuincti aliquo pacto: quia parentes in purgatorio iuste pariuntur, disp. 4. num. 6.

Plures pœnitentes se accusant de adulatione vbi non est. Vide verb. *Adulatio.*

Plures pœnitentes se accusant de impatientia, eò quòd ærumnas à Deo inflictas sentiunt, cum tamen impatientia id non sit; doceantur à confessario, disp. 4. numero 10. Vide verbum *Patientia.*

Plures pœnitentes se accusant de verbo otioso vbi non est. vide, *Verbum otiosum*, vbi scitu digna inuenies.

Plures pœnitentes se accusant tanquam de diuersis peccatis, quòd in eodem interuallo temporis plures iactauerint maledictiones eiusdem rationis dainnum imprecantibus, cum tamen tantum vnicum peccatum sit: quia solum materialiter diuersificantur actus, disp. 6. n. 1.

Plures pœnitentes se accusant tanquam de diuersis peccatis quòd plures contumeliâ eiusdem rationis iecerint in eodem interuallo temporis, cum tamen vnicum tantum peccatum sit, propter eandem rationem, disp. 6. n. 2.

Plures pœnitentes se accusant tanquam de diuersis peccatis, quòd in eodem interuallo temporis pluries deosculati fuerint feminas lasciue vel tetigerint, cum tamen illud vnicum tantum crimen sit: propter eandem rationem, disp. 6. numero 3.

Plures femina vxorata se accusant quòd in actu coniugij nimiam carnis delectationem fuerint expertæ, quòd nequaquam peccatum est: quia id est naturale copulæ carnali, disp. 6. numero 5.

Plures pœnitentes se accusant tanquam de diuersis peccatis, quòd in eodem interuallo temporis pluries falso iurauerint ad testificandam eandem falsitatem, cum tamen id vnicum tantum peccatum sit: quia solum materialiter distinguuntur actus, disp. 6. num. 6.

Pœnitenti credere debet confessarius pro se, & contra se loquenti: quia in illo foro non adducuntur testes, disp. 8. num. 1. & disp. 9. numero 6.

Pœnitens se accusans de mortali non commissio, peccat mortaliter: quia subiicit confessioni materiam falsam, sicut qui consecraret in non pane, disp. 8. n. 4.

Diuersum est, quòd pœnitens metum concipiat de prolubendo amplius in peccata, aliud quòd concipiat propositum ceteri eis non præhabere, ob primum non accedit indignè ad Sacramentum, bene tamen ob secundum; disput. 9. numero 14.

Plures pœnitentes timidæ conscientia, qui potius eligerent mortem subire, quam peccare venialiter, dum confitentur semiplene deliberatos actus malos habuisse, vt in plurimum credatur à confessario tales actus omnino naturales fuisse, & potius illis meruisse resistendo, quam peccasse, disp. 18. num. 6.

Pœnitentes recolentes in memoria carnalia, vt confiteantur, non nimis immorentur in illis, ne se exponant periculo delectationis loco doloris, disp. 21. n. 11.

Plures pœnitentes se accusant de iudicio temerario vbi non est. Vide, *iudicium temerarium*, disp. 5. num. 8.

Plures pœnitentes se accusant de amoris proprii peccato vbi non est, quia à confessariis non edocentur, disp. 24. n. 11.

Pœnitens cogitans sibi non licere accedere ad Eucharistiam, sine præuia confessione, quamuis nullius mortalis peccati conscientiam habeat, moneatur à confessario id licitum esse, quamuis valde expediens sit confessionem præmittere etiam de præteritis culpis, quando id tempus permiserit, disp. 41. num. 14.

Pœnitens non inueniens alium confessarium quam omnino surdum, tenetur confiteri per nutus & signa ante communionem: quia possibilis est talis confessio, disp. 32. n. 8.

Pœnitens mutus tenetur confiteri per nutus, & signa: cum possibilis sit talis modus confitendi absque nocumento pœnitentis, disp. 32. num. 8. Nec valde anxius sit tunc confessarius, aut pœnitens an omnia peccata sint sufficienter manifestata, ibidem.

Pœnitentem non teneri confiteri per interpretem etiam in articulo mortis, docent plures Doctores aliis oppositum opinantibus, disp. 32. numero 8.

Non tenetur per interpretem confiteri ad suscipiendam Eucharistiam in Paschate, nec Sacerdos ad celebrandum; quia præceptum illud positium præmittendi confessionem ante communionem non obligat cum iactura famæ respectu interpretis, disp. 32. num. 9.

Pœnitens non acceptans pœnitentiam rationaliter iniunctam, non delinquit contra virtutem obedientiæ, sed pœnitentibus; quia confessarius nullo alio vinculo quam pœnitentiæ potest constringere, disp. 41. num. 9.

## *Pœnitentia iniuncta à confessario, seu sacramentalis satisfactio.*

Sub pœnitentia iniungi potest, quòd pœnitens in confessione agenda dicat, se tunc confiteri, quia ad id sub pœnitentia fuit constructus: quia hoc pœnale est, & honestum, disp. 12. num. 7. & disp. 13. num. 6.

# Index Rerum,

Tenetur pœnitens acceptare pœnitentiam rationabilem, & potest non absolui si non acceptet: quia indispositus est, disput. 12. numero 3. & 4.

Imponi potest sub pœnitentia quod pœnitens coram eodem Sacerdote; & non alio confiteatur, quia illud honestum est, & pœnale; non tamen passim iniungenda est, sed in casu maximè necessario ad curationem pœnitentis, disputatione 13. num. 7.

Bulle Cruciatæ privilegium non sufficit in illo casu ad eligendum distinctum confessarium: quia contra mandatum iustum confessarij, non vult Pontifex eius valere privilegium, disput. 13. num. 7.

Confessarius non potest imponere sub pœnitentia, quod pœnitens statim confiteatur ac lapsus fuerit in tale, vel tale peccatum: quia pœnitentia debet iniungi absolute, & non sub conditione, disputatione 13. numero 8. & disput. 12. num. 7.

Differre vel anticipare confessionem iniunctam sub pœnitentia per tres quatuor dies, præsertim ex aliqua causa, nullum est peccatum: quia id præsumitur ex rationabili voluntate confessarij, disp. 13. num. 9. & 10.

Pœnitentia iniuncta infirmis ex sui natura absoluta est, per accidens tamen est conditionalis, videlicet si superuixerit infirmus, disput. 12. numero 1.

Sub pœnitentia imponi potest quod confessio fiat non determinando, an eadem vel nova peccata sint aperienda in confessione iniuncta sub pœnitentia, vel an mortalia, vel venialia, sed ab omnibus his abstrahendo: quia illud obiectum honestum est & pœnale, disp. 13. n. 2.

Pœnitentiam commutari posse ab eodem vel diuerso confessario in praxi probabile est, & id non posse fieri extra confessionem omnino verum reputo: quia commutare est pœnitentiam imponere: at pars Sacramenti fieri non potest, nisi fiat totum Sacramentum, disput. 13. num. 4. & disp. 14. num. 1. 7. & 8.

Pœnitentiam acceptantem sub pœnitentia confessionem, non erit æquum à confessario constringi, quod de iam confessis peccatis fiat confessio, sed liberum relinquere pœnitentem, quod confiteatur quæ velit, quamuis in rigore ad id possit obligare, disp. 13. num. 2. & 5.

Pœnitens non tenetur acceptare sub pœnitentia aliquam orationem recitare, vel eleemosynam largiri, pro singulis iuramentis, vel fornicationibus committendis: quia illa pœnitentia conditionalis est, disp. 13. num. 8.

Si pœnitens iudicat ad deserendam ptauam consuetudinem peccandi fore omnino necessarium medium confiteri statim ac lapsus fuerit, tenetur acceptare, non distincto præcepto, sed ratione virtutis opposita ad vitium cuius habet consuetudinem, disp. 13. n. 8.

Pœnitentiam non solum posse commutari in æqualem, verum in minorem praxis tener, disp. 14. num. 1.

Eriam si confessarius memoria retineat peccata ob quæ iniungit pœnitentiam, illam commutare non potest extra confessionem: quia pars Sacramenti fieri non potest sine toto Sacramento, disp. 14. num. 10.

Ad commutandam pœnitentiam non sufficit

audire noua peccata, nisi ea narrentur sacramentaliter ob quæ fuit iniuncta pœnitentia: propter eandem rationem, disp. 14. num. 11.

In praxi verò poterit confessarius mutare pœnitentiam ab alio iniunctam, eisdemmet criminibus auditis in confessione: quia id docent plures graues Doctores, disp. 14. num. 12.

Simplex Sacerdos audiens peccata iam confessi, poterit mutare pœnitentiam ab alio iniunctam: propter eandem rationem, disputat. 14. numero 14.

Confessarius nullam habet obligationem commutandi pœnitentias si nolit: quia ad id nullo iure constringitur, disp. 14. n. 17.

Tenebitur tamen aliquando ratione charitativa, ibid.

Pœnitentia iniuncta de eroganda eleemosyna non potest commutari applicando eleemosynam ipsimet pœnitenti pauperi: quia nullus sibi meret elargitur eleemosynam, nec id est pœnale, disp. 14. num. 18.

Speculatiuè loquentes, & per intrinseca principia, nec etiam superior potest inferioris pœnitentiam mutare: quia par in parem non habet iurisdictionem, disp. 14. num. 19. & 20.

Pœnitens dubitans an impotentiam sufficientem habeat, vt se excuset à pœnitentia implenda, tenetur consulere homines doctos: quia in dubiis præceptis veritas inquirenda est, disput. 14. num. 20.

Pœnitens non potest mutare suam pœnitentiam in euidenter melius: quia imponere pœnitentiam est solius confessarij, disputatione 14. num. 22.

Potest tamen superaddere pondus suæ pœnitentiz, disp. 14. num. 22.

Iniuncta pœnitentia quod eleemosyna certo pauperi detur, potest propria autoritate alij pauperi erogari: id præsumitur ex recta voluntate confessarij, disp. 14. num. 23.

Quando materia pœnitentiz est diuidua, tenetur pœnitens soluere partem si impotens sit ad totum, & sic tenetur dare in eleemosynam quinquaginta, quando centum non potest, disput. 15. num. 1.

Quando materia est iniuidua, quia non potest implere totum, non tenetur ad partem, & sic qui non posset Psalmos, & lectiones matutinas recitare, non tenetur ad solas lectiones, vel ad solos Psalmos quos posset, disp. 15. num. 2. & hoc verum est etiam in officio de feria, ibidem.

Non valens in pane & aqua ieiunare, non tenetur modo consueto, disp. 15. num. 3.

Tenebitur quis orare, quamuis non flexis genibus, si eo modo non possit, disputatione 15. numero 4.

Non tenetur interesse Missæ iniunctæ sub pœnitentia, quia tempore præfationis accessit: quia Missa est materia indiuidua, disputatione 15. numero 5.

Septem Psalmi pœnitentiales materia diuidua est, & qui non posset omnes recitare, tenetur quos posset, disp. 15. num. 6.

Tertia pars circuli Virgineæ, Hispanè, *on terciò del rosario*, est materia indiuidua, & qui non potest recitare illam tertiam partem, ad nihil tenetur, disp. 15. num. 7.

Ob præceptum superioris vetatis impleri pœnitentiam suspenditur obligatio, si ex non paritione

# sive libri Compendium.

tionem essent exoriundæ discordiæ, disp. 15. num. 8. & 10.

Ob pœnitentiæ iniunctæ obliuionem non tenetur pœnitens eadem peccata rursus fateri, sed sufficit confiteri negligentiam, si culpabilis fuit, disp. 15. num. 11.

Pœnitens oblitus pœnitentiæ, tenebitur interrogare confessarium, si commodè possit, disp. 15. num. 12.

Qualiter se debeant gerere confessarii, quando non reminiscuntur pœnitentiæ à se iniunctæ, disp. 15. num. 13.

Psalmi iniuncti sub pœnitentiâ, vel ex voto, cum socio possunt recitari; id constat consuetudine, disput. 15. num. 2.

Cui esset iniuncta pœnitentiâ septem Psalmos recitandi, non impletet vnum recitando septies etiam si ex maioribus: quia illa recitatio non est verè septem Psalmorum, disputatione 15. numero 6.

Vxor, seruus, filius familias, subditus non tenentur pœnitentiâ implere, dum à marito, domino, patre, vel pœlato impediuntur; cessante tamen impedimento tenebuntur, disput. 15. numero 9.

Omittens modicam partem pœnitentiæ, dum maiorem impleuisset, solum peccat venialiter, disp. 15. num. 14.

Si modica pœnitentiâ esset iniuncta, & illa omittiretur, lethalis culpa esset: quia deficit omnino vnica pars Sacramento. Per principia tamen extrinseca probabile est esse solum peccatum veniale, disp. 15. n. 14. & 17.

Confessarius non potest imponere pœnitentiâ cum animo obligandi ad solum veniale, disp. 15. num. 16.

Responsoria recitare, vel Psalmos pro animabus Purgatorij, non tenetur pœnitens acceptare, quamuis ex incuria confessariorum plurium talis pœnitentiâ iniungatur frequenter: quia nullus potest obligari quòd alteri offerat suam satisfactionem, disp. 16.

Pœnitentiâ implens in peccato mortali, statim obtinet remissionem pœnæ: quia vt quis soluat debitum non est opus amicitiam habere cum creditore, disp. 16. num. 5.

Distinctus gradus remissionis pœnæ correspondet operi satisfactorio ex opere operato, atque sunt illi qui correspondent. valori ex opere operantis, disp. 16. num. 9.

In sacramenti satisfactione pars pœnæ remittitur mera Dei condonatione ex applicatione meritum Christi: quia id creditur ex pia conditione Christi, disp. 16. num. 6.

Non poterit obligari Sacerdos sub pœnitentiâ Missam dicere, & illam offerre pro animabus Purgatorij: quia nullus potest obligari offerre alij suam satisfactionem: valor impetratorius etiam si applicetur animabus Purgatorij non prodest illis ad remissionem pœnæ, nisi fortè occasionaliter, quatenus inde Deus mouet corda Fidelium ad hoc vt satisfactiones offerant pro illis, disp. 16. num. 12. & 13.

Confessarius imprudenter imponit sub pœnitentiâ melancholico, & ad desperationem prompto, quæ augmentant tristitiam, quale est ieiunium panis & aquæ, & viratio honestarum recreationum. Aut si imponat eleemosynam magnam pauperi, ieiunium perpetuò laboranti, aspe-

ritatem delicato, peregrinationem mulieribus, disp. 28. n. 15.

Illæ pœnitentiæ iniungendæ non sunt quæ pœnitentem adimplere non deceat, cum honori pœnitentis semper consulendum sit, disp. 28. numero 15.

Pœnitentias imprudentes accepta non tenetur pœnitens, disp. 28. num. 15.

Actus interior virtutis imponi non potest sub pœnitentiâ: nam cùm Sacramentum Pœnitentiæ visibile sit, omnes illius partes visibiles esse debent, disp. 16. num. 1. & disp. 33. num. 24.

Probabile videtur rationem satisfactionis magis sequi meriti quantitatem repertam in actu, quam pœnalitatis, sicut qui debet centum, & cùm sit diues ægrè non soluit, non satisfacit minus, quàm debens centum, & soluens solum quinquaginta cum maiore difficultate, seu labore. Præterea communiter docent Theologi per actum nimis intensum dilectionis Dei accidere remitti totam pœnam debitam pro peccatis, & tamen non tam pœnalis est actus ille sicut ieiunium. Docent hanc opinionem Gabriel in Can. Missæ, lect. 58. fol. 135. §. *Hic incidit alia questio*. Cenedo in quest. pract. quest. 31. num. 16. At communius docent DD. magis pœnalitatis quàm meriti quantitatem prodesse ad pœnarum satisfactionem, disput. 33. n. 2. & 13.

Non ideo oratio, ieiunium, & eleemosyna iniunguntur communiter sub pœnitentiâ, quia magis pœnalia sunt, sed quia magis medicinalia, cum per eleemosynam cureretur auaritia, lubrica caro per ieiunium, & mentis cogitationes inordinatæ per orationem, disp. 33. num. 2.

Confessarius iniungens pœnitentias attendere debet quòd illas iniungat tam ad præteritorum peccatorum vindictam & castigationem, quàm ad nouæ vitæ custodiam, & infirmitatis medicamentum, disp. 33. num. 3.

Pœnitentiâ est iniungenda absolute à confessario, & non sub conditione, vt si velit pœnitens implere, implet; sin verò minimè: Sacramentum namque quòd absolute fit, absolute partes habere debet, & non conditionatas, disputatione 33. num. 4.

Incautè aliqui confessarii pœnitentias iniungunt alta voce: quia inde saltem indirectè sigillum confessionis læditur, disputatione 6. numero 17.

Inconsideratè aliqui confessarii monialium iniungunt pœnitentias in publico implendas, vt in refectorio, capitulo vel choro: propter eandem rationem, disp. 6. num. 18.

Sumptio Eucharistiæ absolute imponi potest sub pœnitentiâ: quia actus virtutis Religionis est, disp. 33. n. 6.

Et præcepto talis pœnitentiæ iniunctæ satisfaciens pœnitens, quamuis cum peccato mortali communique, quia non constringitur pœnitens vinculo pœnitentiæ illam implere in bono statu, peccare tamen contra Religionem cum immunda conscientia Eucharistiâ suscipiens, disput. 33. num. 7.

Quamuis sumptio Eucharistiæ apta materia sit, vt possit iniungi à confessario sub pœnitentiâ, non tamen pœnitentem tenetur illam acceptare, quia grauari non potest sub vinculo pœnitentiæ acceptare opus quòd adimplendum sit in statu gratiæ, nisi pœnitens velit de nouo peccare;

# Index Rerum,

& status pœnitentis non est aliquid materiale & sensibile, & consequenter non potest rationem pœnitentiæ intrare, disput. 33. num. 8.

1 Et ideo non potest iniungi sub pœnitentia quodd horarium recitetur in statu gratiæ, disp. 33. num. 8.

Confessarius non potest grauare pœnitentem alio vinculo quàm pœnitentiæ, disputatione 33. numero 8.

Non susceptio Eucharistiæ iniungi non potest sub pœnitentia, cum cessatio operis virtutis nullius sit entitatis, nec penalitatis sensibilis ex se, & consequenter nec meriti, nec satisfactionis, disp. 33. num. 15.

Quelibet pœnitentia iniuncta à confessario debet habere rationem præseruationis & castigationis, ex mente Concilij Tridentini, disput. 33. num. 17.

Principalior ratio quæ attendi debet in pœnitentia est, quodd sit punitiua præteritorum peccatorum, quia ad id instituta est pars satisfactoria à Christo in Sacramento Pœnitentiæ, disput. 33. num. 17.

Dum ieiunium imponitur sub pœnitentia, non iniungitur secundum quod dicit puram negationem & cessationem actus comedendi, sed secundum quod includit macerationem carnis, quæ quid positiuam est, & eleuabile à Deo, disput. 33. num. 18.

Quod quis iudat honestè imponi non potest sub pœnitentia de se, sicut nec valet vorum de ludendo honestè: quia est de minori bono, disp. 33. num. 20.

Per accidens tamen posset obligati pœnitens ad ludum honestum, si id maximè expediret ad salutem & expellendam tristitiam, quæ exsiccata ossa, disp. 33. num. 20.

Confessarius iniungens sub pœnitentia non sumptionem Eucharistiæ, Concilio Tridentino & Cardinalium declarationi aduersatur, disp. 33. num. 21.

Satisfactio sacramentalis non causat ex opere operato augmentum gratiæ, sed solam remissionem pœnæ, quia cum Sacramenta id efficiant quod significant, & satisfactio non significet gratiam, illam non causabit, disputat. 33. num. 21. & disp. 16. num. 6.

Si confessarius dicat: *Iniungo tibi sub pœnitentia quodd mihi obediatis in non erogando elemosynam*: idem esset ac si nullam pœnitentiam imponeret, quia cessatio elemosynæ iniungi non potest, nec actus obedientiæ, quia interior est, disputat. 33. num. 24.

## *Percutere.*

Percutens suum inimicum pluribus ictibus in eodem impetu iracundiæ semel tantum peccat: quia actus illi solum materialiter distinguuntur, disp. 6. num. 1.

Qui vnico motu colera pluries clericum percutit, semel tantum excommunicatur, quia solum committitur vnum peccatum, disputatione 6. numero 1.

## *Peregrinus.*

Peregrinus nisi per maiorem partem anni non resideat in alieno oppido, non tenetur seruate le-

ges illius oppidi: quia id decernunt iura satis probabiliter, disp. 54. num. 31.

Non consequenter loquitur Sanchez, dicens prædicta, & aliàs docens peregrinum constructum esse ieiunare quando in suo loco quoque seruetur ieiunium: quia tunc non tenetur ex vi legis oppidi proprii, quia non obligat extra suum territorium, disp. 54. num. 31.

Peregrini, seu perpetuo vagantes ad nullius legis particularis obseruationem locorum vbi inueniuntur, sunt constructi: quia hi nec etiam distributionibus fauorabilibus locorum potiuntur, disp. 54. num. 34.

## *Perplexitas.*

Quoties perplexitas absque culpa interuenit, ad minus malum, eligendum obligatio adest, disp. 35. num. 6. & disp. 41. num. 27.

Nulla datur perplexitas peccatorum, quodd videlicet peccet operans agens hoc, vel illius contrarium; quia id esset contra rationem naturalem, disp. 41. num. 10. & 27. & disputatione 42. numero 7.

Fœmina cogitans se peccare nisi in die festiuo Missam audiat, & existimans etiam se delinquere si maritum ægotantem deserat, non peccabit, quodlibet illorum eligendo, cum impossibile sit vtrumque præceptum simul adimpleri, & Deus ad impossibile non obliget, disputatione 41. numero 27.

Pastor existimans se peccare Missam omittens in die festiuo, & putans etiam se delinquere, gregem deserendo: non peccabit siue Missam audiat, & gregem deserat; vel è contra, Missam non audiat, & gregem non deserat; quia vtrumque illud præceptum impleri simul est impossibile, disp. 41. num. 27.

## *Periculum.*

In periculo labendi in peccata constitutus tenetur auxilium diuinum implorare: quia ex charitate constringimur nos diligere, disp. 4. num. 8. & disp. 21. num. 20.

Non implorans tunc auxilium peccat duplex peccatum: quia transgreditur præceptum orationis, & alterius virtutis contra quam crimen committit, v. g. castitatis, disputatione 21. numero 20.

Qui inuoluntatiè periculo peccandi se exponit causa vrgente instanti nullum peccatum committit: quia tunc non amatur periculum, sed permittitur, & patitur, disp. 10. num. 8.

Si ad sustentandam vitam fœminæ esset omnino necessarium viro, portare illi cibum cum periculo labendi tenetur ferre: quia adhuc liber existit ad non peccandum, disputatione 10. numero 9.

Tenetur quis acceptate Episcopatum si bono communi sit necessarium, quamuis periculo labendi se exponat, cum semper maneat liber ad non peccandum adhuc posito periculo labendi, disp. 10. num. 1.

Locus ille Matth. 16. & Marc. 8. *Quid prodest homini si totum mundum lucretur, anima vero sue detrimentum patiantur?* intelligitur quod videlicet propter consequentiam cuiuscumque boni non expedit homini peccare, non verò quod non liceat

# sive libri Compendium.

liceat se periculo peccandi tradere; cum adhuc periculo persistente maneat liber homo ad non peccandum, disp. 10. num. 9.

Si infans apud infideles in discrimine vite sit, properans tamen ego possum baptizare, teneor abluere, quamuis cum periculo amittedi fidem; non tamen cum periculo mortis, cum mortem spiritualem sit in mea potestate vitare, non vero corporalem, disp. 10. num. 8.

Chirurgus tenetur verenda femina curare, etiam cum periculo extrinseco labendi; quia semper liber manet ad peccandum vel non, adhuc stante periculo, & ex alia parte instat preceptum medendi feminae: determinatus tamen esse debet in peccatum non consentire, disputat. 10. num. 9.

Si in domo paruulus sine baptismo moretetur, debeo ingredi domum, etiam si sequatur scandalum: quia adhuc actione scandalali causatiua oblata liberè scandalizantur alij, infans vero damnationem æternam vitare non potest, disput. 10. num. 9.

Fœmina fame periens potest cibum non querere, si sciat ob id lapsuram in periculum peccandi: quia cum tanto periculo non tenetur quis vitam propriam conseruare, disp. 10. num. 9.

Potest quis permittere eripi à Patre tabulam, qua ablata necessarium sit submergi: quia ad bonum heroicæ virtutis fas est permittere in se mortem, disp. 10. num. 9.

Dum aliquis operatur rem licitam ex qua pollutiones habere est expertus, expertus quoque non consentire, ab actione non tenetur cessare, disp. 21. numero 9. *Vide*, Pollutio.

Sic confessarius excipiens solum ex deuotione confessiones, non tenetur cessare ab illis; quamuis sit expertus se pollui, non tamen consentire, disp. 21. num. 8.

Sic qui pedester ambulare potest sine aliquo incommodo, nolit tamen, & expertus est in pollutiones incidere, non tamen in eas consentire, ab equitatione se retrahere nõ tenetur, disp. 21. num. 9.

E contra Parochus expertus ex confessionum auscultatione, non solum in pollutiones, verum in eas consentire; non tenetur ob tale periculum consentiendi, ab eis cessare, dum determinatus sit non consentire: quia adhuc periculo existente liber remanet ad non consentiendum, & parochiani priuandi non sunt ob id iure suo perendi, scilicet administrationem Sacramenti à Parocho, disp. 21. num. 9.

Chirurgus expertus dum medetur pudendis foeminarum, pollutionibus consentire, potest se tali periculo obicere, dum determinatus sit cum se obicit consentum pollutioni non prestare, ob dictam rationem, disp. 21. num. 9.

Aliquando ne fas est non solum periculo consentiendi in pollutiones se tradere, verum periculo solius pollutionis, quoribus apponitur causa per se efficaciter influens in pollutionem, iacuius causa, vt tactuum foeminarum in verendis, vel propè, aut fortè alibi continuatio, disp. 21. n. 9.

## Pietas.

Pietas locum non habet vbi iniuria tertij intercedit: quia vna virtus non est contraria alteri, disp. 34. num. 9.

*Sanchez Selecta.*

## Pollutio. Vide, Delectatio venerea.

Habere rem cum foemina defuncta, ad peccatum pollutionis reducitur, disp. 11. num. 14.

Pollutio grauius peccatum est quam simplex fornicatio, disp. 11. num. 13.

Confessarius habens pollutionem inter filia confessionis femora, si tamen semen intus vas non suscipiatur, non tenetur confiteri circumstantiam filiationis in omni opinione: quia tunc non interuenit commissio, quam solam venarius, disput. 11. num. 13.

Quodlibet peccatum mortale in genere luxuria non est causa efficaciter influens in pollutionem: & ideo pollutio ex illa causa adueniens in somniis non est necessatio consistenda, disput. 21. num. 15.

Accubans sic vel aliter, vel supinus, & sentiens se ex tali situ in pollutionem venire in somno vel etiam in vigilia, dum absit periculum consensus, & determinatus sit non consentire, non tenetur aliter decumbere: quia causas per accidens influentes in pollutiones vitare non tenemur, disp. 21. num. 12. & 19.

In opinione dicentium teneri voluntatem positiuè resistere sensualitati, non id dicunt quando sic resistendo graue damnum obueniret resistenti: quia nullus constringitur cum graui damno motibus inuoluntariè sibi obuenientibus resistere, disp. 21. num. 12.

Fœmina, vel vir quæ ob superpositionem vnus femoris in aliud morum sensualem sentit, non tenentur modum situs mutare, dum determinati sint non consentire: quia causas per accidens influentes in pollutionem vitare tenemur, disp. 21. num. 13.

Pollutio sequuta in somniis in causa mortali per accidens influente, scilicet ex ebrietate, non est necessatio consistenda, sed solum causa, videlicet ebrietas; quia pollutio in causa per accidens præuisa non est voluta, disputatione 12. numero 13.

Aliquando crapula, quæ causa per accidens est pollutionis, efficacius influit in illam quam cogitatio turpis: quia magis calor excitatur aliquando ex crapula, disput. 21. num. 15.

Si cogitatio coniungeretur cum membri erectione per tempus durante, seu cum magna spirituum generalium commotione, efficaciter influit in pollutionem secundum aliquos, non tamen iuxta nostrum iudicium.

Cogitatio turpis, sola tamen, est causa remota influens in pollutionem. Nam experientia magistra plures habentes cogitationem turpem pollutione carent, disput. 21. num. 15.

Diuersum est aliquam causam esse per se ordinatam ad effectum, vel esse per se solam efficacem ad producendum effectum, disput. 21. numero 16.

Cogitatio turpis, siue tactus in vno magis influit in pollutionem, quam in alio. Id experientia constat, disput. 21. num. 18.

Membri erectio absque carnis gustu, seu titillatione, non est contra castitatem: quia est effectus naturalis, disput. 21. num. 19.

Aliquando absque membri erectione carnis gustus presentitur, vt patet in ægris conualescentibus, senibus, in ligatis, aut in iam defæcatis ex coctibus, disput. 21. num. 19.

# Index Rerum,

Quando venereus motus notabilis esset, & adesset periculum in illum consentiendi, quia patiens vacillar, consentiat vel non, surgere tenetur sub mortali à lecto vel alio situ: quia periculum peccandi fugere tenemur, disput. 21. numero 20.

Capiens magnam delectationem veneream ex verbis obscœnis, mortaliter peccat; capiens tamen modicam, & aliàs nullum sit periculum luxuriz grauis in dicente, nec in audiente, culpa est venialis, nisi fortè iudicetur esse obiectum graue intra genus luxuriz verba impudica loqui, quia tunc quamuis modica capiarur delectatio, erit etiam mortale, disput. 21. num. 20.

Sentiens maximam tentationem ad pollutionem, si attentatis aliis medijs non mitigetur, tenetur auxilium diuinum implorare, quod si non efficiat, duplex committit peccatum, & contra religionem, & castitatem: quia ex charitate tenemur media ad salutem querere, disput. 21. n. 20.

Pollutio voluntaria in se, vel in causa illicita per se ordinata ad pollutionem est intrinsecè mala, disput. 21. num. 28. & 37.

Pollutio quantumcumque esset necessaria ad salutem, non potest procurari: quia pollutio voluntariè electa est intrinsecè mala, disput. 21. numero 33.

Maximè difficile est exactam rationem inuenire quare non liceat ob salutem pollutionem procurare, quamuis id non licere tenendum sit de fide, disputatione 21 à numero 28. & præcipuè num. 38.

Quando à natura pollutio euenit siue in somnijs, siue in vigilia, fas erit simplici voluntate illam acceptare, quatenus proficua est saluti, vel vetat molestas carnis tentationes, non verò quatenus delectabilis est sensui, disputatione 21. numero 31.

Patientes fluxum feminis, hoc est pollutiones inuoluntariè habentes, non vexentur scrupulis, putantes facinus commississe, quia carnis gustum præsentiant, dum tamen illum non acceptent: quia carnis gustus inseparabilis est à feminis effusione, disput. 21. num. 32.

Mundans à lanugine verenda, sanguineve menstruo, ne prurimum pariat aut fetorem, et si præuideat pollutionem, & sequatur, si non gaudeat de illa, vt acceptabilis carni, non peccat, disput. 21. num. 33.

Infirmus potest sumere medicinam, quæ per se primò habeat tanquam effectum sanitatem, & etiam effusionem feminis quæ præter intentionem sequitur: quia nullus priuatur iure sanitatis ob effectum qui præter intentionem sequitur, disput. 21. num. 33.

Non semper ac est pollutio voluntaria in causa illicita, est intrinsecè mala, nisi causa illicita, sit per se ordinata ad pollutionem, vel si opponatur causa per accidens intentione habendi pollutionem, disput. 21. num. 35.

Pollutio inuoluntaria non impedit communionem, disput. 23. num. 29.

Pollutio voluntaria, præmissa confessione cum vero dolore, non impedit communionem: quia penitentia aufert omnem indecentiam, disput. 23. num. 26. & 30.

Aliud est timere pollutionem venturam, aliud metuere in illam consentire, disputatione 21. numero 9.

Dum aliquis operatur rem licitam ex qua pollutionem habere est expertus, expertus quoque non consentire, ab actione non tenetur cessare, disput. 21. num. 9.

Sic confessarius excipiens solum ex deuotione confessiones non tenetur se retrahere ab illis, quamuis sit expertus se pollui, & non consentire, disput. 21. num. 9.

Sic qui pedester ambulare potest sine aliquo incommodo, nolit tamen & expertus est in pollutiones incidere, minimè tamen consentire, ab equitatione se abstinere non tenetur, disput. 21. num. 9.

E contra Parochus expertus ex confessionum ascultatione in pollutiones consentire, à confessionibus non tenetur cessare ob tale periculum, dum tamen determinatus sit non consentire: quia semper manet liber ad non consentiendum, & à munere suo vacare esset scelus, disput. 21. num. 9.

Chirurgus expertus dum mederetur pudendis sceminarum in pollutionem consentire, poterit se tali periculo obicere, dum determinatus sit, dum se obicit, non consentire: propter eandem rationem, disput. 21. num. 9.

Et scemina etiam cum tali periculo consentiendi pollutioni potest ægrotantia pudenda Chirurgo ostendere, disput. 21. num. 9.

Aliquando nefas est non solum periculo consentiendi in pollutionem se tradere, verum periculo solius pollutionis, vt contingit quoties apponitur causa illicita per se efficaciter influens in pollutionem, vt tactuum sceminarum in verendis vel prope, vel fortè alibi continuatio, disput. 21. num. 9.

Pollutio sequuta in somnijs non est peccatum, sed effectus peccati, & ideo opus non erit illam confiteri, sed solum quòd ad illam fuerit opposita causa per se influens efficaciter, disput. 21. n. 33. versic. E contra.

Ad sedandum prurimum fas est refricare verenda cum periculo pollutionis, non tamen consensus in ea: quia tunc pollutio præter intentionem sequitur, disput. 21. num. 30.

## Possessio.

Habenti ius possessionis magis sciendum est quam intendenti habere ius proprietatis, donec de veritate constet: quia possessio inducit præsumptionem proprietatis, disput. 42. num. 7.

Qui priuatur possessione virtutis Religionis, aut alterius virtutis, priuatur quoque possessione in materia iustitiæ: quia quilibet ius obtinet iustitiæ, ne impediatur exequi aliarum virtutum actus, disput. 42. num. 7.

In idem coincidunt possessio in alijs virtutibus, & possessio in virtute iustitiæ: propter rationem proximè dictam, disput. 42. num. 8.

Possessio in alijs virtutibus habet se vt materia, & res possessa respectu iustitiæ, disputat. 42. numero 8.

Regula: *In dubijs melior est conditio possidentis*, qualiter sit intelligenda, disput. 48. num. 8. & 13. Vide Regula.

Illà regula: *In dubijs melior est conditio possidentis*, est mensura, seu regula alterius. *In dubijs melior pars est eligenda*, disputatione 42. numero 13.

Regula:

# siue libri Compendium.

Regula : In dubijs melior est conditio possidentis, intelligitur in vere dubijs, non in opinionibus, disp. 44. num. 17.

## Præceptum.

Præcepta Dei implere, siue nolle transgredi, sine vitam æternam consequendi, peccatum nequaquam est : quia definit Concil. Trident. sess. 6. cap. 1. & can. 31. disput. 5. numero 12. & disp. 24. num. 11.

Concurrentibus duobus præceptis non semper seruandum quod est perfectioris virtutis, vt contigit in illis præceptis, ex quorum fractione solum læditur cultus exterior Dei : quia Deus tunc cedit iuri suo in fauorem proximi, disput. 8. numero 11.

Transgrediens præceptum naturale & posituum, vel duplex posituum eandem rem vetantia sub eadem virtute, vnum solum crimen committit, vt non ieiunans in die Quadragesimæ, in qua occurrit Vigilia Sancti, & non audiens Missam in die Dominico, in quo occurrit festum Sancti, quia sola vna virtus læditur cum eadem dissonantia, disput. 11. num. 17.

Non sic læditur castitas per fornicationem, & Sodomiam, disput. 51. num. 16.

Circa vnum præceptum datur aliquando ignorantia, non tamen circa aliud, disputatione 16. num. 1.

Præceptum de confessione & Eucharistiæ eodem tempore obligat, cum scilicet fidelis ad vsum rationis peruenerit : quia sic decernit ius in cap. *Omnis vtriusque sexus*, de poenit. & remiss. disp. 26. num. 4.

Quæ occurrunt duo præcepta, magis strictum seruandum est, & sic vitabitur perplexitas, disput. 41. num. 27. & disp. 8. num. 11.

Præceptum de communicandò ieiunè est negatiuum, quod conuertitur in hoc, *Ne communi- cæsi comedisti, aut potasti*, disput. 42. num. 7.

Præceptum sufferendi iniurias, non absojute traditur, sed in præparatione animi sustinendi quidem, quando id expediens fuerit, disput. 46. numero 7.

Præceptum dilectionis proximi est negatiuum, cum satis adimpleatur per hoc, quod ei nullum malum inferatur, disput. 1. num. 21.

Præceptum dilectionis proximi non obligat ad habendum actum interiore, cum per se non pateat proximo, sicut Deo, disput. 1. num. 21.

Præceptum contendi semel in anno est diuinum, & non solum Ecclesiasticum, vt quidam arbitrantur, disput. 47. num. 9.

Præcepta specialia emortui Episcopi cessant, non illa quæ feruntur per modum constitutionis & legis, quæ de natura legis est esse perpetuam, disput. 48. num. 18.

Aliud est habere desiderium instingendi præceptum, quando interuenit eius obligatio, aliud desiderare se reddi impotentem ad præceptum, hoc enim non est aliud quam oprate excusationem præcepti, disput. 54. num. 20.

Præcepta positiua non obligant cum iactura vitæ, bene tamen naturalia : quia homo cum non sit dominus vitæ, non potest obligare vt eius lex seruetur cum dispendio illius rei cuius ipse non est dominus, bene tamen Deus, disput. 51. numero 59.

## Prelatus.

Prelatus qui satagit solo suo imperio inducere subditum vt obediat cupit sanare infirmum nulla adhibita medicina, disp. 30. num. 8.

Prelato præcipienti iuxta opinionem probabilem rem licitam, potest subditus non parere iuxta opinionem probabilem iudicantem rem illicitam mandari : quia cuique fas est ius suum illæsum seruare, disput. 33. num. 32. & seqq.

Prelatus videns aliquem subditum esse maxime propensum alicui virtuti, eam agere præcipiat, & sic subditus meritum obedientiæ, & illius virtutis, cui est procliuus, reportabit, disput. 30. numero 5.

Beatus Ignatius statuit in sua regula, ne Prelati absoluto imperio, hoc est nudo res præcipiant, sed sub velamine rogationis, taliter quod magis videtur rogare, quam imperare, disputat. 30. numero 8.

Prelatus intendens obedientiam subditi mediante sumptione Sacramenti Eucharistiæ prudenter facit ; intendit enim salutem infirmi, scilicet victoriam passionum, adhibita medicina, disp. 30. num. 8.

Probabile est quod Prelatus regularium non possit præcipere eis plures communiones quam præsentitas ex constitutione, nisi ob vrgentem aliquam causam, disput. 33. num. 10.

Maximè cauetendum est Prelatis Religionum facultatem exhibere subditis manifestandi suos naturæ defectus, quod videlicet sint ex infima prosapia, aut illegitimo matrimonio : quia forte aliquando necessarium erit hos defectus occultos manere ad solatium illegitimi, vel ad meliorem regimen religionis, disput. 46. n. 25.

Prelatis fas est cellulas subditorum visitare ad cautelam : quia quando agitur de vitando damno, aut exhibendo remedio, dubia & suspiciones sunt in deteriorem partem interpretanda, disput. 50. num. 19.

## Præscriptio. Vide Consuetudo.

Præscriptio rigorosa tribuit ius retinendi rem in foro interiori, & exteriori ; quia id iura decernunt, disput. 48. num. 56. & 59.

Præscriptio impropria solum denegat actionem repèrendi coram iudice rem præscriptam, in nihilo attingens animæ forum : quia id verbis legis constat, disput. 48. num. 59.

Præscriptio rigorosa tribuit ius in foro animæ retinendi rem adhuc si post legitimam præscriptionem mala fides superuenit : quia leges præscriptionis statutz sunt ne dñi incerta maneat rerum dominia, disput. 48. numero 58.

Prius Dominus auferens rem legitime præscriptam a præscribente, peccat contra iustitiam : quia auferit rem a vero Domino, disput. 48. numero 57.

Non solum ius commune potens est, legem præscriptionis condere, sed etiam quicumque Rex in suo regno. Nam sicut ius commune se habet respectu omnium Prouinciæ, sic se habet Rex respectu sui regni, disput. 48. n. 59.

Cum mala fide non potest Rex præscribi, nec illud potest suppleri per ius posituum : quia bona fides est iure naturæ requisita, disput. 48. numero 59.

# Index Rerum,

Nunquam præscribit Dominus in foro animæ salarium famuli, quamvis intra triennium non poposcit salarium, quia lex de salariis solum denegat actionem repetendi in foro exteriori, disp. 48. num. 59.

Idem securi debet in pharmacopoliis, & aliis officialibus mechanicis, confitatis, & species vendentibus, disput. 48. num. 59.

Quamvis principii extrinseci ductus oppositum non damnare, disput. 48. num. 59.

## *Præsentia Dei in mente Fidelium.*

Ad Deum præsentem habendum mentaliter, vel imaginariè opus est Fidelem præueniri & moveri sancta cogitatione, & excitante gratia, quam Deus in nobis sine nobis operatur, disp. 23. num. 48.

Post excitatam præsentiam Dei in nobis dependet ab ipso & à nobis illam conservare aliquo tempore; quod verò diutius, à solo Deo, impediendo ne aliis cogitationibus distrahamur, disput. 23. num. 48.

Plures Fideles non tam perfectam vitam agentes, ac alij præsentia mentali, vel imaginaria fruuntur, unde mensuranda non est quotidiana communio penes habitam præsentiam Dei, vel non habitam, disput. 23. num. 50.

## *Privilegium.*

Privilegium habens ad audiendas confessiones quamvis sit reuocatum, validè sient, donec habita sit notitia reuocationis: quia id præsumitur rationabiliter ex mente reuocantis, disput. 44. numero 3.

Privilegium in corpore iuris inclusum, non tam est privilegium, quam ius ordinarium: quia inclusa in corpore eius sapiunt iuris naturam, disp. 48. num. 6.

Privilegium vnum potest derogare alteri etiam inserto in iure, quando circa oppositam rem versantur: quia opposita non possunt conservare eandem rem, disput. 48. num. 8.

Privilegium speciale non derogatur per legem generalem: quia non præsumitur legislatorem velle reuocare exceptionem legis à se ipso factam, nisi id exprimat, disp. 48. num. 9.

Privilegio concessio communitati non possunt particulares renuntiare: quia id quod alicuius non est, renuntiare non potest ab eo, disput. 48. num. 32.

Privilegium concessum communitati tenentur singuli de communitate conservare: quia aliàs fieret damnum successoribus, disput. 48. numero 32.

Limita tamen nisi sit opinio probabilis, quòd tale privilegium reuocatum est, disput. 48. numero 47.

## *Prodigalitas.*

Prodigalitas consistit in eo quòd quis excedat in largitione bonorum proprium, aut deficiat in acquisitione eorum quæ fortis aduenite possent, quando ea acquirere tenetur, disp. 1. num. 3. & 16.

Prodigalitate vitio accusantur Sacerdotes, qui sine causa raro celebrant, disp. 7. numero 3.

Prodigalitas non est aliis in eleemosynam omnia bona sua erogare: quia finis est bonus, Quod intellige, nisi bona sint debita aliis ex iustitia, pietate, religione, &c. disp. 46. num. 11.

## *Promissio. Vide, Votum.*

Qui emisit votum Religionis, & postea dedit scemina fidem matrimonij, tenetur illam ducere, & suspendere ingressum Religionis, si forma iacturam famæ, aut honoris esset passura: quia non acceptat Deus promissionem in iniuriam tertij, disp. 8. num. 11.

Si verò scemina nihil famæ & honoris amitteret, nec stuprata esset (licet in occulto vitium maneret) tenebitur vir ingredi Religionem, licet antea promissum fuisset matrimonium, quia promissio de ingrediendo Religionem pertinet ad perfectionem status promittentis, quem non impediri est conforme iuri naturæ, & iuri postrius dissolventi sponsalia per Religionis ingressum. Vide Vazquez opuscul. de restitut. cap. 3. dub. 6. disp. 8. num. 14.

Si tamen Promissio facta scemina nihil famæ amittentis iuramento esset confirmata, prius adimplenda esset, quam votum Religionis: quia tunc promissio scemina facta etiam pertinet ad virtutem Religionis, disp. 8. num. 14.

Fides data scemina de matrimonio etià nullam iacturam in fama incurendam pertimesceti, potest impleri ante ingressum in Religionem, dum vij illam ducat absque animo consummãdi, sed statim inito matrimonio ingrediendi Religionem: quia tunc vtraque impletur promissio absque iniuria creditorum, disp. 8. num. 14.

Promittens Deo centum, & exposita ludo amittens, potest vti fraude etiam non annexa ludo ad illa recuperanda, solum, vtendo æquivocatione: quia colludens non potest ea lucrari absque peccato. Vide Vazquez opuscul. de restitut. cap. 3. §. 2. dum. 9. per totum, disp. 8. num. 15.

## *Protestatio.*

Protestatio annullat actum sequentem, etiam si ex intervallo fiat: quia fauores sunt ampliandi, disput. 44. num. 54.

## *Proximus.*

Præceptum diligendi proximum negatiuum est, cum satis impleatur per hoc quòd illi nullum malum irrogetur, disput. 1. num. 21.

Præceptum dilectionis proximi non obligat ad actum internum, cum non pareat ille proximo sicut Deo, disp. 1. num. 21.

Proximus habet ius ad hoc quòd nec opere, nec corde odio habeatur: quia odium à malo eterno sumit speciem, disp. 35. num. 11.

## *Purgatorium. Vide, Anima.*

## R.

### *Ratihabitio.*

Ratihabitio de præsentia æquiualeat licentiæ expressæ: quia quod non prohibetur, dum possit

# siue libri Compendium.

posset, concedi videretur, disputatione 44. numero 3.

## Regula.

Regula: In dubijs melior est conditio possidentis, solum intelligitur in verè dubiis, non in opinionibus, disput. 44. numero 54.

Regula iuris, In dubio melior est conditio possidentis, & regula, Melior est conditio possidentis, non solum habet locum in materia iustitiæ, sed in qualibet materia virtutis: quia par procedit ratio, disp. 42. num. 7. 8. & 9.

Regula, In dubijs tutior pars est eligenda, locum habet, quando quis dubitat practicè num hinc, & nunc sibi liceat operari, vel minus, tunc est pars securior eligenda, dum non deponitur dubium practicum, disput. 42. numero 11.

Et in hoc casu non est consilium sequi partem tutiorem, sed præceptum, disput. 42. num. 11.

Et in prædicto casu non dicitur quòd tutior pars sit eligenda, seu amplectenda ab operante, quia opposita pars sit etiam tuta, & ista tutior: sed idem est dicere quòd in dubiis eligenda sit pars tutior, atque dicere quòd eligenda sit pars tuta, & secuta, disput. 42. numero 11.

Sensus illius regulæ, In dubijs tutior pars est eligenda, non est quem plures tradunt, videlicet quòd existentibus duabus opinionibus probabilibus, & altera minus tuta, tunc sit consilium sequi partem tutiorem. Nam inter opiniones probabiles vna non potest esse magis tuta quàm alia quoad imputabilitatem, disp. 42. num. 12. & disput. 44. num. 66.

Communiter putantes illas duas regulas, In dubijs melior est conditio possidentis, & In dubijs tutior pars est eligenda, esse diuersas & contrarias, taliter quòd dum vna intrat, alia expellatur, falluntur, cum potius vna sit explicatiua alterius, & mutuo sese iuuent, disp. 42. num. 13.

Regula, Qui tacet, consentire videtur, intelligenda est solum quando tacet in sibi vtilibus, non in nociuis, disp. 44. num. 9.

Regula, Qui causam damni dat, damnum dare videtur, intelligitur siue qui damnum dat potius opererur, suo omittat operari non obstitendo dum tenetur ex iustitia, disp. 47. num. 24.

Regula, Sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus, intelligitur in casibus in quibus causa à culpa separari potest; vt in bigamo, qui prohibetur ordines suscipere propter causam, ob significationem scilicet Christi vnus sponsi cum Ecclesia vnica sponsa, non tamen propter culpam, disp. 48. num. 52.

Regula siue axioma, Casus absens dicitur adesse solum habet verum in fauorabilibus, secus in odiosis: quia fauores sunt ampliandi, disp. 54. num. 28.

Regula, In dubijs semper est fauendum reo, solum intelligitur in verè dubiis, non in opinionibus, disp. 44. num. 52.

## Regularis, vel Religiosus. Vide, Status religiosus.

Regulares Cistercienses ratione voti, vel conuentionis obligantur bis eadem peccata confiteri, disp. 12. num. 3. & disput. 13. num. 4.

Hac ratione fortè obligantur Religiosi Societatis Iesu, dum facultate concessa ad accipiendâ

absolutionem à reuerentis, ad iterum comparandum coram superiori obligantur, aut quia sequuntur opinionem probabilem, disputatione 12. numero 3.

Regulares virtute suorum privilegiorum commutare, vel dispensare possunt vota extra confessionem, disput. 14. num. 2.

Probabile est quòd Prælatus regularium non possit præcipere plures communiones, quàm sint illæ quæ præfixæ sunt ex constitutione, nisi ob aliquam vrgentem causam, disputatione 33. numero 10.

Regularis censens Bullæ Cruciatæ privilegium sibi prodesset ad eligendum confessarium, obligare non potest illum vt confessionem excipiat, nec in hoc casu verificatur quòd confessarius teneatur sequi opinionem pœnitentis, disput. 42. numero 10.

Regulares non possunt voto deuinci ad manifestandos in publicum culpæ grauis defectus: quia talis promissio potius obesset, quàm prodesset ob scandalum, disput. 46. numero 25.

Regulares non possunt constringi lege aliqua suæ constitutionis ad enuntiandos in publicum defectus culpæ grauis, quia talis lex intolerabilis esset, disp. 46. num. 25.

Nec lege aliqua humana sanciri potest religiosos manere obligatos ad manifestandos defectus culpæ grauis superiori in secreto extra Sacramentum pœnitentiæ. Est enim contra ius naturæ quòd obligetur se reum prodere, disput. 46. num. 29.

Possent tamen obligari proprio consensu interueniente, si religio videlicet noller ipsos admittere nisi sub tali conditione: quia iuri suo quilibet potest cedere, disp. 46. num. 27.

Religiosus non potest se obligare ad sui verberationem immanem, & crudelem: quia est contra ius naturæ conseruandi propriam vitam, disp. 46. num. 26.

Regulares possunt se obligare lege suæ Religionis quòd peccata occulta à tertia persona denuntientur secreto superiori: quia iuri suo quicumque potest cedere, disp. 46. num. 28.

Regularis audiens confessiones contradicente suo Prælato, peccat contra charitatem & iustitiam: quia cum sub opinione iaceat, an sint validæ, periculo irritandi illas se exponit, disput. 44. num. 21.

Regularis non eger Episcopi approbatione ad audiendas aliorum regularium confessiones, siue virorum vel fœminarum: quia Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 15. solum approbationem poscit ad audiendas confessiones sæcularium, disputatione 49. numero 2.

Regularis sentiens periculum ruendi in carnalia, si fœminarum excipiat confessiones, peccabit contra castitatem illi periculo se tradens voluntariè: quia ille qui amat periculum voluntariè, peribit in illo. Non tamen voluntarium erit periculum, si illi se committat ex obedientia, disp. 49. num. 3.

Regularis ad excipiendas confessiones aliorum regularium opus est licentia Prælati pœnitentium: quia ille solus potest (præter Summum Pontificem) committere curam suarum ouium confessariis, disp. 49. num. 4. & 5.

Regularis habens Bullam Cruciatam potest eligere regularem alterius Ordinis approbatum à

# Index Rerum,

suo superior, nisi sit impeditus eligere: quia respectu regularis suus superior dicitur Ordinarius, disp. 49. num. 7.

Simplex Sacerdos poterit audire confessiones regularis de licentia Prælati: quia Concilium ad solam secularium confessionem exposcit approbationem, disp. 49. num. 7. & 8.

Dum tamen simplex Sacerdos sit aliàs idoneus, quia illiteratus omnino non potest ministrare confessionem validam: quia fit ab incapaci naturaliter, disp. 49. num. 8.

Regulares Ordinum Militarium possunt de licentia superiore eligere confessarios: etiam si approbati non sint ab Episcopis: quia illi rigorosè regulares sunt, disputatione 49. numero 9. 10. & 11.

Per professionem Regularium Militarium sancti Iohannis dissolvitur matrimonium ratum: quia id statutum est per Pontifices, disputatione 49. numero 10.

Regulares Ordinum Militarium comprehenduntur verè à Bulla Cruciatà nomine, *Regularium*, disp. 49. num. 11.

Equites Christi & Anis in Lusitania, Montefra in Aragonia, & S. Stephani in magno Ducatu Florentiæ sunt rigorosè Religiosi: quia id sanxerunt Pontifices, disp. 49. num. 13.

Regulares obtinentes beneficia curata absque dubio possunt à successore Episcopo examinari: quia id expressit Concil. Trident. sess. 25. cap. 11. disp. 48. num. 2.

Regularis obtinens beneficia curata non est examinandus per viam concursus: quia id: ita observatur, disp. 49. num. 2.

Regulares habent iurisdictionem delegatam ad prædicandum, & auscultandum confessiones. Id expressum est in iure, disp. 48. num. 4.

Ex iure antiquo per solam præsentationem coram Episcopis habebant facultatem regulares excipiendi confessiones: quia id constat ex Clem. *Dudum*, de sepult. disp. 48. num. 5.

Ex iure tamen nouo Concil. Trident. sess. 23. cap. 15. non possunt regulares excipere confessiones nisi sint approbati ab Episcopis, disput. 49. num. 6. & 16.

Improbabilis est opposita sententia: quia falso omnino nititur fundamento, disput. 48. num. 47. & 48.

Mirandum quoddam illam docuerint graues Doctores, disp. 48. num. 21.

Si aliquo modo esset probabilis sententia docens non posse successorem Episcopum examinare regulares ab antecessore approbatos, potius defendi posset id veritatem continere respectu non mendicantium, quàm mendicantium: quia mendicantes habent priuilegium insertum in iure, quoddam habet vim legis, & lex per nouam Concilij derogatur, priuilegium autem non mendicantium non derogatur per legem, nisi fiat expressa mentio, disp. 48. num. 6.

Quamuis aliqui Regulares adepti fuissent post Concil. Trident. priuilegium ad audiendas confessiones sine Ordinarij approbatione, non ob id possent sine examine illas audire, nisi in Concilio facta fuisset expressa mentio priuilegij: quia gesta per Concilia creduntur decerni matura consideratione, disp. 48. num. 10.

Regulares non possunt prædicare in alienis Ecclesijs nisi de licentia Episcopi, in suorum verò

ordinum Ecclesijs sufficit eis examinari à suis superioribus. Id constat ex Trident. sess. 1. cap. 2. disp. 48. num. 16.

Sicut regularis tenetur ex vi Clem. *Dudum*, de sepult. se præsentare coram Episcopis, in quorum territorij Sacramentum pœnitentiæ fuerit celebrandum, sic tenetur se præsentare coram nouo Episcopo in eadem diocesi: quia nouos esse Episcopos in eadem diocesi; vel diuersa, quia accidentarium est, disp. 48. num. 21.

Plures Doctores decipiuntur arbitantes in Clement. *Dudum*, de sepult. dari tantam facultatem regularibus, quantum parochijs; cum solum ibi dicatur, non dari regularibus maiorem, disp. 48. num. 25.

Regularis approbatus ab Ordinario validè absoluet seculares, vel diuersi ordinis regulares habentes Bullam Cruciatam, quamuis tenuat confessarij Prælatus, quia ad validè absoluendum omnia à Concil. Trident. desiderata habet, disp. 48. num. 27.

Peccabit tamen contra obedientiam, si absoluet renuente Prælato, disp. 48. num. 27.

Regulares habent facultatem commutandi vota etiam non habentium Bullam Cruciatam (castitatis, religionis, & vltimarum exceptis) extra confessionem; constat priuilegij eorum, disput. 48. num. 27.

Regulares ad fugiendum nouum examen non se iuuare possunt Latino originali Bullæ Cruciatæ: quia transumptum Hispanicum, quoddam accipit regularis, nihil in eo iuuat, disputatione 48. numero 30.

Regulares superiores peccant saltem contra charitatem si insufficientes religiosos ad confessiones faciunt coram Episcopo præsentari: quia tenentur damna pœnitentium impedire, disp. 48. num. 40.

Regulares etiam Ordinum militarium tenentur etiam nouam examinationem subire: si velint confessiones auscultare, disp. 48. numero 50.

Regularis ex vi facti voti non confert iurisdictionem superiori: quia facta rerum diuisione iurdictio solum residet in Principe, disput. 53. num. 52.

Basilius de Leon oppositum huius docens intelligi debet quoddam subditis conferatur radicaliter iurdictio, disp. 3. num. 52.

Verè Regulares sunt Equites militares: quia tria vota essentialia emittunt, disp. 49. num. 10.

## Reseruatio peccatorum.

Facultas absoluendi à reseruatjs non potest concedi sub onere item idem peccatum coram superiori confitendi: quia quicumque confessarius vltimatè absoluit, disput. 9. num. 6. & disput. 12. num. 3.

Dato quoddam posset concedi facultas absoluendi à reseruatjs cum illo onere comparandi coram superiori; non est verum, quoddam indifferenter possit obligare superior ad narrandum sibi peccata extra, vel intra confessionem, sed determinatè solum potest obligare ad narrandum sacramentaliter, quamuis in electione pœnitentis sit extra Sacramentum peccata manifestare; quia reseruatjo fieri non potest, nisi ordine ad Sacramentum pœnitentiæ, disp. 12. num. 2.

Vis reseruationis in eo sita est, quoddam superior impe

# siue libri Compendium.

impediat ne alius confessarius de tali, vel tali peccato iudicet, non verò in eo quòd peccata semel in confessione iudicata, referentur vltimo iudicio superioris, disp. 12. num. 3.

Qui confitetur in articulo mortis reseruata, non tenetur iterum coram superiore confiteri, si tamen habeant excommunicationem annexam, pro illius vltima sententia tenebitur comparere: quia sic decernitur in iure, disp. 12. n. 5.

In articulo mortis nulla reperitur reseruatio peccatorum: quia repugnaret charitati, & constat ex Trident. session. 14. cap. 7. disput. 12. numero 5.

Articulus mortis non est mathematicè accipiendus, dum est vltimus halitus, sed dum timeatur amissio linguæ, & vsus rationis, & idem si timeatur amissio vsus rationis perpetuò, quamuis mors non timeatur: quia hæc amittere inhabilem constituunt hominem ad iterum confessionem agendam, disp. 12. num. 5.

Quando virtute Iubilæi, vel Bullæ sit absolutio à reseruato habente censuram, non opus erit etiam pro censura iterum coram superiore comparere, quia id operatur Iubilæum, disput. 12. num. 6.

Hæreticus absolutus in articulo mortis pro censura tenebitur coram superiori comparere, etiam si virtute Bullæ facta sit absolutio, quia in Bulla nihil circa hæresim conceditur, disput. 12. num. 6.

Potestas absoluendi à peccatis, & potestas iniungendi pœnitentias immediatè accepit Sacerdos à Christo, disp. 12. num. 6.

Vrgente necessitate communionis habens casum reseruatum, & reseruante non comparente, ad summum tenebitur confiteri peccata non reseruata confessario non habenti potestatem ad reseruatum, disp. 32. num. 10.

Imò in hoc casu probabilius censeo non teneri confiteri non reseruata; cum tunc confessarius absoluere nequeat à reseruatis, & absolutio dimidiari non possit, disp. 32. num. 10.

Si peccatum reseruatum habeat annexam excommunicationem, tunc licèt habeat pœnitens alia peccata non reseruata, illa non tenebitur confiteri Sacerdoti inferiori, cum non possit confessarius impendere absolutionem Sacramentalem, nisi præuia absolutione excommunicationis, quam ipse tunc impartiri non potest, disput. 11. num. 11.

Confessa semel facultate absoluendi à reseruatis etiam pœnitens inualidam agat confessionem coram inferiori, non tenetur confiteri superiori peccata reseruata: nam confessio subsequuta, siue valida siue inualida, non reuocat facultatem semel à superiori confessam, disput. 12. numero 8.

Concessa facultate absoluendi à reseruatis, potest pœnitens si non confiteatur illo anno, sequenti anno confiteri cuiunque inferiori, & ab illo absolui: propter dictam rationem, disp. 12. num. 9.

Habens opinionem probabilem Doctorum ipsum habere iurisdictionem absoluendi à reseruatis, validè absoluitur iuxta plurimorum opinionem: quia sicut propter communem errorem confertur iurisdictione, sic propter opinionem, disp. 44. n. 3. & 4.

At peccare confessarium censeo, nisi de defe-

ctu opinionis certiore reddat pœnitentem, quia periculo irritandi Sacramentum, & frustrandi pœnitentem gratia se exponit, disp. 44. num. 10. 13. & 14.

Simplex Sacerdos potest absoluere in articulo mortis à reseruatis etiam præsentè superiore, qui peccata reseruauit, si defectui opinionis consentiat pœnitens, disput. 44. num. 5.

Quod maximè verum esset, si incepta confessione per simplicem Sacerdotem superueniret superior, qui peccata reseruauit: quia tum præsumitur id velle superiorem, ne grauet pœnitentè bis eadem confiteri crimina, disp. 44. n. 6.

## Residere. Vide verb. Parochus.

Residere cum effectu accipiendum est, quia aliàs inane quid esset, disp. 47. num. 3.

Residere à re, & sedeo derivationem sumit: quia idem est residere, quòd rei exequenda sedere, disput. 47. num. 3.

Idem est inutiliter adesse quòd abesse, disp. 47. num. 4.

## Restituere.

Non restituere est peccatum commissi onis, licèt explicetur per omissionem, quia non restituere idem est quòd retinere, disp. 4. num. 9.

Qui tenetur restituere rem, & dominus est incertus, potest dum pauperibus sit res distribuenda, sibi met pauperi totum, vel partem rei applicare: quia ipse non debet esse deterioris conditionis, quam alij pauperes, disputatio- ne 14. numero 18.

Qui propinquit venenum alicui ad occidendum, & mors de facto sequuta est, etiam si doleat, & faciat quantum in se est ne sequatur, ad restitutionem tenetur; quia iustitiæ virtus restitutionem præcipit quoties res ipsa damnum sequutum fuerit ex causa culpabili, etiam si in se ipso damnum peccatum non sit, disputatio- ne 13. num. 26.

Qui certus est accepisse pecunias mutuo, dubitat verò an satisfecerit, tenetur restituere, aliàs ius certum vinceretur à iure dubio, disputa- tar. 42. num. 9.

Consulens furtum, & dubitans an ex suo consilio sequutum fuerit, tenetur restituere, si de veritate constare non possit: quia possessio stat pro consilio, & dubitatur an ex eo sequutum fuerit peccatum, disp. 42. num. 14.

Non tamen tenetur restituere, si fur aliàs esset determinatus furtum aggredi, quia tunc præsumitur consilium non habuisse influxum in furto, disp. 42. num. 14.

Hoc tamen consulenti debet certò constare, nam si solum dubitaret, an determinatus fuisset, vel non, fur rapinam aggredi, & homicida occisionem, sufficiens nequaquam esset, vt liber ab onere restituendi euaderet: quia possidet consilium, disp. 42. num. 14.

Restituere non tenetur consumens bona fide rem alienam, quamuis postea superueniat dubium, num res fuerit propria, vel non: quia in dubiis melior ex conditio possidentis, disputa- tar. 43. num. 15.

Restituere non tenetur consumens bona fide rem alienam, quamuis postea certò cognoscat rem

# Index Rerum,

rem non propriam fuisse, si in nihilo factus est ditor: quia tunc non constringitur ratione rei acceptæ in se, nec in suo effectu, nec ratione iniuriæ acceptiõnis, disp. 43. num. 16.

Restituere tenetur prudens bonâ fide res furto sublata, si factus est ditor: quia tenetur ratione rei acceptæ in suo effectu, disput. 43. numero 17.

Restituere non tenetur emens à latrone equum bona fide, & vendens postea perseuerante bona fide, quia pretium suum solum recuperavit, & solum tenebitur ad excessum pretij, si pluris vendidit, disputatione 43. numero 18. & 19.

Restituere tenetur famam qui certus de læsione, dubitat de integra satisfactione: quia ius certum vinci non debet à iure dubio, disput. 43. num. 21.

Per nullum tempus licet differre restitutionem, extrane oportunitate restituendi: quia præcepta statim implere tenemur, nisi causa excusans interueniat, disputatione 43. numero 29.

Restituere non tenetur famam, quia tantumdem laesus est ab eo quem iniuriavit: quia iniuriæ mutuo compensantur, disputatione 43. numero 23.

Dubitans aliquem esse in aliquo oppido auctoritate publica infamatum, id inquam dubitans quia afferentibus plurimis fuisse, v. g. flagellarum, contradicunt alij: restituere tenetur, si in alio oppido, vbi nota non erat infamia, illum infamasset: quia tunc varietas illa opinionum versatur circa factum, & opinionem facti sequi non licet: quia magis est dubium quam opinio, disput. 43. num. 24.

Restituere constringitur famam qui publicum peccatum in vno oppido aliis manifestavit, qui peccatum non essent noscitur: quia alijs nunquam daretur casus in quo reperiretur detectio, disput. 43. num. 24.

Licet qui publica auctoritate flagellatur ius habeat iustitiæ, ne à particulari persona flagellorum supplicio feriat, non sic qui publica auctoritate est diffamatus habet iustitiæ ius quoddà à particularibus non diffametur: quia Respublica in punitionem delicti intendit dilacerare famam delinquentis, disp. 43. num. 26.

Fœmina situlans se virginem esse, & ob id extrahens maius pretium, ad restitutionem excessus tenetur: quia fraus non debet illi patrocinari, disp. 29. num. 9.

Dum aliquid restituendum est pro iniuria aliqua facta, non pertinet ad munus confessarij (in quantum talis) taxam designare, sed penitens per se, vel viros doctos discernat quantum sit restituendum, disp. 29. num. 8.

Quando damnum illatum in vita, fama, vel cicatrice non potest in propria specie compensari, faciendâ est compensatio in pecunia: quia id æquitas exposcit, disput. 29. num. 8.

Opprimens solutam tenetur ad restitutionem iniuriæ illatæ: quia quælibet iniuria digna est reparatione, disput. 29. num. 8.

Et forte aliquando ad maiorem, si fœmina corrupta esset melioris conditionis quàm virgo: quia tunc grauior fuit iniuria in esse mortis, disput. 29. num. 8.

Dehorsans virginem per vim ad restitutionem

tenetur, non tamen si ipsa consentiat: quia consentienti nulla fit iniuria, disputatione 29. numero 8.

Qui causa est alicuius damni, restituere obligatur: nisi qui damnum intulit restituat, dantes verò causam damni hoc versiculo comprehendit D. Thom.

*Consilium, consensus, palpo, recursus,  
Participans, minus, non obstant, non manifestans.*

Ad restitutionem tenetur ille qui clam subripit id quod à contrahente acceptum est ultra sortem, arbitrante ex opinione probabili contractum vsurarium non esse. Vide verb. Vsuræ, disput. 44. num. 60.

## Reus.

Reus nullus est nisi qui scelus committit, disp. 1. num. 5.

Reum ad suspendium vel tiremes damnatum iustè, non tenetur quis liberare proprijs bonis: quia iustè patitur, disputatione 4. numero 6.

Reum detentum in carcere iniustè, tenetur quis liberare, sine resistentia tamen illata ministris iustitiæ: quia in extrema necessitate subuenire tenemur proximis, disput. 4. num. 7.

Reo damnato ad mortem famis non tenetur quis cibum ministrare: quia potest quis parere iustæ sententiæ, disp. 4. num. 7.

Probabile est posse iudicem innocentem condemnare, dum tamen esse reum fuerit probatum quia tunc punit vt minister Reipublicæ, Respublica autem non scit illum esse innocentem, disp. 4. num. 7. Imò ad id teneri consent plures, ibid. disput. 8. numero 4. contrariam docent plures, num. 16.

Nullus tenetur se reum prodere: quia id repugnat iuri naturæ, disput. 5. num. 9. & disp. 46. num. 26. & disp. 9. num. 15.

Nullus tenetur se reum prodere etiam si ad id compellatur censuris: quia contra ius naturæ censura non potest ligare, disputatione 46. numero 26.

Reus damnatus ad mortem famis non tenetur cibum sumere: quia potest parere sententiæ iustæ, disp. 10. num. 9.

Reus cuius delictum manet occultum, se prodere potest iudici, vt in eo debitam exequatur punitionem: quia ob bonum virtutis potest permitttere se occidi, disput. 46. num. 19.

Non tamen fas erit se prodere, quando inde scandalum foret alijs exoriturum, quia se manifestare, sine expiandi peccatum, cadit tantum sub consilio, sub præcepto tamen scandalum alijs offerri prohibetur, disp. 46. num. 19.

Reus non potest obligari, quòd videlicet sit executor suæ sententiæ in rebus arduis, quia id inhumanum esset, disp. 46. num. 26.

Reus non tenetur se prodere etiam ad liberandū innocentem, cui delictum à reo commissum imputatur: quia tunc reus possit iudè non influit in mortem innocentis, sed solum permittit uè, potest autem quilibet permitttere alterum occidi, ne ipse perimatur, disput. 46. num. 26.

Reus in causa capitis, tiremijum, exilij, & amissionis bonorū non tenetur respondere veritatem

# sive libri Compendium.

ritatem æquiuocatione reuera, etiamsi præcedente semiplena probatione interrogetur: quia repugnat iuri naturali conseruandi vitam aliquem constringere esse suæ necis authorem, & adducuntur pro hac sententia viginti duo Authores, & alij decem, quos consului, disput. 43. num. 29.

Quod procedit licet sub iuramento interrogetur; quia causa quæ excusat à mendacio, excusat à iuramento, disp. 43. num. 29.

Modus defendendi hanc sententiam non est quem seruant plures, videlicet habere iudicem ius interrogandi ob bonum commune, & esse quoque reo ius non respondendi ob priuatum. Sed negandum est ius esse iudici interrogandi: quia si habet ad interrogandum, imperceptibile est reum habere ad negandum, disp. 43. num. 30. 31. & 32.

Reo interroganti confessarium, num teneatur manifestare delictum semiprobatum, potest confessarius respondere iuxta opinionem aliorum sententiam non esse constrictum manifestare delictum, quamuis ipse confessarius oppositam sustineat opinionem: quia potest quis aliorum opinionem sequi propria reiecta: ergo à fortiori poterit illam consulere, disputatione 43. num. 42.

Reus si interroget confessarium, an sit aliqua opinio quæ tutam reddat conscientiam, quamuis delictum semiprobatum non manifestet, teneatur confessarius declarare adesse talem opinionem: quia ad confessarii munus attinet manifestare penitenti in quibus rebus peccet, vel non, & sequendo reus illam opinionem non peccabit, quamuis delictum non detegat, disp. 43. num. 42.

Reus dubitans an legitime interrogetur, teneatur veritatem aperire: quia iudex interrogandi ius possidet, & à dubio iure subditi vinci non debet ius certum iudicis, disputatione 43. numero 28.

Iudex debet punire reum iam emendatum, si accusetur: quia Reipublicæ exhibenda est satisfactio, & ne alij exemplum delinquendi nanciscantur, disp. 43. num. 38.

Reus in causa sanguinis in semiprobatum delicto potest celare veritatem siue ex officio procedat iudex, siue ad partis instantiam: quia semper perseuerat ius naturæ in reo conseruandi vitam, disp. 43. num. 29.

Siue iudex procedat ad pœnam spirituales communicationis, &c. quia hæc magis nocet quàm corporalis, disp. 43. num. 29.

Non potest præcipere iudex quod reus capitis damnatus non fugiat à carcere, nec quod coram se compareat, nec quod fame pereat: quia id repugnat iuri naturæ conseruandi vitam in reo, disp. 43. n. 32.

Nimis prodest Dei obsequio reos notitiam conseruare opinionis, quod videlicet in causa sanguinis non sint obstricti iudici crimen fateri: quia ob vitæ conseruandæ cupiditatem non renuent diffiteri, satius ergo erit ipsos sic se gerere niteres opinione probabili, qua excusentur à peccato, disp. 43. num. 36.

Nec inde scandala inter reum & iudicem exoriuntur: quia iudex sua opinione nixus interrogat, & reus suæ fidens desitetur, disput. 43. numero 36.

Semiplena probatio non tribuit iudici ius interrogandi reum in causa capitis, sed interrogandi testes de reo nominatim, disputatione 43. numero 38.

Ex eo quod reus semiprobatum delicti sanguinis veritatem celet, non perit bonum commune, & ob id cum iactura vitæ non tenetur tunc illi cauere, disp. 43. num. 41.

Authores sententes reum obstrictum esse veritatem aperire in semiprobatum delicto capitis, oppositam opinionem sponte sectarentur, si ipsi delinquentes in causa sanguinis inuenirentur: quia amor conseruandæ vitæ querit vias quibus indemnitas euadat, disp. 43. num. 43.

Iudex arbitrans sibi nefas esse torquere reum in causa capitis præhabita semiplena probatione, adhuc opposita opinione suffultus torturæ illum subicere poterit: quia licitum est alienam opinionem sectari, disputatione 43. numero 34.

Leges sancientes posse torqueri reum ex semiprobatum delicto, authores illud sententes sunt imitandæ, nec ob id probabilitatem oppositæ sententiæ destruunt, disp. 43. num. 35.

Si in aliquibus Prouincijs vigeat mos non puniendi reum in causa capitis, nisi ipse crimen manifestet, quamuis sit plene probatum delictum, non tenebitur reus manifestare: quia nullus potest constringi esse suæ necis authorem, disp. 43. num. 33.

Licet reus negens veritatem non necetur, non ob id omnino impunitum euadit delictum: quia torqueretur, incarceratur, & compedibus detineretur, disp. 34. num. 32.

## Rex.

Rex in suo regno potest legem præscriptionis condere: quia cura regni illi incumbit, disp. 48. num. 59.

An Rex possit gerere bellum contra alium Regem ex opinione probabili, quinam sint videntur, disp. 44. n. 55.

Omnes illi non exactè difficultatem expli- cant, disp. 44. num. 56.

Dum Rex instrumenta & scripturas habet, & testes quibus probet regnum ad se pertinere, & alter similiter Rex, ius sibi competere instrumentis, & cæteris probat, non potest bellum indici: quia ex opinione probabili facti nullus potest operari, cum illa non distingatur à vero dubio, disp. 44. num. 56.

Dum Rex opinione iuris fulcitur, videlicet, quod in tali euentu alter Rex pro tyranno habetur, & spoliari potest, fas erit illi bellum gerere: quia ex opinione probabili iuris licet cuique operari, disp. 44. num. 57.

Bellum interuenit inter respublicas, seditio inter priuatas personas, & ob id hæc est intrinsicè mala, non bellum, disp. 44. n. 57.

Seditio opponitur paci, bellum verò illarum tendit, disput. 44. num. 57.

Rex habet ius propulsandi iniuriam sibi factam materialiter, quamuis cognoscat iniuriam irrogantem non committere crimen: quia ducatur ignorantia inuincibili, vel probabili opinione: quia cuiuslibet iure naturæ concessum est ius suum illæsum conseruare, disputatione 44. numero 66.

# Index Rerum,

S.

Sa.

**M**anuel Sás, insignis Religionis Societatis Iesu filius, disput. 46. num. 9.

## Sacerdos.

Sacerdotes bona intentione nunquam celebrantes à peccato etiam venialia excusantur, disput. 7. num. 16.

Si scandalum oriretur ex nulla, vel rara Sacerdotis celebratione, obligatio adesse celebrandi, disput. 7. num. 16.

Præceptum celebrandi iniungitur Sacerdotibus in communi illis verbis Christi: *Hoc facite in meam commemorationem*, disputatione 7. numero 16.

Non tenetur Sacerdos duodecies in anno celebrare sub mortali, ut censuit Nuño, disputat. 7. num. 17.

Omnes Sacerdotes quoad potestatem actiuam iurisdictionis sunt pares, quamuis non omnes habeant applicatam materiam, disput. 12. numero 3.

Omnes Sacerdotes à Christo habent potestatem absoluendi, & ab hominibus applicatur materia, disput. 12. num. 3.

Sacerdotes potestatem absoluendi à censuris accipiunt ab homine, scilicet à supremis Pastoribus, disput. 12. num. 3.

Sacerdotes dicuntur regale Sacerdotium, & gens sancta, disput. 22. num. 1.

Ex Sanctis quamuis aliqui à celebratione Missæ semper abstinuerint ob reuerentiam Sacramenti, non ob id imitandi sunt à Sacerdotibus; quia plurima Spiritus sancti instinctu operati sunt Sancti præter communem legem, quia si deficiat, lex communis sequenda est, & non est fingendum facile Spiritus sancti instinctum pro nunquam celebrando adesse, disput. 22. num. 17.

Ex Sanctis plures quotidie celebrant, & non est maior ratio quare non celebrantes, quam celebrantes sint imitandi, disputatione 22. numero 17.

Sacerdotes consecrantes cum inaduertentia naturali, non ob id indecenter consecrare dicendi sunt; quia in ingoluntariis non reperitur indecentia, disput. 22. num. 36.

Illia verba: *Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis*, non solum ad Sacerdotes diriguntur, sed etiam ad laicos sacram Eucharistiam suscipientes; tunc enim etiam representatur passio Christi, disput. 25. num. 5.

Sacerdos non legitime impeditus omittens celebrare, quantum in ipso est, priuat sanctam Trinitatem laude & gloria, Angelos lætitia, peccatores venia, iustos spiritali subsidio & gratia, existentes in Purgatorio refrigerio, Ecclesiam spiritali beneficio, seipsum medicina & remedio, disput. 25. num. 12.

Sacerdos celebrans ex malitia cum conscientia peccati mortalis non tenetur quamprimum fieri possit confiteri, nec in hoc casu loquitur Concil. Tridentin. disputatione 32. numero 12. Vide horum sequentium rationem in verb. Eucharistia.

Nec quando ex obliuione desit confiteri aliquod mortale, disput. 32. num. 12.

Bene tamen si in Parafceue celebret, aut Missam alterius post consecrationem perficiat: talis enim Sacerdos tunc verè celebrat ut minister Ecclesiæ, disput. 32. num. 13.

Tenebitur statim confiteri Sacerdos celebrans non præmissa confessione ob inopiam confessarii, quamuis cum solis peccatis mortalibus interioribus celebrasset, disputatione 32. numero 14.

Celebrans absque præmissa confessione, si ante consecrationem recordetur criminis mortalis, non tenetur quamprimum confiteri, disput. 32. num. 15.

Sacerdos simulans se consecrator, & non consecrans, ne indignè Eucharistiam sumat, maximum sacrilegium committit, disputatione 35. numero 4.

Et grauius peccat simulans se consecrator, quàm si in mortali Eucharistiam sumeret, disput. 35. num. 4.

## Sacramentum. Vide, Opinio.

Sacramenta moraliter causant gratiam, disput. 16. num. 6.

Sacramenta nouæ legis id efficiunt quod significant, disput. 16. num. 7.

Qui solum ponit obicem effectui secundario Sacramenti, non dicitur propriè appouisse obicem Sacramento, disput. 23. num. 21.

Gratia auxilians Sacramentorum non semper datur tempore quo suscipiuntur, sed alio tempore quo illa gratia indiget homo, vel ad vincendas tentationes, vel ad aliquod opus virtutis agendum, disput. 23. num. 43.

Sacramentum Eucharistiæ in hoc mundo peccata relaxat, in Purgatorio poenas alleviat, in celo gloriam augmentat, disputatione 25. numero 5.

In opinionibus ad Sacramenta pertinentibus, semper est eligenda illa quæ fauorabiliter est suscipienti Sacramentum: quia Christus Sacramenta instituit in fauorem Fidelium, disput. 27. numero 15.

Fictio in Sacramentis valde perniciofa & excreanda est, disput. 35. num. 1.

Sacramentum Confessionis nunquam datur informe: quia si peccatum interuenit in susceptione, inualidum redditur; si non, fructuosum existit, disput. 8. num. 8.

Nolle uti forma consueta ab Ecclesia in administratione Sacramentorum sacrilegium erit, disput. 44. num. 26.

In materia Sacramentorum tollit Ecclesia iam libertatem eligendi opiniones absque virgente causa, quia ab ipsa determinatur opinio quam debeamus sequi, utendo videlicet talibus verbis pro forma, & non aliis, & tali re pro materia, & non alia, disput. 44. num. 26.

Forma illa: *Baptizo te in nomine Genitoris, &c.* poterit quis uti si minaretur mors, nisi illa vteretur, quia cum dispendio vitæ nemo tenetur in fauorem alterius securiorem sequi opinionem, disput. 44. num. 12.

Quando opinio aliqua fauorabilis est Sacramento, v. g. quod absolutio non impendatur ostendenti solum signa doloris, & alia opinio est fauo

# siue libri Compendium.

favorabilis suscipienti, v. g. quod in predicto casu absolutio detur, semper eligenda est opinio quæ fauet suscipienti Sacramentum, quia Sacramenta instituta sunt in fauorem Fidelium, disp. 44. num. 35.

Episcopi ministrantes per semetipsos Sacramenta maximum exemplum Parochis exhibent, vnde illud animaduertenter B. Carolus Borromeus, & Christophorus Rojas Archiepiscopus Hispanensis per semet Sacramenta ministrabant, disp. 46. num. 4.

Sequens opinionem probabilem, in materia Sacramentorum relicta sententia certa, peccat contra Religionem, & contra charitatem, disp. 44. num. 10. & 13.

## Sacra Scriptura. Vide *Judicem* particularem.

Sacra Scriptura habet plures sensus literales, disp. 22. num. 49.

Hyperbolicæ loquutionis tam in diuinis, quam humanis adducuntur plura exempla, disputat. 5. num. 11.

## Sacrificium.

Sacrificij Missæ essentia consistit in consecratione, disp. 33. n. 13.

Quodd melius sit obedire quam sacrificare, intelligendum est quando obedientia cadit sub præcepto, sacrificare verò sub consilio, disputat. 31. num. 8.

Accipiens stipendium pro Missa, & applicans pluribus, peccat contra iustitiam: quia se exponit periculo defraudandi fructu aliquo Missæ cum quia stipendium obtulit, disputatione 44. num. 13. §. *Ex his inferitur.*

## Sacrilegium.

Sacrilegium maximum est porrigere hostiam non consecratam loco consecratæ ad vitandum sacrilegium suscipientis: quia exponitur creatura adoranda loco Creatoris, disputatione 35. numero 3.

Eidem erit, si Sacerdos simulet se consecrare, & non consecret ob vitandum sacrilegium in se ipso, disp. 35. num. 4.

Sacrilegium grauius peccatum est quam iniustitia: quia perfectiori virtuti opponitur, disp. 42. num. 7.

## Sanctus.

Sancti Beati qui tamen aliquo actuali peccato fuerint polluti, iudicabuntur iudicio discussionis, disp. 7. num. 7.

Sancti nullo peccato actuali affecti non iudicabuntur iudicio discussionis, sed laudationis: quia discussio non fit nisi discernendo bonum à malo actuali, disp. 7. n. 8.

Paruuli non baptizati non iudicabuntur iudicio discussionis, sed damnationis: propter eandem rationem, disp. 7. num. 9.

Non solum materia Sanctorum, sed & peccata reuelabuntur in extremo iudicio: quia conducit id ad maiorem Dei, & illorum gloriam, disputat. 7. num. 7.

*Sanchez Selecta.*

Sanctis nullus adueniet pudor, sed potius gaudium, quod illorum crimina in extremo iudicio reuelentur: quia conspiciantur inde Diuinam misericordiam exaltari, disputatione 7. numero 7.

Licetum fuit quibusdam Sanctis, scriptis sua peccata nobis propalare, quia cum constet illos sanctè egisse extremum vitæ, potius ad penitentiam exemplum, quam perditionis ducimur ex cognitione suorum peccatorum, disputatione 46. num. 21.

## Scandalum.

Ab operibus consilij non tenetur quis abstinere ob vitandum scandalum ortum ex malitia, disp. 37. num. 10.

Ab operibus consilij tenebitur quis abstinere semel, & iterum ob vitandum scandalum ortum ex infirmitate, vel ignorantia: quia sine graui iactura nostra constringimur bono spiritali proximi providere, disp. 37. num. 10.

Illud quod habet speciem mali vitandum est, etiam ob vnus personam vitandum scandalum: quia etiam vnus anima diligenda est charitate, disp. 10. num. 15.

Quando scandalum oritur ex taciturnitate, extrat obligatio excusandi falsa testimonia alicui imposita: quia vitare scandalum actiuum semper obligamur, disp. 46. n. 6.

Indè in hoc casu exoriundi scandali extrat obligatio negandi delictum verè commissum: propter eandem rationem, disp. 46. num. 10.

Quando audientes crimina neutiquam scandalum sunt passuri, vel quia virtuosi sunt, vel adeò vitio dediti, vt nullatenus inducantur ad ea perpetranda ex manifestantis delicta relatione, seu non excusatione minime committitur scandalum delicta proferendo: quia tunc non offertur occasio ruinæ, disp. 46. num. 11.

Peccans publicè tenetur fateri circumstantiam illam scandali ratione periculi cui se incitandi alios suo prauo exemplo exponit, disputat. 46. numero 11.

Nulla est obligatio vitandi scandalum passiuum, quando interuenit aliqua legitima causa non cessandi ab opere, ex quo oritur tale scandalum: quia tunc non offertur occasio ruinæ, sed ab alijs sumitur, disp. 46. n. 17.

Maximè cauendum est confessario facultarem exhibere penitenti conclamandi sua peccata publicè sine humilitatis, & confusionis, aut excusandi in se maximum dolorem: nam timeri potest satis probabiliter scandalum, disp. 46. n. 22.

Secundum se loquendo illicite ageret qui in cubiculum suum includeret sceminas impudicas, vt illa infamia effugeret Episcopatus dignitatem: quia nullo bono fine fas est occasionem alijs scandali actiui offerre, disp. 46. n. 20.

Licetum fuit quibusdam Sanctis, scriptis sua peccata nobis propalare: quia cum constet illos sanctè egisse extremum vitæ, scandalum in se non oritur ex cognitione illorum peccatorum, disputat. 6. num. 21.

Simos est in aliquibus Religiosis, quod scilicet defectus culpæ gravis ex scilicet superioris denuntientur à Religiosis publicè, minus consultius est: quia ex eo oriri potest scandalum, disp. 46. num. 23.

# Index Rerum,

Quando scandalum esset oriundum ex non executione defectuum falsè impostorum contra consilia, perfectius erit se excusare, quia æquum est non offerre occasionem transgrediendi consilia, disp. 46. num. 29.

Quando alicui imponerentur falsè defectus de rebus non mortaliter malis, sed negligentia; aliorum, perfectus erit non se excusare, nisi scandalum inde suboriatur, disputatione 46. numero 30.

Iudex debet punire delinquentem iam emendatum, ut satisfaciatur Reipublicæ, & ne alij malum exemplum atripiant delinquendi, disput. 43. num. 38.

Scandalum est offerre malum exemplum ad culpas committendas, non est rumor, qualiter vulgus existimat, disp. 48. num. 45.

Ob corrigendum proximum, omittendum est opus consilij, non tamen ob vitandum scandalum proximi: quia de corrigendo extat speciale mandatum, non de vitando scandalo, disput. 37. num. 10.

## Scientia.

Scientia habita ex confessione non potest quis vti ad externam gubernationem, quia ex eo pudor & erubescencia aduenit pœnitenti, disput. 8. num. 10.

Scientia & fides de eodem obiecto essa non possunt simul ex sententia plurium: quia obscuritas & claritas opponuntur, disputatione 26. numero 7.

Scientia maior, seu discretio requiritur ad suscipiendum debitè Sacramentum Pœnitentiæ, quàm Eucharistiæ. Vide Eucharistiæ, §. 4. disp. 26. num. 4.

Scientia priuata potest vti iudex ad absolendum innocentem in causa mortis, exilij perpetui ad remoras reitras, carceris perpetui, vel tristemium perpetuarum: quia iudex potest frui opinione probabili, disp. 8. n. 16.

## Scrupulosus, & Scrupulus.

Scrupuloso non solum est licitum contra conscientiam scrupulosam operari, verum aliquando est sub præcepto: verbi gratia, si ex anxietate scrupulorum notabile damnum saluti obuenerit, aut si retraheretur scrupulosus à confessione, vel communionis sub præcepto obliganti, & Missæ interesse in die festo, licet aduersus eam scrupulis infidelitatis vexetur, disputatione 41. num. 7. & 8.

Scrupulosus nisi obtenebratam haberet rationem, nullo vrgentiori argumento posset se vincere, quòd in actionibus suis non peccat, quàm sentite maximo affici dolore, eò quòd crimen committere se cogitat, disputatione 41. numero 11.

Scrupulus vel est infirmitas, vel stultitia, vel erux inscripta à Deo, disp. 41. num. 13.

Scrupulus quando est stultitia, incurabilior est ac quando est infirmitas: quia tunc defectus est naturalis, disput. 41. n. 13.

Vexatis scrupulis an præterita peccata confessio sin, vel non, conuenit à reiteratione confessionum cessare, disp. 41. num. 14.

Scrupulosus spinus necessarium est scrupulis

etahi, an peccata grauiora sint confessio, vel non, quàm an mortalia non adeo grauiora, quia grauiora minus obliuiscuntur quin confiteantur, disput. 41. num. 17.

Nec scrupulosus opus est ut possint licite cessare à reiteratione confessionum peccatorum olim confessionum, expressè recordari ea fuisse confessio: quia illud esset moraliter impossibile, disp. 41. num. 18.

Si confessio aliqua nulliter fuit facta, & alia intermedia cum dolore, proposito sufficienti, & naturali obliuione nullitatis præterita confessionum, postea reminiscens pœnitens illius, non tenetur confessiones intermedias reiterare, sed illam quæ fuit nulla & peccata tunc confessio: quia confessio quæ semel validè facta est, semper valorem conseruat, disp. 41. num. 19.

Infamant Sacramentum Pœnitentiæ reiterationes illud ob solos scrupulos, disputatione 41. numero 20.

Non decet scrupulosos ob vitandos scrupulos moribus capitis, aut alterius membri gestire: quia id est fouere scrupulos, disput. 41. num. 22. & 33.

Liberi à scrupulis recedant à scrupulosus, ne ab eis inficiantur, disp. 41. num. 23.

Attentio ad scrupulum vitandum, scrupulum patit, disp. 41. num. 22.

Quamuis scrupuloso certum non sit, an scrupulum vel dubium patiat, sufficit ei ut non peccet, quòd sit probabile scrupulum habere, disput. 41. num. 26.

Scrupulosi occupantes suam mentem ad hoc quòd velint esse intenti, & attenti, potius consequuntur distractionem quàm attentionem: quia conatus ad attentionem illos cruciat & distrahit, disp. 41. num. 22.

Scrupulosus ferè semper euenit scrupulosus quòd distinguere nequeant inter cogitationem rei iniqum, & illius consensum; & quoties de iniquitate inuoluntariè cogitant, disput. 41. numero 24.

Conscientia scrupulosa erronea est, non secundum rem, sed secundum scrupulosi iudicium, disp. 41. num. 26.

Magis contemnendi sunt scrupuli infidelitatis, vel blasphemiarum, quàm illi qui exoriuntur circa materias carnem, & sanguinem sequentes, cum ad hæc peccata maior sit procliuitas quàm ad infidelitatem: verum scrupulosus nec circa vnam materiam, nec erga aliam scrupulos metuat, disp. 41. num. 28.

Etiamsi scrupulosus affirmet, data opera, maturo consilio, non subitò, sed ex proposito, & re attentè perspecta, mysteria Fidei examinasse vera ne essent, vel non, credat non amisisse Fidem, quia talis examinatio scrupulosa est, disputatione 41. numero 28.

Illud à confessario obseruetur pro horum remedio, disp. 41. n. 28.

Exprobrandi sunt scrupulosi in Fide tanquam patum fidentes Diuinam potentiam præstò esse omnibus nolentibus Fidem deserere, disput. 41. num. 29.

Scrupulizantes in Fide, oportet monere tantum abesse in Fide deficere, quòd potius in illa magis radicentur, disp. 41. n. 29.

Comparantur hi portantes vexillum tempore procellantis ætris, qui submituntur manibus

# siue libri Compendium.

& pedibus, virgam pectori hærentes, ne eripiat ab aëre, sic scrupulosi in fide magis nituntur Fidem conseruare, disp. 41. num. 29.

Comparantur illis, qui fruuntur perspicacitate oculorum, & vti decernunt anteculis, experiuntur tamen tunc minus videre, qui tamen ex eo, nec anxietatem capiunt, nec animi turbationem patiuntur, sed anteculis deiectis sua acuitate oculorum vti eligunt. Eodem sanè modo qui obtenebrati intellectus lumen circa mysteria fidei experti fuerint, non id euenire opinentur à Fidei defectu, sed à scrupulorum anteculis, disp. 41. num. 30.

Licet in potestate scrupulosi non sit, non tangi à cogitationibus infidelitatis, liberum tamen est illi non turbari ex eo. Hoc aduertant confessarij: nam se turbari contendunt scrupulosi ad continuationem suorum scrupulorum, dicentes in sua potestate non esse ab scrupulis cessare, disp. 41. num. 30.

Scrupulosi conuenit versutias dæmonis non timere, disp. 41. num. 31.

Aliquando expedit confessariis consentire cum scrupulosi, & dicere illis, demus esse peccatum quod modò confiteris, absolua te ab illo, non turberis: nam per Sacramentum peccata delentur, disp. 41. num. 31.

Præceptum Fidei non obligat per se, nisi semel fortè in vita, n. 32.

Pudeat hoc scrupulosos molestare confessarium suis delirijs & stultitijs, disputatione 41. numero 34.

Scrupulis contra Fidem molestari, non est grauem tentationem contra Fidem pari, vt scrupulosi opinantur, sed grauem stultitiam habere, vel crucem à Deo, disp. 41. num. 32.

Inter labores confessarij nullus est maior, quam cum scrupulosi contendere, disputat. 41. numero 35.

## Sepultura.

Excommunicatis non toleratis non est concedenda sepultura Ecclesiastica donec absoluantur quoad effectum illos sepeliendi: quia sic decernunt iura, disp. 36. n. 1.

Olim ante Extrauag. *Ad euitanda*, denegabatur sepultura Ecclesiastica excommunicatis etiam toleratis, disp. 36. n. 1.

Morientibus in duello solemniter denegari debet sepultura Ecclesiastica, disputatione 36. numero 5.

Morientibus in cornibus tauri, & adulteris deprehensis in adulterio, & interfectis à marito, & rixantibus & mutuo se occidentibus, conceditur iam sepultura Ecclesiastica, quamuis nulla signa poenitentiae tradiderint: id liquet consuetudine, disp. 39. num. 3.

Non tamen erit concedenda his, si euidenter constaret impoenitentes vitam finisse: quia non debet honorari corpus illius cuius anima rationabiliter præsumitur esse in inferno, disputat. 36. num. 4.

Se suspendentibus, aut alia via occidentibus, non potest dari sepultura Ecclesiastica: quia impoenitentes decedunt, disp. 36. num. 4.

Quamuis concedamus cum aliquibus, denegandam esse sepulturam Ecclesiasticam omnibus peccatoribus publicis absque signis poenitentiae

decedentibus, id tamen verum non erit, si peccator inueniretur mortuus manibus in caelum leuatis, aut imaginem Christi, vel Sancti amplexans, dummodo non præsumatur ab amicis talia signa poenitentiae fuisse disposita iam mortuo, sine quò illi non negaretur sepultura, disp. 36. numero 4.

Peccatori publico cui denegata fuit Eucharistia, debet negari sepultura Ecclesiastica, disp. 36. num. 4.

Si verò post denegationem Eucharistiae signa poenitentiae ostenderit, etiam coram vno teste, concedi debet sepultura Ecclesiastica, cum iam cesset præsumptio impoenitentiae, disp. 36. numero 4.

Quamuis peccatoribus publicis ostendentibus signa poenitentiae non sit deneganda Eucharistia, concedenda tamen non est decedentibus in duello, quamuis in loco conflictus sacramenta Poenitentiae, & Eucharistiae suscepissent: quia id deducitur ex mente Concil. Trident. & docet Paul. V. in rituali, rubr. de exequijs, fol. 144. disp. 36. num. 7. & 8.

Si tamen in duello debellantes ex loco conflictus vini deportarentur alibi, & tunc ostendissent signa poenitentiae, priuandi non essent sepultura Ecclesiastica: quia iam non verificatur quòd in ipso conflictu decesserint, disputatione 36. numero 9.

Adultus qui baptismum petit, & signa dolentis ostendit, non est humandus in loco facti, si de facto non est baptizatus: quia vsque dum baptismum suscipiat, non est filius visibilis Ecclesiae, disp. 44. num. 48.

Concedens tamen erit, vt talis non tradatur pueris ad ipsum lapidandum, & distrahendum per calles, cum inter cupientem baptismum, & illum respuentem differentia sit seruanda, disp. 44. num. 48.

Infideli non baptizato, patienti tamen pro fide Christi mortem, concedenda est sepultura Ecclesiastica: quia per martyrium satis ostendit quis se esse filium Ecclesiae, disputatione 44. numero 49.

Quando non est euidenter notum aliquem decessisse in duello, Parochus non debet illi publice denegare sepulturam, quia publica poena non est infligenda, nisi publicæ culpæ, disp. 36. num. 12.

Si Parochus sciret posse per testes probari sufficienter aliquem in duello decessisse, antequam sepeliatur defunctum, debet remittere causam Ordinario, vt facta summaria informatione sententiam ferat: quia Parochus est executor minister illius legis priuantis sepultura decedentes in duello, & ideo ex officio incumbit illi legis obseruationem procurare disp. 36. num. 13.

Quibus personis debet denegari sepultura Ecclesiastica docet, & paucis explicuit S. D. N. Paulus V. in rituali, Paganis videlicet, Iudæis & omnibus infidelibus, hæreticis & eorum fautoribus, apostatis à Christiana Fide, schismaticis, publicis excommunicatis maiori excommunicatione, interdictis nominatim, & iis qui sunt in loco interdicti eo durante, seipsos occidentibus ob desperationem vel iracundiam, (non tamen si ex insania id accidat) nisi ante mortem dederint signa poenitentiae, morientibus in duello, etiam si ante mortem dederint poenitentiae signa, manifestis

# Index Rerum,

de publicis peccatoribus, qui sine pœnitentia perierunt, disp. 36. num. 13.

## *Sigillum.*

Sigillum confessionis non solum frangitur per commissionem efficiendo opus manifestarium secreti, sed etiam infringitur per omissionem, ut si confessarius interrogaretur, reputetne Mariam honestam esse, & taceat, aduertens ex taciturnitate suspicionem generandam fore, disputat. 35. num. 10.

Non solum peccata, sed omnia ab illis dependentia cadunt sub sigillo confessionis, disp. 1. num. 29.

Sigillum confessionis leditur, si ad externam gubernationem quis utatur scientia habita in confessione: quia ex eo pudor, & erubescencia aduenit pœnitenti, disputatione 8. numero 9.

Si fœmina accedat ad confessarium animo alliciendi illum ad lasciuiam, non tenetur seruare secretum: quia talis non fuit confessio, sed illius simulatio, disp. 11. num. 8.

## *Sadomia. Vide, Copula.*

### *Solicitatio in Confessione ad venerea.*

Si fœmina sollicitat confessarium, & ipse rem habet cum illa, non tenetur denuntiare: tenebitur tamen si mutato animo fœminæ in in melius, confessarius tunc sollicitaret, disputatione 11. numero 8.

Sollicitans virum in confessione denuntiandus est, disp. 11. num. 12.

Licet lex prohibens sollicitationem fœminarum in confessione sit pœnalis respectu confessarij, respectu tamen Sacramenti est fauorabilis, & ideo extendenda, disputatione 11. numero 12. & 13.

Præceptum denuntiandi confessarios sollicitantes fœminas in confessione, non solum est positium larum ab Inquisitoribus, sed etiam naturale, quo constringitur quilibet damna reipublice impedire, disp. 11. num. 17.

Ob violationem præcepti positui, non denuntiandi confessarios sollicitantes in confessionibus, incurritur excommunicatio lætæ sententiæ, non tamen ob violationem præcepti naturalis, disp. 11. num. 17.

Præcepto posituo mandante intra certum terminum fieri denuntiationem, præceptum naturale non obligat ante illum terminum denuntiare, nisi maius timeatur damnum reipublicæ, disp. 11. num. 17.

Quando præceptum naturale, & posituum imperant denuntiationem fieri, solum vnicum peccatum committitur denuntiationem omitendo: quia illa duo præcepta respiciunt eandem virtutem, disp. 21. num. 17.

Confessarius sollicitans fœminas in confessione, peccat contra charitatem, religionem, & pœnitentiam, disp. 11. num. 17.

Ex Bullis Pij IV. & Clementis VIII. non datur præceptum fœminis sollicitatis denuntiandi confessarios sollicitantes; sed solum tribuitur iurisdictione Inquisitoribus huiusmodi delicta puniendi; mandatum autem denuntiandi solum

nasceatur ex edicto Inquisitorum. At iam ex decreto Gregorij XV. mandatum denuntiandi haberetur, disp. 11. num. 20.

Bulla Pij IV. solum Hispaniarum Regnis fuit concessa, Bulla verò Gregorij XV. ad omnes Orbis partes dirigitur, disp. 11. num. 20.

Confessarij verba amatoria fœminis in confessione, siue immediatè antè vel post dicentes, aut signis vel tactibus ad venerea inducentes, denuntiandi sunt ad Inquisitionis Tribunal, disp. 11. num. 21.

Confessarius sollicitat immediatè antè ad confessionem, quando fœminæ dicenti sibi velle confiteri dissuadet in ordine ad venerea, disputat. 11. num. 49.

Si tamen fœmina diceret se velle castro confiteri, & tunc dissuaderet, propriè non dicitur sollicitator, disp. 11. num. 49.

Confessarius immediatè post ad confessionem sollicitat, quando peracta ipse ad nihil aliud se diuertit vel fœmina, disputatione 11. numero 49.

Sollicitare ad venerea, & immediatè ministrari confessionem per accidens, non est propriè sollicitare immediatè ad confessionem, sed solum quando suspicatur confessarius fœminam velle confiteri, & dissuadet, disp. 11. num. 49.

Quamuis intra genus luxuriæ vellicare fœminam, vel premere pedem, vel mamillas range-re, animo ibi sistendi peccatum veniale sit, si ea agantur tempore ministrandi Sacramentum, vel immediatè antè vel post, mortalia peccata sunt, & confessarius denuntiandus, disput. 11. numero 22.

Confessarius ad furtum vel homicidium sollicitans, non est denuntiandus ad Inquisitionis Tribunal, ex vi Bullæ Pij IV. erit tamen si fortè sub alia ratione generali suspectus de hæresi iudicetur, disp. 11. num. 23.

Confessarij ad nefarium congressum vel mollicitiem fœminas sollicitantes denuntiandi sunt, disp. 11. num. 23.

Si fœmina inducat confessarium ad carnale flagitium, ipse non tenebitur fœminam denuntiare, disput. 11. n. 24.

Si fœmina sollicitet confessarium, & ipse consentiat, non incidit ipse in pœnas Breuis, disp. 11. num. 25. & 30.

Si fœmina sollicitet ad concubitum naturalem, ipse tamen confessarius reprobocet ad nefandum, denuntiandus erit, disputatione 11. numero 27.

Si fœmina sollicitet confessarium ad sodomiticum concubitum, & confessarius renuat, sollicitet tamen ad naturalem, denuntiandus erit, disp. 11. num. 28.

Si fœmina sollicitet ad copulam, & confessarius renuat, intendens solum tactibus se oblectare, denuntiandus erit, disputatione 11. numero 29.

Si fœmina sollicitet confessarium, & dolore tacta voluntatem muret, tunc si confessarius sollicitet, denuntiandus erit, disputatione 11. num. 29.

Confessarius arte inducens fœminam in somnum, quo sopitam illam agnouit, denuntiandus est, disp. 11. num. 31.

Confessarius tribuens fœminæ chartam continentem sollicitationem, quamuis non statim legendam

# siue libri Compendium.

legendam exhibeat, denuntiandus erit, disp. 11. num. 32.

Confessarius lasciuè obiurgans suam concubinam, Hispanè, *si la pidieffe zelos lasciuos*, in confessione vel immediatè ante vel post, denuntiandus erit, disp. 11. num. 32.

Si morbo aliquo fuisset somno sopita fœmina, & illam carnaliter cognosceret confessarius, non erit denuntiandus, disp. 11. n. 32.

Episcopi sollicitantes non sunt denuntiandi ad Inquisitionis Tribunal, disp. 11. n. 33.

Poterunt tamen Inquisitores testium depositiones excipere Apostolicæ Sedi remittendas, disp. 11. num. 34.

Episcopi electi solum subditi sunt Inquisitionis, & ideo denuntiandi, si sollicitauerint, disp. 11. num. 35.

Laici fingentes se Sacerdotes confessiones excipientes, & sollicitantes non sunt denuntiandi ratione sollicitationis, bene tamen ob simulatum sacerdotium, disp. 11. num. 36.

Interpres confessionis fœminæ, & sollicitans non erit denuntiandus, disput. 11. numer. 30 & 37.

Sacerdos iurisdictione carens, audiens tamen confessiones & sollicitans, denuntiandus erit, disp. 11. num. 38.

Confessarius simulans audire confessiones, & inde sollicitans, iam ex decreto Gregor. XV. denuntiandus erit, disp. 11. num. 39. 66. & 67. & disp. 15. n. 5.

Confessarius sollicitans quamuis deprehenderit fœminam non esse dignam absolutione, denuntiandus erit, disp. 11. num. 40.

Sollicitans ad venerea in vsu aliorum Sacramentorum præter pœnitentiæ, denuntiandus non erit, disp. 11. num. 42.

Confessarius sollicitans in alterius gratiam, quod videlicet fœmina alium in copulam admittat, denuntiandus erit, disp. 11. n. 43.

Confessarius sollicitans fœminam non sibi nec alij copulandam, sed quod mediet vt alia fœmina in fornicationem consentiat, denuntiandus erit iam ex Bulla Gregorij XV. disputatione 11. num. 19.

Fœminæ egregiæ tenentur adire iudicem ad restituendum de sollicitatione, nisi iusta causa excuset, disp. 11. num. 46.

Ad puniendum confessarium sollicitantem in arbitrio iudicis erit quanta & qualis fœminarum testimonio adhibenda sit fides, & aduertendum est ad mores confessarij, disput. 11. num. 46. & 47.

Omittere denuntiationem confessarij sollicitantis est contra religionem debitam Sacramentorum Pœnitentiæ, disp. 11. num. 48.

Et præter peccatum incurritur excommunicatione maior lætæ sententiæ, disputatione 11. numero 48.

Si tres anni sint elapsi post factam sollicitationem, & credatur emendatum iam esse confessarium, cessat obligatio denuntiandi, disput. 11. num. 51.

Hæreticus iam emendatus, quamuis ex vi iuris naturalis non sit denuntiandus, erit tamen ex vi mandati Inquisitorum, disput. 11. numer. 51. & 56.

Non tenetur fœmina denuntiare confessarium sollicitantem, si videat iam ab alijs fœminis

esse denuntiarum, disputatione 11. numero 52. & 53.

Quamuis confessarius sollicitans semel fuisset punitus, tenetur fœmina denuntiare, si præcipiatur sub censuris fieri denuntiationem etiam ob præteritam sollicitationem, disputatione 11. numero 54.

Fœmina græue damnum metuens in vita, fama, vel bonis temporalibus proprijs, aut mariti, aut filiorum, fratres vel maxime amici, excusabitur à denuntiatione, præsertim si confessarius non tam de hæresi sit suspectus ob sollicitationem quam de luxuria, disp. 11. n. 55.

Etiamsi firmiter credatur emendatio in confessario sollicitante per fraternam correctionem, non excusatur fœmina denuntiare, disput. 11. num. 56.

Illud D. Paul. ad Titum 3. *Post primam & secundam correctionem hominem hæreticum deuita* intelligendum est ex vi iuris naturalis præmittendam esse correctionem, non ex vi positui, disput. 11. num. 56.

Per edictum Inquisitorum induci obligationem denuntiandi delinquentes nulla præmissa correctione, nec consultatione, quomodo sit intelligendum, disp. 11. num. 65. Vide verb. Edictum Inquisitorum.

Poterit tamen quis ante denuntiationem homines doctos consulere, vt certior efficiatur de obligatione, & de modo denuntiandi, disput. 11. num. 56.

Seruate tamen tenebitur secretum qui consultus fuit, disp. 11. num. 56.

Communiter sex dies assignantur pro denuntiatione faciendâ, quibus tamen transactis non extinguitur obligatio, disputatione 11. num. 57. & 60.

Fœmina edicti ignara, tenetur denuntiare scientia adueniente, disp. 11. num. 58.

Non tamen teneri denuntiare statim, sed intra eosdem dies quos edictum signauerat, est maxime probabile, nisi maxime inter necessitas denuntiandi, tunc ex vi iuris naturalis, quatuor non ex vi positui, tenebitur illicdè denuntiare; verius tamen est teneri statim denuntiare ac fuit habitæ notitia, disp. 11. num. 58.

Fœmina edicti conscia, impedita tamen denuntiare, tenebitur denuntiare illicdè ac commode possit, nec differenda denuntiatione per alios sex dies, sicut poterat iuxta probabilem opinionem, quando fuit edicti ignara, disputatione 11. numero 58.

Fœmina conscia edicti, & non denuntians intra terminum, excommunicationem lætæ sententiæ incurrit; à qua absolui non potest per Bullam, nisi facta sit denuntiatione, aut per eam non sit quin fiat, disp. 11. num. 59. 60. & 61.

Et vt absoluat tunc quando per fœminam non stat quin fiat denuntiatione, præstanda erit cautio iuratoria, disp. 11. num. 62.

Si esset fœmina conscia edicti, & ante terminum publicationis iter ageret ad locum vbi non adesset opportunitas denuntiandi, ex vi iuris positui non teneri denuntiare ante terminum est probabile, bene tamen ex vi iuris naturalis, si maxime instaret necessitas denuntiandi, probabilius tamen est etiam ex vi iuris positui teneri ante terminum designatum denuntiare, & disput. 11. num. 59.

# Index Rerum,

Si feminas denuntiavit post incursum excommunicationem, poterit virtute Bullæ absolvi à quocunque confessario, disputatione 11. numero 63.

Poterit etiam absolvi à mendicantibus, etiam si femina non habeat Bullam, disputatione 11. num. 63.

Omnes scientes sollicitationem fuisse factam à confessario, tenentur denunciare, disput. 11. numero 64. & 65.

## Sotus.

Sotus præclaræ Religionis Dominicanæ filius laudatur, disp. 44. num. 41.

## Status Religiosus.

Status Religiosus est tendentium ad perfectionem, disp. 1. num. 6. & disp. 7. num. 10. & disput. 30. num. 4.

Status Religiosorum consistit in eo quod se devinxerint servare tria consilia, castitatis scilicet, paupertatis & obedientiæ, disp. 1. num. 7. & disp. 7. num. 10. vel alia consilia quæ ex peculiari statuto sunt servanda ex præcepto, per accidens aliquando tenebitur Religiosus servare alia consilia ratione scandali, ibidem.

Æquum erit Religiosos servare consilia ad quæ ex præcepto non tenentur, disput. 1. num. 7. & disp. 7. num. 10.

Regulares Benedictinos censent aliqui esse constrictos peccata venialia confiteri, disput. 17. num. 7.

Status cælebs perfectior est quàm vxorarius, disp. 33. num. 36.

## Stuprum. Vide, Virgo.

Stuprum non est distincta species luxuriæ à simplici fornicatione, nisi quando vis infertur femina, disput. 29. n. 7.

Ex illis Doëtoribus qui fatentur stuprum esse distinctam speciem à simplici fornicatione, quamvis consentiant in femina, in viro, non esse stuprum distinctam speciem consentiunt, disput. 29. num. 7.

In defloratione virginis per vim duplex iniustitia reperitur, & violentiæ, & quasi rapinæ, dum relaxante femina signaculum virginitatis eripitur, disp. 19. n. 9.

## Suarez.

Suarez præclaræ Religionis Societatis Iesu filius laudatur, disp. 44. num. 41.

## Superior. Vide, Prælati.

Nullus iustus est efficacior quàm exemplum superiorum: quia magis movet exemplum quàm præceptum, disp. 47. num. 18.

## Suspicio.

Suspicio est assensus conceptus defectu proximi saltem morali, cum formidine tamen, disp. 35. num. 10.

Suspicio ex suo genere tantùm est peccatum

veniale: quia levis irrogatur iniuria per solam suspicionem, disput. 35. num. 10.

Suspicionem offerre ad suspicandum malè de proximo ex auditis in confessione est mortale: quia gravis irrogatur iniuria Sacramento, disp. 35. num. 10.

Indicia quæ sufficiunt ad suspicandum malè de aliqua persona, non erunt sufficientia ad suspicandum de alia, si vna sit virtuosior altera, disp. 35. num. 11.

Poterit aliquis offerre indicia ad suspicandum quæ sint sufficientia, quod vnus ex illis suspicetur malè, non tamen alius, quando vnus esset magis suspiciosus quàm alius, & ad malè suspicandum proclivis, & ad hoc attendendum, vt cognoscatur quando suspicio quæ offertur, sit peccatum vel non, disp. 35. num. 11.

Suspiciari ad cancelam nullum est peccatum, v. g. si mater suspicetur de filia posse in lasciviam prolabi, & ob id illam vigilantè custodiat; aut si dominus suspicetur de seruo posse in furta ruere, & ob id curet se indemnem servare, disput. 2. numero 5. & disp. 50. & num. 19.

## Syluester.

Syluester illustrissimæ Religionis Dominicanæ filius laudatur, disp. 47. num. 33.

## T.

## Tactus.

Tactus impudicos leues habere, solum est veniale: quia ex illis leuiter offendetur castitas, disp. 11. num. 22.

## Tentatio. Vide, Orare.

## Teresa de Iesus.

B. Teresa de Iesus Abulensis civitatis decor & splendor laudatur, disput. 41. num. 31.

## Testamentum.

Per Testamentum minus solemne acquiritur in foro conscientie ius ad rem legatam: quia dominus rei per solam suam voluntatem potest conferre alteri ius ad illam rem, disp. 43. num. 55. & 56.

In foro exteriori denegatur actio, ne falsa testamenta conficiantur, disp. 43. n. 56.

Qui non potest acquirere rem legatam per testamentum minus solemne, fas erit ipsi occultè recompensationem facere: quia tunc non accipit alienum, & disp. 43. num. 55. & 56.

Tempore pestis potest confici testamentum cum minori numero testium: quia necessitas indulgentiam concedit, ne voluntates morientium frustrantur, disp. 44. num. 54.

Ad testandum satis est quod dies vltima anni decimiquarti sit incepta: quia in favorabilibus dies incepta habetur pro completa, disput. 54. num. 10.

## Testis.

Testem referentem signa contritionis in iuramento non

# siue libri Compendium.

non est credendum mentiri: quia in nullam sui commoditatem cedit mendacium, disput. 44. numero 35.

Et non est credendum mentiri etiam si infidelis sit, & asserat adultum infidelem Baptismum postulasse, disput. 44. num. 35. & 39. & disput. 34. num. 8.

Credendum tamen est mentiri, si dubitetur de Baptismo alicuius, an fuerit collatum, vel non, & infidelis asserat collatum fuisse, quia tunc presumitur in odium Baptismi id asserere, ne proximus baptizetur, disput. 34. num. 8.

Si dubitetur, an testis referens adultum Baptismum vel confessionem postulasse, verum dicat, vel mentiar, baptizandus erit sub conditione, vel absolvendus, disput. 44. num. 40.

Et idem dicendum est, si ipsemet testis dubitet, an aditus Baptismum, vel confessionem poposcerit, disput. 44. num. 40.

Si illi qui audierunt testem referentem Baptismum postulatam fuisse, iam non plene meminerint, an testis illud asseruerit, vel sub dubio asseruerit, Baptismum ministrari sub conditione expedit, disput. 44. num. 40.

Consanguinitas non potest obligari quod sit testis contra sanguine, sibi coniunctum, siue affinitatem: quia sic decernunt iura, nisi in causa Fidei & proditionis Reipublicae, disputatione 43. num. 32.

Testis tenetur veritatem manifestare, quamvis sciat seipsum solum delictum vidisse, quia a primo teste mittenda est probatio cuiuscuque delicti, & per accidens est quod probari possit, vel non tale delictum, disput. 43. num. 39.

Testis dicentes maritum scemina esse defunctum alii oppositum affirmantibus, scemina non potest contrahere: quia adhuc non placet constare de veritate, disput. 43. num. 40.

Testes dicentes rem esse meam, aliis oppositum dicentibus, non possum illam arripere: quia opinio illorum est opinio facti, quae non reddit securam conscientiam, disput. 43. num. 49.

## Thomas Sanchez.

Thomas Sanchez est Societate Iesu laudatur, & portentosus in rebus moralibus, disput. 33. n. 28. & disput. 43. num. 16.

## Timor.

Timor filialis ab actu charitatis ortum habet, qui crescit crescente charitate, disputatione 22. num. 23.

Ob timorem ab Eucharistia recessus non est tam perfectus actus ac ad eam ob amorem accessus, disput. 22. num. ....

## Tortura.

Ob vitanda grauiora tormenta fas est cuiilibet falsum delictum sibi imponere, etiam cum iuramento, quamuis ob id sit morte plectendus: quia vita non est digna tanto dolore, & mendacium excusatur æquiuocatione in mente retenta, disput. 46. num. 16. & 17.

Ob vitanda leuia tormenta non licet falsum crimen sibi arrogare, ob quod reus esset morte afficiendus: quia quilibet constringitur vitam

Sanchez Selecta.

sua conseruare cum aliquo dolore, disput. 46. num. 18.

Non consequenter loquuntur Doctores excusantes à mortali imponente sibi falsum delictum metu grauium tormentorum, & non à veniali, par namque in vtroque procedit ratio, disput. 46. num. 16.

## Tributum.

Subditus mixtus opinione probabili quod tributum est iniustum, non tenetur solvere: quia iniustum solui non debet, disput. 43. numero 32. & disput. 33. num. 35.

## Trixemes.

Ad trixemes perpetuas damnatum potest iudex absolvere iuxta priuatum scientiam veram, quamuis constet probationibus reum esse condemnandum, disput. 8. num. 16.

## Tristitia. Vide, Patientia.

Tristitia est appetitus passio quae saepe praue nitrationem, disput. 4. num. 37.

Non minus meretur qui cum tristitia ærumnias, & infelicitum rerum euentum sustinet patienter, quam ille qui cum gaudio perfertur: quia ex parte patientis æqualis animi reperitur preparatio, disput. 4. num. 14.

Plurimæ vilitates ex tristitia obuenientes referuntur ex D. Paulo, disput. 4. num. 40. Non minus perfecte se gessit Christus: cum tristitia mortem dixit expectans, quam Apostolus cum gaudio euntes ad conspectum Concilij, pro nomine Iesu contumeliam passuri, disput. 4. num. 13.

Expedi tristitiam nimiam cohibere, & deficientem excitare, & inter hæc extrema ponitur media virtus, patientia videbitur, disputatione 4. num. 10. Occasionaliter poterit contingere, plus mereri sustinentem cum gaudio, si inde plura mala parienda euenire disideret, disput. 4. num. 14.

Sæpe euenit homines circumdari miseriis & doloribus à Deo inflicis ad hoc quod illis tristetur, & affligantur, ut inde nomen Dei quarant, disput. 4. num. 11.

Et hæc ærumnas sentientes, in peccatum impatientiae, & intolerantiae labi opinantur, quod verum non est, disput. 4. num. 11.

Solum tunc immunes esse existimant à sorte impatientiae, cum ob euentum rerum infelicem, nec vexantur, nec magis affliguntur quam si essent bruta, vel comprehensores, disputatione 4. numero 10.

## V.

## Vazquez.

Pater Gabriel Vazquez insignis Religionis Societatis Iesu filius laudatur, disput. 44. numero 66.

## Verbumnotiosum.

Non omne verbum prolatum absque fine ha-

# Index Rerum,

## *Virtus.*

nesto est otiosum, dum enuntietur ob finem commodum vel iucundum naturæ, disput. 4. numero 1.

Rarè ab hominibus prudentibus profertur verbum otiosum: quia finem apponunt, disput. 4. num. 2.

Aliquid iucundum in conuersatione proferre non est verbum otiosum, sed potius illo euentu non conuersari vitium rusticitatis & duritiæ poterit esse, disp. 4. num. 1.

Non est idem verbum esse otiosum & esse indifferens, disp. 4. num. 2.

Non tenetur homo liberè operans semper exercere actionem quæ sit secundùm rationem positivè, sed solùm negativè, quatenus debet nihil agere quæ rectæ rationi aduersetur, disput. 4. num. 2.

Loqui non necessaria, dum aliàs positivè mala non sint, potius est defectus physicus intellectus hominis loquentis, seu imprudentia quàm defectus moralis seu culpa, disputatione 4. numero 2.

## *Veritas.*

Veritas physica consistit in conformatione intellectus ad rem existentem, disputatione 48. numero 13.

Veritas moralis consistit in operatione conformi recto iudicio practico, disputatione 48. numero 13.

Veritas moralis potest attingi ab oppositum operantibus ex probabilibus opinionibus circa eandem rem: quia opinio probabilis circa veritatem moralem fertur, disputatione 48. numero 13.

## *Vidua.*

Vidua se carnaliter delectans de habita copula cum coniuge, peccat mortaliter: quia de presenti habetur delectatio, & non exrat matrimonium quo honestetur, disput. 2. num. 8. & disp. 22. num. 27.

## *Virgo.*

Femina simulans se virginem esse, & ob id extrahens maius pretium, ad restitutionem excessus tenetur: quia elargiens, inuoluntarius est quoad excessum, disp. 29. num. 9.

Virgini per violentiam desloratæ infertur iniuria violentiæ, & rapinæ, signaculi videlicet, disput. 29. num. 9.

Quamvis in virgine signaculum non sit quid physicum distinctum à vase, est tamen quid morale pretio æstimabile, quod ius violatæ contradicente virgine, specialiter iniuriosum est, & rationi dissonum, disputatione 29. numero 9.

Virgo habet ius æquale cum corrupta, quòd videlicet nullus per vim eius corpore vtatur, & præter hoc habet ius quòd signaculum non auferatur: quia integritas in virgine pretio æstimabilis est, disp. 29. num. 9.

Deslorans virginem per vim ad restitutionem tenetur, non tamen si ipsa consentiat: quia volenti nulla fit iniuria, disputatione 29. numero 8.

Sunt quidam virtutis actus quorum privatio perfectius bonum continet, vt privatio ludi honesti ob mortificationem actus virtutis perfectioris est, & abstinere à matrimonio perfectius bonum, quamvis illud inite virtus etiam sit, disputatione 3. numero 7. & disputatione 23. numero 40.

Virtus quæcunque habet ius, vt à parente defendatur, ne violetur: quia sicut proximus dum est in extrema necessitate, habet ius vt sibi subueniatur, sic virtus, disp. 47. n. 9.

Quamvis amicorum conuiuia, seu conuersationes ad affabilitatis virtutem pertinent, ab illis tamen abstinere ob mortificationem perfectior virtus erit, disp. 3. num. 7.

Virtus mortificationis vel est actus propriæ charitatis, vel penitentia, vel illius virtutis circa cuius materiam accipitur mortificatio, disput. 3. num. 7.

Qui ob consuetudinem operatur aliquod opus virtutis, laudabilius agit, vt pote magis voluntarie, disp. 24. num. 5.

Vitia sæpe mentiuntur esse virtutes, vt tenacitas, parsimonia, effusio, largitas, crudelitas, zelus iustitiæ, remissio, pietas, disputatione 22. numero 18.

Quamvis nolit aliquis operari opeta virtutis quæ sub consilio cadunt, nisi propter promissum præmium, melius est illa sic exequi, quàm penitus ab illis cessare, disputatione 24. numero 11.

## *Visitare.*

Visitare non tenetur Episcopus Capitula Ecclesiæ Cathedralium, & aliarum maiorum Collegiarum, videlicet per propriam personam: quia id nullo iure cauetur, disput. 50. numero 20.

Visitare expedit Episcopis scientiam parochorum, illos videlicet aliquando examinando: quia non est maior ratio quòd possit visitare mores, & non scientiam, disputatione 50. numero 12. & 13.

Visitare potest Episcopus Capitula Ecclesiarum cum adiunctis, vel sine illis, prout illi videbitur: quia id cauetur Concilio Tridentino, sessione 4. cap. 6. disputatione 46. numero 20.

Extra visitationem tenetur Episcopus cum adiunctis formare processus contra capitulares Ecclesiarum exemptarum: quia id decernitur à Concilio Tridentino, sessione 25. cap. 6. disput. 50. numero 3.

Visitare debet Episcopus totam diocesim saltem biennio: quia id decernitur à Concilio Tridentino sessione 21. cap. 8. & sessione 24. cap. 3. disp. 50. num. 12.

Præcipuum visitationis munus est curate, rectè Sacramenta ministrari: quia ex hoc pender salus spiritualis Patochorum, disputatione 50. numero 13.

## *Vita & salus.*

Vitam non tenetur quis conservare cibis salubrioribus, dum per se nociuis notabiliter non vtatur:

# sive libri Compendium.

tur : quia non ita extreme tenetur vitam conseruare, disput. 3. num. 7.

Vitam morti exponere licet ob defensionem patriæ : quia bonum commune est magis amabile quam proprium, disputatione 3. numero 7.

Ratione patientiæ potest non habens peccatum mortale, vel suo iudicio habens contritionem, permittere se ab alio occidi, ne alius damnetur æternaliter, disputatione 3. numero 7.

Præceptum conseruandi vitam probabile est esse fortitudinis, contra quam agitur temeritatis peccato : est etiam probabile esse magnanimitatis contra quam agitur pusillanimitate, vel est charitatis propriæ, vel iustitiæ in ordine ad Rempublicam, sed peccatum committi contra fortitudinem probabilius iudico, disput. 3. numero 7.

Vxor licet assistit marito peste infecto cum probabili periculo vitæ suæ, vide Vxor. disp. 3. num. 7.

Non debet quis mutare locum habitationis gratia sanitatis : quia præceptum conseruandæ vitæ non obligat cum tanto rigore, disputat. 3. num. 7.

Non debet quis vxorem ducere, licet esset ad vitæ conseruationem necessarium : propter eandem rationem, disputatione 3. numero 7.

Ratione pudoris potest fœmina recusare membri pudendi cutationem cum probabili vitæ periculo, nec solum licet fœminæ maxime nobili, vt admittunt aliqui : propter eandem rationem, disp. 3. n. 7.

Patiens magnam sitim non tenetur à potu abstinere, licet sciat inde pullulandum aliquod damnum saluti : non enim tenetur cum tanto rigore conseruare salutem, disputatione 3. numero 7.

Licet pedibus nudis incedere, & humi cubare, & catenas ferreas corpus circumferre ob bonum virtutis, quamuis cum detrimento salutis, disputatione 3. numero 7. & disputatione 51. num. 23.

Cibus non ita salubribus, sive aliquantulum nocivus vti licet ob mortificationem, ob redigendum corpus in seruitutem, ob punienda peccata, & alios rectos fines, disputatione 3. numero 7.

Carthusianis etiam moribundis licet à carnibus abstinere : quia supereminet actus heroicus abstinentiæ ob bonum Religionis, disput. 3. numero 9.

Sanctus Norbertus insignis Religionis Præmonstratensis fundator domos fundationis iuxta paludes & aquæ fluena fixit, eò quòd Religiosi ægrotantes degerent ob bonum Religionis, disput. 3. num. 7.

Damnatus ad mortem famis non tenetur sumere cibum ob conseruandam vitam : quia iustæ sententiæ patere potest, disputatione 10. numero 9.

Præceptum naturale seruandi vitam obligat ad remouenda media ducentia ad mortem, sine legitima causa, vel illius periculum, disput. 46. numero 16.

Tantum ius habet aliquis ad fugiendum nocumentum certè venturum, atque ad fugien-

dum nocumentum dubium : quia in dubiis melior est conditio possidentis, & ita possidet homo respectu nocumenti dubij atque certi, disp. 51. numero 9.

## Vociferare.

Fœmina ad copulam vi oppressa vociferare tenetur, nisi vitam, vel famam esset perditura quia aliàs peccatò fornicantis cooperaretur, disput. 10. num. 17.

## Voluntas, Voluntarium, & Inuoluntarium.

Voluntas sufficienter dirigit motus appetitus sensitiui non consentiendo illis, quamuis positivè non resistat, disputatione 20. numero 4. & 5.

Ad hoc quòd voluntas aliquid velle indirectè dicatur, requiritur quòd possit agere, quod non agat, & tenetur agere, disputatione 20. num. 5.

Omissio est voluntaria licet non sit præcepta, effectus omissionis non erit voluntarius, nisi sit præceptus, disp. 21. num. 5.

Deus volens non impedire peccata cum possit non ob id illi voluntaria dicuntur : quia impedire à nullo legislatore obligatur sicut vincuntur homines, disp. 21. num. 5.

Ad hoc quòd aliquid sit voluntarium physicè, sufficit quòd agens illud, non agat cum possit, at ad voluntarium morale, quòd non agat quod possit, & teneatur agere requiritur, disputat. 21. num. 5.

Sentiens venereum motum non tenetur aliò diuertere cogitationem dum illa non foueat, nec periculum consensus, vel pollutionis timeat, consulendum tamen est semper vt diuertat, disput. 21. num. 6.

Ad hoc quòd aliquid dicatur voluntarium alicui, sufficit prohibitionem interuenire præcepto cuiuscunque virtutis, & non solum iustitiæ, vt alicui sunt rati, disp. 21. num. 8.

## Vomitus.

Cum periculo vomitus non est administranda Eucharistia, ne irrogetur irreuerentia Sacramento, disp. 38. num. 2.

Aliquando vomitus non aduenit, nisi sumpto cibo, aliquando verò ex ipsa infirmitate, quamuis non sumptus sit cibus, disputatione 38. numero 2.

Quando vomitus non aduenit nisi sumpto cibo, poterit administrari Eucharistia : nam iam parua quantitas commouere stomachum non poterit : & fiat experientia sumendo prius hostiam non consecratam, disputatione 38. numero 2.

Si vomitus cessauerit per sex horas, poterit ministrari Eucharistia : quia tunc creditur probabiliter non redditorum vomitum intra aliam horam, disp. 38. num. 2.

Quando vomitus euenit immediatè ad Eucharistiæ summationem, accipiat Hostia & in sacratio reponitur : & postquam verisimiliter constet corruptas iam esse sacratas species,

# Index Rerum,

in sacrarium proficiantur, disputatione 38. numero 2.

Quod si species non appareant, comburatur vomitus, & cineres in sacrarium mittantur, disputat. 38. num. 2.

## Votum. Vide, Promissio.

Qui vovit Deo dare centum, non tenetur dare, si proximus sit in extrema, vel gravi necessitate: quia Deus cedit iuri suo (qui bonorum nostrorum non eger) vt proximi feruetur illatum, disputat. 8. num. 12.

Vouens Religionem, postea verò fidem dedit de inuendo matrimonium, non tenetur ingredi Religionem, sed puellam ducere, si alias honorem esset amissura, secus si non, disputat. 8. num. 13. & 14.

Promittens Deo centum, & illa amittens ludo, potest vti fraude ludo non annexa, ad illa solum recuperanda, disputatione 8. numero 15.

Ex voto poterit quis se obligare ad eadem peccata iterum confitenda: quia actus ille est de meliori bono, disputatione 13. numero 5.

Quando votum castitatis, vel Religionis commutatur à Summo Pontifice in menstruas confessiones, necessum est tunc eadem peccata iterum confiteri, si alia noua non sint: quia tunc confessio facienda est, disputatione 13. numero 1.

Quando ius diuinum obligat ex radice iudicij humani, dispensabile est: sicut votum, eò quòd iudicium humanum errare potuit, disputat. 14. num. 1.

Votum commutari potest virtute Bullæ extra confessionem, disp. 14. num. 2.

Religiosi virtute suorum privilegiorum dispensare, vel commutare possunt vota extra confessionem: constat ex privilegijs, disputat. 14. num. 2.

Votum potest commutari à vouente propria auctoritate in euidenter melius, vel æquale: quia tunc non reperitur dispensatio, & solum ratione dispensationis inuenta exigitur auctoritas Prælati, disputat. 14. num. 3.

Communitas votum verè tollit vnam obligationem, & imponit aliam: probabile est posse confessarium virtute Bullæ commutare votum non reseruum, quantum aliud reseruum fuerit in illud commutatum, vt si votum castitatis fuisset à Summo Pontifice commutatum in confessiones menstruas, poterit confessarius illas confessiones in aliam penitentiam mutare: quia materia secundò commutata non est reseruata, disputatione 14. numero 14.

Confessarius non tenetur commutare votum penitentis habens Bullam, si nolit: quia privilegium non constringit, vt eo quis vtatur, disp. 14. num. 17.

Tenebitur tamen aliquando ratione charitatis, ibidem.

Nec ad id tenentur regulares virtute suorum privilegiorum, si nolint, commutare, disp. 14. num. 17.

Tenebuntur tamen aliquando ratione charitatis, ibidem.

Episcopus autem virtute iustitiæ commutatur tenetur dispensare vota, si dispensatio postuletur ex ista causa: quia dispensare est actus iurisdictionis quam tenetur exercere, disputat. 14. num. 17.

Vorum eleemosynæ erogandæ non potest commutari in applicationem ipsius vouentis vt pauperis: quia nullus ex proprijs sibi mer eleemosynam elargitur, disputatione 14. numero 18.

Voti partem tenetur vouens implere, quando non posset totum, disputatione 15. numero 1.

Psalmi ex voto possunt cum socio recitari: constat consuetudine, disputatione 25. numero 2.

Vouens ieiunare in pane & aqua, & sic non potens, non tenetur modo consueto ieiunare: quia ieiunium commune non est pars ieiunij in pane & aqua, disputatione 15. numero 3.

Tenebitur tamen si posset ieiunare parum vino, vel cibo sumpto: cum illa parua quantitas non dissoluat ieiunium panis & aquæ, disputat. 15. num. 3.

Vouens recitare tertiam partem circuli Virginei, Hispanè, *La tercera parte del Rosario*, si non possit totam illam tertiam partem recitare, ad nihil tenetur: quia est materia indiuisibilis, disp. 15. num. 7.

Vouens rem leuem, cum animo se obligandi sub peccato mortali, non ob id sub mortali obligatur: quia dum delinquit, rem leuem frangit, disp. 15. num. 15.

Votum de non suscipiendo Eucharistiam in die habitæ copulæ conjugalis, (imò nec fornicariæ præmissa confessione cum vero dolore) non est validum, cum impeditum sit maioris boni, disp. 23. num. 40.

Votum de non cessando ab opere virtutis, etiam ob utilitatem propriam validum est: quia melius est sic operari, quam ab opere virtutis cessare, disp. 24. num. 11.

Votum de sequendo consilio confessarij non obligat in rebus manifestè magis imperfectis quam, sint contrariæ, & sic non obligat quando confessarius consuleret penitentem, qui nullius mortalis est conscius, non communicare, disp. 29. num. 7.

Votum de ludendo honestè non obligat, eò quòd non ludere mortificationis causa melius bonum sit, disp. 33. num. 10.

Emittens votum de confessione agenda singulis mensibus, non peccat si vltra mensem per tres vel quatuor dies differat confessionem, præsertim si intercedat aliqua causa: quia præceptum illud non obligat cum tanto rigore, disputatione 13. num. 9.

Votum cessare potest per interpretationem, quando ratio dicat ob instantem causam illud non esse obseruandum, & in hoc non extinguitur auctoritas Prælati, disputatione 43. numero 8.

Dubitans an emiserit votum, non tenetur illud adimplere: quia melior est conditio possidentis in dubijs, disp. 43. num. 1.

Bene tamen si opinatur votum emisisse ita vt magna sit determinatio iudicij, disputat. 43. num. 2.

# sive libri Compendium.

Certus de emissionem voti Religionis, dubius tamen an Religionem in communi, vel in parti-  
culari vouerit, potest quamlibet ingredi: quia  
tunc non magis possidet vna quàm alia Religio,  
disp. 43. num. 3.

Non tenetur abstinere à nuptiis, qui certus  
est se vouisse non copulandum iri alicui fœmi-  
næ, dubitat verò an emiserit votum de accessu  
fornicario, vel vxoratio: quia tunc non magis  
possidet accessus vnus quàm alius, disputat. 43.  
num. 4.

Dubitante aliquo, an votum à se emissum si  
ante annos pubertatis, poterit parere irritare: quia  
in dubiis possidet libertas, disputatione 43. nume-  
ro 9.

Votum Religionis emissum à filio, extremè  
patre indigente, aut est nullum, quod verum  
censeo, aut saltem suspenditur: quia cum iniuria  
tertij promissio Deo facta implenda non est, dis-  
put. 44. num. 8.

Regulares non possunt voto deuinci ad mani-  
festandos publicè defectus culpæ grauis. Esset  
namque talis promissio nociua, disputat. 49. nu-  
mero 25.

Non est materia voti quando ius naturale re-  
clamat adimpleri, disp. 46. num. 26.

Vota simplicia emissa in Societate Iesu verè  
constituunt Religiosos: quia id decretum est per  
Pontifices, disp. 49. numero 16.

## Vsucapio.

Vsucapio est acquisitio dominij rei mobilis,  
tempore lege præscripto elapso, sic iura definiunt,  
disp. 58. num. 59.

Præscriptio est circa rem immobilem, & in  
hoc distinguitur ab vsucapione, disputatione 48.  
num. 59.

## Vsura.

Contrahens cum aliquo arbitrate ex opinio-  
ne probabili, quòd videlicet in taliter inito con-  
tractu non est vsura aliquid vltra sortem reci-  
pere, non potest clam subripere quod vltra sor-  
tem dedit: quia ad sequendam opinionem alte-  
rius se obligauit, dum conditionibus ex illa  
opinionem petitis consensit, disputatione 44. nu-  
mero 60.

## Vsus rationis.

Vsus rationis non priùs aduenit ad peccan-  
dum venialiter quàm mortaliter: quia commu-  
niter materia peccati mortalis magis cognosci-  
bilis est quàm venialis, disputatione 17. nume-  
ro 6.

Vsus rationis non aduenit in instanti indui-  
bili metaphysicè, sed in morali includente to-  
tum illud tempus necessarium, vt intellectus  
absoluat perfectè deliberationem suam, vsque  
ad conclusionem iudicij, disputatione 17. nume-  
ro 1.

Si dabile esset vsum rationis priùs aduenire ad  
prolabendum in venialia quàm in mortalia, obli-  
gandus esset tunc puer cum illo vsum rationis ad  
solum venialia Eucharistiam suscipere: quia tunc  
potens esset habere deuotionem, disputat. 17. nu-  
mero 6.

Non tamen teneretur puer in illa casu præ-  
cepto annuæ confessionis, cum illo solum obli-  
gentur mortalia habentes, disputatione 17. nu-  
mero 7.

Vsus rationis æqualis non est circa quam-  
cunque materiam, cum cognitu difficilior sit  
vna materia quàm alia, disputatione 26. nume-  
ro 1.

Qui amittit vsum rationis in perpetuum, po-  
test absolui à reſeruariis, etiam si non sit moriturus:  
quia dum amittitur iudicium est, tempore vl-  
timum consistendi.

## Vxor. Vide, Maritus.

Vxor assistere potest marito peste infecto cum  
probabili vitæ periculo: quia ob bonum virtu-  
tis vita periculo exponi potest, disputatione 3.  
numero 7.

Vxor potest puniri moderatè à marito & ex  
causa: quia maritus habet dominium super il-  
lam, disp. 2. num. 2. & 3.

Vxor delectans se carnaliter in absentia con-  
iugis non peccat, cessante periculo pollutionis,  
quia constante matrimonio rectificatur delecta-  
tio, disp. 21. num. 26.

Vxor tactibus se prouocans ad venerem ces-  
sante periculo pollutionis, & non expectans  
cirò venturum maritum ad copulam, mortali-  
ter peccat: quia in ordine actus veneris  
maritus, vel vxor non habet dominium su-  
pra proprium corpus, disputatione 21. nume-  
ro 26.

Vxor habens copulam causa voluptatis imper-  
fectionem committit, tamen illud est peccatum  
veniale, sicut non est comedere pomum ob  
voluptatem, aliàs plures vxorati pluribus pecca-  
tis venialibus implicentur, disputatione 23. nu-  
mero 25.

## Z.

### Zachæus.

Zachæo cum gaudio suscipienti in domum  
suam Christum, in præmium facta est sa-  
lus totius domus: Centurionis verò in præ-  
mium humilis recusationis dicentis: *Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum*, &c.  
puer sanatus est, disp. 22. num. 24.

### Zelosus.

Zelosum lasciuè se ostendere confessarium  
cum fœmina in confessione, vel immediate an-  
tè vel post, est propriè sollicitatio, & con-  
fessarius est denunciandus, præsertim iam ex  
decreto Gregorij XV. prohibentis in illo  
actu, ante vel post immediatè illicitos tracta-  
tus, aut sermones haberi, disputatione 11. nu-  
mero 32.

Qui zelo reuerentiæ ad Eucharistiam, quo-  
tidianam communionem dissuadent, id quod  
minus bonum est indumentis perfectioris bo-  
ni circumtegunt, disputatione 22. nume-  
ro 18.

# Index Rerum, siue libri Compendium.

Lenones zelorypos se ostendentes leuibus iudicijs de suis concubinjs, & certò iudicantes illas carnaliter se copulasse alijs, peccabunt mortaliter: quia grauem reputant iniuriam illæ facilius ad commiscendum se alijs iudicari, disputat. 35. num. 12.

Leuiores iudicia sufficiunt quòd leno possit iudicare de sua concubina commissione cum alijs, quàm si id criminis iudicaturus esset respectu aliarum fœminarum: quia semel malus facilius potest iudicari fore iterum malum, disputat. 35. num. 21.

F I N I S.

